BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XIV
G
21
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

JOANNIS BAPTISTÆ

RIGANTII,

COMMENTARIA

IN REGULAS,

CONSTITUTIONES

ET ORDINATIONES

CANCELLARIÆ APOSTOLICÆ;

OPUS POSTHUMUM.

TOMUS TERTIUS

Complectens Regulam XXV. uſque ad XLVIII.

AD

Eminentiſſimum, & Reverendiſſimum Principem

ANTONIUM XAVERIUM

S. R. E. CARDINALEM

GENTILI.



Juxta Exemplar Romæ excuſum,

COLONIÆ ALLOBROGUM,

Apud FRATRES DE TOURNES.

M. DCC. LI.

Em̃o ac Rm̃o Principi

ANTONIO XAVERIO
TITULI S. STEPHANI
IN MONTE CŒLIO
S.R.E. PRESBYTERO CARDINALI
GENTILI.

NICOLAUS, ET JOANNES BAPTISTA RIGANTII
PERPETUAM INCOLUMITATEM.

SUB fauſtis EMINENTIÆ TUÆ auſpiciis, ac patrocinio in lucem prodit tertia pars Commentariorum, quæ olim in Cancellariæ Apoſtolicæ Regulas JOANNES BAPTISTA RIGANTIUS Patruus noſter amantiſſimus, & EMINENTIÆ TUÆ ſtudioſiſſimus ad privatum ſuum commodum concinnaverat. Nemo eſt, qui non intelligat, quot ac quantis nominibus hujuſmodi nuncupationem ſibi EMINENTIA TUA peculiari jure vindicet; & Nos inter præcipuas noſtræ erga TE addictiſſimæ obſervantiæ partes reputamus, ut hac opportunitate quaſcumque poſſumus grati animi noſtri ſignificationes, & eximia ſingularis tuæ primum erga eumdem Patruum noſtrum, deinde erga Nos plane immerentes benevolentiæ officia univerſis commendemus. Quo autem ſingulari amore, abſit verbis noſtris jactatio, Nos, ut de Patruo noſtro, quem plurimi ſemper feciſti, nihil addamus, ab initio, cum EMINENTIA TUA Nos in ſuam recepit clientelam, proſecutus, quibus beneficentiæ TUÆ argumentis fovere pergas, jam notum eſt, atque etiam, ſi unquam dici poſſit, uſque ad invidiam. Noſtrum enim primum quidem ſuam TIBI qualemcumque operam in Auditoris munere jamdudum navantem, alterum vero tuis dumtaxat obſequiis deditum, utrumque EMINENTIA TUA luculentiſſimis humanitatis, benignitatis, & ſollicitudinis ſtudiis complectitur. Ea propter ad tam præclara EMINENTIÆ TUÆ in Nos merita jugi memoria, ſempiternaque gratiarum actione quodammodo recolenda obſtricti, officio noſtro deeſſe Nobis ipſi viſi fuiſſemus, ſi oblatam occaſionem, quæcumque hæc ſit, in præſentia dilabi pateremur. Porro de

iis

iis rebus hoc in Opere agitur, in quibus Eminentia Tua per tot annos tanta cum ſapientiæ, prudentiæ, & æquitatis laude judicium ſuum univerſis probavit, ut in dies etiam omnium ore magis, magiſque prædiceris. In bonarum enim artium, doctrinarum, diſciplinarumque, præſertim Eccleſiaſticarum, atque in aſſiduis Chriſtianæ pietatis exercitationibus in hac Alma Urbe ſubactus, magnam de Te concitatam apud omnes bonos expectationem adhuc adoleſcens egregiis virtutibus ſuſtinere, tueri, ac vincere ſtuduiſti: Unde factum fuit, ut per omnes Romanæ Curiæ gradus ad Summos Magiſtratus promotus, primum Congregationis S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum Secretarius, deinde Apoſtolicæ Datariæ Præfectus, mox ſacra Purpura, ita exigentibus meritis, donatus, Pro-Datarius, & ejuſdem Congregationis Concilii Præfectus renunciareris. Ad utramque igitur, Apoſtolicam nempe Datariam, & Congregationem Concilii, potiſſimum pertinent ea omnia, quæ in ejuſdem Cancellariæ Regulis explicandis, Apoſtolicæ Sedis juribus confirmandis, dubiiſque, ſi qua emergere poſſint, declarandis, Patrui noſtri labores non exigui inſumuntur. Quamobrem jure, ac merito fas erat, ut eorumdem Commentariorum Judicem, & Patronum exoraremus Eminentiam Tuam, cui primas in graviſſimis negotiis dijudicandis, expediendiſque, partes deferunt omnes, & quem debitis laudibus extollunt. Et ſi demum de ſuſcipiendo eorumdem Commentariorum patrocinio, æque ac de propenſiſſima Tua erga Nos voluntate, ac tutela certo Nobis pollicemur; illud tamen à Te, Eminentissime Princeps, cui perennem incolumitatem apprecamur, ſupplices maximopere imploramus.

I M P R I M A T U R,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sac. Palatii Apoſtolici.

F. M. de Rubeis Archiep. Tarſ. Viceſg.

I M P R I M A T U R

Fr. Aloyſius Nicolaus Ridolfi Ordinis Prædicatorum, Sac. Palatii Apoſt. Magiſt.

JOAN-

JO. BAPTISTÆ RIGANTII COMMENTARIA IN REGULAS, CONSTITUTIONES, ET ORDINATIONES CANCELLARIÆ APOSTOLICÆ.

REGULA XXV.

De Moneta.

ITEM declaravit idem Dominus Noſter, quod libra Turonenſium parvorum, & Florenus auri de Camera pro æquali valore in concernentibus Litteras, & Cameram Apoſtolicam computari, & æſtimari debeant.

ARGUMENTUM.

DEcernit Regula Libram Turonenſium parvorum, & Florenum auri de Camera æqualis æſtimandos eſſe valoris. Florenus nunquam fuit moneta imaginaria, ſed vera, & realis, adinventus a Florentinis, & ita nuncupatus, quia Flore ſignatus, illiuſque valor importat unum ducatum auri de Camera, qui conſtituitur ex uno ſcuto auri in auro, & uno Julio argenteo. Agitur de valore Scuti aurei, qui varius diverſis temporibus fuit, & a ſan. mem. *Clemente XI.* adauctus ad Julios ſexdecim cum dimidio, quod augumentum influit etiam in augumentum Ducati aurei, & Floreni, in quibus perſolvuntur Taxæ pro expeditionibus Litterarum Apoſtolicarum Beneficiorum etiam Conſiſtorialium Regni Franciæ. Taxa, quæ ſolvitur pro Communi, & minutis ſervitiis, quæ ſit pro Beneficiis exiſtentibus in *Patria Obedientiæ*, & in *Patria reducta*, & an vigore Concordatorum alterari poſſint Taxæ pro expeditione Beneficiorum Galliæ ſine conſenſu Regis, & Prælatorum ejuſdem Regni. Valor fructuum Beneficiorum in eorum impetrationibus exprimi debet in Ducatis auri de Camera, & Ducatus valutari debet juxta illius valorem currentem in Curia abſque detractione Cambii.

SUMMARIUM.

1 *Valor Libru Turonenſium parvorum uquivulet vulori Floreni uuri de Cameru.*

2 *De Libris Turouenſibus pluries ſit mentio in* Clementinis, *& in* Extravagantibus.

3 *Turonenſee duodeeim libram conſtituunt.*

4 *Moneta Turonenſium in Urbe ſolum nota fuit poſt reduum Curia a Civuate Avenienenſi.*

5 *Regulu an ſit ſuperſlua?* Remiſſive.

6 *Florenus nunquam fuit moneta imuginuria, ſed vera, & realis. A quibus adinventus: Quo tempore cudi cœpit; & cur itu nuncupetur?* & n. 18. & 21.

7 *Florenum a nemine eudi poſſe, præterquam u Florentinis ejus udinventoribus, ſtatuit Joannes XXII. ſed probibitionem banc ipſe primus tranſgreſſus fuit, dum Florenos eudi mandavit, iiſdemque uſue fuit pro Taxis Beneficiorum Conſiſtoriulium.* ibidem, & n. 19. & 20.

Ae de iiſdem Florenis in quamplurimis Regulis Cancellariæ mentionem habuit. dicto num. 20.

8 *Florenus importat unum Ducatum de Cameru, qui conſtituitur ex uno ſeuto uuri in auro, & uno Julio urgenteo.*

9 *Seutum auri tempore Leonis X. quo eudi cæpit, valeris erat Juliorum undecim, qui excrevit peſtea ud Julios quindecim, & tempore Alexandri VIII. ad Julios ſexdecim.* & n. 23. & 24.

Inquiruur ratio, ob quam ſeuti uurei vulor udeo exerevit. n. 26.

Et hujuſmodi vulore auento, ſumma centum Florenorum conflabatur ex ſcutis 109. *auri Stampurum.* ibidem.

10 *Edictlo Clementie XI. Scuti aurei valor udauctus fuit ad Julios ſexdeeim cum dimidio.* & n. 13.

Et quu ratione? n. 14.

11 *Augumentum vuloris ſcuti aurei influit etium in augumentum vuloris Ducati aurei de Cameru, ue Floreni, in quibus perſolvi ſolent Taxæ pro expeditionibus Litterarum Apoſtolicurum.*

12 *Et ita declarutum a Congregatione purtieulari de anno* 1710. *eujue declarationis tenor exſeribitur.*

15 *Cenſuit itidem luudata Congregatio, expedire, ne in poſterum valor ſcuti uurei uugeatur ud effectum afficiendi Taxas ſupradictas, quodque futuris temporibus pro Tuxis prufatis ſolvi debeat æſtimatio Florenorum, & Ducatorum aureorum in ſcutis uureit juxta eorum vulorem communuer currentem, Romæ, & in Curia, deſumendum ex Regulis Commercii inter Mereatores ſervuri ſolitis, ſive ille augeatur, ſive decreſeat.*

16 *Et banc Congregationis Reſolutionem upprobavit Clemens XI. eique ſubſcribi mundavit tres Cardinales Ordinum Capitu.*

17 *Augumentum Seuti aurei a Juliis ſexdecim, ad ſexdeeim cum dimidio, attendi non debet pro Taxis ſolvendis in expeditionibue Beneficiorum Conſiſtoriulium Regni Franciæ. Et quare?*

Centrarium, & redduntur rationes a n. 28. & ſeqq. & n. 38. 40. 41. 42. 45.

29 *Ubi eerta moneta ſpeeies in contructum deductu fuit, vel eſt eudem perſolvenda, vel ulteru ejus loco ſubrogatu eum uugumento tempore ſolutionis.*

32 *Taxu, quæ pro* Communi, & Minutis ſervitiis *in expeditione Beneficiorum Conſiſtorialium exiſtentium in* Patria obedientiæ *perſolvitur, eſt tertiu pars valoris unius anni.*

33 *Et ſexta purs pro iiſdem Beneficiis exiſtentibus in* Patria reducta.

Idque ex Privilegio Gregorii XII. quod licet ad quinquennium elargitum, obſervatum Romæ fuit uti perpetuum. n. 46.

34 *Beneficiorum fructus a tempore Joannis XXII. qui Taxas confecit, exereverunt potius, quam decreverunt.*

35 *Conſtite de diminutione fructuum Beneficierum Conſiſtorialium, ſæpe Pontifex, aut Sacrum Curdinalium Collegium, proportionabiliter Tuxam reducere ſolent.*

36 *Rejicitur ſententia eorum, qui autumant, Tuxas Beneficiorum in Regno Franciu exiſtentium, non poſſe vigore Concordatorum adaugeri abſque conſenſu Regis, & Prulatorum Regni.*

37 *Iiſdem Concordatis inſpectis, in Impetratione Beneficiorum Regni præfati exprimendus eſt valor juxtu communem æſtimationem.*

De controverſiu ſuper hoc puncto exorta inter Regem, ue Purlamentum, & Univerſitatem Pariſienſem; & de Bullu Leonis X. mandante, ut eorundem Beneficiorum vulor exprimatur in ducatis viginti quatuor. ibidem.

38 *Per augumentum ſcuti aurei u Juliis ſexdeeim, ad ſexdecim eum dimidio, alteratæ non fuerunt Taxæ Beneficiorum; & redduntur rationes.* & n. 40. 41.

39 *Obſervantia eſt Conventionum omnium bumunarum fidelis interpres.*

43 *Præjudicium ſeeundarium, & oeeaſionale, quod provenit ex nutura rei, in nulla habetur conſiderutione.*

44 *Menſuru, & pondera ubique æqualiu eſſe debent.*

47 *In conſtituenda monetæ æſtimatione, ſufficit honeſtu proportio materia ad formam, nec illu in indiviſibili conſiſtere debet.*

48 *Vulor fructuum Beneficiis in Literis Apoſtolicis exprimi debet in Ducatis uuri de Camera. Et quu ratione?*

49 *Et, an Ducatus ad hujuſmodi effectum æſtimuri debeat juxta vulorem eurrentem in Curia ubſque detructione Cambii?* & n. 50.

HÆC Regula brevis eſt, & diſponit, quod 1
tanti valet Libra Turonenſium parvorum,
quanti Florenus auri de Camera. De Libris Tu-
ronenſibus non ſolum in Regulis Cancellariæ ut
hic, & *Regulis LV. & LXXII.* ſed etiam in Jure
pluribus in locis fit mentio, neмpe in *Clement.* 2. 2
§. Volentes, de Magiſtris, in *Extrav. Salvator*,
de Præb. ubi novis Epiſcopatibus aſſignantur pro
Dote quinque millia librarum Turonenſium, &
melius in *Extravag. Vas Electionis §. Porro, de
Cenſibus, & Exact. inter Commun.* ubi definitur,
quod duodecim Turonenſes (ex quibus libra con- 3
ſtituitur) valent unum Florenum auri boni, puri,
& legalis ponderis, ac cunei Florentini; ſuper
quo bene *Covarr. in Collat. veter. Numiſmat.
cap.* 3. *numer.* 8. *Gomeſ. in Regul. de Valor. in
Proœm.* ubi, quod moneta Turonenſium nun-
quam cognita fuit in Urbe, niſi poſt reditum Cu- 4
riæ a Civitate Avenionenſi, & latius *quæſt.* 9. ubi
de

de origine hujuſmodi monetæ, *Mandoſ. hic quæ-*
ſtion. 3. ubi etiam, quod hæc Regula non eſt ſu-
5 perflua, ſed utilis, quod idem tradit, *Kochier.*
hic n. 6. Et utilem pariter Bancheriis dicit *Rebuff.*
hic in princip.

Cum igitur libra Turonenſium parvorum ejuſ-
dem ſit valoris ac Florenus auri de Camera, ſcien-
6 dum, quod Florenus adinventus fuit a Florenti-
nis, & anno 1252. ab eis cudi cœpit, & hoc
nomine nuncupatus a *Flore*, nempe a *Lilio*, gen-
tilitio Florentiæ Stemmate, quo eſt ſignatus, ut
tradunt DD. infra laudandi *n.* 19. & præcipue
Gob. de Monet. quæſt. 1. *n.* 49. *Gomez. ad Regul.*
de Valor. in præfat. verſ. Secundum vero, & quæ-
ſtion. 9. §. *Conſequuntur*, ubi citat *Joannem Vil-*
lanum in Chronic. Florentin. dicentem, quod, cum
7 per miationem æris a Marchione Montisferrati,
& *Spinulis* Januenſibus, Florenus adulteraretur,
Joannes XXII. ſub Anathematis pœna prohibuit,
neminem de cetero, præter Florentinos ejus in-
ventores, monetas illas cudere poſſe, ut in *Ex-*
travag. unic. de Dilat. inter Commun. quam pro-
hibitionem ipſe poſtea non ſervavit, quia cudi
juſſit Florenos ejuſdem bonitatis, mutatis in ali-
quo ſignis.

Importat autem Florenus unum ducatum de
8 Camera, qui conſtituitur ex uno ſcuto auri in au-
ro, & in uno Julio argenteo, *Corrad. in Prax.*
Benefic. lib. 2. *cap.* 13. *n.* 2. *Amayd. de Styl. Da-*
tar. cap. 17. *num.* 12. *Mandoſ. in hanc Regulam*
quæſt. 3. *Gratian. diſcept.* 417. *n.* 17. *Germon. de*
Indult. Cardinal. §. *Regularia n.* 8. *Rot. in Roma-*
na Penſionis 12. *Februarii* 1694. §. *Illud cor.*
Pio. & in Laud n. Penſionis 4. *Februarii* 1695.
§. *Vel ipſe coram eodem.* Scutum vero auri in
auro, diverſum diverſis temporibus valorem ha-
9 buit. Tempore *Leonis X.* quo cudi cæpit, valor
erat juliorum undecim; excrevit ſucceſſivis tem-
poribus uſque ad julios quindecim, eumque *Ale-*
xander VIII. adauxit ad julios ſexdecim, ideo
hujuſmodi valore attento, ad conflandam ſum-
mam centum Florenorum, requiri ſcuta 109. au-
ri Stamparum, dixit *Rot. in Vercellen. Annuæ*
præſtationis 22. *Junii* 1701. *in principio cor. clar.*
mem. Cardinali de la Tremoille, & latius in
ejus Confirmatoria 13. *Junii* 1704. §. *Quoniam*
aſſumtum cum pluribus ſeqq. coram bon. mem. An-
ſaldo.

Hodie vero ad conflandam ſummam centum Flo-
renorum requiruntur ſcuta auri centum, & ſex cum
uno ſolido, & duobus denariis, attento Edicto,
10 ſeu Notificatione juſſu ſan. me. *Clementis XI.* edi-
ta *die* 5. *Septembris* 1708. ſuper Monetis aureis,
& argenteis, qua inter cetera declaratum fuit,
quod *Scuta aurea Stamparum* nuncupata, dari,
& recipi debeant ad rationem juliorum ſexdecim
11 cum dimidio pro quolibet ſcuto. Quod ſane va-
loris ſcuti aurei augumentum influere etiam in
augumentum valoris Ducati aurei de Camera,
ac Floreni, qui pro expeditionibus Litterarum
Apoſtolicarum juxta antiquam praxim, in ſcu-
tis aureis hujuſmodi ſolvi ſolent, declaravit *de*
12 *anno* 1710. Congregatio particularis quamplu-
rium S. R. E. Cardinalium, ut ex ſequenti De-
creto.

» Die 7. Januarii 1710. in Congregatione par-
» ticulari habita in Ædibus Eminentiſſimi, &
» Reverendiſſimi D. Cardinalis Acciajoli, cui ad-
» fuerunt Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi DD.
» Cardinales Acciajolus, Mareſcottus, Spada,
» Panciaticus, Sacripantes, Spinula, Paulu-
» tius, Gabriellus, Gozzadinus, Pamphilius, &

» Ego infraſcriptus, uti Secretarius. Fuit de or-
» dine Sanctiſſimi D. N. Clementis PP. XI. diſ-
» cuſſum, an ſtante Edicto, ſeu Notificatione
» juſſu Sanctitatis Suæ alias edita, nempe die 5.
» Septembris 1708. ſuper Monetis aureis, & ar-
» genteis, qua inter cetera declaratum fuit, Scu-
» ta aurea Stamparum nuncupata, dari, & recipi 13
» debere ad rationem juliorum ſexdecim cum di-
» midio pro quolibet ſcuto, expediret edere De-
» cretum, quo declararetur, valorem Ducati au-
» rei de Camera, ac Floreni pro expeditionibus
» Litterarum Apoſtolicarum, juxta antiquam pra-
» xim in ſcutis aureis hujuſmodi ſolvi ſolitum,
» fuiſſe per Notificationem prædictam declara- 14
» tum, ſeu auctum, ut ſupra, non alia ratione,
» quam ad coæquandam æſtimationem auri, quæ
» in omnibus fere Regionibus, & præſertim in
» Urbe, eo anno pervenerat ad dictam ſummam
» declaratam, ſeu auctam, & nunc etiam per-
» ſeverat, itaut Notificatio præfata vero facta non
» fuerit animo augendi valorem extrinſecum,
» ſed ſolum indicandi, ſeu palam faciendi æſti-
» mationem intrinſecam dictorum ſcutorum au-
» reorum, non minus ac aliarum Monetarum au-
» rearum, etiam forenſium, juxta valorem au-
» ri currentem: Reſponderunt Emi PP. præfa-
» ti, edendum eſſe Decretum declaratorium mo-
» do, & forma, quibus fuit ſuperius expreſ-
» ſum; Immo, ut etiam in poſterum earumdem
» Litterarum Apoſtolicarum Sollicitatoribus quæ-
» vis novarum querelarum anſa hac in re præ-
» cidatur, cenſuerunt, ſummopere expedire, ne
» in futurum ullatenus augeatur valor ſcutorum 15
» aureorum hujuſmodi per viam Edicti ad effe-
» ctum afficiendi taxas pro Expeditionibus Lit-
» terarum Apoſtolicarum ſolvendas, aliaſque Ca-
» meræ Apoſtolicæ, vel Collegiis, & Officia-
» libus Apoſtolicis in eiſdem Florenis, ſeu Du-
» catis aureis debitas præſtationes; ſed pro his
» omnibus de cetero, quibuſcumque Edictis in
» futurum faciendis minime obſtantibus, ſolven-
» dam eſſe perpetuis futuris temporibus, ſolum-
» modo æſtimationem Florenorum, & Ducato-
» rum aureorum hujuſmodi in ſcutis aureis juxta
» eorum valorem communiter currentem Romæ,
» & in Curia, non aliunde, quam ea publici
» Commercii regulis inter Mercatores obſervari
» ſolitis pro tempore deſumendum, ſive ille au-
» geatur, ſive decreſcat, prout de præterito a-
» ctum fuit. Et ita decernendum eſſe cenſuerunt,
» ſi Sño Dño Noſtro placuerit. Facta vero per
» me hac ipſa die de præmiſſis relatione eidem 16
» Sño D. N. Sanctitas Sua dictam relationem
» approbavit, illamque perpetuo obſervari man-
» davit, jubendo inſuper, ut hujuſmodi Decre-
» tum ad majorem probationem ſubſcribi debeat
» a tribus Emis, & Rmis Cardinalibus Ordi-
» num Capitibus, ſcilicet Acciajolo, Mareſcot-
» to, & Pamphilio. Et ita &c. hac die 11. Ja-
» nuarii 1710.

» N. Epiſcopus Portuenſis Cardinalis *Accia-*
» *jolus.*

» G. Prior Presbyterorum Cardinalis *Mare-*
» *ſcottus.*

» B. *Pamphilius* Cardinalis Diaconus.

» Ita eſt P. M. Archiepiſcopus Athena-
» rum Sñi D. N. Papæ Clementis XI.
» Auditor, & dictæ Congregationis
» Secretarius.

Hujuſmodi Decreti, ſeu declarationis publica-
tioni cauſam dedere Gallici Sollicitatores Apoſto-
licarum Literarum, contendentes augumentum

A 2 *Scuti*

Scuti aurei a juliis ſexdecim, ad ſexdecim cum di-
midio, expletum a ſa. me. *Clemente XI.* attendi
17 non debere in Expeditionibus Beneficiorum Con-
ſiſtorialium Regni Franciæ tum ob exceſſivas ex-
penſas, quas proviſi de Eccleſiis Epiſcopalibus,
& Abatiis in eo Regno erogare ſolent, quaſque
ſæpe plurium annorum fructus earundem Eccle-
ſiarum, & Monaſteriorum abſumere, conclama-
bant, itaut novum hoc gravamen ex augumento
Scuti aurei eis imponendum non eſſet; tum ex
quo vigore Concordatorum, quæ inter *Leonem X.*
& *Franciſcum I.* Galliarum Regem inita fuerunt,
Taxæ Beneficiorum in Galliis exiſtentium alterari
nequeunt abſque Regis, & Prælatorum Regni
conſenſu. Verum juſſus a clar. mem. Card. Sacri-
pantes Pro Datario, ut meum pro veritate pande-
rem ſenſum circa hujuſmodi prætenſionis ſubſiſten-
tiam, ſic vernaculo ſermone reſpondi.

„ Prima di riſpondere alle rifleſſioni contenute
„ ne' Fogli communicati, ſi ſtima opportuno di
„ premettere, che il Fiorino d'oro non è ſtata mo-
18 „ neta imaginaria, ma vera, reale, & uſuale
„ tanto di quà, che di là da Monti: Fu chiama-
„ ta Fiorino, perchè i Fiorentini furono i primi
„ a porla in uſo con l'impronto di un fiore nell'
„ anno 1252. L'iſteſſo Giovanni XXII. che rior-
„ dinò in miglior forma le Taſſe nell'anno 1322.
19 „ fece battere queſta ſpecie di monete. *Jo. Villa-*
„ *nus Hiſtor. lib. 6. cap. 170. & cap. 179. Vo-*
„ *cabular. Accademia Florentinæ verbo Fiorino,*
„ *Gomeſ. ad Regul. de Valore in Præfatione pag.*
„ *mihi 451. & quaſt. 9. pag. 463. Tondut. reſol.*
„ *Civil. lib. 1. cap. 5. ſub numer. 1. Fenſon. ad*
„ *Stat. Urbis lib. 1. cap. 197. num. 1512. Corra-*
„ *dus in Prax. Beneſ. lib. 2. cap. 13. numer. 17.*
„ *Rota in Vercellen. Annuæ præſtationis 22. Junii*
„ 1701. §. *Quod autem, & 13. Februarii 1702.*
„ §. *Nec afficere, coram Eminentiſſ. Tremoille,*
„ *& 13. Junii 1704. coram R. P. D. Anſalda.*
20 „ E ſe ne ſervi non ſolo nelle Taſſe de' Benefi-
„ cj Conciſtoriali, ma anche ne fece menzione
„ nelle Regole di Cancellaria II. IV. XXV. LV.
„ e LXXII.

„ E che foſſe Moneta vera, e reale, chiara-
21 „ mente ſi deduce dall'*Eſtravagante* di Benedet-
„ to XII. ſuo ſucceſſore in quelle parole -- *Va-*
„ *leant unum florenum auri boni, puri, ac lega-*
„ *lis ponderis, ac cunei Florentini -- Extravag.*
„ *Vas electionis §. Parra, de Cenſibus inter com-*
„ *munes.* E per moneta effettiva e ſtata ricono-
„ ſciuta dall'Accademia Franceſe, *Dictionnaire de*
„ *l'Academie Françoiſe tom. 1. pag. 464. verb.*
„ *Florin.* ibi -- *Florin, Piéce de Monnoye. les pre-*
„ *miers Florins ont été batus à Florence, & étaient*
„ *marqués d'une fleur.*

„ Parimente il Ducato d'oro di Camera fu una
22 „ moneta vera, e reale. *Fenzon. ad Stat. Urbis*
„ *lib. 1. cap. 197. n. 174. Card. de Luca de pen-*
„ *ſion. diſc. 35. ſub n. 11. & de Beneſic. diſc. 89.*
„ *n. 18. Dunoz. Senior deciſ. 139. per tot. Rota*
„ *deciſ. 682. ſub n. 3. part. 4. diverſ.* Et il di lui
„ valore era quaſi eguale al Fiorno con poca diſ-
„ ferenza tra l'uno, e l'altro.

„ Nel Pontificato di Leone X. (e non di Gio-
„ vanni XXII. come alcuni vogliono) ſi comin-
23 „ ciò a coniare in Roma lo ſcudo d'oro *de Luc.*
„ *de Penſion. diſc. 35. n. 11.* e battendoſi ſucceſſi-
„ vamente poca quantita di Fiorini, e di Ducati,
„ fu ſurrogato in luogo di queſte monete. Il va-
„ lore eſtrinſeco di eſſo fu da principio di giulj
24 „ undici, ma andò poi di tempo in tempo creſcen-
„ do, e quando nell'anno 1604. fu tra' Principi
„ d'Italia convenuto di battere lo ſcudo d'oro,
„ che ſi chiamò delle Stampe *Amayd. de Stylo*
„ *Datar. lib. 1. cap. 17. ſub num. 12.* fu di co-
„ mun conſenſo creſciuto lo ſcudo d'oro a raggio-
„ ne di due e mezzo per cento, reſtando lo
„ ſcudo d'oro antico ſotto nome di peſo vecchio:
„ Ed anco il valore eſtrinſeco di queſto ſcudo
„ nuovo delle Stampe di mano in mano ſi andò
„ augmentando, di modo che ne'Pontificati d'In-
„ nocenzo X. & Aleſſandro VII. era creſciuto 25
„ ſino a quindici giulj *Corrad. in Prax. Beneſ. lib.*
„ *2. cap. 13. n. 9.*

„ Provenne un tal' augumento *ex natura rei* dal
„ tempo, e dall'uſo: Nè ciò deve recar meravi- 26
„ glia a chi conſidera, che quantunque le minie-
„ re del Perù ſomminiſtrino gran quantita d'oro,
„ contuttociò conſumandoſene ancora una prodi-
„ gioſa quantità in indorature, in Drappi, in
„ fila, & in altri ornamenti, l'oro ſi rende ſem-
„ pre più raro, ed in conſeguenza di maggior
„ prezzo, dove all'incontro l'argento portandoſe-
„ ne frequentemente molta maggior quantità dall'
„ Indie, e reſtando ſempre intatto, e nel ſuo eſ-
„ ſere, va ſempre calando di prezzo in compara-
„ zione dell' oro: anco ne' tempi antichi l'Impe-
„ radore Aureliann riconoſcendo queſta verita --
„ *Habuit in animo, ut aurum neque in Cameras,*
„ *neque in tunicas, neque in pelles, neque in ar-*
„ *gentum mitteretur, dicens, plus auri eſſe in re-*
„ *rum natura, quam argenti, ſed aurum per va-*
„ *rias Bractearum, filarum, liquationum uſus pe-*
„ *rire, argentum autem in ſuo uſu remanere. Vo-*
„ *piſcus in Aurelian. cap. 46.*

„ Rifletttendo poi con la ſua ſperimentata pru-
„ denza la fel. mem. di Aleſſandro VIII. che an-
„ dava ſempre più mancando l'oro non ſolo per
„ l'accennata raggione del conſumo, ma perchè
„ appena battuto in Roma, ſi traſportava altrove
„ in graviſſimo pregiudizio dello Stato, augu-
„ mentò il valore eſtrinſeco dello ſcudo d'oro da 27
„ quindici, ed un quarto ſino a ſedici giulj, e per
„ l'iſteſſi, e più forti motivi è ſtato ultimamen-
„ te accreſciuto a ſedici e mezzo. Nè queſto è un
„ rimedio pratticato ſolamente in queſto Princi-
„ pato, giacche tutti i Sovrani oggigiorno ſi ſer-
„ vono di tali mezzi, acciò nel proprio Stato
„ abbondi la ſpecie delle monete d'oro, ac-
„ ciò non ſi conſumi, acciò non ſi traſporti al-
„ trove, che ſono i motivi enunciati nell' E-
„ ditto del Rè Criſtianiſſimo *de' 15. Decembre*
„ 1689.

„ Da queſte premeſſe ſi deduce, che eſſendo
„ ſtati ordinati i pagamenti delle Taſſe delle ſpe-
„ dizioni o in Finrini, o Ducati d'oro di Camera,
„ ſarebbero obbligati i Proviſti a dar tanti Fio- 28
„ rini, o Ducati in ſpecie: Ma in hoggi non tro-
„ vandoſi queſta ſpecie di monete, ſono tenuti a
„ dar tanti ſcudi d'oro effettivi ſurrogati in luogo
„ di dette antiche monete con l'augumento, che
„ corre nel tempo del pagamento, eſſendo pro-
„ poſizione incontrovertibile, che quando è de-
„ dotta in contratto una certa ſpecie di mone- 29
„ ta, deve darſi o la medeſima, o la ſurroga-
„ ta, o altra con l'augumento, che corre nel
„ tempo del pagamento, acciò il Creditore non
„ reſti pregiudicato, in conformità dell'origina-
„ ria dottrina di *Bartolo*, approvata anco ne'
„ Tribunali della Francia, *in leg. Paulus 99. &*
„ *ſeq. de ſolut. Boetius deciſ. 327. per totam,*
„ *ubi in fine refert, quod Senatus Burdegallenſis*
„ *ſequutus fuit hanc opinionem, Anneus Rober-*
„ *tus Rer. judicat. lib. 1. cap. ultima, ubi de Senatu*
Pariſienſi,

Digitized by Google

„ *Pariſienſi*, *Tondut. Reſol. civil. cap.* 1. *num.* 7.
„ *& ſeqq. Faber. in C. lib.* 8. *tit.* 30. *def.* 27. *ubi*
„ *de Senatu Sabaudia Rota deciſ.* 139. *num.* 1. *co-*
„ *ram Dunoz. ſen. ubi quod opinionem Rotæ Roma-*
„ *næ amplectuntur etiam Tribnnalia Galliarum*,
„ *cum altis quamplurimis Doctoribus relatis in ter-*
„ *minis Floreni auri in Vercellen. Annua præſta-*
„ *tionis* 22. *Junii* 1701. *&* 13. *Februarii* 1702.
„ *cor. Eminentiſſ. de la Tremoille, &* 13. *Junii* 1704.
„ *coram R. P. D. Anſaldo*, *& in alia Vercellen.*
„ *Cenſus* 10. *Januarii* 1701. §. *Ex his coram eo-*
„ *dem Cardinale de la Tremoille.*
„ E ſiccome in caſo, che lo ſcudo d'oro ſi di-
„ minuiſſe nel ſuo valore eſtrinſeco, non ſarebbe-
30 „ ro tenuti ad altro i Provviſti, che a dare lo ſcu-
„ do d'oro effettivo, col quale ſi compone il Fio-
„ rino, così è di raggione, che in caſo di augu-
„ mento ſiano obligati, non volendo darlo in
„ ſpecie, darlo in altra moneta con l'augumento.
„ E queſtu è uno de' motivi conſiderato da tutti
„ i Dottori allegati, & in ſpecie dal *Boerio.* E
„ non è caſo impoſſibile, che ſi ſminuiſca la va-
„ luta dell'oro, attese le tante mutazioni, che ſuc-
„ cedono nel Mondo, & oſſervò *Corrad. in Prax.*
„ *Beneficiar. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 91.
„ Queſte Teoriche non ſi controvertono ne' fo-
„ gli communicati, ne'quali ſolamente s'intende
31 „ di provare, che ſia ingiuſto l'accreſcimento ul-
„ timamente fatto con pubblica autorita, dall'eſ-
„ ſerſi reſe così eceſſive, & intolerabili le ſpeſe
„ delle ſpedizioni ne' Benefi cj Conciſtoriali di Fran-
„ cia, che ſi ſpiantano molte Fameglie, che non
„ poſſono rinfrancarſi delle dette ſpeſe: Ma è così
„ tenue l'augumento, che ora ſi è fatto, che non
„ può mai produrre queſto pernicioſo effetto, e le
„ Taſſe ſono così regolate, che ſiccome le altre
„ Nazioni, così ancora la Franceſe non hanno
„ occaſione di farne doglianza.
„ La maggiore, e più conſiderabile ſpeſa, che
„ ſi fa nelle ſpedizioni de' Beneficj Conciſtoriali
„ conſiſte nel pagamento del *Commune*, *e de' mi-*
„ *nuti ſervizj*, e nelle materie di Francia, ſi prat-
32 „ tica nel ſeguente modo. Nella *Patria di obbe-*
„ *dienza*, che e quel Paeſe unito alla Corona do-
„ po i Concordati, ſi paga il *Terzo* del valore
33 „ di un anno. Nella *Patria ridotta*, che com-
„ prende quei gran Paeſi, che cadono ſotto i
„ Concordati, ſi paga la meta del Terzo, cioè la
„ *ſeſta parte* del valore di un anno, *Fagnanus in*
„ *Cap. Præterea num.* 53. *& ſeqq. ne Prælat. vices*
„ *ſuas*, *Amayden. de Stylo Datar. lib.* 1. *cap.* 18.
„ §. 3. *num.* 26. Et in queſto pagamento conſiſte la
„ maggior ſpeſa, cioè nel *terzo*, e reſpettivamen-
„ te nel *ſeſto* de' frutti di un anno, che unita all'
„ altre ſpeſe neceſſarie delle Bolle non è così con-
„ ſiderabile, che poſſa ſpiantar la Fameglia del
„ Proviſto, poichè, calcolandoſi, che un Bene-
„ ficio venga a vacare ogni quindici anni, è im-
„ poſſibile, che in tanto ſpazio di tempo il provi-
„ ſto non ſe ne poſſa rinfrancare, quando anco le
„ ſpeſe aſſorbiſſero li frutti di una annata intera.
„ Anzi molti ſe ne rinfrancano ſubito con li frutti
„ intermedj decorſi nel tempo della vacanza, *Fa-*
„ *gnan. in d. Cap. Præterea ſub num.* 69. *&* 75. *ne*
„ *Prælat. vices ſuas.*
„ E ſe è creſciuto *ex ſui natura* il valore eſ-
„ trinſeco dello ſcudo d'oro, ſono anco *ex ſui na-*
34 „ *tura* creſciuti i frutti de' Beneficj, *Fagnan. in*
„ *d. Cap. Præterea ſub num.* 20. *& num.* 70. *A-*
„ *mayden. de ſtylo Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 2.
„ *n.* 15. *verſ. Et plerumque*, *Rota coram Sera-*
„ *phin. dec.* 1393. *n.* 3. *Reding. in hiſtoria Concil.*
„ *Trid. tom.* 1. *pag.* 12. *n.* 11. *fine.* Baſta vedere
„ il Libro ſtampato in Parigi nel 1684. nel qua-
„ le portandoſi in una Colonna le Taſſe di Can-
„ cellaria, e nell'altra il vero valore, ſi ſcorge
„ quanto quelle ſieno inferiori al vero valore,
„ *Poullié Royal*, *contenant les Bénéfices apparte-*
„ *nans à la nomination du Roy*, *à Paris* 1648.
„ *avec privilege du Roy &c.* E da Giovanni XXII.
„ ſino al tempo del Concordato, il vero valore
„ di eſſi Beneficj era creſciuto più della meta,
„ *Mezeray Abrégé Chronologique de l'Hiſtore de*
„ *France tom.* 4. *pag.* 463. *Spondanus ad annum*
„ 1515. *n.* 15.
„ Anzi ne' caſi particolari, ne' quali ſi giuſtifi-
„ chi la diminuzione de' frutti, è ſolito di ridurſi 35
„ a proporzione la Taſſa, *Amayden. de ſtylo Da-*
„ *tar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 2. *num.* 16. Lo prattica
„ ſpeſſe volte il Sac. Collegio, e ſogliono prat-
„ ticarlo anco i Sommi Pontefici in Camera con
„ dare il mandato *expediendi gratis*, de' quali ne
„ fa frequente menzione nelle ſue lettere il Car-
„ dinal *Oſſat*, come nel *Tomo* 1. *juxta impreſſio-*
„ *nem anni* 1698. *pag.* 352. 382. 383. 469. 582.
„ *&* 584. Onde ſi può francamente conchiude-
„ re, che per raggion delle Taſſe non può rego-
„ larmente ſuccedere queſto gran pregiudizio,
„ ſiccome in termini poco diſſimili, *Fagnan. in*
„ *dicto Cap. Præterea n.* 69. *& ſeqq. ne Prælat. vi-*
„ *ces ſuas.*
„ Non ſuſſiſte parimenti l'altro motivo, che in
„ vigor de' Concordati non ſi poſſano alterare le 36
„ Taſſe de Beneficj di Francia ſenza il conſenſo
„ del Rè, e de' Prelati di quel Regno. Mentre ne'
„ Concordati impreſſi, e nel Bollario Romano
„ *Tom.* 1. *Conſtit. XX. Leonis X.* e appreſſo *il Re-*
„ *buffo*, *il Doujat. il Pinſon.* & altri Autori Fran-
„ ceſi non ſi legge sì fatta convenzione. Siccome
„ ne anco ſe ne fa menzione alcuna nella lunga
„ Iſtoria della Prammatica, e del Concordato pu-
„ blicata dal *Pinſonio tom.* 2. *pag.* 725. *in folio* ove
„ regiſtrandoſi minutamente quanto avvenne in
„ queſta materia dall' anno 1515. ſino al 1585.
„ non ſi legge memoria di queſta convenzinne. E
„ non cadendo allora diſputa ſu le Taſſe de Bene-
„ cj maggiori, e molto meno ſu la valutazione
„ delle monete, non potea cader concordia ſopra
„ un punto, che non era controverſo.
„ Tutta la queſtione allora dibattuta, non già
„ con la Corte di Roma, ma tra il Rè, il Par-
„ lamento, e l'Univerſita di Parigi versò ſopra il
„ §. *Statuimus autem* delli Concordati, nel quale 37
„ ſi era convenuto, che ſotto pena di nullità ſi do-
„ veſſe eſprimere ne' Beneficj inferiori il vero an-
„ nuo valore *juxta communem æſtimationem*; Il
„ Re voleva che ſi accettaſſe queſto articolo, ri-
„ pugnavano il Parlamento, e l'Univerſita. E
„ dall'una, e dall'altra parte furono dedotte molte
„ ragiooi regiſtrate in detta Iſtoria appreſſo il *Pin-*
„ *ſon.* Finalmente fu preſo il temperamento di ri-
„ portar dal Papa un altra Bolla, che ſi vede a
„ piè de' Concordati, in vigor della quale ſi è in-
„ trodotto l'uſo di eſprimere ne' Beneficj inferiori
„ il valore di ducati ventiquattro *Fagnan. in d.*
„ *Cap. Præterea n.* 73. *ne Prælat. vices ſuas.* Ecco
„ quanto avvenne allora intorno al valore de' Be-
„ neficj inferiori, non eſſendoſi parlato, nè pun-
„ to, nè poco delle Taſſe de' Beoeficj Conciſto-
„ riali.
„ Ma quando ancn con altra particolar conven-
„ zione ſi foſſe legitimamente ſtipolato, che non
„ ſi poſſino accreſcere le Taſſe delle Spedizioni.
„ Noi ſiamo fuor del caſo, poichè non ſi è fatta 38

„ alcuna innovazione riſpetto alle Taſſe, le qua-
„ li ſono in oggi quelle medeſime, che furono
„ ſtabilite in tempo di Giovanni XXII. Nè ſi
„ può mai preſupporre, che ſi foſſe convenu-
„ to, che non ſi poſſa accreſcere il valor eſtrin-
„ ſeco dello ſcudo d'oro, ſecondo la varieta, e
„ circoſtanze de' tempi, perchè queſto ſarrebbe
„ ſtato un ferire altamente la ſovranità de' Sommi
„ Pontefici.

„ E che queſta debba eſſer la vera intelligenza
„ di detta convenzione, quando foſſe ſtata fatta,
„ ſi comprova chiaramente dall' oſſervanza, inter-
39 „ prete fedele di tutte le umane convenzioni; o-
„ gni volta che è creſciuto l'eſtrinſeco valore de'
„ ſcudi d'oro, i Prelati Franceſi han pagate le
„ Taſſe, o con i ſcudi d'oro in ſpecie, o in mone-
„ ta equivalente con l'augumento: Se foſſe pre-
40 „ ceduto un così ſolenne Concordato, che non ſi
„ poteſſe accreſcere lo ſcudo d'oro riſpetto alle ſpe-
„ dizioni di quel Regno, ſi può fermamente cre-
„ dere, che non ſi ſarebbero pregiudicati in un
„ punto così geloſo, che aſſeriſcono eſſere a loro
„ così pregiudiziale, e che averebbe riguardato
„ l'intereſſe publico.

„ Ne ciò può attribuirſi a connivenza, o de
41 „ Miniſtri, o de Spedizionieri. Poiche i Prelati
„ ſono quelli, che col proprio denaro hanno pa-
„ gato le Taſſe, e ſi ſono ſerviti delle Bolle ſpe-
„ dite con lo sborſo della ſomma augumentata.
„ Ne quali termini l'acquieſcenza deve attribuirſi
„ agl'iſteſſi Prelati, non a Spedizionieri, li quali
„ non tralaſciano d'avviſare alle Parti intereſſate
„ quello di nuovo ſuccede in tali materie.

„ Non ſi controverte in detti ſogli, che il Pa-
„ pa poſſa dare quel valore, che le piace, a ſcu-
„ di d'oro, ma ſi dice, che il tenue accreſcimento
„ fatto non debba aver luogo nelle ſpedizioni de'
42 „ Beneficii di Francia. Ma o queſta aſſerzione ſi
„ appoggia al Concordato, e per le raggioni già
„ addotte ceſſa il fondamento; o ſul pregiudizio,
„ che ridonda alli provviſti, che in tal forma pa-
„ gano in moneta di argento pochi ſcudi di più di
„ quello, che pagavano prima, e queſto è un
43 „ pregiudizio, che proviene *ex natura rei, ſecon-*
„ *dario, & in conſequentiam*: E ſecondo tutte le
„ regole legali, queſte ſorti di pregiudizj non ſi
„ hanno in conſiderazione, *Gloſſ. in Cap. Quam-*
„ *vis verbo detrimentum, de Præbend. in 6. Rota*
„ *dec. 372. num. 3. part. 2. Recent. Seraphin. dec.*
„ 1410. *n.* 23. Nel dare quaſto picciolo augu-
„ mento allo ſcudo d'oro, ſi e avuto il principal
„ riguardo al bene dello Stato. Se naſce qualche
„ pregiudizio a Proviſti, è un pregiudizio oc-
„ caſionale, e ſecondario. E ſiccome la Camera
„ Apoſtolica paga i debiti contratti in ſcudi d'oro
„ in moneta effettiva d'oro, o in equivalente
„ d'argento ſenza diſtinzione di perſone, così
„ raggionevvole, che eſigga nell'iſteſſa forma i
„ ſuoi crediti.

„ Peraltro *menſuras, & pondera ubique æqua-*
44 „ *lia eſſe* determinò il *Concilio VI. di Arles nell'*
„ *anno* 813. *Can.* 15. *apud Natal. Alex. Secul.* 9.
„ & 10. *part.* 1. *pag. mihi* 357. Se tutte le Na-
„ zioni pagano le Taſſe in ſcudi d'oro effetivi,
45 „ come de jure ſono tenute, non vi è motivo
„ particolare, per il quale queſta regola legale
„ debba limitarſi ne ſoli Prelati della Francia, che
„ hanno queſto vantaggio ſopra le altre Nazioni,
„ che nella *Patria ridotta* pagano la metà di quel-
„ lo pagano le altre Nazioni; E ſe bene il privi-
46 „ legio di *Gregorio XII.* uno de trè Papi nel gran
„ Sciſma di Occidente, foſſe ſtato dato ad *quin-*
„ *quennium*, contuttociò è ſtato ſempre in Ro-
„ ma oſſervato, come ſe foſſe ſtato perpetuo,
„ *Fagnan. in Cap. Præterea n. 73. ne Prelati vi-*
„ *ces ſuas.*

„ Finalmente non può dirſi ingiuſto queſto au-
„ gumento per non corriſpondere al peſo *compa-*
„ *rative* alle monete d'oro deglj altri Principi.
„ Poiche con l'eſperimento già fatto ſi prova, che
„ il ſuo peſo è giuſtiſſimo, e due ſcudi d'oro u-
„ guagliano una Doppia di Spagna, che pure a
„ giorni noſtri è creſciuta da giulj trent'uno a
„ trentatrè, o mezzo. Et in queſta materia ba- 47
„ ſta, che vi ſia un oneſta proporzione trà la ma-
„ teria, e la forma, non dovendo conſiſtere in *in-*
„ *diviſibili*, como oſſerva *Giballin. de Human.*
„ *Negociat. lib. 2. cap. 4. art. 5. n. 6. 7. & 9. Go-*
„ *bius de Monetis quæſt. 2. n. 44.* „ Hactenus diſ-
curſus.

Ceterum omittendum non eſt, quod in Litteris
Apoſtolicis expreſſio valoris fructuum Beneficii 48
ſemper fit in ducatis de Camera propter intereſſe
Officialium, quibus emolumenta debentur ad ra-
tionem hujuſmodi ducatorum, & proinde Officia-
les Datariæ, ſi vident valutationem factam præter
eorum calculum particularem, tunc Supplicatio-
nes in ea parte emendant, vel cogunt Sollicitato-
res Litterarum, ut augeant expreſſionem, ipſique
propterea addere conſueverunt *vel circa*, ut ex-
cludant quantitatem, quam ignorant eſſe certam,
Rot. dec. 186. n. 21. & ſeqq. & deciſ. 213. num. 8.
part. 6. Recent.

An autem Ducatus in Beneficiorum impetratio-
nibus intelligi debeat, juxta valorem currentem in 49
partibus, ſeu potius ſecondum eum, qui valet in
Curia cum Cambio? *Sot. hic* circa finem exiſti-
mat, Ducatum intelligendum eſſe, prout in Cu-
ria valet cum Cambio, ſubdens ſic ſervare Rotam;
ſequitur *Gomeſ. in Regul. de valor. quæſt. 8. verſic.*
tamen conſiderandum eſt, Card. de Luc. de Beneſic.
diſcurſ. 107. *in Suplem.* ubi, quod pro æſtimatio-
ne Ducati, & reductione ad monetam de partibus
valutari debeat minor valor intrinſecus monetæ de
partibus, ac etiam deducendum ſit Cambium de
loco ad locum, & Aggium de moneta ærea in ar-
genteam.

Sed contrarium, quod Cambium, veluti quid
extrinſecum, & modò majus, aut minus, juxta 50
Commercii Regulas, attendi non debeat, firmant
Kochier ad Sot. in Regulam 60. apud ipſum num. 5.
Rebuff. in tractat. de Nominatian. quæſt. 9. n. 42.
ubi, quod debet exprimi verus valor, prout eſt in
loco Beneficii abſque detractione Cambii, *Raſ. de*
Executor. in addit. ad cap. 7. num. 355. lib. 1. &
Soto, ac *Gomeſio* reprobatis, *Pariſ de Reſignat.*
lib. 3. quæſt. 2. n. 61. Rot. cor. Putea dec. 210. lib. 3.
in Correct. & conferunt tradita per *Zabarell. in*
Clement. 2. de Decimis num. 11. in fine, ibi--
Ob mutabilitatem autem Cambiorum veritas va-
loris ipſius pecuniæ non mutatur, & per eandem
Rot. decif. 186. num. 23. part. 6. Recent. ubi di-
ctum fuit, non eſſe in materia hujuſmodi valuta-
tionis attendendum judicium Mercatorum, qui
propter intereſſe tranſmiſſionum, & proviſio-
num, ſolent eſſe rigoroſiores, confirmat. *dec.*
213. *ſub num. 25. eadem part. 6.* & in *Ferrarien.*
Pecuniaria ſuper valutatione Monetarum 16. Ja-
nuar. 1696. cor. Urſino, & in Melevitana Pen-
ſionum 16. Junii 1698. cor. Friola, ubi fuit facta
valutatio correſpondens intrinſecæ bonitati ſine
Cambio.

Et confert Reſolutio Sacræ Congregationis Con-
cilii in *Converſanen. 16. Decembris* 1713. inter
Summa-

Summaria Precum. P. Generalia Ordinum Prædicatorum ex Sacræ Congregationis facultate reduxerat nonnulla onera perpetua Miſſarum Conventus Terræ *Rutiliani* ad rationem annuæ eleemoſynæ ſcutorum ſexaginta monetæ Romanæ pro qualibet Miſſa perpetua, præcipiendo juxta Sacræ Congregationis mentem, ut ſi aliquando redditus prædicti augerentur, vel minuerentur, augeri etiam deberet, vel minui pro rata numerus
51 Miſſarum. Exorto dubio, an præfata ſcuta Romana intelligi deberent juxta Cambium, quod tempore reductionis currebat ad quinque pro centenario, ſeu potius juxta aliud ad rationem quadraginta circiter, quod anno 1713. currebat? Sacra Congregatio reſcripſit, *Summam ſcutorum ſexaginta in reductione expreſſam intelligendam eſſe abſque Cambio, neque præſenti, neque futuro, ſed tantum juxta valorem tunc currentem, vulgo dictum* Aggio *intrinſecum monetæ, qui tunc erat in ducatis quinque pro centenario.*

R E G U L A XXVI.

De Beneficiis vacaturis per promotionem ad Eccleſias, & Monaſteria.

ITem prædictus Dominus Noſter Papa voluit, decrevit, & ordinavit, quod quæcumque conceſſiones, gratiæ, & mandata, etiam Motu proprio, & cum derogatione hujus Conſtitutionis, quæ ab eo pro quibuſvis Perſonis emanaverint de providendo eis de quibuſvis Beneficiis vacaturis per promotionem quorumcumque, ad Eccleſiarum, & Monaſteriorum regimina, ſi hujuſmodi conceſſiones, & mandata diem promotionis promovendorum ipſorum præceſſerint, nec non quæcumque collationes, proviſiones, & diſpoſitiones pro tempore faciendæ de præmiſſis, & quibuſvis aliis Beneficiis Eccleſiaſticis Secularibus, & Regularibus, quæ per promovendos, vel aſſumendos ad quaſcumque Prælaturas, inter illarum vacationis, & hujuſmodi promotionis, vel aſſumtionis tempora ſimpliciter, vel ex cauſa permutationis ubicumque reſignari, vel alias dimitti contigerit cum inde ſequutis pro tempore ſint caſſæ, & irritæ, nulliuſque roboris, vel momenti.

A R G U M E N T U M.

IRritat Regula in prima ſui parte Gratias ſuper Beneficiis per Promotionem ad Eccleſias, & Monaſteria, vacatura, & qua ratione? Redolent Gratiæ præfatæ naturam Expectativarum, quæ, etſi per Concilium Tridentinum ſublatæ ſint, non exinde ſuperflua redditur diſpoſitio Regulæ, cum poſſint Pontifices, ſi velint, illas concedere, & nonnulli etiam poſt laudatum Concilium hac uſi ſunt poteſtate. Examinatur quæſtio, an Indultum ab Alexandro VI. Univerſitati Studiorum Coloniæ elargitum, quod Canonicatus *primæ Gratiæ* nuncupati conferri debeant ejuſdem Univerſitatis Rectoribus, ſeu Lectoribus, aut Regentibus, Gratiis expectativis non obſtantibus, excludat Coadjutorias Apoſtolica auctoritate faciendas ſuper dictis Canonicatibus, & hac occaſione plene diſſeritur, an, & quando Coadjutoriæ cum futura ſucceſſione veniant appellatione Expectativarum. Primariæ Preces inter Gratias Expectativas a præfato Concilio prohibitas enumerantur, & exceptis iis, quæ a Sede Apoſtolica ſingulis Imperatoribus de novo electis per ſpeciale Indultum elargiuntur, ceteræ ab Electoribus, & Vicariis Imperialibus prætenſæ, inter prohibitas a Jure, & eodem Concilio Tridentino recenſentur. Agitur de origine Primariarum Precum Imperialium, & plene oſtenditur, jus illas dirigendi unice a ſpeciali Sanctæ Sedis Indulto promanare, nec iis Imperatores uti poſſe ante Indultum præfatum ſub certa ſpe, quod juxta ſolitum, illis denegari non debeat. Quæ vero Beneficia ſub dicto Apoſtolico Indulto comprehendantur, quæquæ

ſint ab illo excluſa, plene diſſeritur. De variis Indultis, quibus ex Apoſtolicæ Sedis benignitate gaudent Reges Galliarum, & Univerſitas Studiorum Pariſienſis, nominandi ad nonnulla Beneficia vacatura favore certi generis Perſonarum, & an jure ſubſiſtat prætenſus uſus Primariarum Precum, quibus gaudere contendunt Reges præfati ob eorum felicem adventum ad Cornnam? Expectativæ ad Commendas Sancti Joannis Hieroſolymitani, quæ a Magno Magiſtro Equitibus Antianis concedi ſolent, inter prohibitas a Concilio Tridentino non recenſentur. Acceſſus, & Regreſſus ad Beneficia reſignata, ſpeciem Expectativarum ſapiunt, favore etiam Cardinalium prohibiti, & quibus in caſibus ſoleant a Pontificibus indulgeri? Regula in ſecunda parte decernit Reſignationes, ac Dimiſſiones Beneficiorum, quæ per Promovendos ad quaſcumque Prælaturas, intra illarum vacationis, & promotionis tempora, explentur; Diſpoſitio hæc favorabilis eſt: In quo differat a prima parte Regulæ III. & an comprehendat Beneficia vacantia per aſſumtionem ad Prælaturas inferiores aliqualem Juriſdictionem habentes? Locum ſibi vindicat in Reſignationibus Beneficiorum tam coram Ordinariis, quam Pontifice, etiam ad aliorum favorem expletis, comprehenditque Beneficia Commendata, Electiva, ac etiam Hoſpitalia; & quid dicendum de Beneficiis Germaniæ ob Concordatorum diſpoſitionem? de Beneficiis obtentis a Præſentatis ad Eccleſias, & Monaſteria per Regem Hiſpaniarum, ac de Beneficiis familiarium DD. Cardinalium? At vero cenſura Regulæ ſolum afficit Reſignationem Beneficiorum perfectam intra tempus vacationis, & Promotionis ad Prælaturam, ſecus vero eam, in qua ſupplicatio ſignata fuit ante Promotionem, ſed conſenſus poſt illam præſtitus; quemadmodum nec comprehendit Beneficia obtenta a Promotis ad Eccleſias Titulares, niſi deputentur etiam ipſi Suffraganei cum Decreto vacationis Beneficiorum, quæ obtinent. Regulæ an, & quomodo derogari conſuevit, & an ex decennali poſſeſſione Beneficii reſignati intra tempus vacationis, & Promotionis ad Prælaturam, inſurgat præſumtio Apoſtolicæ derogationis Regulæ.

S U M M A R I U M.

1 *Traditur ratio, ob quam Regula nullas reddit, & irritas conceſſiones Gratiarum ſuper Beneficiis per Promotionem vacaturis.*

2 *Gratiæ præfatæ naturam ſapiunt Expectativarum.*

3 *Quid tempore Pauli II. actum fuit pro Expectativis concedendis, vel denegandis?*

4 *Expectativæ, & Gratiæ quæcumque ad Beneficia vacatura ſublatæ fuerunt per Concilium Tridentinum.*

5 *Et ob id ſuperflua videtur prima pars Regulæ.*

6 *Contrarium, quod ſuperflua non ſit, & quare?* & n. 7.

Leges abolitæ in volumine aliarum Legum aliquando inſeri ſolent, ut de illis notitia habeatur, ac pro aliarum legum interpretatione deſerviant. ibid.

8 *Expectativas, etſi a Concilio ſublatas, poſſunt hodie Pontifices concedere, ſi velint.*

9 *Et nonnullas conceſſere Sixtus V. & Gregorius XIV.* & n. 10.

11 *Tempore Clementis VIII. diſcuſſum, an congruum eſſet Expectativas a Sixto, & Gregorio conceſſas, revocare, & quid reſolutum?*

12 *Expectativam quoque ad Canonicatum primo vacaturum indulſit Gregorius XV.*

13 *Sed hac poteſtate nunquam uti voluit Sanctus Pius V. & quid Regi Poloniæ, non ſemel, ſed bis, pro conceſſione Expectativarum ſupplicanti, reſcripſerit?*

14 *Coadjutoriæ cum futura ſucceſſione, an ſint loco Expectativarum ſubrogatæ, illarumque naturam ſapiant.* & n. 17. & ſeqq. & n. 29. & ſeqq.

15 *De Indulto, quo gaudet Univerſitas Studiorum Coloniæ, quod nonnulli Canonicatus conferri debeant illius Rectoribus, & Lectoribus, non obſtantibus quibuſcumque Proviſionibus Apoſtolicis, Gratiis Expectativis &c.*

16 *An hujuſmodi Indulti vigore excluſæ remanent Coadjutoriæ cum futura ſucceſſione ſuper dictis Canonicatibus? Proponitur Sententia affirmativa, & redduntur rationes.* & n. 19. 20. & 21.

Nec expedit, ut Indulto præfato derogetur ad effectum, ut locus eſſe poſſit earumdem Coadjutoriarum conceſſioni. n. 27.

18 *Regreſſus ad Beneficium, cauſam habet de præterito, & Coadjutoriæ non æquiparatur.*

23 *Indulto conceſſo Univerſitati Studiorum Coloniæ derogatum non fuit per aliud Indultum ſan. mem. Innocentii XII.*

24 *Derogatio non trahitur ad incognita.*

25 *Præſertim, ſi forma præſcripta pro derogatione facienda, ſervata non fuerit.*

26 *Reſignationis appellatione, non venit Coadjutoria.*

28 *Pontificias proviſiones decet eſſe perpetuo manſuras.*

29 *In Quæſtione, de qua ſupra* num. 16. *proponitur contraria Sententia, quod nempe Indultum Univerſitati Coloniæ elargitum, licet tollat Gratias expectativas, præſervat tamen Coadjutorias. Et ita deciſum* n. 44.

Et traditur differentia inter Coadjutorias, & Gratias expectativas. eodem n. 29.

30 *Coadjutoriæ cum futura ſucceſſione ex juſtis*

cauſis

cauſis conceſſæ, juris fomentum habent, & ſunt favorabiles, non odioſæ. & n. 32.

31 Veniunt ſub nomine Expectativarum in terminis Concordatorum, quæ ex cauſa publica cum Sede Apoſtolica ſunt inita, ſeu ubi agitur de Indultis ordinariis Collatoribus elargitis; Secus in terminis Indultorum, quæ conceduntur Collegiis, & Univerſitatibus Studiorum.

33 Et aſſignantur quamplurimæ diſcriminis rationes vigentes inter Concordata, ſeu Indulta ordinariis Collatoribus conceſſa, & Indulta extraordinaria Univerſitatibus Studiorum elargita. & n. 34. & ſeqq.

36 Indulta Univerſitatibus Studiorum conceſſa, non habent vim contractus cum Sede Apoſtolica.

38 Nec continent favorem, qui favori Eccleſiæ ſit præferendus.

39 Quemadmodum nec illis ineſt publicus ille favor, quem habent Concordata.

41 Papa in elargitione Indulti favore Univerſitatis Coloniæ, manus ſibi non ligavit pro Conceſſione Coadjutoriarum.

42 Et eas concedendo, jus aliquod non tollit Rectori, & Lectoribus Univerſitatis.

43 Papa in Coadjutoriis vigore clauſulæ ex nunc pro tunc impedit, ne per obitum Coadjuti ulla detur Beneficii vacatio.

45 Teſtimonium Univerſitatis Colonien. requiſitum ad effectum Reſignationis Canonicatus ſub Indulto Alexandrino comprehenſi, ſuppleri poteſt a Judice.

46 Vel adimpleri per æquipollens.

47 Preces primariæ naturam Gratiæ expectativæ ſortiuntur, & ſunt per Concilium Tridentinum revocatæ.

48 Revocatio Conciliaris non percutit Preces primarias Imperatoribus a Sede Apoſtolica in eorum inauguratione indulgeri ſolitas, ſed illas, quas Epiſcopi ex Privilegio, ſeu ex conſuetudine ſibi competere autumant.

49 Archiepiſcopo, & Electori Colonienſi, non competit facultas dirigendi Preces primarias.

50 Minuſque Electori Moguntino.

51 Quemadmodum nec Epiſcopo Paderbonenſi.

52 Vicarii ordinarii Imperii poſt Imperatoris obitum, poſſunt Preces dirigere ad Collatores exiſtentes intra Limites eorum Vicariatus.

53 Contrarium, ac redduntur rationes, & referuntur geminæ Literæ de ordine ſan. mem. Clementis XI. ſcriptæ ad Nuncios Apoſtolicos reſidentes Vindobonæ, & Coloniæ, quibus improbatur factum Electoris Palatini, qui tanquam aſſertus Vicarius Imperii poſt obitum glor. mem. Joſephi I. Imperatoris Preces præfatas relaxaverat. & num. 54. uſque ad 58.

59 Jure dirigendi Primarias preces Imperatores ex antiqua conſuetudine gaviſi fuerunt, ut ex Litteris Rodulphi I. Caroli IV. & Wincislai Imperatorum.

60 Sed Conſuetudo iſta non aliunde, quam ex Indulto Sedis Apoſtolicæ originem habuit.

61 Redduntur rationes erutæ ex ipſis Litteris Primariarum precum directis ab Imperatoribus Rodulpho, & Carolo. & num. 62. & 65.

Et Rodulphus ipſe I. Indultum Apoſtolicum pro dirigendis Primariis precibus a Gregorio X. impetravit. n. 62.

Quemadmodum & ante, & poſt Concordata Germanica, pro Indulto præfato Imperatores omnes ſupplicarunt. num. 63.

67 Appellatione juris, ubi jus ſcriptum reſiſtit, venit jus ex Privilegio.

68 Jus Primariarum precum Imperatoribus competere ex Apoſtolico Indulto, probatur etiam facto Maximiliani Imperatoris.

69 Nec non ex formula Indulti a ſan. mem. Alexandro VI. conceſſo Univerſitati Studiorum Coloniæ, in quo derogatur Primariis precibus Imperialibus.

70 Itidemque ex declarationibus ſan. mem. Innocentii X. & Clementis XI. & n. 71.

72 Poſſunt Imperatores ante Apoſtolicum Indultum Primarias preces dirigere ſub ſpe illud obtinendi.

73 Contrarium, & ponderatur factum Alexandri VII. & Clementis XI. & n. 74.

Indultum Primariarum precum Pontifices elargiri non ſolent, niſi, poſt quam Imperatores Neoelecti Legatum miſerint pro obtinenda eorum electionis confirmatione. dicto n. 73. & 74.

75 Revalidatio Primariarum precum, quas Joſeph I. Imperator abſque Indulto Apoſtolico, dum viveret, direxerat, expleta a ſan. mem. Clemente XI. elargita fuit ex mera gratia, non tranſitura in exemplum.

76 Et quibus ſub modificationibus conceſſa fuerit?

77 Referuntur nonnulli Doctores, qui plene de Primariis precibus Imperialibus ſcripſerunt.

78 Indultum Apoſtolicum Primariarum precum, quæ Beneficia complectitur?

79 Preciſta vigore ſuæ nominationis intentionem habet fundatam pro aſſequendo Beneficio, ſemel ac probat ſuum Clericatum, & ejuſdem Beneficii exiſtentiam intra fines Imperii.

80 Maxime, ſi nominatio acceptata fuerit ab Ordinario Collatore.

81 Indultum præfatum afficit Beneficia ſub eo comprehenſa, ſive vacent per mortem naturalem, ſive civilem.

82 Etiam ſi vacaverint in Menſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis vigore Concordatorum.

Nec Proviſi Apoſtolici juvari poſſunt clauſula anteferri, aliiſque clauſulis derogatoriis in eorum Litteris adjectis. n. 84.

83 Derogat Indultum Primariarum precum omnibus Apoſtolicis reſervationibus, illis exceptis, quæ in eo præſervantur.

85 Afficit Indultum Primariarum precum Beneficia vacantia in Menſibus Ordinariis.

86 Nec non, quæ conferuntur ad nominationem Univerſitatum Studiorum generalium.

87 Limita in Beneficiis vacantibus in Menſibus Univerſitati Lovanii vigore Apoſtolici Indulti aſſignatis.

88 Beneficia de Jurepatronatus Eccleſiaſtico, vel laicali competente ex mero Privilegio, ſeu ex præſcriptione, ſubjacent Primariis precibus.

89 Secus Beneficia Juriſpatronatus laicalis ſpectantis ex legitimo titulo fundationis, dotationis, ſeu conſtructionis, aut Juriſpatronatus mixti.

90 Jus nominandi ad Beneficia ex Indulto Apoſtolico Univerſitatibus Studiorum competens, non

Digitized by Google

non ſe extendit ad Beneficia Juriſpatronatus laicalis, vel mixti.

91 *Nominatus ab Imperatore ad unam Beneficium, poteſt in eadem Eccleſia acceptare Dignitatem, & Perſonatum, ſi inſimul abſque Apoſtolica diſpenſatione retineri ſoleant.* & n. 92.

Et ſive vacent per obitum unius, ſive duorum, & aut unica vice, aut ſucceſſive. dicto n. 91.

93 *Si Dignitas, & Canonicatus pro unico Beneficio reputentur, non poteſt unus ad Dignitatem, alter ad Canonicatum nominari.*

94 *Primariæ preces locum ſibi vindicant, quamvis nominatus ab Imperatore ſit deſtitutus qualitatibus a Statutis, & Conſuetudinibus Eccleſiæ requiſitis, puta Nobilitatis, Doctoratus &c.*

95 *Secus, ſi careat qualitatibus ex lege fundationis, vel a jure præſcriptis, ætate nempe, legitimitate &c. tunc enim nominatus indiget diſpenſatione Apoſtolica.*

96 *Habilitas Preciſtæ ſufficit, quod ſuperveniat tempore collationis Beneficii, licet non adſit tempore nominationis, vel ejuſdem Beneficii acceptationis.*

97 *Primariæ preces impertiri poſſunt habenti plura Beneficia, ſive in diverſis, ſive in eadem Eccleſia, dummodo incompatibilia non ſint cum illo, quod Preciſta acceptare velit.*

98 *Preciſta, qui Beneficium acceptavit in una Eccleſia, poteſt ſucceſſive ab Imperatore pro altero Beneficio in alia Eccleſia nominari.* & n. 100.

101 *Preciſta acceptare non tenetur primum Beneficium vacans in Eccleſia, pro qua nominatus fuit, ſed poteſt ſecundum, aut tertium vacaturum expectare.*

102 *Amplia, ut ſequuta primi Beneficii acceptatione, dummodo collatio ſequuta non ſit, poteſt ab ea reſilire, & aliud Beneficium acceptare.*

103 *Contrarium, & redditur ratio.* n. 104.

105 *Sed prior Sententia locum ſibi vindicat, ſi acceptatio primi Beneficii fuerit nulla, aut expleta cum proteſtatione, ſeu illud fuerit litigioſum.*

106 *Si Primariæ preces ſuum effectum ſortiri non valeant, vel ob mortem Preciſtæ, vel quia illis renunciavit, poteſt Imperator alterius favore ad eumdem Collatorem illas dirigere.*

107 *Ante acceptationem Beneficii a Preciſta factam, poteſt Imperator variare, & eaſdem Preces alteri concedere.*

108 *Preciſta tenetur infra Menſem a vacatione Beneficii Preces inſinuare Collatori, ſive per ſe, ſive per Procuratorem ſpecialem, illudque acceptare.*

Et hujuſmodi Inſinuatio neceſſe non eſt, quod fiat ante vacationem Beneficii. n. 113.

109 *Menſis ad inſinuandum Primarias preces aſſignatus, qua ratione in Indulto præſcriptus fuerit?*

110 *Elapſo menſe, & inſinuatione non ſequuta, poteſt Collator de Beneficio libere diſponere.*

111 *Sed a quo tempore Menſis præfatus currere incipiat?* & n. 112.

114 *Si elapſo menſe a tempore notæ vacationis Beneficii, res ſit adhuc integra, quia Collator de illo non diſpoſuerit, poteſt nominatus ſuas preces inſinuando, Beneficium acceptare.*

115 *Indultum Primariarum precum non amplectitur Beneficia extra limites Germanici Imperii exiſtentia.*

116 *Sicque non afficit Beneficia exiſtentia in Italia, & Statu Mediolani.*

117 *Minuſque in Brabantia.*

118 *Olim controverſum, an ſe protenderet ad Beneficia Civitatis Leodii, ſed hodie Beneficia præfata Primariis precibus ſubjacent.*

119 *Indultum præfatum non comprehendit Beneficia extra Imperium ſita, quamvis Collator in Imperio reſideat.*

120 *Secus, ſi Beneficia in Imperio, Collator extra Imperium degat.*

121 *Beneficia exiſtentia in Imperio, quæ ſint adnexa, & incorporata Beneficiis extra Imperium ſitis, Primariis precibus non ſubjacent.*

122 *Indultum Primariarum precum non comprehendit Beneficia reſervata per* Extrav. ad Regimen, de Præbend.

123 *Minuſque Dignitates poſt Pontificales majores in Cathedralibus, & principales in Collegiatis.*

Et quænam in Germania ſint hujuſmodi Dignitates? n. 124.

125 *Nec Beneficia ad Sedem Apoſtolicam devoluta.*

Subjacent tamen Primariis precibus Beneficia ab inferiori ad immediatum Superiorem devoluta, niſi Papa illum præveniret in conferendo. n. 126. & 127.

128 *Beneficia effecta litigioſa poſt conceſſionem Primariarum precum, ſub illis non comprehenduntur.*

129 *Primariis precibus non ſunt obnoxia Hoſpitalia, Beneficia manualia, Vicariæ ad alterius nominationem providendæ, Beneficia commendata, aut Menſis Capitulari, Epiſcopali, vel Abbatiali unita.* & n. 130.

131 *Quemadmodum nec Beneficia poſt earum conceſſionem erecta.*

132 *Dignitates Regulares, & Beneficia ſimplicia Regularia, an Primariis precibus ſubjaceant?* & n. 133.

134 *Primariæ preces non comprehendunt Beneficia, quæ in manibus Papæ libere, vel ad favorem reſignantur.* & n. 135.

136 *Nec Beneficia, quæ coram eodem Papa, vel Ordinariis permutantur.*

137 *Minuſque Beneficia ad ſimultaneam plurium collationem, quando ad unum tantum Collatorem ſunt directæ.*

138 *Primariæ preces directæ ad Epiſcopum, & Capitulum ſimultaneam habentes, ſufficit, ut inſinuentur Epiſcopo ad effectum, ut afficiant etiam Capitulum.*

139 *Primariæ preces locum ſibi non vindicant, niſi Collator, ad quem ſunt directæ, quatuor ad minus Beneficia conferendi facultatem habeat.*

140 *Canonicatus Cathedralium, & Collegiatarum ſubjacent Primariis precibus, quamvis eorum collatio ſpectet ad Canonicos per Turnum.*

141 *Per Imperiales preces non poteſt unus Collator*

tor niſi ſemel, & una Eccleſia ultra ſemel gravari.

142 *Galliarum Reges Indulto gaudent Apoſtolico nominandi cuilibet Prælato Regni ſemel tantum in vita ſua, ad Beneficia certi reditus primo vacatura, Supremum Regni Cancellarium, Præſides, Conſiliarios, alioſque Officiales Parlamenti Pariſienſis.* & numer. 143.

144 *Nominatio hujuſmodi, licet ſapiat Gratiam expectativam, non ſubjacet tamen revocationi Conciliari.*

145 *Nominationem quoque explet Univerſitas Pariſienſis favore in ea Graduatorum ad Beneficia, quæ vacare contingeret in menſibus Januarii, Aprilis, Julii, & Octobris.*

146 *Et nominatio hæc, quæ originem duxit a Pſeudo-Concilio Baſileenſi, & Pragmatica Sanctione, approbata fuit in Concordatis initis inter Leonem X. & Franciſcum I.*

147 *Hinc in Regionibus illis, in quibus locum non habent Concordata, nec Graduatorum nominationes locum ſibi vindicant.*

148 *Reges Galliarum facultate gaudent dirigendi Preces ad Regni Collatores ob jucundum eorum adventum ad Coronam.*

149 *Sed prætenſum jus iſtud nec Sedes Apoſtolica, nec Regia Galliarum Parlamenta agnoverunt.*

150 *Diſpoſitio Conciliaris revocans Expectativas, non comprehendit illas, quas M. Magiſter indulget Equitibus antianis ad Commendas Sac. Religionis Hieroſolymitanæ.*

Expectativas vero, aliorum, quam favore Equitum antianorum, concedere, ad ſolum Pontificem ſpectat; & refertur exemplum. n. 153. & 154.

151 *Equites antiani vigore Expectativarum ad Commendas, dicuntur habere jus in re.*

152 *Permutatio Commendarum Religionis Hieroſolymitanæ ſine conſenſu Linguæ, & Antianorum, qui ad illas Expectativas habent, an ſubſtineatur?* Remiſſive.

155 Acceſſus, & Regreſſus *ad Beneficia ſpeciem præſeferunt Expectativæ, & ſunt etiam favore Cardinalium a Concilio Tridentino prohibiti.* & n. 156.

157 *Et ejuſdem Concilii tempore admiſſa non fuit Reſignatio Epiſcopatus, quam Cardinalis explere intendebat ſub conditione Regreſſus in caſu obitus Reſignatarii.*

158 *Regreſſum ad Eccleſiam Montisfaliſci Cardinali Farneſio denegavit S. Pius V.*

159 *Et quid laudatus Pontifex reſpondit nonnullis ſuadentibus, ut Regreſſus permitteret pro comparandæ pecunia impendenda in Bello contra Turcas?*

160 *Regreſſus non eſt a Concilio prohibitus, & licite admittitur in permutationibus Beneficiorum ob compermutantis fraudem.* & numer. 163.

161 *Necnon in Reſignatione Beneficii cum Penſione, ſi hanc Reſignatarius ſolvere detrectet.* & n. 163.

162 *De Differentia inter* Acceſſum, Ingreſſum, *&* Regreſſum. *Remiſſive.*

164 *Acceſſus ad Eccleſiam Cathedralem, quem Summus Pontifex indulget Minori ob ætatis defectum incapaci, ut ad illam promoveatur, ſub Conciliari diſpoſitione non comprehenditur.*

165 *Regula in ſecunda parte diſponit, quod nulle ſint Ceſſiones, Reſignationes, & Permutationes Beneficiorum expleta a Promovendis ad quaſcunque Prælaturas intra illarum vacationis, & promotionis ad eas, tempora.*

Et emanavit in declarationem Reſervationis Beneficiorum vacantium per Promotionem ad Epiſcopatus, & Monaſteria contentæ in Extravag. ad Regimen de Præbend. num. 167. 170. 187. & 207.

166 *Eſt de antiquioribus Regulis Curiæ, & reperitur inter editas a Joanne XXIII. & Martino V.*

167 *Et reputatur favorabilis.* & n. 182.

168 *Regula in hac ſecunda parte concordat cum prima parte Regulæ III. quæ proinde ſuperflua videtur.* & n. 169.

170 *Contrarium, quod prædictæ Regulæ ſint inter ſe diſtinctæ, & ſeparatæ, ac diverſum Beneficiorum genus percutiant. Et late explicatur differentia inter utramque Regulam.*

171 *Regula XXVI. comprehendit etiam Reſignationes Beneficiorum vacantium per aſſumtionem ad Dignitates, ſeu Prælaturas inferiores, aliqualem habentes Juriſdictionem. Et redditur ratio.* n. 172.

173 *Contrarium: Aſſignantur rationes, & explicantur Doctores.*

174 *Sed quæſtio iſthæc hodie ſuperflua ob Conſtitutionem Pauli V. ex qua efformata fuit Regula III. Cancellariæ irritans Reſignationes Beneficiorum expletas intra tempus vacationis, & proviſionis quorumcumque aliorum cum illis incompatibilium Beneficiorum.*

175 *Et vigore Regulæ III. incurritur etiam pœna vacationis Prælaturæ inferioris obtentæ poſt reſignatum Beneficium cum ea incompatibile.*

176 *Regula locum ſibi vindicat tam in Reſignationibus expletis in manibus Papæ, quam Ordinariorum.*

177 *Redditur ratio, quia utrique caſui adaptantur illius verba, & congruit eadem ratio.*

178 *Quod clarius evincitur ex diſpoſitione Regulæ III. quæ expreſſe irritat Reſignationes expletas in manibus Ordinariorum.*

179 *Inſuper procedit diſpoſitio Regulæ in Reſignationibus ad favorem coram Pontifice expletis.*

180 *Quemadmodum comprehendit Ceſſiones, & Renunciationes, quæ fiunt Commendis intra tempus vacationis, & proviſionis Beneficii cum ea incompatibilis. Et redduntur rationes.* n. 181. & 182.

183 *Hoſpitalia an diſpoſitioni Regulæ ſubjaceant?* & n. 184.

185 *Regula afficit Beneficia electiva; & de ratione.*

186 *Non autem Beneficia Germaniæ ob reſiſtentiam Concordatorum.*

187 *Contrarium, quod Beneficia præfata exemta non ſint a cenſura Regulæ.*

Et redduntur rationes. ibidem, & num. 188. & 191.

189 *Papa Conſtitutionem aliquam declarando, novum jus non inducit, ſed antiquum interpretatur.*

190 *Et per hujuſmodi declarationem nemini præjudicium infert.*

192 *Regula comprehendit Reſignationes expletas* ab

ab iis, qui poſtea promoventur ad unam ex quatuor Eccleſiis Epiſcopalibus, quas pleno jure providet Archiepiſcopus Salisburgenſis.

193 *Beneficia obtenta a Promotis ad dictas Eccleſias ſunt vigore* Extravag. ad Regimen *Sedi Apoſtolicæ reſervata.*

194 *Cenſuræ Regulæ ſubjacent Beneficia, quæ vacantibus Eccleſiis, & Monaſteriis de Jurepatronatus Regis Hiſpaniarum, reſignantur ab iis, qui poſtea ad illa ad Regis præſentationem promoventur.*

195 *Poſſunt tamen Beneficia per dictos Promotos obtenta reſignari ante promotionem cum derogatione Regulæ favore eorum, quos Rex deſignat.*

196 *Sed in praxi ſervatur, quod in actu promotionis apponitur Decretum vacationis eorumdem Beneficiorum, quæ poſtea Pontifex confert Perſonis deſignatis a Rege.*

197 *Regula comprehendit Beneficia reſignata a Familiaribus DD. Cardinalium intra tempus vacationis, & promotionis ad Eccleſias, vel Monaſteria.*

198 *Sed illius cenſuræ non ſubjacet Beneficium, ſuper cujus reſignatione ſignata fuit ſupplicatio ante Promotionem, ſed conſenſus præſtitus poſt eam.* Et n. 202.

199 *Supplicatio ſuper reſignatione Beneficii a Pontifice ſignata non reddit gratiam perfectam ante præſtitum a Reſignante conſenſum, & lacerari poteſt a Dataria.*

200 *Conſenſus in Reſignatione præſtitus, licet retrotrahatur ad diem præſentatæ ſupplicationis, retrotractio tamen iſta non fit per veritatem, ſed per fictionem.*

201 *In materia correctoria Juris communis, diſpoſitio loquens de actu vera, non comprehendit actum fictum.*

Et reſtricta ad unum caſum, nec ex majoritate rationis ſe protendit ad alium. n. 204.

203 *Regula non afficit Reſignationem Beneficii ſequutam ante vacationem Prælaturæ, quam Reſignans ſciebat eſſe ſibi de proximo reſignandam, etiamſi ſequuta fuerit de facto Reſignatio. Et redduntur rationes.* numer. 204. 205. 206.

207 *Minuſque comprehendit Beneficia reſignata a Promovendis ad Epiſcopatus Titulares. Et redditur ratio.*

208 *Deputato Epiſcopo Titulari in Suffraganeum, cum Decreta, quod Beneficia per ipſum obtenta vacent* ipſo jure, *ſi ante Suffraganeatus expeditionem eadem Beneficia reſignentur, ſubjacet Reſignatio cenſuræ Regulæ. Et ita reſolutum a Sac. Congregatione Conſiſtoriali.* ibidem.

209 *Diſpoſitioni Regulæ derogari ſolet per Pontifices, nedum expreſſe, ſed etiam tacite, quando nempe in Supplicatione Reſignationis exprimitur, quod Reſignans ſit de proximo promovendus ad Prælaturam, vel promoveri ſperat.*

210 *Ex pacifica poſſeſſione decennali Beneficii reſignati intra tempus vacationis, & promotionis ad Prælaturam, an inſurgat præſumtia derogationis Regulæ?*

DUas continet hæc Regula partes. In prima
1 nullas, & irritas reddit conceſſiones Gratiarum ſuper Beneficiis per promotionem vacaturis. Cum enim quando aliquis ad Eccleſiam, vel Monaſterium promoveri debebat, Papa importune vexaretur ſuper proviſione Beneficiorum, quæ per illum obtinebatur, quæque per promotionem jam erant vacatura, unde contigebat aliquando, ut etiam minus dignis conferrantur, non *enim novum eſt Principem propter inverecundiam petentium non concedenda plerumque concedere*, ut inquiunt *Imper. Gra. Val. & Theo. in l. prim. C. de Petit. bonor. ſublat.* hinc, ut obviam hiſce vexationibus iretur, emanavit hæc Regula, quæ annullat conceſſiones præfatas ad Beneficia vacatura, etiam expletas cum derogatione huic Conſtitutioni, ſeu Regulæ, *Sotus in hanc Regul. Wagnaret. in lib. 3. decret. tit. 5. de Præb. & Regul. Cancell. in Exegeſ. ad hanc Regul. Engel. in Jus Can. lib. 3. tit. 5. de Præbend. numer. 36.*

Hujuſmodi gratiæ ad Beneficia vacatura ſapiunt 2
revera naturam Expectativarum ſuper quibus concedendis, vel denegandis ſub initium Pontificatus 3
Pauli II. actum fuit; Extat hac de re Epiſtola Cardinalis *Papienſis ad Joannem Franciſcum Spinulam* inter impreſſas in ordine la 92. in qua legitur. *Erat enim ex Patribus, qui eas dicerens non concedendas tanquam Præſulibus Eccleſiarum multum exoſas, ſed in judicium Portuenſis itum eſt, qui dixit diu laboraſſe Sedem Apoſtolicam, antequam poſſet aſſequi, ut paterentur Ordinarii gratias in ſuis Diœceſibus dari, & negligendam ideo prærogativam non eſſe tam multis acquiſitam moleſtiis, ubi enim per unum tantum Pontificem deſitæ eſſent, dari amplius non poſſent ſine ſcandalo*; Et refert etiam *Spondan. ad annum 1464. num. 20.*

Sed Concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. cap. 19.* di- 4
ſtricte prohibuit Expectativas, & qualcumque
gratias ad Beneficia vacatura; Unde hodie ſuper-
fluam videri primam partem Regulæ, ait *Ke-* 5
chier. ad hanc Regul. n. 12. Verum ſuperflua non
videtur, ſive quia novum non eſt in volumine le- 6
gum regiſtrari etiam eas, quæ ſunt abolitæ ad effectum, ut de illis notitia habeatur, utque in ſuis caſibus opportunis deſervire poſſint pro aliarum legum declaratione, juxta elegantem *Text. in Can. Fuerunt diſtinct. 7.* ibique *Gloſſ. verb. Ne-*
ceſſarium, ſive ut ait *Pariſ. de Reſignat. lib. 3.* 7
quæſt. 6. n. 13. & 14. ponitur hæc Regula inter additas poſt Concilium, quia in ea dicitur, quod non valeant Expectativæ, etiamſi conceſſæ ſint *Motu proprio*, & cum derogatione huic Conſtitutioni. Sive demum, quia etſi Expectativæ ſint
per Concilium ſublatæ, non exinde abbreviata eſt 8
Summorum Pontificum poteſtas, ut eas, ſi velint, concedere non poſſint, etiam ſine derogatione laudato Concilii decreto, *Fagnan. in Cap. Nulla n. 85. & 86. de conceſſ. Præben. Gonzal. ad Regul. 8. §. 1. Proœm. n. 60.* ubi ait aliquando vidiſſe expectativas poſt Concilium conceſſas, *Rota in Nullius, ſeu Senonen. Abatiæ 12. Januarii 1725. §. Si namque, coram R. P. D. Corio.* Si enim Summus Pontifex poteſt Imperatoribus indulgere Jus nominandi ad Beneficia vacatura per Primarias preces, & ii poſſunt ex Pontificio Indulto Litteras nominationis, ad eadem Beneficia concedere, ut mox dicemus. Longe ſane potiori jure id agere poterit Pontifex, quod aliis faciendi tribuit facultatem, ut bene ratiocinatur *Thomas Campegius de Reſervatione Beneficiorum numer. 3. & 4. inter Tract. magn. tom. 15. part. 2. pag. 535.*

Hinc ſan. mem. Gregorius XIV. anno 1591. 9
hac poteſtate uſus fuit concedendo expectativam
ad

ad Canonicatum *Calagurritanæ* Eccleſiæ cum ex-
preſſa derogatione Concilii decreto, licet gra-
tiam præfatam exorbitantem exiſtimaverit Rota
apud *Pœniam dec.* 244. & ſequitur *Lotter. de Re
Beneficiar. lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 4. *&* 6. eamque mi-
raculoſam appellat *Gonzal. ad Regul.* 8. *Cancell.* §.
1. *Proœm. num.* 61. Nonnullas pariter Expecta-
10 tivas indulſit ſan. mem. Sixtus V. Unde, cum
alias de mandato ſan. mem. Clementis VIII.
diſcuſſum fuiſſet in Sacra Congregatione Con-
cilii, an congruum eſſet Expectativas a lauda-
tis Pontificibus conceſſas revocare. Eadem Sacra
11 Congregatio 9. *Septembris* 1592. cenſuit -- *Ex-
pectativas conceſſas a fel. recordat. Sixto V. &
Gregorio XIV. cum pauciſſimæ ſint, nempe aliæ,
quia mandata ſunt de providendo, videntur dici
per obitum concedentis revocata, non deberi a
Sanctiſſimo Domino Noſtro per regulam genera-
lem, ſed ſpecialiter revocari, illas ſcilicet, quæ
non fuerunt effectum ſortitæ, nec ſuper his lites
pendeant. Sanctiſſimus D. Noſter Congregationis
ſententia audita, cum paucæ ſint expectativæ con-
ceſſæ, inclinavit nolle eas revocare.* Ita adnota-
tum habeo in Ms. Volumine Reſolutionum Sacræ
Congregationis Concilii.

12 Obtinuit itidem a ſan. memor. Gregorio X.
anno 1622. Clericus *Carolus Wanticlerta* ſibi con-
ferri unum, & unam ex Canonicatibus, & Præ-
bendis *Cameracen.* ſeu *Meclinien.* aut *Leodien.*
ſeu *Trajecten.* aut aliarum Eccleſiarum per obi-
tum, aut ceſſionem, aut alias quoquo modo pri-
mo vacaturas cum Decreto petendi a Sede Apo-
ſtolica novam proviſionem, ut ex *libr.* 3. *Secreta-
rum ejuſdem Gregorii XV. anni* 1622. *fol.* 163.

Hac tamen poteſtate S. Pius V. vere digna,
13 & numquam ſatis commendanda moderatione
uti noluit. Cum enim *Sigiſmundus* Poloniæ Rex
eidem ſupplicaſſet, ut expectativam ad Benefi-
cium, nondum vacans Præpoſito *Ariecbovienſi*,
concederet, quamvis graviſſimæ urgerent ratio-
nes gratificandi Regi in illis calamitoſis tempo-
rum circumſtantiis, attamen conſtantiſſime gra-
tiam denegavit, reſponditque -- *Beneficiorum va-
caturorum reſervationes toto Pontificatus noſtri tem-
pora, neque cuiquam conceſſimus, neque conce-
dendas eſſe arbitramur, quod eas ſalva conſcien-
tia concedi non poſſe pro comperta habemus*, ut
ex Epiſtola Regi ſcripta ſub datum 5. *Septembris*
1569. Pontificatus anno IV. apud *Laderchium
Annal. Eccleſ. tom.* 23. *pag.* 297. *n.* 12. *Maffeum
in Vita S. Pii V. lib.* 6. *cap.* 3. §. 468. §. *Havendo*,
& in alia Epiſtola, quam ſub *die* 10. *Februarii*
ejuſdem anni ad laudatum Regem ſimilem gra-
tiam pro *Metello Venturalla* Canonico *Viſlicenſi*
expoſcentem, ſcripſerat -- *Sciat*, inquit, *Majeſtas
tua illam eſſe cauſam, quod Nos juſtiſſimis de cauſis
adducti, quæ ad Dei honorem, animarumque ſalu-
tem maxime pertinent numquam conſuevimus de
Beneficiis, quæ vacatura ſunt, cujuſque rogatu
alicui aliquid aut concedere, aut polliceri, vel
quavis aliqua ratione ſpem, aut expectativam fa-
cere*, quam Epiſtolam refert etiam *Laderchius
d. tom.* 23. *pag.* 297. *n.* 17.

Loco Expectativarum exiſtimant nonnulli ſub-
14 rogatas fuiſſe Coadjutorias cum futura ſucceſſio-
ne, ſed longe a vero aberrant, dum illæ, cæte-
roquin primis etiam Eccleſiæ Seculis uſitatiſſimæ,
ut late præ ceteris oſtendunt *Gonzal. in Cap. Con-
ſultationibus de Cleric. ægrotan. Clericat. de Bene-
fic. Diſcord.* 53. *num.* 18. *Remochamp. in Synopſ.
Coadjut. cap.* 3. *n.* 10. non aliter a Sede Apoſtoli-
ca indulgeri ſolent, quam prævio conſenſu Ti-
tularis, & juſta concurrente cauſa, Epiſcoporum,
aut Capitulorum teſtimonio comprobanda, *ipſæ-
que Coadjutoriæ non tam mera ſint gratiæ, quam
ejus, in cujus decernuntur ſubſidium, ſublevandi
neceſſitate concedantur*, ſunt verba *P. Reding. in
Hiſtor. Concilii Tridentini Tom.* 4. *fol. mihi* 363.
in fine, & ſeqq.

Sed occaſione Coadjutoriæ, quam ad Canoni-
catum Cathedralis Eccleſiæ Colonien. petebat
Henricus Moers, ad trutinam revocata fuit hæc
quæſtio, an appellatione Expectativarum veniant
Coadjutoriæ; Petitioni *Moers* ſe oppoſuit in Da-
taria Univerſitas ſtudiorum Colonien. objecitque
de Indulto, quod *Alexander VI.* elargitus fuit 15
eidem Univerſitati ſub datum Romæ *apud S. Pe-
trum anno* 1492. *duodecimo Kalendas Decembris
Pontificatus anno primo*, quo cavetur, quod Ca-
nonicatus, ut vocant *primæ gratiæ* Rectoribus,
ſeu Lectoribus, aut Regentibus, ſeu legentibus
conferri deberent *quibuſcumque proviſionibus Apo-
ſtolicis* (ſunt verba Indulti) *Gratiis expectativis,
ſpecialibus, & generalibus reſervationibus, no-
minationibus, nominandi facultatibus, ac man-
datis &c. non obſtantibus*, & ibi -- *perinde ac ſi
gratiæ expectativæ ſpeciales, & generales reſerva-
tiones, nominationes &c. nullatenus emanaſſent
&c.* & ibi -- *Non obſtantibus præmiſſis, nec non
quibuſvis impetrationibus, & litteris Apoſtolicis,
Gratiis expectativis, ſpecialibus, vel generalibus,
Reſervationibus &c.* Voluitque laudatus Pontifex,
quod in poſterum dicto ſuo Indulto per quaſcum-
que alias Literas Apoſtolicas, gratias expectativas,
reſervationes generales, vel ſpeciales ex quavis
cauſa, etiam in recompenſam laborum &c. nul-
latenus cenſeretur derogatum, niſi per trinas lite-
ras ſub diverſis datis &c.

Hujuſmodi innixa Indulto contendebat Univer- 16
ſitas ſtudiorum Coloniæ non eſſe locum Coad-
jutoriæ cum futura ſucceſſione. Cum enim in illo
demandetur, non eſſe attendendas Gratias expe-
ctativas, cenſebatur etiam excluſa Gratia Coad-
jutoriæ cum futura ſucceſſione, quæ aliud non
eſt, niſi expectativa totaliter dependens a futuro, 17
nempe a vacatione Beneficii per obitum Coadju-
ti, *Remocamp. de Coadjutor. cap.* 8. *num.* 11. *Rota
poſt eumdem dec.* 16. *num.* 11. *& deciſ.* 17. *num.* 12.
Et eſt gratia præventiva, quæ tollitur tam per
Concordata, quam per Indulta, *Rota deciſ.* 108.
lib. 2. *& deciſ.* 225. *lib.* 3. *coram Puteo, & deciſ.*
10. *num.* 4. *de Privileg. coram Mohedan. & in
Leodien. Canonicatus coram Marquemantio penes
Nicolarts ad Concordat. German. pag.* 124. Conti-
netque Coadjutoria collationem cum clauſula *ex
nunc*, prout *ex tunc*, *Remocamp. de Coadjutor.
cap.* 8. *n.* 23. *Mandoſ. in Regul.* 11. *quæſt.* 6. *in fine,
Gonzal. in Regul.* 8. *Gloſſ.* 5. §. 9. *num.* 56. Sicuti
Expectativa *Rota dec.* 761. *n.* 8. *coram Seraphin.
& deciſ.* 7. *num.* 13. *de Conceſſ. præben. coram Creſ-
centio.* Et continet itidem ſpecialem reſervationem,
Rota deciſ. 743. *num.* 10. *coram Emerix*, quem-
admodum eam continet Expectativa, *Gonzal.
Gloſſ.* 9. §. 2. *n.* 54. *verſ. de Expectativis.*

Et quamvis in Coadjutoria interveniat conſen-
ſus Coadjuti, nihilominus quidquid ſit in ingreſ- 18
ſu, qui habet cauſam de præterito, & non æqui-
paratur Coadjutoriæ, *Rota dec.* 225. *num.* 12. *&
ſeqq. lib.* 3. *coram Puteo*; profecto conſenſus Coad-
juti nihil operatur quoad futuram ſucceſſionem,
& proinde non poteſt dici caſus mixtus, *Rota dicta
deciſ.* 225. *num.* 12. *in fine lib.* 3. *coram Puteo, &
in d. Leodien. penes Nicolarts pag.* 124. §. 3. *verſ.
quia Coadjuti Conſenſus.*

Præſertim, quia Indultum *Alexandrinum* non
ſolum derogat quibuſcumque proviſionibus Apo-
19 ſtolicis, & ſic etiam futuræ ſucceſſioni, quæ
non eſt niſi Apoſtolica proviſio: *Puteus deciſ.
225. num. 4. & per tot. lib. 3.* ſed inſuper derogat
Apoſtolicis illis proviſionibus, quæ ſint conceſſæ
ex quavis cauſa, tametſi in recompenſam labo-
rum, & ſic derogat quoque futuræ ſucceſſioni,
quæ ad *ſummum* dici poteſt conceſſa in recom-
penſam laboris; cum tamen revera Coadjutor
aliquali gaudeat remuneratione, quia nempe por-
tionem fructuum percipiat, & ideo, ſi aliunde
habet remunerationem, non debet ſibi dari ſuc-
ceſſio, *Rota deciſ. 225. n. 17. lib. 3. coram Puteo.*

Hinc non obſtat, quod Coadjutoria impediat
20 Beneficii vacationem, quodque introducta fue-
rit propter augmentum cultus Divini, & non
tollat alterius jus, ſed ſolum impediat, ne naſca-
tur ad favorem Indultarii, qui ſane favor præ-
valere non debet neceſſitati Eccleſiæ, cui Papa
per Coadjutoriam providere intendit. Primo quia
hoc ratiocinium procederet, quando Indultum non
derogaret Gratiæ futuræ ſucceſſionis, vel quan-
do tranſitum non faceret in contractum titulo one-
roſo, & illius vigore Lectoribus habentibus jus
paſſivum, non fuiſſet jus ex quaſi contractu acqui-
ſitum: At, quando Indultum continet deroga-
tionem futuræ ſucceſſioni reſpectu Collatorum,
& tranſivit in contractum reſpectu Lectorum,
qui jus mediante Lectura exercita, acquiſiverunt,
tunc objectio ceſſat, cum non poſſit gratia Co-
adjutoriæ concedi abſque expreſſa derogatione
dicto Indulto, ut in terminis Concordatorum
reſpondit *Rota deciſ. 1. num. 19. poſt Remocamp.
de Coadjutoriis.*

Præterea dicebatur quod Coadjutoria non im-
21 pedit vacationem, eo ipſo, quod gratia futuræ
ſucceſſionis non poteſt habere locum, niſi in
caſu obitus, & ſic quotieſcumque datur locus fu-
turæ ſucceſſioni, datur vacatio, & locum ſibi
vindicat Indultum.

Nec pariter relevare aſſerebat Univerſitas, quod
Coadjutoria fuerit introducta propter augmen-
22 tum Divini cultus. Quia jam fuit illi deroga-
tum in Indulto *Alexandrino*, dum derogatur Ex-
pectativis, & Apoſtolicis proviſionibus ex quavis
cauſa, etiam in recompenſam laborum, idque fa-
ctum fuit pro ſtipendio, & mercede Lectorum in
Vinea Domini pro fide Catholica laborantium,
ideoque voluit ſummus Pontifex hoc ſervitium
publicum Lecturæ præferri eidem cultui Divino,
qui non patitur diminutionem propter magnum
numerum Canonicorum, & quia cultui Divino
conſuli poteſt per deputationem ad vitam Coad-
juti abſque futura ſucceſſione, aſſignato ei com-
petenti ſalario, non autem cum præjudicio Le-
ctorum, qui legendo, ex quaſi contractu Jus ac-
quiſiverunt ad Canonicatum, & quibus, medían-
te Coadjutoria, jus hoc modo quaſitum, tollitur.

Minuſque dici poterat Indulto *Alexandrino*
fuiſſe derogatum per aliud ſubſequens Indultum
23 ſan. mem. *Innocentii XII.* aut quod ei derogari
deberet in gratia Coadjutoriæ, pro qua ſolvitur
notabilis compoſitio. Etenim quoad Indultum *In-
nocentii XII.* in eo neque implicite, neque expli-
cite ullum verbum legitur de præcedenti *Alexan-
dri* Indulto, & ſine tali expreſſione, aut ſaltem
cogitatione in genere, non poterat ei dici ullo mo-
do derogatum, cum derogatio numquam traha-
24 tur ad incognita, *Rota in Colonien. Canonicatus
primæ gratiæ 4. Februarii 1669. §. Ex prædictis,
& 15. Junii ejuſdem anni §. Prout, coram clar.
mem. Card. Scotto*; Præſertim, cum Indultum
Alexandrinum in puncto derogationis præſcribat 25
certam formam, quæ debet ad unguem ſervari,
*Jaſon. conſ. 121. verſ. Item quarto volum. 4. Za-
barell. conſ. 52. num. 4. Maur. allegat. 40. num. 31.*
Et licet Indultum *Innocentii* loquatur de reſigna-
tione, tamen reſignationis appellatione non venit 26
Coadjutoria, ex relatis per *Rot. in Colonien. Ca-
nonicatus primæ Gratiæ 10. Decembris 1710. §.
Verum coram bon. mem. Anſaldo.*

Nec debebat eſſe locus novæ derogationi con-
cedendæ in ipſa gratia Coadjutoriæ; aut quia ip- 27
ſa derogatio legitur prohibita in dicto Indulto
Alexandri VI. aut quia non agitur de privilegio
gratuito, ſed titulo oneroſo conceſſo, in recom-
penſam nempe Lecturæ exercitæ ſub ſpe conſe-
quendi Canonicatum ſibi promiſſum in *Alexan-
drino* Indulto, *Roland. a Valle conſ. 66. num. 53.
tom. 2. Natta conſ. 268. num. 5. & 7.* Maxime ſine
cauſa, & in præjudicium adeo de Catholica Re-
ligione bene meritæ Univerſitatis, cum Pontificis
intentio non ſit faciendi uni rem gratam, ut alteri
præjudicet, *Rota in Colonien. Canonicatus primæ
Gratiæ 4. Februarii 1699. §. Præſertim, cor. cl.
mem. Card. Scotto.*

Motivum vero Compoſitionis, quæ ſolvitur
occaſione reportandi gratiam Coadjutoriæ, tanti 28
non eſt, quod Papa debeat a ſua promiſſione
recedere; decet enim Pontificias promiſſiones per-
petuo eſſe manſuras, ut reſpondit *Rota deciſ. 225.
ſub num. 17. lib. 3. coram Puteo.*

Contra vero, quod Indultum *Alexandrinum*
licet tollat gratias Expectativas, non tamen tollit 29
Coadjutorias, ex eo deducebatur, quod ab Ex-
pectativis ad Coadjutorias non valet illatio, quia,
licet Coadjutoria dici poſſit gratia præventiva,
eſt tamen qualificata, longeque diverſa ab Ex-
pectativa odioſa, ex quo per Expectativas na-
ſcitur inevitabile votum, ſeu deſiderium captan-
dæ mortis Beneficiati citra cujus conſenſum,
& ullam Eccleſiæ neceſſitatem, aut favoris Be-
neficiati diſquiſitionem, olim etiam concedeban-
tur, erantque Seminarium litium, & conten-
tionum. At in Coadjutoriis rite conceſſis, con-
ſenſus Beneficiati formalis, cognitio Cauſarum,
& aliquæ aliæ diverſæ ſolemnitates, metum cap-
tandæ mortis, abſtergunt, & cujuſque odii, ac
litium tollunt anfractus, imo favorem, amici-
tiam, & fraternam charitatem pro Eccleſiæ ma-
jori ſervitio conciliant. Ideoque Coadjutoriæ hu-
juſmodi non amplius hodie ſubjacent odioſis re-
gulis Expectativarum, & tam reſpectu Papæ con-
cedentis, quam Eccleſiæ, & ipſius Beneficiati 30
ſunt favorabiles, ut patet etiam ex ipſo Con-
cilio Tridentino, quod licet improbaverit Expe-
ctativas, non tamen reprobavit Coadjutorias, ut
ratiocinatur *Remocamp. de Coadjutor. cap. 8. num.
15. & ſeqq. Lotter. de Re beneficiar. lib. 2. quæſt.
29. num. 6. & 7. & num. 20. cum ſeqq. Gonzal. ad
Regul. 8. gloſſ. 5. §. 9. nu. 73. & ſeq. Rota deciſ. 468.
lib. 2. in correct. coram Puteo.*

Et in hac materia diſtinguere neceſſe eſt inter
Concordata, ſeu Indulta conceſſa Ordinariis Col-
latoribus, quæ ſunt favorabilia, & latiſſime in- 31
terpretanda, ac alia Indulta particularia extraor-
dinaria, quibus donantur Collegia, & Univer-
ſitates. Etenim Concordata emanarunt per viam
contractus cum Sede Apoſtolica, & ad publicam
utilitatem, ac ut ſcandala evitarentur, nec non fa-
vore Ordinariorum, qui habebant aſſiſtentiam
Juris communis ſuper collatione Beneficiorum ſuæ
Diœceſis. Unde ex his reſpectibus fuit facta ea

lata

Digitized by Google

lata interpretatio, quæ fieri ſolet in gratiis titulo
oneroſo conceſſis, & reſpicientibus favorem pu-
blicum evitandi ſcandala, *Borell. in ſummi. deciſ.
tom. 1. tit. 9. n. 18. Caſſador. dec. 1. num. 2. de pact.
Pat. dec. 468. lib. 2. in correct.* At in terminis In-
dultorum, quæ conceduntur Collegiis, & Uni-
verſitatibus Studiorum, quorum favore non mili-
tat Juris aſſiſtentia, aliter dicendum eſt, nam in
iis tamquam exorbitantibus ſtricta ſit interpreta-
tio, & per conſequens non comprehenditur caſus
Coadjutoriæ, qui odioſam materiam non conti-
32 net, ſed habet fomentum Juris, *Borell. dict. tom.
1. tit. 9. n. 17. Lotter. dict. lib. 2. quæſt. 25. num. 22.
Rota deciſ. 468. lib. 2. coram Puteo, & apud Re-
mochamp. deciſ. 4. num. 18. & ſeqq.* Et in termi-
nis Indulti conceſſi Studiis Generalibus, & Uni-
verſitatibus, *Nicolartis ad Concordat. German. tit.
1. de reſervat. dub. 8. §. 10. & 11. Remochamp. de
Coadjutor. cap. 5. n. 18.* Et licet ab ea deciſione
Putei fuerit receſſum, ut in margine adnotatur;
attamen ibi agebatur de Collatore ordinario gau-
dente Indulto, & ſic habente pro ſe aſſiſtentiam
juris, in quibus terminis fieri conſuevit benigna,
& lata interpretatio, & Concordatis æquiparatur,
Put. deciſ. 108. lib. 2.

Plurimæ vero conſiderabantur rationes diffe-
33 rentiæ inter Concordata, ſeu Indulta Ordinaria,
& inter hæc extraordinaria Indulta. Prima, quod
in Concordatis Papa reſtituit Ordinariis quid-
quid ipſis abſtulerat per Regulam IX. Cancella-
riæ, ad quorum proinde favorem tanquam haben-
tium juris aſſiſtentiam contra Papam conceden-
tem, fieri debebat pleniſſima interpretatio, ut
ſub Expectativis intelligantur etiam Coadjutoriæ
comprehenſæ, licet videri poſſit hic caſus mixtus.
34 Secus in Indultis, quæ conceduntur favore illo-
rum, qui non habent Juris aſſiſtentiam, ſed to-
tum recipiunt ex mera Pontificis benignitate; In
his enim ſtricta fit interpretatio, nec comprehen-
ditur Coadjutoria tanquam caſus mixtus, *Rota
deciſ. 468. lib. 2. coram Puteo, & deciſ. 1. num. 22.
& 23. poſt Remochamp.* Ideoque in terminis Con-
cordatorum, ſi darentur Coadjutoriæ, tollere-
tur favor ipſis Ordinariis elargitus, quod non
convenit hujuſmodi Indultis, in quibus Papa no-
luit favere Ordinariis, ſed ſolum Lectoribus ad
nominationem Rectoris, & Proviſorum Univer-
ſitatis.

Secunda ratio eſt, quod Concordata emana-
35 runt per viam Contractus, & pro bono publico
ad ſedandas diſcordias inter Eccleſiam Romanam,
& Principes tam Eccleſiaſticos, quam ſeculares
illius Nationis exortas, *Rot. dec. 1. n. 19. & 20.
poſt Remocamp.* quæ circumſtantia deficit in In-
dulto conceſſo Univerſitati Studiorum, quæ nihil
36 dedit Eccleſiæ Romanæ, nec cum ea contraxit,
nec præ ſe fert publicum favorem evitandi ſcanda-
la, ſed concernit privatam utilitatem Lectorum,
quorum ſtipendium regulariter ſpectare debet ad
Principem ſecularem, vel Magiſtratum.

Tertia. Quia Coadjutoria naturam præ ſe fert
37 remunerationis, & contractus, dum Coadjutor
præſtat ſervitium Eccleſiæ, ut obtineat recom-
penſationem in futura ſucceſſione; non enim te-
nuis illa portio, quæ, vivente Coadjuto, datur
Coadjutori, eſt merces congrua, nec ſervitio cor-
reſpondet. Unde poteſt quidem dici ſublata per
Concordata, quæ habent parem cauſam, uti
emanata per viam contractus, *Caſſador. deciſ. 1.*
38 *num. 4. verſ. poteſt dici de pact.* Nullatenus autem
per Indulta extraordinaria particularia, quæ non
habent naturam contractus, nec talem continent

favorem, qui favori Eccleſiæ ſit præferendus,
*Rot. deciſ. 468. lib. 2. coram Puteo, & deciſ. 1.
num. 14. poſt Remocamp.* prout non gaudere favo- 39
re publico Concordatorum hæc Indulta conceſſa
Univerſitatibus Studiorum, tradunt *Nicolartis dict.
tit. 1. dub. 8. §. 10. & ſeqq. Remocamp. de Coadju-
tor. cap. 5. num. 18.*

Cum que agatur de meris Indultis, & Privile-
giis, remanent illa ſublata tacite, & implicite ex 40
clauſulis generalibus, in Litteris Coadjutoriæ ad-
jici ſolitis *Remocamp. d. cap. 5. n. 18. Nicolartis ubi
ſup. §. 11.* & per eorum conceſſionem non cen-
ſetur Papam voluiſſe ſibi ligare manus, quin poſſit
pro ſervitio Eccleſiæ concedere Coadjutorias in- 41
dependenter a conſenſu Indultarii, qui non requi-
ritur in hac materia, ne alias illud ſequatur ab-
ſurdum, quod Pontificis voluntas pendere debeat
a placito Rectorum, qui difficillime hujuſmodi
Coadjutoriis conſenſum præſtant, *Remocamp. dict.
cap. 5. n. 18. verſ. Ultra quod, Rota poſt eumdem
deciſ. 1. a num. 14. & deciſ. 22. num. 11.*

Neque exinde Papa dicitur tollere Rectori, & 42
Lectoribus aliquod jus quæſitum, ſed potius im-
pedit, ne jus eorum oriatur adveniente vacatio-
ne per obitum Coadjuti, & nemini facit inju-
riam, quia jure ſuo utitur, *Matta de Cauſ. Con-
ſiſtor. ſect. 22. num. 100.* Licet enim vacatio ſuc-
cedat poſt obitum Coadjuti, ita ut Coadjutor aſ-
ſequatur Canonicatum, ſaltem poſtea vacantem, 43
ex hoc tamen non dicitur dari vacatio ad effectum,
ut intret Indultum, ſed propter clauſulam -- *ex
nunc, prout ex tunc* -- Papa tempus futurum ita
retrotrahit ad præteritum, ut ſtatim ac vacat Ca-
nonicatus per obitum Coadjuti, illa vacatio di-
catur conſumta eodem momento ex præventione
ipſius Papæ, ita ut nulla detur vacatio, *Gonzal.
ad Regul. 8. gloſſ. 5. §. 9. num. 58. Rota deciſ.
1148. num. 2. coram Seraphin. & deciſ. 12. num.
1. coram Duran. & deciſ. 1. num. 11. & 12. poſt
Remocamp.*

Hæc ex utraque parte deducta fuerunt coram
clar. mem. Card. *Sacripantes* Prodatario, qui pri-
mo declaravit nolle derogationem Indulto conce-
dere, ſed *die* 15. *Novembris* 1706. mandavit, ut
ſtricte videretur, *an ſub Indulta comprehendatur
Coadjutoria, & an adeſſet bonum teſtimonium Pro-
viſorum Univerſitatis*, quod in terminis Reſigna-
tionis requirebatur ab Indulto ſan. mem. Innocen-
tii XII. quibus inſpectionibus accurate deinde
examinatis, reſolutum fuit, Coadjutoriam ſub 44
Indulto non comprehendi, & teſtimonium Uni-
verſitatis, aut non eſſe neceſſarium, quia ipſa
Univerſitas contradicebat injuſte, & ideo ſupple- 45
ri poterat a Judice, *Kochier. de Permutat. cap. 19.
num. 10.* & poſtea dixit *Rota in Colonien. Cano-
nicatus prima Gratiæ* 10. *Decembris* 1710. *§. final.
coram bon. mem. Anſaldo*, aut poſſe ſuppleri per
æquipollens *Rota dec. 126. n. 39. part. 14. & deciſ.* 46
*416. & 17. part. 18. & deciſ. 1342. num. 12. co-
ram Emerix, dec. 458. n. 22. & ſeqq. & deciſ. 264.
n. 7. coram Bichia.* cum ceteroquin Canonicus
Moers oſtenderet ſe debite qualificatum. Sicque
ad ejus favorem eodem anno 1706. ſubſequuta
fuit expeditio Coadjutoriæ, cui poſtmodum am-
plius idem *Moers* non adhæſit, ſed alterum Cano-
nicatum per reſignationem obtinuit, ſuper quo
actum fuit in *Rota in Colonien. Canonicatus prima
Gratiæ* 10. *Decembris* 1710. *coram Anſaldo*, & ibi
in *§. Verum* dicitur, quod non adhæſit amplius di-
ctæ Coadjutoriæ. Refert etiam hanc reſolutionem
Pitan. diſcept. 129. tom. 4. poſt hæc ſcripta editus,
qui in eadem Cauſa ſcripſit favore *Moers*.

Preces itidem primariæ naturam redolent gra-
47 tiæ expectativæ, & cadunt ſub revocatione Con-
cilii Tridentini *ſeſſ. 21. cap. 19. de Reformat. Pi-
ton. diſcept. 82. num. 2. Rot. dec. 378. num. 5. co-
ram Reverendiſſ. Criſpo, & dec. 925. num. 1. &
ſeqq. coram bon. mem. Molines & in Paderbornen.
Primariarum precum 15. Junii 1725. §. Hinc igi-*
48 *tur, coram bon. mem. Cerro.* Verum Conciliaris
diſpoſitio non cumprehendit Preces primarias Im-
peratoribus in eorum augurarione ad Imperium
concedi ſolitas per Sedem Apoſtolicam, ſed illas
tantummodo, quas Archiepiſcopi, aliique Præ-
ſules ex conſuetudine, aut privilegio ſibi. com-
petere autumant, juxta celebre Decretum Sac.
Congregationis Concilii relatum per *Fagnan. in
Cap. Nulla de Conceſſ. Præbend. a num. 9. Ko-
chier. in Schol. ad Primar. prec. pag. 2. Hermes in
Faſcicul. Jur. cap. 11. Pinſon. in Tract. des Regal.
cap. 11. n. 3. Thomaſſin. de Beneſic. part. 2. lib. 1.
cap. 54. num. 10. Van Eſpen in Jus Eccleſ. uni-
verſ. lib. part. 2. tit. 25. cap. 9. num. 22. De Sanct.
Exam. Conſiſt. cap. 12. ſect. unic. de Indult. Prima-
riarum precum n. 41. Rota cor. Molines deciſ. 925.
num. 3. & coram Reverendiſſ. Criſpo deciſ. 378.
num. 3.*

Hinc, cum Archiepiſcopus, & Elector *Colo-*
49 *nienſis*, ſive ex conſuetudine, ſive ex Impera-
toris ceſſione hac prærogativa indulgendi Prima-
rias preces gaudere prætenderet, neutrum ex his
Titulis ei ſuffragari deciſum fuit in *dicta deciſ. 925.
coram Molines*, & extat Breve fao. mem. *Benedi-
cti XIII.* ſub datum 28. *Aprilis* 1724. quo Capi-
tulis, & Canonicis Archidiœceſis *Colonien.* diſtri-
cte mandavit, ne Archiepiſcopi Preciſtas ullo mo-
50 do admitterent. Electori pariter *Trevirenſi* nul-
lum competere jus dirigendi Primarias preces reſ-
pondit *Rota coram Reverendiſſ. Criſpo deciſ.* 378.
51 Quemadmodum nec Epiſcopo *Paderbornenſi*, dixit
Rot. in Paderbornen. Primariarum Precum 15. *Ju-
nii* 1725. *coram bon. mem. Cerro*, & 25. *Junii*
1728. *coram Reverendiſſ. Aldrovando*, & 11. *Mar-
tii* 1729. *coram R. P. D. Millino.*

Autumant nonnulli Scriptores, præſertim Aca-
tholici, quibus aliud cordi non eſt, quam Ponti-
ficiam auctoritatem labefactare, competere aſſertis
Vicariis Ordinariis Imperii poſt Imperatoris obi-
52 tum jus Primarias, ſeu Vicariales preces dirigendi
ad Collatores eorum Vicariatus, innixi Bullæ, ut
vocant aureæ *Caroli IV.* in qua, vacante Imperio,
tribuitur ipſis facultas ad *Beneficia Eccleſiaſtica
præſentandi.* Sed hujuſmodi aſſertio omni prorſus
53 deſtituta fundamento comperitur, dum facultas
dirigendi Primarias preces eſt prærogativa, qua
Sedes Apoſtolica condecorare tantummodo conſue-
vit Imperatores, proindeque veluti perſonalis,
cum eorum morte extinguitur, nec tranſire poteſt
in Vicarios Imperiales *Cap. Privilegium de Re-
gul. Jur. in 6. leg. quia tale ff. ſolut. Matrimon.*
54 Nec unquam aurea Bulla Caroli IV. ſomnia-
vit jus præfatum transfundere in Vicarios Impe-
riales tum ex defectu poteſtatis, ad plene firmata
per *Fagnan. in Cap. Eccleſia S. Mariæ num. 9. de
Conſtit. cap. Inter alia num. 3. & 64. de Immunit.
Eccleſ.* Tum ex eo quod ſolum Vicariis præfatis
facultatem impertitur *ad Beneficia Eccleſiaſtica
præſentandi.* Unde quidquid ſit, an eorundem
verborum ope poſſint ipſi ſibi vindicare faculta-
tem præſentandi ad Beneficia de Jurepatronatus
55 Imperii, certe verba præfata non ſe protendunt
ad Primarias preces, quæ jus præſentandi non
important, ut inquit *Leuren. in Jur. Beneſic. part.
2. quæſt.* 618. *n.* 2. Sed ſolum præ ſe ferunt man-
datum Ordinariis Collatoribus directum, ad ef-
fectum, ut Perſonæ commendatæ Beneficium
primo vacaturum, vel alterum, quod ipſa duxe-
rit acceptandum, conferat, ut perpendendo ſu-
pra dicta verba Bullæ aureæ firmant *Schuveder In-
troduct. Jur. public. part. ſpecial. ſect. 1. cap. 5. §.
16. Multz. in Repræſent. Majeſtat. Imper. part. 2.
cap. 33. num. 249. Lymn. ad Auream Bull. Caroli
IV. cap. 5. obſervat. 11.*

Hinc, cum *Comes Palatinus Rheni* poſt obi-
tum gl. mem. Joſephi I. Imperatoris Primarias
preces direxiſſet ad Collatores ſui aſſerti Vica-
riatus, factum hujuſmodi tanquam deteſtabile,
& attentatum, acriter improbavit ſa. me. *Clemens* 56
XI. & per organum Secretariæ Status mandavit
Nuncio Apoſtolico *Vindobonæ* reſidenti apud il-
lius Aulæ Adminiſtros, de Comitis Palatini ex-
ceſſu ejus nomine conquereretur, tum alteri Nun-
cio *Coloniæ* degenti, ut totis viribus, etiam Cen-
ſurarum Eccleſiaſticarum ope, earumdem Precum
exequutioni ſe opponeret; Ut ex iiſdem Litteris
quas nun piget exſcribere. Tenor autem Epiſto-
læ ad Nuncium Apoſtolicum *Vindobonæ* reſiden-
tem, eſt qui ſequitur.

„ Con lettera delli 28. dello ſcorſo Meſe di 57
„ Giugno Monſignor Nunzio di Colonia porta
„ l'avviſo, che ſopra un Canonicato vacato nella
„ Chieſa Collegiata di Keyſervert Dioceſi di Co-
„ lonia s'è animato il Signor Elettor Palatino,
„ come preteſo Vicario Imperiale di ſpedir Bolle
„ di Preci primarie a prò d'un ſuo Paggio, alle
„ quali ha giuſtamente reſiſtito quel Capitolo con
„ Proteſta. Quanto ſia deteſtabile, & infrattivo
„ del dritto Apoſtolico l'atto di queſto Principe,
„ da ſè ſteſſo ſi paleſa da tutti li ſuoi ben certi
„ principj, & in ſpecie perchè tal prerogativa,
„ cho ſolo compete in virtù dell' Indulto Ponti-
„ ficio alla Perſona Ceſarea, quando le venga
„ conceduto, è perſonale, e ſpira con la Vita dello
„ ſteſſo Imperatore, onde è intieramente nuova
„ e pernicioſa l'antidetta innovaziune, & impro-
„ pria alla pietà che profeſſa il Signore Elettore,
„ come al riſpetto dovuto alla Sede Apoſtolica.
„ Mi comanda per tanto N. S. il rendere iſtrutta
„ V. S. di tal pregiudiziu per portarne le dovute
„ doglianze a chi crederà più profittevole &c.

Epiſtola vero ad Coloniæ Nuncium ſcripta his 58
verbis concepta erat „ Non può abbaſtanza conce-
„ pirſi, con qual riſentimento nell' animo di N.
„ Signore ſia giunto l'avviſo dato da V. S., che
„ il Signore Elettore Palatino ſia ſi avanzato a
„ ſpedire, come preteſo Vicario Imperiale le Bol-
„ le di Preci primarie nel Canonicato vacato nella
„ Collegiata Chieſa di Keyſervert Dioceſi di
„ Colonia. Non v'è chi ignori eſſer tal dritto
„ ſolito concederſi ſolo dalla S. Sede con ſpecia-
„ le Indulto alla Perſona Ceſarea, in cui colla
„ vita ſpira quando gli venga conceduto. Onde
„ ben giuſtamente S. Santità ſi rammarica in
„ ſentire un atto così deteſtabile, ed attentato,
„ che da ſe ſteſſo ſi condanna ne' ſuoi principj
„ come irrito, nullo, e di molto gravante la
„ coſcienza de ſopra nominato Principe. E' per-
„ ciò mente di N. Signore, che V. S. col ſuo de-
„ gno zelo, ed attenzione, notifichi allo ſteſſo Ca-
„ pitolo, che S. Beatitudine commenda, & gradiſce
„ di molto l'Eccleſiaſtico ſuo fervore, e coſtanza
„ nell'aver reſiſtito providamente colla proteſta
„ ad una tale violenza, & in oltre che ſtia ella ben
„ avvertita per vigoroſamente reſiſtere ad ogn'al-
„ tro tentativo, che poteſſe farſi procedendo
„ ancora ordinatamente alle Cenſure contro li
„ Traſ-

„ Traſgreſſori ſecondo la norma preſcritta in tal
„ propoſito da Brevi Pontificj &c.

Ceterum, quod attinet ad Primarias preces
Imperiales, de illarum prima origine certo non con-
ſtat, perdifficile enim eſt in antiquis originem
59 adinvenire. Incompertum tamen non eſt, quod
Rodulphus I. Romanorum Imperator electus an-
no 1273. Preces præfatas antiquiores fuiſſe ſuo
ævo aſſerat, ſeque referat ad Prædeceſſorum in-
veteratam, & approbatam conſuetudinem; quem-
admodum ad conſuetudinem eandem ſe referunt
Litteræ Precum *Caroli IV.* Imperatoris de anno
1350. & *Venceslai* Imperatoris anno 1376. quas
referunt *Goldaſt. Conſtit. Imperial. tom. 3. pag.* 406.
& 342. *Du Gange in Gloſſar. ad Scriptor. med. &
infim. Latinit. verb. Preces primariæ pag.* 450. &
de iiſdem meminere Doctores mox laudandi.

At illud receptiſſimum eſt, & vix in dubium
revocandum, antiquam hanc conſuetudinem Pri-
marias preces dirigendi Imperatoribus faventem,
60 non a jure Majeſtatis, aut Patronatus, non a
reliquiis antiqui Cæſarei abuſus circa collationem
Epiſcopatuum, Abbatiarum, aliorumque Benefi-
ciorum pendere, minuſque ortum habuiſſe ex eo,
quod Romanorum Imperator in univerſa Eccleſia
ſit tanquam nutritius Advocatus, & Defenſor,
juxta varias Doctorum Imperiali auctoritati, plus
æquo blandientium, ſententias; ſed unice conſue-
tudinem præfatam innixam eſſe benignitati Sedis
Apoſtolicæ, quæ ab antiquiſſimo tempore ſin-
gulis quibuſque Imperatoribus, poſtquam eo-
rum electionem confirmavit, indulgere conſue-
vit facultatem dirigendi Primarias preces ad quoſ-
cumque Collatores intra fines Germanici Impe-
rii exiſtentes, ut firmant *Kochier. in Schol. ad
Indult. de Prim. precib. in Proœm. poſt princip.
Hermeſ. in Faſcicul. Jur. public. cap.* 11. *num.*
8. *& ſeqq. Boet. Epo de Regal. vel univ. Jur.
Princip. in Beneſ. Eccleſ. num.* 263. *& ſeqq. Pi-
rhing. in Jus Canon. lib.* 3. *tit.* 5. *de Præben. num.*
371. *Wagnerec. eod. lib.* 3. *tit.* 5. *pag.* 487. *& ſeqq.
Engel. in Colleg. Jur. Canon. pariter lib.* 3. *eod.
tit.* 5. *§.* 6. *Gaill. pract. obſervat. lib.* 2. *cap.* 155.
Ruzeus de Jur. Regal. Privileg. 47. *num.* 2. *Re-
ſtaur. Gaſtald. de Imper. quæſtion.* 100. *& præſer-
tim num.* 14. *&* 15. *Beſold. in Tract. de Maje-
ſtat. Eccleſ. pag.* 121. *Coppin. de Sacr. Polit. lib.*
1. *tit.* 10. *num.* 13. *Rebuff. conſ.* 47. *num.* 2. *de
Sanctis in Examin. Conſiſtor. cap.* 12. *ſect. unic. de
Prim. Prec. n.* 2. *& ſeqq. Rota in Colonien. Cano-
nicatus S. Urſulæ* 10. *Januarii* 1718. *§. Tandem,
cor. bon. mem. Foſcaro*, ubi quod Preciſtæ Bene-
ficia aſſequuntur vigore Indulti a Sede Apoſtoli-
ca elargiri ſoliti Imperatoribus. Et omnium latiſſi-
me Vir clariſſ. *Conradus Oligenius* in celebri Diſ-
ſertatione *de Prim. Precib. Imperialibus*, in qua
erudite oſtendit tum ex canonico Jure, tum ex
inclytæ Nationis Germanicæ Concordatis, tum
exemplis ab Eccleſiaſtica Hiſtoria petitis, innu-
meriſque præterea monumentis aliis, & perpetua
conſuetudine, Preces illas ſine ſpeciali ſummi
Pontificis Indulto dirigi ab Imperatore non poſſe.

Sed præter rationes, & documenta ab *Olige-
nio* exhibita, id perſpicue ſuadet formula Pri-
mariarum precum, quam *Rodolphus I.* Impera-
tor adhibuit, & qua antiquior adhoc adinventa
non fuit. Ait enim Imperator: *Cum ex antiqua,*
61 *& APPROBATA, ac a Divis Imperatoribus,
& Regibus inclytæ recordationis noſtris anteceſſo-
ribus uſque ad Nos producta conſuetudine, quæ-
libet Eccleſia in noſtro Romano Imperio conſtitu-
ta, ad quam Beneficiorum Eccleſiaſticorum pertinet
collatio, ſuper unius collatione Beneficii Precum
noſtrarum primarias admittere teneatur, devotio-
nem tuam rogamus, quatenus huic Clerico de Ec-
cleſiaſtico Beneficio &c. ſtudeas liberaliter provi-
dere.* Porro ſi Primarias Preces dirigendi facul-
tas deſcendit ex antiqua, & APPROBATA
conſuetudine, jam palam fit, *approbationem* il-
lam non aliunde, quam ex Romanorum Pontifi-
cum indulgentia oriri valuiſſe, ut declaravit ne-
dum ipſemet Imperator *Rodulphus*, qui Apoſto- 62
licum Indultum a *Gregorio X.* Romano Pontifi-
ce ſuper ſuis Precibus impetrare dedignatus non
fuit, ex *Thoma Feltrenſi, & Speculatore*, qui
vixit ætate *Rodulphi*, teſtantur *Burſat. conſ.* 126.
num. 39. *&* 40. aliique relati per *Oligenium* in
laudata Diſſertatione *num.* 19. & *Fraſſum de
Jurepatr. Indiar. cap.* 1. *num.* 18. Verum & Suc- 63
ceſſores Imperatores, qui & ante, & poſt Con-
cordata Germanica uſque ad hæc noſtra tempora
per tot Secula, ſemper, & inconcuſſe pro In-
dulto præfato ſupplicarunt, & de illo in eorum
Nominationum Literis expreſſam habuere mentio-
nem, dum in hunc modum loquuti ſunt -- *Cum
Nobis ad Prædeceſſorum noſtrorum imitationem ex
inveterata conſuetudine, etiam Apoſtolica Aucto-
ritate per Sanctiſſimum in Chriſto Patrem Dnum
Noſtrum Sancta Romana, ac univerſalis Eccleſiæ
Pontificem Maximum jus competat &c.* -- Nec enim
verbum illud APPROBATA, quod in Literis 64
Rodulphi legitur, referri poteſt ad Imperatores, &
Reges, ut colligi videtur ex formula ejus Litte-
rarum, quam ex *Goldaſt.* exſcripſit *Conrad. Oli-
gen. num.* 18. cum in illis, poſt verbum *approbata*,
deficiat dictio *ac*, quam rectus grammaticalis ſen-
ſus omnino expoſcit, & legitur in iiſdem Literis,
quas præ ceteris referunt *Thomaſſin. de Beneſ. part.*
2. *lib.* 1. *cap.* 54. *num.* 7. *Kochier. in Schol. ad In-
dult. Primar. Prec. in Proœm. pag.* 4.

Literæ quoque Primariarum precum directæ a
Carolo IV. qui, ut diximus, Imperator inaugu- 65
ratus fuit anno 1345. & ſi non expreſſe, pluſ-
quam tacite Indultum Apoſtolicum ſupponunt.
Cum itaque (inquit Imperator) *Nobis tam de
JURE, quam antiqua, & approbata conſuetudi-
ne hactenus obſervata competat, quod &c. unam
tantum Perſonam virtute Primariarum precum no-
ſtrarum ad Beneficium Eccleſiaſticum facere poſſi-
mus promoveri &c.* Cumque nullum adſit jus 66
neque Canonicum, neque Civile, quod Impe-
ratoribus facultatem dirigendi Mandata pro Be-
neficiis primo vacaturis impertiatur, quin immo
Jura omnia illa improbent, & damnent, tan-
quam præ ſe ferentia votum captandæ alienæ mor-
tis; profecto planum erit intelligere, verbum il-
lud de *JURE* a *Carolo IV.* in ſuis Litteris uſur-
patum, & quidem contradiſtincte ab *antiqua,
& approbata* conſuetudine, de alio intelligi non
poſſe, quam *de jure* competente ex Privilegio 67
Apoſtolico, juxta Doctrinam *Abbat. in Cap.* 1.
n. 5. *ut lit. pend. Dec. in Cap. Ex parte* 1. *Nota-
bil. de Reſcript. & in Cap. Licet Cauſam num.*
27. *de Probat. Gratian. diſcept.* 99. *ſub num.* 8. *ibi-
que Carol. Ant. de Luca n.* 2. *Pignatell. conſul. Can.*
22. *num.* 3. *tom.* 4. *bon. mem. Severolus in Diſſert.
pro Capitulo Generali Ordinis Carthuſienſis impreſſ.
poſt Piton. tom.* 1. *Diſcept. Eccleſ. pag* 11. *num.* 10.

Veritatem eandem faſſus fuit *Maximilianus II.*
Imperator in ſuis Literis ad *S. Pium V.* datis
occaſione, qua Univerſitas Studiorum Coloniæ 68
admittere renuebat ſuas Primarias Preces pro una
ex Cathedris Univerſitatis, innixa tum Indulto
Alexandri VI. de quo ſupra ſermonem habuimus,

tum rationi, quod Cathedræ appellatione Benefi-
ciorum non veniant. Poſtquam enim in iiſdem
Literis meminit Imperator de antiquo jure Pri-
mariarum precum, quod ad ſui favorem approba-
verat, & confirmaverat *Pius IV.* Pontifici ſup-
plicat, ut nullo favore proſequatur Colonienſem
Univerſitatem, quin immo *ſua propria*, *& Se-
dis Apoſtolica*, *& Sacri Imperii Dignitati*, *&
auctoritati* (*ſiquidem utraque hoc loco concurrit*)
paterne conſulere ſtudeat -- ſunt verba Epiſtolæ
Maximiliani, quam refert *Laderchius Annal. Ec-
cleſ. tom. 22. pag.* 417. Dum igitur controverſiam
ſuper exequutione Primariarum precum, quam
cum Univerſitate Studiorum Coloniæ habebat,
Maximilianus communem fecit cum Pontifice,
& Sede Apoſtolica; jam ſincere faſſus fuit, quod
earundem Precum conceſſio donum erat, & In-
dultum Apoſtolicæ Sedis, Imperatoribus Imperia-
lis Dignitatis intuitu elargiri ſolitum.

Atqua ex Indulto præfato, quo *Alexander*
69 *VI.* ſub Datum apud *S. Petrum* 1492. *undecima
Kalendas Decemb. Pontificatus anno I.* donavit
Univerſitatem Studiorum Coloniæ, nominandi
ſcilicet ad Canonicatus Primæ Gratiæ nuncupatos
illius Lectores, aliud depromitur argumentum de-
pendentiæ juris dirigendi Preces Cæſareas a Pon-
tificia auctoritate. In eo ſiquidem Pontifex ex-
preſſe derogavit *Reſervationibus*, *& nominandi
facultatibus quibuſvis conceſſis &c. Primariis Pre-
cibus*, *& nominationibus etiam Imperatori*, *&
Regi conceſſis*, *perinde ac ſi Expectativæ*, *Nomi-
nationes*, *Primariæ Preces &c. nullatenus ema-
naſſent*; *ac non obſtantibus Nominationibus*, *&
Primariis Precibus per Imperatorem*, *& Reges
præfatos nunc forſan factis*, *& faciendis &c.* Non
enim Pontifex derogaſſet, nec derogare valuiſſet
Primariis precibus Imperialibus, earumque effe-
ctum ſuſpendere, niſi ab ejus gratia, & conceſſio-
ne illarum jus dependeat, cum ceteroquin Ponti-
fices, ſi jura privatorum non lædunt, multo mi-
nus jura Supremorum Principum infringunt, ſed
ea potius Apoſtolica Sedes confovet, ac benigno
favore proſequitur.

His omnibus accedunt Pontificum declaratio-
70 nes. Siquidem ſan. mem. *Innocentius X.* in ce-
lebri ſua Conſtitutione, qua anno 1651. irritos,
nulloſque, tanquam Chriſtianæ Reipublicæ ad-
verſantes, declaravit quamplures articulos con-
tentos in Pace inita anno 1648. inter Religiona-
rios, & *Ferdinandum III.* Imperatorem, ex-
preſſe etiam declaravit facultatem dirigendi Pri-
marias preces ex Apoſtolicæ Sedis indulgentia Im-
peratoribus competere, ipſaſque Preces *eidem Fer-
dinando in Imperatorem electo*, *a præfata Sede*
71 *Apoſtolica conceſſas fuiſſe.* Et id ipſum magis di-
ſerte declaravit ſa. me. *Clemens XI.* in Literis,
quas ſub datum *die 6. Martii* 1706. ſcripſit ad
Capitulum, & Canonicos Cathedralis Eccleſiæ
Hildesheimenſis, & quas referunt *Conrad. Olige-
nius in laudata Diſſert. de Prim. Precib. pag.* 114.
& D. de Sanctis dict. §. unic. num. 49.

Ex his plane dignoſcitur, quam a vero aberra-
72 runt nonnulli Germani Scriptores, *Engelius* nem-
pe, *Pirbing*, *Wagnerec. Anaclet.* & alii, qui,
poſtquam ingenue faſſi ſunt, jus Primariarum pre-
cum, non ab antiqua tantummodo conſuetudine
pendere, ſed ab Indulto etiam Apoſtolico, quod
jugiter a quadringentis ſaltem annis dedignati non
ſunt Pontifices ſingulis ſucceſſive Imperatoribus
pro eo ſupplicantibus elargiri, in illam poſtea de-
flexere ſententiam, quod poſſit Neo-electus
Imperator ante obtentum Apoſtolicum Indultum
Preces dirigere ob indubiam præſumtionem de
mente, & voluntate Pontificis, quod juxta an-
tiquum morem ſit ei Indultum conceſſurus, exu-
beretque illud poſtea ſupervenire, ut videatur Pa-
pa ratas habere, & comprobare Preces ante In-
dultum directas.

Hanc enim ſententiam plene retundunt *Con-
rad. Oligenius* in laudata *Diſſert. de Prim. precib.* 73
num. 73. *de Sanctis in Examin. Conſiſtor. cap.* 12.
ſect. 11. *de Indult. Pontif. Prim. Prec. num.* 7. *&
ſeqq.* Eamque erroneam, & falſam declaravit tum
factum *Alexandri VII.* qui Indultum præfatum
elargiri noluit glor. memor. *Leopoldo I.* Impera-
tori, niſi miſſo ad Sedem Apoſtolicam Legato
(quem Romani obedientiæ nuncupare ſolent)
pro impetranda confirmatione ſuæ Electionis; Pre-
ceſque interim a dicto Imperatore relaxatas admit-
tere, & exequutioni demandare Epiſcoporum,
ac Præſulum, nec non Capitulorum Germaniæ
non exigua, neque contemnenda pars detrecta-
vit, juxta egregium teſtimonium, quod in ſupra
laudatis Literis ad Capitulum, & Canonicos Ca-
thedralis Eccleſiæ *Hildesheimenſis* ſcriptis, per-
hibuit ſa. mem. *Clemens XI.* Tum factum ipſius-
met Pontificis *Clementis*, qui ex eadem cauſa,
qua *Alexander VII. Leopoldo I.* Indultum quo- 74
que Primariarum Precum denegavit ejus Succeſ-
ſori *Joſepho I.* Imperatori, & in Literis præfa-
tis ad Capitulum *Hildesheimenſe* datis, declara-
vit, Preces ab eodem Imperatore *Joſepho* Ger-
maniæ Collatoribus directas, & Apoſtolico In-
dulto deſtitutas, nullam promereri exequutionem,
tanquam Sacris Canonibus contrarias; &, enar-
rando pœnas in Preciſtas inflictas, Capitulis, at-
que Ordinariis mandavit, ut Precibus jam dictis
abſque ſuo Indulto non parerent, ne aliis pœnis
longe gravioribus redderentur obnoxii.

Quod, ſi laudatus Pontifex, defuncto *Joſepho
I.* in Indulto Primariarum precum, quod *Carolo
VI.* in novum Imperatorem electo, poſt petitam
ab ipſo per ſuum Legatum Apoſtolicam electio-
nis ſuæ confirmationem, elargitus fuit, manda-
vit, quod Preces a *Joſepho* præfato, dum vive- 75
ret, ſub ſpe Apoſtolicum Indultum poſt ſuæ Ele-
ctionis confirmationem aſſequendi, expeditæ,
ſuum integrum, ac plenum ſortiri deberent effe-
ctum, id certe profluxit ex mera ipſius indul-
gentia, & *ex ſpeciali gratia*, *quam nunquam
tranſire voluit in exemplum*; ut legitur in di-
cto Indulto *Caroli VI.* Et ceteroquin Preces eaſ-
dem a *Joſepho I.* directas, non aliter effectum
ſortiri voluit, quam citra præjudicium eorum, 76
qui in poſſeſſione Beneficiorum, ſive ab ipſo
Pontifice, ſive a quibuſvis Ordinariis Collatori-
bus, ſeu Collatricibus collatorum, reperiebantur,
excluſis prorſus, ac nullatenus ad illa admiſſis
iis, in quorum favorem Preces prædictæ pro di-
ctis Beneficiis, expeditæ fuerant, quibus tamen
ſic excluſis, pari indulgentia, & gratia, Benefi-
cia primo vacatura conferri mandavit, ut pariter
legitur in eodem Indulto elargito *Carolo VI.* nec-
non in Literis, quas laudatus Pontifex ad Capi-
tula, & Canonicos Metropolitanarum, ac Colle-
giatarum Eccleſiarum per Sacr. Romanum Impe-
rium ubilibet exiſtentium, ſcripſit ſub Datum *die
3. Maii* 1714. quas refert *D. de Sanctis in Exa-
min. Conſiſtorial. cap.* 12. *§. unic. de Indult. Pontific.
Prim. Prec. pag.* 400. ac de iiſdem meminit *Rota
in Colonien. Canonicatus S. Urſulæ* 10. *Januarii*
1718. *§. Fretus*, *cor. bon. mem. Faſcaro.*

Firmum igitur manet, Imperatoribus Neo-
electis facultatem dirigendi Primarias preces non
com-

competere, abſque Apoſtolico Indulto. At innu-
meræ propemodum ſunt quæſtiones, quæ ſuper
ejuſdem Indulti interpretatione occurrere ſolent,
quaſque exacte examinarunt *Kochier.* in Scholiis
77 ad illud, *Hermes in Faſciculo Jur. public.* ubi
ſexaginta ſex propoſuit inſpectiones, *Pirbingus*,
Engel. Wagnerec. Anaclet. Leuren. aliique Ger-
mani Scriptores; unde, quamvis occurrente ca-
ſu, ſeu aliquo dubio, poſſint laudati Auctores
conſuli, nihilo minus operæ pretium me facturum
exiſtimo, ſi præcipuos caſus praxi magis accom-
modatos, & præſertim a Sac. Rota deciſos re-
feram, cum quamplurimæ ex quæſtionibus a dictis
Doctoribus examinatæ *raro ſint in uſu*, ut inquit
Pirbing. in Jus Canon. lib. 3. tit. 5. num. 373.
Primo igitur caſus referam affirmativos, illos vi-
delicet, qui ſub Indulto comprehenduntur, poſtea
negativos, qui nempe ab eo excluduntur.

Et quidem Indultum Primariarum precum com-
78 plectitur Beneficia omnia Secularia, & Regularia
cum cura, & ſine cura, Dignitates, Canonica-
tus, Perſonatus, Adminiſtrationes, & Officia in
Cathedralibus, & Collegiatis, quæ exiſtunt in-
tra fines Romani Imperii. Ita quidem, ut ab Im-
peratore nominatus fundatam habere dicatur in-
79 tentionem pro aſſequendo vigore dictæ nomina-
tionis Beneficio, ſemel ac probat ſuum Clerica-
tum, & ejuſdem Beneficii exiſtentiam intra li-
mites præfatos, *Rota deciſ.* 614. *num.* 1. *cor. Ca-
valer. & in Leodien. Scholaſtria* 4. *Julii* 1646. *in*
80 *princip. cor. Veroſpio.* Maxime, ſi nominatio ac-
ceptata fuerit ab Ordinario Collatore, *Rota deciſ.*
976. *n.* 1. *cor. Dunoz. Jun.*

Secundo locum ſibi vindicat, ſive Beneficia
81 præfata vacent per mortem naturalem, ſive civi-
lem, contractum nempe Matrimonii, Profeſſio-
nis emiſſionem, Privationem &c. *Kochier. in Schol.
ad Indult. Prim. Prec. ſect. 2. lit. H. §. Decimo
quarto, Hermes in Faſcicul. Jur. public. cap.* 11.
num. 45. & 46. *Leuren. in For. Beneficial. part.* 2.
quæſt. 607. *num.* 10.

Tertio procedit, quamvis Beneficium vacave-
82 rit in Menſe vigore Concordatorum Germaniæ
Sedi Apoſtolicæ reſervato. Indultum enim, ne-
dum præfatis derogat Concordatis, ſed omnibus
etiam, & quibuſcumque Apoſtolicis Reſervatio-
83 nibus, iis exceptis, quæ in eodem Indulto præ-
ſervantur, *Engel. in Jus Canon. lib. 3. tit. 5. de
Præben. num.* 71. & ibidem *Wagnerec. pag.* 494.
§. Et ſi ipſa, Pirbing. n. 385. *Schmier. Juriſprud.
Can. Civil. lib. 3. tract. 1. part. 2. cap. 3. ſect. 7. §.
2. num.* 311. *Rota deciſ.* 614. *num.* 3. & 4. *cor. Ca-
valer. deciſ.* 101. *num.* 12. *cor. Zarat. & in dicta
Leodien. Scholaſtria §. Hinc tollitur, & in altera
Leodien. Scholaſtria* 24. *Junii* 1716. *§. final. cor.
bo. me. Cerro.* Id, quod locum ſibi vindicat, ta-
84 metſi Literæ Proviſionis Apoſtolicæ Beneficii, ad
quod Preciſtæ vigore ſuæ nominationis jus com-
petat, ſint munitæ clauſula *anteferri*, aliiſque
clauſulis derogatoriis; Non enim earundem clau-
ſularum vis, & efficacia ſe protendit ad derogan-
dum Primariis precibus, unde, iis non obſtanti-
bus, prælationem deberi Preciſtæ, firmavit *Rot.
cor. Cavaler. dict. deciſ.* 614. *n.* 6. & *cor. Dunoz. dec.*
976. *num.* 1. & 6. & *in dicta Leodien. Scholaſtria
cor. Veroſpio §. Hinc tollitur.*

Quarto comprehendit Indultum Primariarum
85 precum Beneficia vacantia in Menſibus ordina-
riis ex rationibus perpenſis a *Rot. dec.* 1096. &
1097. *cor. Coccin.* quas ſequuntur *Leuren. in For.
Benef. part. 2. quæſt.* 607. *num.* 12. *Gratian. diſcept.*
478. *num.* 10. *Engel. loco citato num.* 71. *Pirbing.
n.* 376. *Wagnerec. pag.* 492. *Hermes dict. cap.* 11.
num. 47. *de Sanctis Examin. Conſiſt. cap.* 12. *§. unic.
de Indult. Pontif. Primar. Prec. num.* 313. *verſic.
Rurſus*, *eadem Rot. deciſ.* 101. *num.* 12. *coram
Zarat. & in Leodien. Scholaſtria* 26. *Junii* 1716.
§. finali cor. bon. mem. Cerro.

Quinto ſubjacent Primariis precibus Beneficia,
quæ ex Indultis Apoſtolicis conferuntur ad no-
minationem Univerſitatum Studiorum generalium. 86
Indultis enim præfatis expreſſe derogari conſue-
vit in Indulto Primariarum precum, quod eſt il-
lis poſterius, *Kochier. in Schol. ad Indult. præfat.
pag.* 62. & *pag.* 92. *verſic. Nominationes*, *Leuren.
in For. Benef. part. 2. quæſt.* 624. *num.* 7. *Pirbing.
n.* 386. *Wameſ. conſ.* 250. *Rota deciſ.* 976. *num.* 3.
cor. Dunoz. Quamvis Primarias Preces non affi- 87
cere Beneficia vacantia in Menſibus Univerſitati
Studiorum Lovanii conceſſis, de quorum Indul-
tis plene loquuti ſumus in *Comment. in Regul. IX.
§. III.* tradunt *Kochier. ſect. 4. litt. C. §. Rurſus
pag.* 61. *Leuren. quæſt.* 624. *num.* 8.

Sexto afficit Indultum Primariarum precum Be- 88
neficia de Jurepatronatus Eccleſiaſtico, nec non
de Jurepatronatus Laicorum, quod competat ex
mero Privilegio, ſeu præſcriptione, hujuſmodi
generis Juripatronatus Pontifices paſſim deroga- 89
re ſoleant; ad differentiam Beneficiorum de Ju-
repatronatus laicali competente ex legitimo titu-
lo fundationis, dotationis, ſeu conſtructionis,
aut Juriſpatronatus mixti, quod ad Laicos ſimul
& Clericos ſpectat, quodque eodem gaudet Pri-
vilegio, ac ſi totum laicale eſſet, nam Beneficia
præfata a Primariis precibus ſunt exempta, ut
communiter diſtinguunt *Kochier. ſect. 2. verb. Præ-
ſentationem pag.* 62. *Thomaſſin. de Benef. part.* 2.
cap. 54. *num.* 9. *Leuren. For. Benefic. part. 2. quæſt.*
608. *num.* 3. *Hermes. Faſcicul. Jur. publ. cap.* 11.
num. 32. *Pirbing. loco cit. num.* 367. *Anaclet. in
Jus Can. lib. 3. Decret. tit. 5. §. 20. numer.* 583.
Schmier. Juriſprud. Sacr. dicta ſect. 7. §. 2. num.
307. 309. 310. *Wieſtner Inſtit. Canon. lib. 3. tit. 5.
num.* 164. *Piton. diſcept.* 82. *num.* 26. *de Sanctis
loco cit. n.* 70. & *ſeqq.* Et in ſimili de jure no- 90
minandi ad Beneficia a Sede Apoſtolica nonnul-
lis Academiis, & Univerſitatibus Studiorum con-
ceſſa, quod non ſe protendat ad Beneficia Juriſpa-
tronatus laicalis, vel mixti, tradunt *Rebuff. in Tract.
Nominat. quæſt.* 15. *n.* 6. *Dartis Oper. Can. Tract. de
Benef. ſect. 7. cap. 4. pag. 87. §. Quod vero.*

Septimo non prohibetur Preciſta vigore nomi-
nationis ad ſui favorem ab Imperatore ad unum 91
Beneficium expletæ, acceptare in eadem Eccleſia
Canonicatum, & Dignitatem, aut Dignitatem, &
Perſonatum, vel Officium, aut unica vice, aut ſuc-
ceſſive, & ſive vacent per obitum unius, ſive dua-
rum Perſonarum, cum in Indulto Beneficia præ-
fata pro uno dumtaxat Beneficio computari debere
declaretur, *Rot. deciſ.* 976. *n.* 1. *cor. Dunoz. & in
dicta Leodien. Scholaſtriæ coram Veroſpio §. finali.*
Quod tamen ita intelligendum eſt, ſi Canonica- 92
tus, & Dignitas, aut Dignitas, & Perſonatus
inſimul abſque Apoſtolica diſpenſatione obtineri
conſueverint, ſecus vero, ſi pro iis inſimul re-
tinendis, Apoſtolica requiratur diſpenſatio, *Pi-
rbing. loc. cit. num.* 382. *verſic. extendit tertio*,
de Sanctis dict. §. unic. num. 89. *Rot. dec.* 298.
part. 14. *Recent. & in Leodien. Scholaſtria* 26. *Ju-
nii* 1716. *§. Nec alicujus coram bon. mem. Cerro.*
Et quoties Dignitas, & Canonicatus, aut Digni-
tas, & Perſonatus, vel Officium pro uno tan-
tum Beneficio reputantur, non poteſt alter ad
Dignitatem, alter vero ad Canonicatum; aut 93

Officium adnexum nominari, *Wagnerec. dict. tit.*
de Præben. pag. 491. §. Quoad eoſdem, *Pirbing.*
ibid. num. 370. verſic. Limitatur quinto.
Octavo. Locum ſibi vindicant Primariæ preces,
quamvis nominatus ab Imperatore ſit deſtitutus
94 qualitatibus præſcriptis a Statutis, & Conſuetu-
dinibus Eccleſiæ, quibus in Indulto Apoſtolico
expreſſe derogatur; Hinc, ſi Eccleſiæ Statutum
expoſcat in Beneficiatn Doctoratum, Nobilitatis
gradum &c. Preciſta, qui Beneficium accepta-
vit, dicto Statuto non ligatur. Quamvis, ſi qua-
95 litatea ſint a jure præſcriptæ, ſi nempe agatur de
ætate, legitimitate &c., aut ſint a lege fundatio-
nis requiſitæ, uſque careat nominatus, locus non
erit exequutioni Primariarum precum, niſi Apo-
ſtolica ſuper defectu earumdem qualitatum, ac-
cedat diſpenſatio, ut diſtinguendo tradunt *Weſ-*
ner. dict. tit. 5. num. 199. Jo. Felix Varan. Jur.
Can. univerſ. Comm. lib. 3. tit. 5. §. 24. num. 16.
Kochier ſect. 4. verſic. Ac ſecundum Statuta pag.
75. & ſect. 5. verb. Statutis, & Conſuetudinibus
pag. 90. Wagnerec. pag. 494. §. Quarta extenſio,
Pirbing. loco cit. num. 282. verſic. Extenditur
quarto, *Schmier loco cit. num. 301. Leuren. For.*
Beneficial. part. 2. quaſt. 610. Rot. in dicta Leo-
dien. Scholaſtriæ coram Veroſpio verſic. Diſpoſitio
96 *autem.* Sufficit tamen, quod habilitas Preciſtæ
ſuperveniat tempore collationis Beneficii, licet non
adfuerit tempore nominationis, aut ejuſdem Be-
neficii acceptationis, ut firmant mox laudati Do-
ctores, & præter illos, *Piton. diſcept. 82. num. 27.*
Nono. Primariæ preces ſuum conſequi debent
effectum, tametſi nominatus obtineat duo, aut
97 plura Beneficia cujuſcumque valoris exiſtant, ſive
in diverſis Eccleſiis, ſive in eadem, pro qua no-
minationem reportavit, ſita reperiantur, dummo-
do tamen incompatibilia non ſint cum illo, quod
acceptare velit, *Kochier ſection. 4. litt. Q. pag. 78.*
Leuren. quaſt. 610. num. 2. Wieſtner. Inſtitut. Ca-
non. lib. 3. tit. 5. num. 171. Pirbing. in Jus Canon.
lib. 3. tit. 5. numer. 382. Wagnerec ibidem pag.
494. verſic. 3. & 5. Hermes faſcicul. Jur. pu-
blic. cap. 11. num. 66. de Sanctis Examin. Conſiſtor.
cap. 4. num. 105. Rot. deciſ. 728. num. 1. ante fin.
cor. Seraphino.
Decimo. Preciſta, qui Beneficium acceptavit
98 in una Eccleſia, non prohibetur ſucceſſive ab
Imperatore nominationem obtinere pro alio Be-
neficio in altera Eccleſia exiſtente. Clauſula enim
illa, quæ legitur in Indulto Apoſtolico -- *Ita ta-*
men, quod quamprimum Perſona ſic nominata de
aliquo Beneficio proviſa fuerit, ejus nominatio
quoad alios Collatores, vel Collatrices facta ipſo
99 *jure expiret* -- operatur quidem, quod nomina-
tio pro diverſis Eccleſiis reportata ad effectum
cuius Beneficium aliquod aſſequendi, poſt pri-
mum obtentum expiret quoad ceteros Collato-
res, *Kochier ſect. 3. litt. A. pag. 48. Schmier num.*
304. Gratian. cap. 478. num. 11. Anaclet. in Jus
Canon. lib. 5. tit. 5. §. 20. num. 588. Wieſtner In-
ſtitut. Canon. lib. 3. tit. 5. num. 175. Leuren. For.
Beneficial. quæſtion. 620. num. 2. Engel. in lib. 3.
Decret. tit. 5. num. 71. verſic. Septimo poteſt, *Pi-*
rbing. ibid. num. 370. verſ. Limitatur quarto,
Wagnerec. pag. 491. §. Simul, vel ſucceſſive. At
non auſert Imperatori facultatem impertiendi ſuc-
100 ceſſive eidem Preciſtæ novas Preces pro alio Be-
neficio in diverſa Eccleſia exiſtente, poſtquam pri-
ma nominatio ſuum plenum conſequuta fuerit ef-
fectum, ut reſpondit *Rot. deciſ. 721. cor. Sera-*
phino, quam Deciſionem ſequuntur *Lotter. de Re*
Beneſic. lib. 1. quæſt. 6. num. 49. Kochier ſection.
3. litt. B. Pirbing. loco citat. num. 370. ſub §. Quar-
to, *Anaclet. dict. §. 20. num. 588. Gratian. diſcept.*
478. num. 21. de Sanctis Examin. Conſiſtor. dict. §.
unic. num. 85. & ſeqq.
Undecimo. Illud etiam magis communiter, &
in praxi receptum eſt, quod non obſtringitur Pre-
ciſta primum Beneficium vacans in Eccleſia, pro
qua nominatus fuit, acceptare, ſed poteſt accepta- 101
re ſecundum, aut tertium vacaturum, cum Pri-
mariæ preces indulgeant Preciſtæ *primum Bene-*
ficium vacaturum, quod ipſe duxerit acceptandum,
ut per Text. *in cap. 1. de Conceſſ. Præbend. in 6.*
late *Hermes in Faſcicul. Jur. public. cap. 11. num.*
63. ubi refert, ita fuiſſe reſolutum a facultate Sa-
lisburgenſi anno 1665. *Anaclet. in Jus Canon. lib.*
3. tit. 5. §. 20. Piton. diſcept. 82. num. 25. Kochier
ſect. 4. litt. B. §. Ad quintum, *Pirbing. num. 379.*
Wieſtner Inſtit. Can. lib. 3. tit. 5. art. 9. num. 178.
Wagnerec. d. tit. 5. pag. 493. §. Quares tertio verſ.
Etſi vero, *Leuren. For. Beneſ. quaſt. 621. num. 5.*
Engel. in Jus Canon. lib. 3. tit. 5. de Prabend. num. 71.
An vero Preciſta, poſt acceptatum Beneficium, 102
ſed ante collationem ipſi factam poſſit eidem re-
nunciare, & aliud acceptare Beneficium? Affir-
mativum reſponſum ſuadet ratio, quod ſola ac-
ceptatio nullum conſiderabile jus tribuit acceptan-
ti. Cum enim Primariæ preces præ ſe ferant Man-
datum de Providendo, dum rogant Collatores,
ut conferant, & dant Exequutores, ut compel-
lant conferre, ſicque Gratia expectet factum, &
proviſionem Exequutoris; hinc eſt, quod non
recipit illa perfectionem, nec remanet conſumta,
niſi, poſtquam Beneficium fuerit effective colla-
tum, ad differentiam Expectativæ ad Beneficium
vacaturum conceſſæ in forma *Proviſionis* cum
clauſula *ex nunc, prout ex tunc*, quæ ſola accep-
tatione perficitur, & conſumitur, nec expectat
factum Exequutoris, ut diſtinguit *Rot. deciſ. 634.*
num. 2. & ſeqq. coram Cerro, & deciſ. 3. num.
3. & ſeqq. & deciſ. 5. num. pariter 2. & ſeqq.
coram Emerix Sen. quas Deciſiones ſequitur *Pi-*
ton. diſcept. 82. num. 25.
Sed in contrarium urget, quod vigore accep-
tationis Beneficii, jus perfecte acceptanti acqui- 103
ritur, dum ſola inſinuatio Precum, & accepta-
tio Beneficii ſecum trahit canonicam inſtitutio-
nem illius, & effectum poſſeſſionis juris, nec alia
ulterius indiget alicujus opera, vel gratia, niſi ad
actum poſſeſſionis corporalis, in qua tantum con-
ſiſtit exequutio facti. Et hanc Sententiam am-
plectuntur *Kochier ſect. 4. verſ. Dubitatur pag. 8.*
& ſeqq. Schmier in Jus Can. lib. 3. tract. 1. part.
2. cap. 3. num. 325. Anaclet. dict. §. 20. num. 594.
& ſeqq. Wagnerec. in lib. 3. Decret. tit. 5. pag.
493. §. Quares tertio, *Pirbing. ibidem num. 379.*
Engel. dict. tit. 5. num. 71. Wameſius conſil. 247.
num. 27. Leuren. in For. Beneficial. cap. 621.
num. 6. Eamque poſtremis hiſce temporibus ſe- 104
quuta fuit, *Rot. in Hildeſien. Vicariæ 5. Maii*
1717. §. Aſſiſtentia, & §. Irrelevante coram bo.
me. Cerro, & in Paderbornen. Canonicatus 14.
Maii 1725. §. Atque hinc, cor. R̃mo Aldrovando.
At vero, ſi primi Beneficii acceptatio effectum
ſortiri non valeat, aut quia minus legaliter ex-
pleta, aut quia Beneficium ſit litigioſum, maxi- 105
me ſi acceptatio ſequuta fuerit cum proteſtatione,
quatenus de jure debeatur, illiuſque pacifica poſ-
ſeſſio obtineri poſſet; in his profecto, aliiſque ſi-
milibus circumſtantiis nulla emergit ambigendi
ratio, quod Primariæ preces per acceptationem
primi Beneficii conſumptæ non remaneant, poſſit-
que Preciſta, nova ſuccedente vacatione, ad al-
terius

Digitized by Google

terius Beneficii acceptationem devenire, *Kochier ſect. 4. pag. 63. §. Hinc fit verſic. Niſi, Wagnerec dict. pag. 493. §. Quæres tertio, Rot. dec. 976. num. 7. & 8. cor. Dunozet. dec. 634. n. 15. & ſeqq. cor. Cerro dec. 3. num. 6. deciſ. 5. num. 10. coram Emerix Senior. deciſ. 101. num. 20. coram Zarat.* Eo
106 prorſus modo, quo ſi Primariæ preces ſuum ſortiri non poſſint effectum, vel quia Preciſta eiſdem renunciaverit, vel quia naturaliter, aut civiliter mortuus ſuerit, Imperator non prohibetur, novas Preces dirigere, *Kochier ſect. 2. litt. A. §. Quinto quæritur pag. 24. Leuren. in For. Beneſ. part. 2. quæſt. 618. ſub num. 3. Hermes in Faſcicul. Jur. public. cap. 11. num. 21. Wieſtner Inſtitut. Canon. lib. 3. tit. 5. num. 173. Pirhing. loco cit. num. 373. Wagnerec. pag. 491. §. Nota quarto, Leuren. For. Beneſic. quæſt. 618. num. 2.* Quin-
107 imo poſſe Imperatorem variare, & alteri Primarias preces elargiri, antequam ſit Beneficium a primo nominato acceptatum, cum ſola nominatio nullum Preciſtæ firmum jus tribuat, tradunt mox laudati Doctores, & præter ipſos *Cajetan. Felix Varan. Jur. Canon. univ. Comm. lib. 3. tit. 5. §. 24. num. 6. Schmier. Juriſprudent. Can. Civil. dict. §. 2. num. 303.*

Poſtremo, ut Primariæ preces ſuum ſortiri valeant effectum, obſtringitur Preciſta Benefi-
108 cium infra menſem ab illius vacatione, ſive per ſe, ſive per Procuratorem ad id ſpecialiter deputatum acceptare, inſinuando Epiſcopo, vel Capitulo collegialiter congregato, ſi Collatio ad ipſum pertineat, earundem Precum reſcriptum, alias elapſo menſe, quod conſulte præſtitutum fuit
109 in Indulto ad occurrendum diutinæ Beneficiorum vacationi, Eccleſiis nimium diſpendioſæ *Cap. quam ſit. 10. de Elect.* & nulla expleta per no-
110 minatum Beneficii acceptatione, Collator de illo libere diſponere poterit, ut inhærendo verbis laudati Indulti, communiter tradunt *Kochier ſection. 4. litt. G. pagin. 73. Leuren. in For. Beneficiar. quæſtion. 622. num. 2. Hermes in Faſcicul. Jur. public. cap. 11. num. 47. & ſeqq. Anaclet. dict. §. 20. num. 589. Wieſtner Inſtitut. Canon. lib. 3. tit. 5. num. 176. §. Porro, Pirhing. loco citat. num. 377. Wagnerec. §. 3. verſic. Quoties, Rot. in Paderbornen. Canonicatus 14. Maii 1725. §. Quatenus, coram Reverendiſſimo Aldrovando.*

Menſis vero ab Indulto præſcriptus ad Primarias preces inſinuandum, & Beneficium accep-
111 tandum currere incipit a tempore notoriæ illius vacationis in loco, vel in Eccleſia, in qua erectum reperitur, *argum. Clement. 1. de Conceſſ. Præbend.* Niſi Preciſta alleget, & probet abſentiam, vel aliam juſtam ignorantiæ cauſam, quo
112 caſu menſis incipit a die habitæ notitiæ vacationis Beneficii, *Kochier ſect. 4. litt. G. pag. 66. Leuren. in For. Beneſic. quæſtion. 662. num. 1. Piton. diſcept. 82. num. 24. Wieſtner Inſtitut. Canon. lib. 3. tit. 5. num. 177. Hermes Faſcicul. Jur. public. cap. 11. num. 58. Wagnerec pag. 493. §. Quæres, Anaclet. dict. §. 20. 589. 590. 591. Rot. deciſ. 614. num. 4. & ſeqq. coram Cavalerio.* Et quamvis *Rot.* in mox laudata *Paderbornen. Canonicatus coram Reverendiſſ. Aldrovando §. Quamvis*, fir-
113 maverit, quod inſinuatio Primariarum precum fieri debeat Collatoribus ante vacationem Beneficii, propoſitio tamen hæc irrepſit ob incuriam Extenſoris, cum cæteroquin Litera Indulti expreſſe contrarium decernat, ibi — *Infra Menſem, poſtquam ipſis* (id eſt Preciſtis) *vacatio hujuſmodi Beneficiorum innotuerit* — Et tanquam principium abſolutum ſupponunt Doctores omnes ſupra laudati, & præ ceteris expreſſe id aſſerunt *Engel in Jus Can. lib. 3. tit. 5. §. 6. num. 8. Gratian. diſcept. 478. n. 1. & ſeqq. Pirhing. d. ſect. 9. num. 327. Anaclet. loco cit. n. 589. Wagnerec pag. 493. verſ. Infra Menſem.*

Quod ſi elapſo menſe a die notæ vacationis
Beneficii, res ſit adhuc integra, quia nempe de 114
illo Collator non diſpoſuit, non prohibetur Preciſta, inſinuando ſuas Preces, Beneficium acceptare, ut perpendendo clauſulas Indulti, firmant *Kochier ſect. 4. verſic. poſt Menſem pag. 67. Leuren. in For. Beneſic. part. 2. quæſt. 621. num. 3. Schmier. loco cit. num. 297. Engel. num. 71. Pirhing. num. 378. Anaclet. num. 592. Wagnerec. pag. 493. §. Quæres ſecundo*, licet contrariam ſequatur Sententiam, *Hermes dict. cap. 11. num. 62.*

Nunc vero deſcendentes ad caſus, qui ab In-
dulto Primariarum precum excluduntur, illud 115
imprimis non amplectitur Beneficia extra limites Imperii Germanici, prout nunc eſt, exiſtentia, & per conſequens non ſe protendit ad Beneficia
Italiæ, & Status Mediolani, ut uſque de anno 116
1531. reſolutum fuiſſe teſtatur *Gomeſ. lib. 1. deciſ. 18. Creſcem. deciſ. 3. de Præbend. Coccin. deciſ. 1096. num. 3. & 4. & deciſ. 1097. num. 2. Hermes in Faſcicul. Jur. public. dict. cap. 11. num. 30. Leuren. in For. Beneſic. part. 2. quæſt. 606. Lotter. de Re Beneſic. lib. 1. quæſt. 6. num. 48. de Sanctis Exam. Conſiſtor. dict. §. unic. num. 67. Anaclet. in Jus Canon. lib. 3. Decret. tit. 5. §. 20. num.*
576. Minuſque afficit Beneficia exiſtentia in *Bra-* 117
bantia, ut notat *Zypeus conſult. 3. de Præb. §. Extra hos, Nicolaris in Concordat. German. tit. 3. dub. 1. §. 2.* Et quamvis alias in dubium revocatum fuiſſet, an Primariæ preces complecterentur
Beneficia exiſtentia in Civitate *Leodii* ob illius 118
particularia Privilegia, & Concordata, quæ ſunt magis favorabilia, quam Concordata Germaniæ, quæque proinde ſpecialem requirunt derogationem, ut in *dicto deciſ. 1097. num. 6. & 7. coram Coccino.* Nihilo minus praxis invaluit, quod & Beneficia præſata ſint Primariis precibus Imperialibus obnoxia, ut patet ex Deciſionibus in *Leodien. Scholaſtria 4. Julii 1646. coram Veroſpio*, & in altera *Leodien. Scholaſtria 26. Junii 1716. cor. bo. mem. Cerro.*

Et Indultum Primariarum precum non afficit Beneficia exiſtentia extra limites Imperii Germa-
nici, quamvis eorum Collatores reſideant in Im- 119
perio; quemadmodum e converſo, ſi Beneficia in Imperio ſita reperiantur, eſto Collatores ex-
tra limites Imperii degant, adhuc Indulto ſubja- 120
cent, cum illud principaliter reſpiciat locum, in quo Beneficia exiſtunt, *Kochier ſect. 2. pag. 32. & 33. litt. B. Hermes in Faſcicul. Jur. publ. cap. 11. num. 28. Pirhing. in Jus Canon. lib. 3. tit. 5. ſection. 9. num. 368. Wagnerec eodem tit. 5. pag. 488. Anaclet. ibidem §. 20. num. 577. Leuren. in For. Beneſic. part. 2. quæſt. 607. num. 1. D. de Sanctis in Examin. Conſiſtorial. dict. §. unic. num. 68.*
qui ulterius fatentur, quod ſi Beneficia principa- 121
lia ſint extra Imperium, aliqua vero illis annexa in Imperio, hæc non comprehenduntur ſub Primariis precibus, quia acceſſorium ſequitur ſuum principale, quod in propoſito eſt extra Imperium, ad *Text. in leg. Etiam Cod. de Jur. Dot. leg. Acceſſorium ff. de Regul. Jur.*

Secundo. Indulto Primariarum precum non
ſubjacent Beneficia reſervata per *Extravag. ad* 122
Regimen. de Præbend. ut expreſſe legitur in eodem Indulto, eique inhærendo tradunt *Hermes*
dict.

Digitized by Google

dict. cap. 11. num. 36. Engel. in Colleg. Jur. Ca-
non. lib. 3. tit. 5. de Præbend. num. 71. Wagnerec
eod. tit. pag. 494. verſic. Et ſi ipſa, Pirhing. ibidem
num. 382. de Sanctis dicto §. unic. num. 118. Rot.
deciſ. 614. num. 3. & 4. coram Cavaler. & deciſ. 101.
num. 12. coram Zarat. & deciſ. 1097. num. 5. coram
Coccino. De hiſce autem Reſervationibus contentis
in *extravag. ad Regimen.* plene diſſeruimus in
Comment. in Regul. I.

Tertio. Excipiuntur ab Indulto Primariarum
123 precum Dignitates poſt Pontificales majores in
Cathedralibus, & Principales in Collegiatis Eccle-
ſiis, ex rationibus, quas perpendunt, *Hermet d.*
cap. 11. n. 43. Kochier ſect. 2. pag. 41. & 42. lit. M.
& N. Wameſ. conſ. 178. n. 5. lib. 1. Engel. loco cit.
num. 70. Schmier. Juriſprud. Canon. Civil. lib. 3.
tract. 1. part. 2. cap. 3. ſect. 7. §. 2. num. 322. Pirhing.
num. 370. Wagnerec pag. 488. verſic. Hæc tamen,
& pag. 489. verſic. Dummodo, Leurea. in For. Be-
124 *neficiar. part. 2. quæſt. 608.* Quæ vero ſit Dignitas
poſt Pontificalem major in Cathedrali Germaniæ,
& quæ Principalis in Collegiata, diximus in *Com-*
ment. in Regul. IV. §. I.

Quarto. Locum ſibi non vindicat Indultum
125 in Beneficiis ad Sedem Apoſtolicam devolutis,
ut clare in eo legitur. Quamvis Primariis preci-
126 bus obnoxia eſſe Beneficia ab inferiori Collatore
ad immediatum Superiorem devoluta, niſi Papa
127 illum prævenerit in conferendo, firment commu-
niter *Kochier ſect. 4. litt. N. pag. 76. & 77. Hermes*
in Faſcicul. Jur. publ. cap. 11. num. 37. Schmier.
loco cit. num. 317. Pirhing num. 383. Wagnerec.
pag. 494. verſic. Quarto in fine, Leuren. part. 2.
quæſt. 607. num. 73. & 608. numer. 7. Wieſt-
ner. Inſtitut. Canon. lib. 3. cap. 5. num. 166. Joann.
Honor. Jur. Can. Compen. lib. 3. tit. 5. part. 5. nu-
mer. 66.

Quinto. Non afficiunt Primariæ preces Benefi-
128 cia litigioſa, ſi illæ poſt litem inceptam conceſ-
ſæ ſint, ſecus, ſi antea, *Hermet cap. 11. num. 3.*
Kochier ſect. 4. pag. 77. verſic. Neque ſuper illis,
Joann. Honor. loco cit. Leuren. For. Benefic. part.
2. quæſt. 608. num. 6. Schmier loco citat. num. 318.
Pirhing. num. 383. Anaclet. dict. §. 20. Wagnerec
pag. 494. verſic. Quarto.

129 *Sexto.* Non ſubjacent Primariis precibus Hoſ-
pitalia etiam Religioſa, quia non ſunt Beneficia
Eccleſiaſtica, niſi dentur in titulum perpetuum;
neque Beneficia manualia, ſive ad nutum amovi-
bilia, nec Beneficia ſervitoria, minuſque Vicariæ
temporales, aut perpetuæ ad alterius nominatio-
nem providendæ, nec Beneficia Menſæ Epiſco-
pali, Capitulari, ſeu Abbatiali incorporata, nec
Beneficia commendata, *Kochier. ſect. 2. verb.*
Super ſingulis pag. 34. & ſeqq. Schmier. loco cit.
num. 319. Leuren. For. Benefic. part. 2. quæſt. 608.
num. 11. & ſeqq. Wieſtner Inſtitut. Canon. lib. 3.
tit. 5. num. 165. Pirhing. dict. tit. 5. num. 368. ver-
ſic. Notandum tertio, Wagnerec pag. 491. §. Spe-
ciem, de Sanctis Examin. Conſiſtor. dict. §. unic.
130 *num. 76.* & in terminis Vicariæ ad nominationem
Abbatis, vel Capituli providendæ, *Rot. deciſ. 73.*
num. 23. cor. bo. me. Herrera, & in Leodien. Pa-
rochialis, ſeu Vicariæ 1. Julii 1705. §. fin. cor.
R̃no Aldrovando.

Septimo. Immunia ſunt a Primariis precibus
131 Beneficia poſt earum conceſſionem erecta, argu-
mento *Text. in Cap. Literas, de Reſcript.* ibi — *Li-*
teras noſtras ſuper conferendo tibi Beneficio vaca-
turo directas, ad Beneficium poſt Datam ipſarum
creatum ſtatuimus non extendi — & ceteroquin
inveroſimile prorſus eſt, quod Imperator diri-
gere voluerit Primarias preces pro Beneficiis,
quæ tempore earum conceſſionis in rerum natura
non exiſtebant ad *Text. in leg. Mater decedens*
ff. de Inoffic. Teſtament. leg. 23. ff. de Acquir.
Hæredit. Kochier ſect. 2. litt. C. §. Nec Beneficia
pag. 35. Pirhing. in Jus Canon. lib. 3. tit. 5. num.
368. verſic. Notandum tertio, Nicolarts ad Concor-
dat. German. tit. 1. dub. 4. §. 3. Leuren. in For. Be-
nefic. part. 2. quæſt. 608. num. 10. Et diximus in
Comment. in Regul. IX.

Octavo. Abbatiæ, Prioratus, Decanatus, aliæ-
que Dignitates Conventuales, quæ ex natura 132
ſua Regulares ſunt, Primariis precibus non ſub-
jacent; requirunt enim Dignitates præfatæ re-
gularem Profeſſionem, nec bonum Monaſte-
riorum Regimen, & pax Religioſa patiuntur,
ut Perſonæ diſparis conditionis, aut habitus iiſ-
dem præficiantur. Et quamvis in Indulto Apo-
ſtolico Primariarum precum mentio fiat etiam de
Beneficiis Regularibus, nihilo minus ex antiqua,
& jugi obſervantia nunquam Imperatores ad Di-
gnitates hujuſmodi, minuſque ad Beneficia ſim-
plicia Regularia nominarunt, eorum diſpoſitio- 133
ne relicta Prælatis, & Superioribus Ordinum,
ne Regularis turbetur diſciplina, *Schmier in Jus*
Canon. lib. 3. tract. 1. part. 2. cap. 3. numer.
321. Wieſtner dict. tit. 5. num. 161. Pirhing. num.
368. §. Notandum quarto, Wagnerec pag. 489.
§. Beneficiorum, Anaclet. dict. §. 20. num. 581.
Leuren. For. Benefic. part. 2. quæſt. 607. num. 7.
Kochier. ſect. 2. pag. 38. de Sanctis dict. §. unic.
num. 74.

Nono. Indultum Primariarum precum non
comprehendit Beneficia, quæ in manibus Papæ 134
libere dimittuntur, *Kochier ſect. . pag. 36. Leu-*
ren. in For. Benefic. ſection. 608. num. 8. Pirhing.
in Jus Canon. lib. 3. tit. 5. num. 368. Wagnerec
pag. 494. vel ad alterius favorem reſignantur. In 135
hujuſmodi namque Reſignatione, non aliter re-
ſignans Beneficium a ſe abdicare intendit, quam,
ut plene Reſignatario acquiratur, *Pariſ. de Re-*
ſignat. lib. 10. quæſt. 7. num. 17. & ſeqq. Her-
mes cap. 11. numer. 35. Leuren. For. Benefic.
part. 2. quæſt. 608. Wieſtner Inſtitut. Canon. lib.
3. tit. 5. num. 163. Schmier loco cit. num. 323.
Pirhing. num. 382. Wagnerec pag. 481. §. Speciem,
Cajet. Felix Varaa. Jur. Canon. univerſ. Comm.
lib. 3. tit. 5. §. 24. num. 17. de Sanctis in Examin.
Conſiſtor. dict. §. unic. num. 115. Et ex eadem
ratione exemta ſunt a Primariis precibus Bene- 136
ficia, quæ permutantur, ſive permutatio fiat in
manibus Ordinarii, ſive Pontificis, cum quili-
bet ex permutantibus proprium dimittat Benefi-
cium, ut alteri compermutanti ſolum acquira-
tur, *Kochier ſect. 2. litt. C. §. 8. pag. 35.* ubi tamen
recte limitat, ſi permutatio fieret in fraudem,
Hermes dict. cap. 11. num. 35. Leuren. quæſt. 608.
num. 8.

Decimo. Non afficit Indultum Beneficia ſpe-
ctantia ad ſimultaneam collationem plurium, 137
quando Primariæ preces ad unum tantum Colla-
torem ſunt directæ, cum illæ extra ſuos termi-
nos trahendæ non ſint, ut per *Text. in cap. Cum*
illis §. ultimo, de Præbend. in 6. late probat *Wa-*
mes. conſil. 42. num. 10. & conſil. 457. num. 2. Ko-
chier ſect. 2. pag. 36. Rot. deciſ. 101. num. 18. co-
ram Zarat. Quod ſi Preces directæ ſint ad Epiſ-
copum, ſive Prælatum, & Capitulum ſimulta- 138
neam collationem Beneficiorum habentes, ſufficit
eas inſinuare ſoli Prælato, ad effectum, ut affi-
ciant etiam Capitulum, quia nimirum, quod agi-
tur cum capite, cenſetur agi cum toto corpore,
ut

ut poſt *Kochier* tradunt *Pirbing. in Jus Canon.*
lib. 3. tit. 5. nnmer. 369. verſic. Notandum nono,
Wagnerec ibidem §. 2. verſic. Communiter, vel
diviſim.

Undecimo. Locum ſibi non vindicant Prima-
139 riæ preces, quando Collator Ordinarius ad mi-
nus quatuor Beneficia conferendi, facultate caret,
ut legitur in Indulto, & jure merito, quia ſi ad
aliquod ex dictis Beneficiis Primariæ Preces ſe
protenderent, facile contingere poſſet, quod Col-
lator præfatus toto ſuæ vitæ tempore uſu juris
ſuæ collationis deſtitutus remaneret, ut perpen-
dunt *Wameſ. conſil. 42. num. 9. Leuren. For. Beneſ.*
part. 2. quæſt. 608. n. 2. Engel. loc. cit. n. 71. Kochier
ſect. 2. pag. 46. litt. V. Wagnerec pag. 490. §. Saltem
quatuor, Wieſtner Inſtit. canon. lib. 3. tit. 5. n. 167.
Anaclet. dict. §. 20. num. 584. D. de Sanctis in
Examin. Conſiſtor. dict. §. unico num. 84.

At quamvis Primariæ preces dirigi non poſ-
ſint, niſi ad Collatorem, qui ſaltem quatuor Be-
neficia conferre valeat, ex hoc tamen inferre non
140 licet, quod Canonicatus in Eccleſiis Cathedrali-
bus, vel Collegiatis Germaniæ, qui per Tur-
num a Canonicis conferri ſolent, a dictis Precibus
exemti eſſe debeant, cum tali caſu Canonici non
conferant jure proprio, ſed potius jure delegato,
& nomine Capituli, *Kochier ſection. 2. litt. R.*
pag. 44. Wieſtner loco citato num. 166. Schmier
ubi ſupra num. 316. Hermes cap. 11. Wagnerec
§. 2. verb. Communiter vel diviſim, Pirbing. num.
369. verſic. Notandum nono.

Poſtremo Primariis precibus non ſubjacent am-
141 plius Beneficia illius Eccleſiæ, in qua ſemel ip-
ſæ effectum ſortitæ fuerunt, cum Indultum illud
habeat moderamen, quod per Imperiales preces
unus Collator non poſſit gravari, niſi ſemel,
nec una Eccleſia ultra ſemel, *Lotter. de Re Be-*
nefic. lib. 1. quæſt. 6. num. 48. Gratian. diſcept. 478.
num. 15. Thomaſſin. de Beneſic. part. 2. lib. 1. cap.
54. num. 1. Kochier ſect. 2. pag. 20. Anaclet. dict.
§. 20. num. 575. Pirbing. num. 370. verſic. Limita-
tur quinto, cum aliis penes *Rotam in Hildeſien.*
Vicaria 5. Maii 1717. §. At quamcumque, co-
ram bon. mem. Cerro.

Gratiia etiam Expectativis, & Mandatis Apo-
ſtolicis ſucceſſit Nominatio, quam Rex Galliæ
142 vigore Indultorum *Eugenii IV. Pauli III. & Cle-*
mentis IX. explet favore Supremi Regni Can-
cellarii, Præſidum, & Conſiliariorum, aliorum-
que Officialium Parlamenti Pariſienſis. Tenen-
tur enim ſinguli Prælati Collatores, ſemel dum-
taxat in vita ſua, & non ultra, providere No-
minatum de proximo vacaturo Beneficio, cujus
143 annui proventus, deductis omnibus expenſis,
& oneribus, ad certam taxam pertingunt, &
de eiſdem Indultis, *Cabaſut. in Prax. Jur. Ca-*
non. lib. 2. cap. 4. num. 1. Natal. ab Alexand. in
Hiſtor. Eccleſ. ſecul. 15. & 16. part. 2. cap. 2. art.
3. pag. 114. & part. 3. pag. 114. & part. 1. cap 1.
artic. 16. num. 4. & 193. Doviat. in Specim. Jur.
Eccleſ. Paſtor. de Beneſ. lib. 1. cap. 18. num. 3. Van
Eſpen. in Jus Eccleſ. univerſal. part. 2. tit. 25. cap.
9. num. 17. Pinſon. in Not. Summariis ad Indult.
in præfat. num. 52. & 88. ubi, quod licet In-
144 dulta hujuſmodi ſapiant Gratiam expectativam,
non cenſentur tamen revocata per Concilium,
late *Thomaſſin. tom. 2. lib. 1. cap. 49. a num. 8.*
& num. 12.

Quandam etiam Expectativarum ſpeciem re-
tinent in eadem Gallia Nominationes, quas Uni-
145 verſitas Pariſienſis explet favore Graduatorum
in eadem Univerſitate ad Beneficia, quæ vacare
contigerit in menſibus *Januarii, Aprilis, Ju-*
lii, & *Octobris*, qui communiter menſes *Gra-*
duatorum nuncupari ſolent, ut quemadmodum
nonnullæ reſervationes a Pontificibus factæ fue-
runt in gratiam pauperum Clericorum, ita ad
hanc quodam modo ſimilitudinem, reſervata fue-
runt favore Graduatorum Beneficia in dictis qua-
tuor menſibus vacantia, quæ per Ordinarios,
non aliis, quam *Graduatis* in Univerſitate, &
ejus nominationem exhibentibus conferri poſ-
ſunt. Quæ nominatio, quamvis Synodi Baſi- 146
leenſis, & Pragmaticæ Sanctionis partus exi-
ſtat, in Concordatis tamen inter Leonem X.
& Franciſcum I. initia meliorem in formam,
& ordinem redacta fuit. De qua nominatione
favore Graduatorum, late agunt *Thomaſſin. tom.*
2. lib. 1. cap. 53. a num. 9. & pluribus ſeqq. Na-
tal. ab Alexand. ſecul. 15. & 16. part. 2. cap. 2.
artic. 3. pag. 110. Cabaſut. in Prax. Jur. Canon.
libr. 2. cap. 6. per tot. Paſtor. de Beneſ. lib. 1. tit. 16.
per tot. ibique *Solier.* Hinc in Regionibus illis Re- 147
gis dominio ſubjectis, in quibus locum non ha-
bent Concordata, nec locum ſibi vindicant hu-
juſmodi Graduatorum nominationes, *Thomaſſin.*
loco mox laudato.

Sed invaluit quoque in Gallia genus quod-
dam Primariarum precum favore Regis ob ju- 148
cundum ejus adventum ad Coronam. Illaſque
locum tantum obtinere in Eccleſiis Collegiatis,
quarum Dignitates, & Præbendæ non ſpectant
ad collationem Ordinariorum Diœceſis, in qua
exiſtunt, & in quibus ſunt plures quam ſex Præ-
bendæ, Edicto ſuo mandavit *Ludovicus XIV.*
ut poſt *Brodeum ad Lovetium* tradit *Van Eſpen.*
in Jus Eccleſ. univerſal. part. 2. tit. 25. cap. 9.
num. 23. §. Diſſiveri.

Verum prætenſum jus iſtud nec unquam Se-
des Apoſtolica approbavit, nec Regia Parla- 149
menta agnoverunt, & adverſus illud adeſt cele-
bre *Arreſtum* Pariſienſis Parlamenti, de quo
Bouchel. in Biblioth. Canon. verb. Proviſions, Ton-
dut. tom. 1. part. 2. cap. 3. §. 15. num. 16. Thomaſ-
ſin. tom. 2. lib. 1. cap. 54. num. 14. ubi hæc ait --
Verum, cum ei juri non ſubſcribat Parlamen-
tum, non accedat conſenſus Epiſcoporum, non
Concordata, non Bulla quævis, non antiquior
ullus Scriptor, non poſſe illud univerſaliter va-
lere, ſed ad aliquas reſtringi debere particula-
res Eccleſias, ubi vigent tituli, Tranſactiones,
Conceſſiones, aut Conſuetudines antiquæ -- & om-
nium melius. *Cabaſut. in Prax. Juris Can. lib.*
2. cap. 4. num. 11. ibi -- *Alterum Regiorum In-*
dultorum genus pro felici ad Regnum Adventu Au-
licorum ambitio, & adulatio jus iſtud introdu-
xit, cui novæ introductioni Senatus Pariſienſis,
plerumque fortiter interceſſit, exiſtimans ſatis
detractum Eccleſiæ fuiſſe per Regaliam, & In-
dulta in favorem ſuorum Officialium conſtituta,
nec patiens alios concurrentes, ac rivales, per quos
Beneficia ad quæ aſpirant, ſibi detrahi poſſint;
ideoque novum iſtud Indultorum genus frequen-
tibus Senatus conſultis ſubmovit, ac repulit, ut
teſtatur Brodeus in Lovetum litt. P. titul. Præben-
da felicis ad Coronam adventus, Bordenas lib.
de Curiis Eccleſiaſticis cap. primo num. 28. & 33.
Mornacius ad leg. 4. §. 4. de Offic. Proconſul.
allegantes Pariſienſe Senatus conſultum ſolem-
nius in Togis purpureis die 7. Januarii anni
1616. præſidente Verduno conformiter ad requi-
ſitionem Advocati Regii Lebret contra petito-
rem Canonicatus Conſtantienſis &c. Sane Auli-
corum avaritia, & ambitio, niſi reprimantur,
Eccle-

Google

Eccleſiam miſerrime diſſipabunt, novaſque adhuc artes ultra jam commemoratas excogitabunt, pro Nuptiis Regiis, pro Natalibus Primogeniti Franciæ, aut etiam inſequentium liberorum, pro nova victoria, aliaque in infinitum.

Suppreſſio quoque Expectativarum per Con-
150 cilium Tridentinum ſtatuta, locum ſibi non vindicat in Commendis Equitum S. Joannis Hieroſolymitani, quarum reſpectu adhuc vigent Expectativæ generales, & fixæ favore antianitatis, & particulares a Magno Magiſtro Antianis conceſſæ, & paſſim hujuſmodi Expectativæ per Rotam approbantur, ut in *dec. 761. coram Seraphino, & deciſ. 609. part. 4. tom. 3. Recent.* & tradunt *Lotter. de Re Beneficiar. lib. 2. quæſt. 15. num. 4. Michaleſſ. verb. Expectativa num. 1. Rot. in Melevitana Permutationis Commendarum cor. Reverendiſſ. Criſpo, inter impreſſ. deciſ. 102. confirm. cor. clar mem. Card. Falconerio deciſ. 5. tom. 1. tit. de Benefic.*

Et Milites præfati vigore hujuſmodi Expecta-
151 tivarum habere dicuntur Jus in re, adeo ut, ſi ab earum aſſequutione a Lingua injuſte rejiciantur, poſſunt ad Superiorem appellare, ut juſtitia mediante, effectus antianitatis ejuſdem indulgeatur, *Lotter. dict. lib. 2. qu. 15. a num. 46. Rota dict. deciſ 761. num. 7. coram Seraphin.* cum aliis in *dicta Melevitana Permutationis Commendarum cor. Rmo Criſpo §. Præter, & cor. clar. mem. Card. Falconerio*
152 *§. In quibus*, ubi late agitur de quæſtione, an, & quomodo ſuſtineatur permutatio Commendarum in præjudicium Equitum Antianorum, reticito eorum jure, & ſine illorum, & Linguæ
153 conſenſu. Expectativas vero ad Commendas aliorum Equitum, quam Antianorum favore, indulgere, ad ſolum Romanum Pontificem ſpectat, dictaque facultate aliquando uſi ſunt Pontifices, in-
154 ter quos Urbanus VIII. ut ex themate Deciſionis Rotæ 231. *part. 5. Recent.* & tradit *Eſcanno in Propugnac. Religion. Hieroſolymitana diſc. 9. cap. 5. num. 15.*

Speciem quoque Expectativarum præ ſe ferunt
155 *Acceſſus*, & *Regreſſus* a Concilio Tridentino, etiam favore Cardinalium prohibiti *Seſſ. 25. cap. 7.* & ſucceſſive a S. Pio V. in ſua Conſtitutione CXXXVI. incipien. *Romani Pontificis providentia.* Et longe antea per Concilium *Londinenſe*
156 celebratum, anno 1266. damnata fuerat eorum fraus, qui vacante Cathedrali, ut facilius eligerentur, reſignabant Beneficia cum colluſione, ut ea ſpe fruſtrati, Beneficia ipſa iterum reaſſumerent, *Thomaſſin. tom. 2. lib. 3. cap. 5. num. 9. Natal. ab Alexand. Hiſtor. Eccleſ. ſecul. 13. & 14.*
157 *part. 1. pan. 720.* Hinc cum tempore Concilii Tridentini Cardinalis quidam meditaretur Epiſcopatus reſignationem, fuit illa rejecta propter *Regreſſum*, quem ſibi paciſcebatur, ut ex Oratoris Gallici Epiſtola tunc temporis ſcripta, teſtatur *Thomaſſin. de Beneſ. tom. 2. libr. 1. cap. 22. num.* 11. ubi etiam ſubdit, quod ex tunc Pontifex, *Paulus* nempe IV. ſtatuerat, nullos amplius poſt hac *Regreſſus* pati, ſed quod tamen de eo rigore remiſerit in gratiam Henrici II. Regis Galliarum, qui anno 1558. in Conſiſtorio ſuo Regio pro *Regreſſu* pronunciavit.

At S. Pius V. Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & Decretorum Concilii propugnator, & Cuſtos,
158 *Regreſſum* denegavit Cardinali *Farneſio* ad Eccleſiam *Montis Faliſci*; Eidemque Cardinali meditanti poſt obitum S. Pii *Regreſſum* prædictum exquirere a Collegio Cardinalium, pluribus rationibus, ut a propoſito recederet, ſuaſit Cardinalis *Boncompagnus*, qui fuit poſtea *S. Pii* Succeſſor ſub nomine *Gregorii XIII.* ut legitur in ejus Vita *tom. 1. lib. 1.* & teſtatur *P. Reding. in Hiſtor. Concil. Tridentin. tom. 3. pag. 142. num. 5. in fine.* Imo laudatus Sanctiſſimus Pontifex Pius V. cum occaſione parandi fœdus contra Turcas pecunias undique compararet, exhauſtumque eſſet
Pontificium Ærarium, fuerunt, *qui per hanc* 159
occaſionem Pio proponerent, eo uſui maxime futurum, ſi ad Eccleſiaſtica Beneficia Regreſſus Sacerdotibus concederet, nam inde decies fere centena aureorum millia colligi poſſe. Quorum tamen conſilio minime acquieſcendum Pius putavit, quod ea res ad alia multa, & indigna, & indecora viam patefaceret. Sic enim fore, ut Eccleſiaſtica bona, quæ viris probis, & ſapientibus arbitrio Pontificum diſtribuenda eſſent, ſenſim ineptorum, & indignorum hominum fierent quaſi patrimonium, atque ita non virtuti, & Eccleſiarum utilitati, ſed carni, & ſanguini, atque ideo impuberis interdum adminiſtris conſuleretur. Denique nullam tantam eſſe poſſe neceſſitatem, qua Principem quamvis bonum, nedum Pontificem Summum ad ea, quæ, vel divinis, vel humanis legibus minime conſentanea ſunt, publice concedenda, debeat concedere. Hæc *Gabucius in Vit. S. Pii V. lib. 4. cap. 7. pag. 139. & ſeq. Maffei in ead. Vit. lib. 6. cap. 8. pag. 524. §. Gli fu ancora offerto.*

Porro in duobus caſibus *Regreſſus* admittun-
tur. Primo in Permutationibus Beneficiorum ob 160
alterius ex compermutantibus fraudem, & dolum. Secundo in caſu Reſignationis cum pen-
ſione, ſi Reſignatarius fidem fallat, & penſio- 161
nem ſolvere detrectet; hujuſmodi enim *Regreſſus* non comprehenduntur ſub diſpoſitione Concilii, cum non eum habeant finem, ut hæreditaria quaſi ſucceſſione perpetuentur Beneficia, ſed ut malitiis hominum occurratur, ut inquit *Thomaſſin. tom. 2. lib. 1. cap. 22. ſub numer. 11. Van Eſpen in Jus Eccleſ. univerſ. D. de Sanctis Exa-*
min. Conſiſtor. cap. 7. numer. 168. & a num. 176. 162
ponit differentiam inter *Acceſſum*, *Regreſſum*, & *Ingreſſum*, de qua & Nos loquuti ſumus in *Commentar. in Regul. XXIV. §. V. Pariſ. de Reſign. lib. 6. par. 15. num. 17. & ſeq.* Paſſimque videmus,
in Rota, aliiſque Tribunalibus Eccleſiaſticis ca- 163
nonizari *Regreſſus* in ſupra dictis caſibus, & advertit *Barboſ. ad Concil. dicta ſeſſ. 25. de Reformat. cap. 7. num. 4.* Et diximus in *Comment. in dict. Regul. XXIV. eod. §. V.*

Quemadmodum nec ſub Conciliari diſpoſitio-
ne comprehenditur *Acceſſus* ille ad Eccleſias Ca- 164
thedrales, quem Summus Pontifex aliquando indulgere ſolet Perſonæ incapaci ob ætatis defectum, ut ad eam promoveatur, & cujus *Acceſſus* vigore, poſtquam ad legitimam ætatem pervenerit, ejuſdem Cathedralis poſſeſſionem propria auctoritate nanciſci poteſt, deputatis interim Apoſtolica auctoritate, donec ad eam pervenerit, geminis Adminiſtratoribus, altero pro Temporalium, altero pro Spiritualium adminiſtratione, juxta quamplurima exempla, quæ dedimus in *dict. Comm. in Regul. XXIV. §. V.*

Hæc quoad *primam* partem *Regulæ*. In *ſecun-*
da vero diſponitur, quod ſint nullæ Collationes, 165
Proviſiones, & Diſpoſitiones faciendæ, de Beneficiis omnibus, quæ per Promovendos ad quaſcumque Prælaturas inter illarum vacationis, & promotionis, vel aſſumtionis tempora, *ſimpliciter*, vel ex cauſa permutationis ubicumque reſignari, vel alias dimitti contigerit. Eſt Regula

in

in hac parte de antiquioribus Regulis Curiæ, nam
166 reperitur impreſſa inter illas, quas *Joannes XXIII.*
edidit *Bononiæ* anno 1410. & ſucceſſive inſerta in-
ter Regulas *Martini V.* publicatas *Conſtantiæ* an-
no 1418. ut diximus in *Comment. in Regul. III.*
& adnotavit *Rota in Nullius, ſeu Senonen. Abba-
tiæ 12. Januarii 1725. §. Et ſane, coram R. P.*
167 *D. Corio.* Et reputatur favorabilis, quippequæ e-
manavit ad occurrendum fraudibus quas medita-
bantur Promovendi, dum ante aſſequutionem al-
terius incompatibilis reſignabant Beneficia, quæ
tunc obtinebant, & ſic eludebatur reſervatio indu-
cta per Papam in *Extrav. ad Regimen de Præben.*
de Beneficiis per Promotionem vacantibus, ut a-
nimadvertunt *Felin. in cap. de Quarta ante n. 16.
de Præſcript. Rebuff. in Concordat. Rubric. de Man-
dat. Apoſtol. §. Statuimus ante fin. Mandoſ. ad
hanc Regul. quæſt. 1. n. 5. Kocbier. hic n. 11. Ma-
reſcott. var. reſolut. lib. 2. cap. 94. n. 62. Pariſ. de
Reſignat. lib. 3. quæſt. 6. n. 7.*

Concordare videtur Regula in hac ſecunda par-
168 te cum prima parte Regulæ III. in qua pariter de-
clarantur irritæ, & nullæ Reſignationes, & di-
miſſiones Beneficiorum expletæ intra tempus vaca-
tionis, & proviſionis aliorum incompatibilium,
dictaque Beneficia ſic reſignata, & dimiſſa, Se-
dis Apoſtolicæ diſpoſitioni reſervantur, adeout di-
169 xerit *Quæſada* hic, ſuperfluam fuiſſe Regulam III.
quæ commode huic Regulæ adnecti potuiſſet, ac
omnimodam ſimilitudinem inter eas, agnoſcit quo-
que *Engèl. in Jus Canon. lib. 3. tit. 5. de Præben.
n. 22. in fine.*

Verum Regulæ prædictæ ſunt inter ſe diſtinctæ,
170 & ſeparatæ, & diverſum Beneficiorum genus
percutiunt. Regula enim III. loquitur de Reſi-
gnantibus, poſtea proviſis de Beneficiis inferiori-
bus incompatibilibus, & ultra nullitatem Reſig-
nationis, infligit quoque pœnam vacationis, ut
prius, Beneficii incompatibilis, de quo fuerit Re-
ſignans Apoſtolica auctoritate proviſus. Regula ve-
ro XXVI. loquitur de Reſignantibus poſtea pro-
motis ad Epiſcopatus, Abbatias, aliaſque Præla-
turas, & licet irritet Reſignationes Beneficiorum
expletas intra tempus vacationis, & promotionis
ad eaſdem, nullam tamen imponit pœnam vaca-
tionis, ut prius, Epiſcopatus, Abbatiæ, aut al-
terius Prælaturæ; Et licet alias *Rota* exiſtimave-
rit, utramque Regulam, III. nempe, & XXVI.
emanaſſe cohærenter ad Reſervationem contentam
in *Extravag. ad Regimen*, quæ, quemadmodum
una eſt, ita & binas Regulas faciat in unum coa-
leſcere, quaſi quod Regula III. ſuperaddita fuerit
in extenſionem Regulæ XXVI. & hanc ſuppleat in
ea parte, in qua non imponit Reſignanti pœnam
vacationis, ut prius, Prælaturæ poſtea obtentæ,
ut in celebri *Nullius, ſeu Senonen. Abbatiæ 31.
Januarii 1721. coram bon. mem. Foſcara, & 23.
Januarii 1622. & 15. Martii ejuſdem anni cor.
bon. mem. Cerra.* Nihilominus diverſitatem Regu-
larum, diverſa Beneficiorum genera percutientia,
late demonſtravimus ex origine, & hiſtorica enar-
ratione utriuſque ex illis, ex verbis, & formulis
diverſis, quibus conceptæ ſunt, ex diverſitate
rationum, quæ inter utrumque caſum concurrunt,
& ex praxi, ut in *Commentariis ad Regulam III.*
ubi etiam obſervatum fuit, quod *Quæſada* ſcrip-
ſit ſuper Regulis Cancellariæ editis a ſa. me. *Gre-
gorio XV.* quando in Regula III. tunc II. adhuc
adjecta non erat contra Reſignantem pœna vaca-
tionis, ut prius, Beneficii incompatibilis poſtea
obtenti, cum primus pœnam præfatam impoſue-
rit ſan. mem. *Innocentius X.* Unde, re melius poſt-
ea perpenſa, *Rota* dedignata non fuit mutare ſen-
tentiam, recedendo a deciſis coram bon. mem.
Foſcara, & *Cerra*, ut ex Deciſionibus in eadem
cauſa editis 12. *Januarii* 1725. & 8. *Aprilis* 1726.
cor. R. P. D. Corio.

An autem hæc Regula locum ſibi vindicet ne-
dum in Beneficiis, quæ vacant per promotionem 171
ad Eccleſias, & Monaſteria, ſed etiam per aſſum-
tionem ad Dignitates, ſeu Prælaturas inferiores a-
liqualem habentes juriſdictionem. Controverſum
olim erat inter Doctores: Quod enim ſub Regula
comprehenderentur Dignitates, & Prælaturæ præ-
fatæ exiſtimarunt *Mandoſ. hic in princ. num. 4. &
quæſt. 6. numer. 5. & 6. Pariſ. de Reſignat. lib. 3.
quæſt. 6. num. 11. & 12. Garc. de Beneficiis part.*
11. *cap. 7. num.* 5. quos refert, & ſequitur *Rota
in Nullius, ſeu Senonen. Abbatiæ 23. Januarii*
1723. *§. In caſuum, cor. bon. mem. Cerra.* Et
quidem ea ratione, quod, licet Regula in prima 172
parte concernente Expectativas, & Mandata de
providendo ſublata per Tridentinum *Seſſ. 24. cap.
19. de Reformat.* reſtrictive loquatur de Promotis
ad Cathedrales, & Monaſteria; in ſecunda ta-
men, in qua de Reſignationibus diſponit, ſe ex-
tendit *ad aſſumendos, & promovendos ad quaſ-
cumque Prælaturas*; Unde ſive inſpiciantur ver-
ba illa diſcretiva -- *aſſumendos, & promovendos* --
quorum primum verificatur de Beneficiis inferiori-
bus, ſecundum de Eccleſiis, & Monaſteriis; ſive
attendatur generalitas illa verborum -- *quaſcumque
Prælaturas* -- apta utique eſt comprehendere Præ-
laturas habentes prærogativam majorem, ſed ſine
ordinaria Juriſdictione, ut Plebanatum, Archi-
diaconatum, Præpoſituram, & alia id genus,
*Abbas in cap. Decernimus num. 16. de Judiciis,
Fagnan. in Cap. Relatum numer. 9. de Clericis
non reſiden. Tondut. de Penſ. cap. 73. numer. 15.
& ſeqq.*

Sed opinionem hanc minus tutam cenſuit *Ko-
cbier. hic num* 13. ſub fundamento, quod hæc ſe- 173
cunda pars Regulæ de iis Prælaturis loqui vide-
tur, de quibus dixit in prima parte, nempe de
Cathedralibus, Abbatiis, aliiſque majoribus Præ-
laturis. Nec, excepto *Pariſio*, contrarium firmant
Auctores ſupra laudati. Siquidem *Garcias*, licet
Regulam extendat etiam ad Proviſos de Abbatiis
Secularibus, extenſionem tamen modificat, &
declarat, quando *Abbas in Eccleſia Collegiata ha-
bet generalem, & omnimodam juriſdictionem, ita-
ut dici poſſit Sponſus, & Paſtor, ſecus in aliis Ab-
batiis Secularibus, & ita videtur uſu, & praxi
receptum*, & n. 5. addit: *Procedit etiam in Prio-
re, ſeu Prioratu, qui habet locum Abbatis, & ſit
principalis Prælatura in Eccleſia Regulari, ſeu
Collegiata, & in effectu eſt eadem Dignitas, &
Abbatia, ut Prioratus Roncavallis. Mandoſ.* vero
ad hanc Regulam *quæſtion.* 6. gloſſando verba illa
ad quaſcumque Prælaturas ponit quatuor intelle-
ctus, primum reſtrictum ad Epiſcopos, ſecundum
comprehendentem Abbates, qui proprie dicuntur
Prælati, & Ordinarii, tertium extenſum ad alios
Prælatos inferiores, juriſdictione tamen pollentes,
quartum magis amplum ad omnes alios Recto-
res, ſeu Presbyteros curam Animarum habentes,
ut a *num.* 1. *uſque ad* 7. ubi ſubdit poſtea -- *Ex
præmiſſis quatuor intellectibus primus, & quartus
periculoſi mihi videntur, & non veri; quis autem
verior ſit, an ſecundus, vel tertius, & qui tenen-
dus, ab ipſo Summo Pontifice declaratio requiren-
da foret.*

Reliquit ergo *Mandoſius* indeciſam, & Pontifi-
cia declaratione dignam quæſtionem, an Regula

comprehendat Provisos de Prælaturis inferioribus
aliquali juriſdictione pollentibus; ſed, ut diximus
174 in *Comment. ad Regul. III.* eam diremit ſan. mem.
Paulus V. per ſuam Conſtitutionem LXII. Bull.
Nov. & per *Gregorium XV.* ejus Succeſſorem,
poſtea inſertam inter Regulas Cancellariæ, in ordine
tunc *ſecundam*, nunc *tertiam*, qua declaravit
nullas, & irritas Reſignationes, ac dimiſſiones
Beneficiorum expletas intra tempus vacationis,
& proviſionis *quorumcumque aliorum cum
illis incompatibilium Beneficiorum Eccleſiaſticorum.*
Proptereaque non amplius hodie ambigitur,
Reſignationes Beneficiorum expletas a proviſis
de Prælaturis inferioribus intra earum vacationis,
& proviſionis tempora, nullas, & irritas
eſſe, ſive vigore præſentis Regulæ, ſive vigore
Regulæ III. quam etiam inducere pœnam vaca-
175 tionis ipſius Prælaturæ inferioris, recedendo a deciſis
coram bon. mem. *Cerro*, fuit ſenſus *Rot.* in
dicta *Nullius*, *ſeu Senonen. Abbatiæ* 12. *Januarii*
1725. & 8. *Aprilis* 1726. *coram R. P. D.
Corio.*

Ceterum locum ſibi vindicat diſpoſitio Regulæ
176 in Reſignationibus factis tam in manibus Ordinariorum,
quam in manibus Papæ, quia utroque
caſu & verificantur illius verba, ibi -- *ubicumque* --
& eadem militat ratio evitandi fraudes, quæ
committebantur ad elidendam certam futuram Reſervationem
Beneficiorum reſignatorum, *Pariſ.
de Reſignat. dict. libr.* 3. *quæſt.* 6. *num.* 15. &
ſeqq. Cortiad. deciſ. 254. *num.* 30. *circa med. Rota
deciſ.* 791. *num.* 1. & *ſeqq. part.* 1. *diverſ.* Id-
177 que clarius comprobatur ex Regula III. ubi annullantur
Reſignationes factæ per obtenturos Beneficia
incompatibilia, ſive fiant in manibus Papæ,
ſive Legatorum, & Nunciorum, ſive etiam
Ordinariorum, & quorumcumque Collatorum.

Secundo procedit etiam in Beneficiorum reſi-
178 gnationibus, quæ fiunt ad favorem. Licet enim
Regula in Litera loquatur de Reſignationibus factis
ſimpliciter, vel ex cauſa permutationis, in
ſpiritu tamen amplectitur omnem modum dimit-
179 tendi Beneficia comprehenſum ſub verbis illis -- *vel
alias dimitti contigerit* -- quæ aliter interpretari
non poſſunt, *Pariſ. dicto libro* 3. *quæſt.* 6. *num.*
35. *Rota dicta deciſ.* 791. *num.* 6. & *ſeqq. part.* 1.
diverſ.

Tertio ſubjacent cenſuræ Regulæ etiam Com-
180 mendæ, nam procedit annullando nedum collationes,
ſed etiam *Proviſiones*, & *Diſpoſitiones.*
Verba enim *Proviſio*, & *Diſpoſitio* generalia ſunt,
181 & latiſſima, apta ex eorum indole comprehendere
quemcumque modum providendi, & diſponendi,
& ſic etiam Commendas, quibus rite adaptantur
Termini *Proviſionis*, & *Diſpoſitionis.* Potiſ-
182 ſimum quia in Renunciationibus Commendarum,
quæ hodie non amplius ad tempus, ſed irrevocabiliter
ad vitam conceduntur, intervenire poteſt
fraus a Regula conſiderata, *Pariſ. dict. lib.* 3. *quæſt.*
6. *n.* 39. & *ſeqq. Rota deciſ.* 791. *num.* 7. & *ſeqq.
part.* 1. *diverſ.*

Quarto, cum Regula loquatur de quibuſcumque
Beneficiis, & materia ſit favorabilis, com-
183 prehendit itidem Hoſpitalia, *Felin. in cap. de
Quarta num.* 16. & 17. *de Præſcript.* ubi ait, ita
fuiſſe reſolutum in *Rota* in Cauſa propria; idque
procedere, etiamſi non dentur in titulum, ſed gubernentur
per laicos; ſequitur, & declarat *Gomez
ſuper Regula de Triennal. quæſt.* 7. *num.* 3.
Mandoſ. hic quæſtion. 5. *per tot. Pariſ. de Reſignat.
lib.* 11. *quæſtion.* 3. *num.* 50. *Lotter. de Re
Benefic. libr.* 3. *quæſt.* 6. *num.* 12.

Quinto, licet Regula nullas, & irritas reddat
proviſiones Beneficiorum, quæ Promoti obtine- 184
bant ante promotionem, non autem Reſignationes,
nihilominus, cum per eam annullentur *Collationes*,
& *Proviſiones*, quæ fiunt ex cauſa Reſignationis,
conſequenter cenſentur etiam annullatæ
Reſignationes ipſæ, ex illo Juris principio, quod
quando unum prohibetur, cenſetur prohibitum etiam
aliud, per quod ad illud pervenitur, *cap.
Cum quid de Regul. Jur. in* 6. maxime, ubi militat
eadem ratio in prohibitione antecedentis, & eadem
mens legis faver, late *Mareſcott. var. lib.* 2.
cap. 94. *n.* 57. & *ſeqq.*

Sexto. Locum ſibi vindicat Regula etiam in
Beneficiis electivis, tum quia emanavit ad decla 185
rationem *Extravag. ad Regimen*, quæ loquitur etiam
de Beneficiis præfatis, unde ad tramites Conſtitutionis
declaratæ intelligi debet *leg. Nihil ff. de
Conjug. cum emancip. lib.* Tum quia eſt favorabilis,
adeoque ſub verbis *Collationis*, *Proviſionis*,
& *Diſpoſitionis*, quibus conceptis legitur, veniunt
Beneficia electiva *Felin. in Cap. in Noſtra num.* 28.
de Reſcript. Selva de Benefic. part. 3. *quæſt.* 1. *n.*
16. *Rebuff. ſuper Concordat. §. Præfati verb. Proviſionis*,
Pariſ. de Reſignat. d. lib. 2. *quæſt.* 6. *numer.*
87. & *ſeqq. Rot. in Paderbonen. Præpoſitura*
30. *Maii* 1588. *coram Bubalo* impreſſa penes
Branden. ad Concordat. German. pag. 60. *num.* 10.
cujus meminit *Kochier. hic num.* 23. & *ſeqq.* & in
eadem cauſa ſcribens *Mareſcott. var. d. cap.* 94.
n. 61. & *ſeqq.*

Septimo. In dubium aliquando revocatum fuit,
an Regula locum habeat etiam in Beneficiis Germaniæ,
Concordatis non obſtantibus, Et *Rota in* 186
dicta Paderbonen. Præpoſituræ 9. *Martii* 1588. *coram
Bubalo* impreſſa penes *Branden. ad eadem
Concordata pag.* 59. cenſuit, Præpoſituram renunciatam
ab Epiſcopo electo non eſſe reſervatam,
quia, cum in Concordatis, exceptis reſervationibus
in eis expreſſis, relinquatur libera facultas Ordinariis
diſponendi de Beneficiis, ut legitur in §.
Placet, videbatur, reſervationem inductam per
hanc Regulam non comprehendere Beneficia Germaniæ,
cum non cenſeatur, Papam novas inducere
voluiſſe reſervationes in præjudicium Concordatorum,
niſi de iis expreſſam, & ſpecialem
fecerit mentionem; ſequitur *Pariſ. dict. lib.* 3.
quæſt. 6. *n.* 91. late *Engel. in Jus Canonic. Tit. de
Præbend. n.* 37. & *n.* 38. ubi ulterius firmat, Regulam
hanc non comprehendere illos, qui per Archiepiſcopum
Salisburgenſem promoventur ad aliquam
ex quatuor Eccleſiis Epiſcopalibus, quas conferre
poteſt.

Verum Cauſa iterum propoſita *die* 30. *Maii ejuſdem
anni* 1588. receſſum fuit a priori reſolutione,
& concluſum, Præpoſituram comprehenſam 187
remanſiſſe ſub diſpoſitione Regulæ, quæ favorabilis
eſt, & emanavit declarative ad reſervationem
contentam in *Extravag. Ad regimen.* cujus diſpoſitio
expreſſe præſervata fuit in Concordatis, ut
ex laudata deciſione impreſſa penes *Branden. pag.*
60. *n.* 10. & *ſeqq.* quam ſequuntur *Kochier. in hanc
Regul. num.* 22. & *ſeqq.* bene *Mareſcott. cap.* 94.
n. 50. *verſic. Et ex hoc*, *Branden. ad Concordata
quæſt.* 9. & *quæſt.* 7. *n.* 2. *Nicolarts ad ead. Concord.
tit.* 1. *dub.* 1. §. 23. *fol.* 66. & *fol.* 137. §. 9. *Eminus
Petra ad Conſtit. Apoſtolic. Tom.* 5. *pag.* 30. *n.* 47.
verſ. Itaut, *Rot. dec.* 1364. *n.* 4. *cor. Emerix*, *Waguarec.
ad Jus Canonic. tit.* 5. *de Præb. ad Regul.*
26. *pag.* 519. Regula enim reſervationem aliquam 188
non inducit, nec venit adverſus Concordata, quæ de
vacan-

vacantibus Beneficiis loquuntur, & per eam Papa
aliud facere non intendit, quam impedire, ne per
reſignationes intra illud tempus explendas, Bene-
ficia vacent, quod utique facere poteſt abſque eo
quod dicatur per hoc alicui præjudicium inferre,
Mareſcott. dict. cap. 94. *n.* 51. Et quatenus etiam
Regula non impediret vacationem intra illud tem-
pus, adhuc non veniret contra Concordata, quia
non inducit novam reſervationem Beneficiorum
vacantium ante promotionem, ſed procedit, quaſi
per viam declarationis, interpretando illa verba --
Tempore promotionum --, quæ habentur *in Extra-
vag. Ad regimen*, & in Concordatis, ut compre-
hendant omne tempus poſt vacationem Eccleſiæ.
189 Quando enim Papa procedit per viam declaratio-
nis, novum jus non inducit, ſed antiquum inter-
pretatur, & nemini per talem interpretationem
190 jam tacite in antiqua lege contentam, præjudicium
irrogat. Maxime, quia talis declaratio valde ra-
191 tionabilis, & æqua dignoſcitur, dum alias Papa
fere ſemper eluderetur ab eo, qui fuit electus, vel
certo ſperat, quod erit eligendus, nam ſtatim ſe-
quuta electione, vel habita certitudine futuræ pro-
motionis, Beneficia, quæ obtinet, reſignaret, ſup-
plantando certam Pontificiam futuram collationem,
ut totidem fere verbis bene ratiocinatur *Mareſcott.
d. lib.* 2. *cap.* 94. *a n.* 52. *& ſeq.*

Aſſertio vero *P. Engel. d. Tit. de Præbend. n.*38.
192 quod diſpoſitio Regulæ non afficiat reſignantes il-
los, qui per Archiepiſcopum Saliſburgen. promo-
ventur ad aliquas ex quatuor Eccleſiis Epiſcopa-
les, ad quas ipſe pleno jure promovere poteſt, eſt
penitus inſubſiſtens, quippe innititur principio,
quod Beneficia obtenta per promotos ad dictas
Eccleſias, non ſint reſervata vigore *Extravag. Ad
regimen*, in cujus declarationem Regula emana-
193 vit; cum tamen quam ſit principium iſtud erro-
neum, pleniſſime oſtendimus *in Comment. in Re-
gul. I. §. VII. a num.* 15. *& ſeqq.* & advertit etiam
Eminentiſſ. Petra in Conſtitut. Apoſtolic. tom. 5. *pag.*
41. *n.* 47.

Octavo. Afficit hæc Regula etiam Beneficia,
194 quæ obtinent Præſentati per Regem Hiſpaniarum
ad Eccleſias, & Monaſteria; cum enim ex anti-
qua conſuetudine Beneficia præfata conferri ſo-
leant à Pontifice Perſonis a Rege deſignatis, hinc
intra tempora vacationis, & promotionis ad Ec-
cleſias, & Monaſteria permutari, aut reſignari
non poſſunt ad Tertii favorem, *Cortiad. deciſ.*
254. *n.* 30. *tom.* 5. Poſſe tamen eadem Beneficia
195 reſignari intra dicta tempora cum derogatione
iſtius Regulæ ad favorem illorum, quos Rex de-
ſignat, affirmant *Garc. de Beneficiis part.* 11.
cap. 6. *num.* 37. *Veneyr. in prax. Epiſcoporum
lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 15. cum aliis per *Barboſ. lib.*
2. *vot.* 43. *num.* 21. Sed quidquid Doctores iſti
aſſerant, in praxi ſervatur, quod apponitur in
196 Cedula Conciſtoriali decretum, quod Beneficia
obtenta per Promotos ad dictas Eccleſias, vel
Monaſteria vacent, & ſic poſtea conferuntur
per Papam perſonis deſignatis a Rege, ut alibi
diximus.

Nono. Comprehenduntur etiam ſub Regula Be-
197 neficia Familiarium DD. Cardinalium; licet enim
de hoc fuerit quandoque dubitatum in *Rota*, &
nihil reſolutum, affirmativa tamen opinio pro-
babilis videtur *Pariſ. de Reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 6.
num. 52.

An autem diſpoſitioni Regulæ ſubjaceat dum-
198 taxat reſignatio perfecta intra tempus vacatio-
nis, & promotionis ad Eccleſiam, aut Mona-
ſterium, vel etiam ea, in qua ſupplicatio ſignata
fuit ante promotionem, ſed conſenſus præſtitus
poſt promotionem? De hac quæſtione actum fuit
in *Rota deciſ.* 791. *& deciſ.* 794. *part.* 1. *diverſ.*
Caſus erat, quod Titius reſignavit Beneficium die
1. Aprilis, die 8. fuit promotus, die 17. miſſa
ſupplicatio ad Regiſtrum, & die 18. præſtitus,
& extenſus conſenſus; quæſitum fuit an locus eſ-
ſet cenſuræ Regulæ, & negative reſolutum, quia
Regula intelligitur, quando reſignatio eſt perfe-
cta intra tempus vacationis, & promotionis; hæc
autem talis non erat, quia promotio ſequuta
fuit die 8. Aprilis, ſupplicatio vero Reſignationis
miſſa ad Regiſtrum die 18. ejuſdem. Nec obſtat
quod ſignata ſupplicatione, gratia dicatur perfe- 199
cta; quia non eſt ſimpliciter talis, expectat enim
præſtationem conſenſus, & interim poteſt lacerari
ſupplicatio. Prout etiam momenti non eſt, quod
conſenſus retrotrahatur ad diem *præſentata*, quia 200
id procedit per viam fictionis, & Regula intelli-
gitur de reſignatione vere expleta intra tempora
vacationis, & promotionis ad Prælaturam, non
de reſignatione, quæ per quamdam fictionem
cenſetur facta; Militat enim in ea diverſa ratio,
& in materia correctoria Juris communis, diſpo- 201
ſitio loquens de actu vero, non comprehendit
actum fictum. Addebatur, quod in iſto caſu nul-
la fraus conſiderari poterat, dum nec verba, nec
ratio Regulæ applicabantur. Non quidem ver- 202
ba, quia Regula loquitur de Reſignationibus
factis intra tempora vacationis, & promotionis
ad Prælaturam, ſicque reſpicit reſignationes per-
fectas; minuſque ratio, dum per ſolam Signatu-
ram ſupplicationis ante promotionem, non tolle-
batur Pontifici facultas conferendi poſt promo-
tionem; unde, ſi non contulit, ſed permiſerint
ejus Officiales ſupplicationem regiſtrari, mani-
feſte apparet mentem Papæ fuiſſe, ut reſignatio
ſuum ſortiretur effectum. Et hanc deciſionem ſe-
quitur *Pariſ. de Reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 6. *num.* 80.
& ſeqq. ubi conſulit in tali caſu optimum eſſe de-
rogare Regulæ prout pluries ſervatum vidiſſe te-
ſtatur.

Atque ex his ſequitur, Regulam non compre-
hendere caſum, in quo quis reſignet Beneficium 203
ante vacationem Prælaturæ, quam tamen ſcit de
proximo eſſe ſibi reſignandam, & ſequitur de fa-
cto reſignatio poſt Beneficii renunciationem. Lo-
quitur enim Regula de Beneficiis reſignandis poſt
vacationem Prælaturæ, ad quam reſignans eſt
promovendus; non dicitur autem Prælatura va-
care, antequam ſequatur illius reſignatio, proin-
deque prohiberi non debet qui de ea per reſigna-
tionem provideri ſperat, Beneficium, quod ob-
tinet, reſignare. Nec dici poteſt, quod etiam in
hoc caſu eadem militet ratio fraudis in præjudi-
cium futuræ reſervationis, quam Regula perpen-
dit in caſu, quo fiat reſignatio poſt vacationem
Prælaturæ. Tum quia in exorbitantibus non fit ex- 204
tenſio ultra caſum expreſſum, etiam ex identitate
rationis. Tum quia hæc rationis identitas ex du-
plici motivo ceſſat. Primo, quia reſignans, poſt- 205
quam vacavit Prælatura, eſt magis certus de ſua
promotione pendente a ſola voluntate Papæ,
quam ille, qui reſignat ante vacationem Præla-
turæ, quam ſibi reſignari ſperat; iſtius enim pro-
motio, nedum pendet a voluntate Papæ, ſed e-
tiam a voluntate Prælati, qui pœnitere poteſt;
Altera ratio eſt, quod, ſi Regula comprehende- 206
ret reſignationes faciendas ante vacationes Præ-
laturarum, lata ſterneretur ſemita pro expiſca-
toribus Beneficiorum impetrandi Beneficia illa,
quæ etiam longe ante reſignata fuerunt a poſtea

promotis ad Prælaturas, ſub prætextu, quod taliter promoti vel a Papa, vel a Principibus Jure nominandi gaudentibus, aliquando verbum de ſua promotione habuerint. Hinc non ſine miſterio Summi Pontifices reſtrinxerunt Regulam ad tempus poſt vacationem Prælaturæ, ut bene ratiocinatur *Rota deciſ. 328. per tot. part. 3. Recent.*

Similiter Regulæ diſpoſitio non procedit in Be-
207 neficiis Promovendorum ad Eccleſias Epiſcopales
exiſtentes in Partibus Infidelium; quemadmodum
enim Beneficia prædicta non comprehenduntur
ſub diſpoſitione *Extravag. Ad regimen*, ut diximus in *Comment. ad Regul. I.* ita nec ſubjacent cenſuræ hujus Regulæ, quæ emanavit in prædictæ *Extravagantis* declarationem, *Mandoſ. hic quæſt. 4. Kocbier num. 14. Pariſ. de Reſignat. lib. 3. quæſt. 1. n. 89. & quæſt. 6. num. 49. & ſeqq. Hoyeda de Incompatibilit. part. 1. cap. 4. in fine verſ. Sed his non obſtantibus, Germon. de Indult. Cardinal. §. Si vero illa n. 26.*

Non erit tamen immunis a cenſura Regulæ,
208 ille, qui deputatus in Epiſcopum Suffraganeum
cum decreto, quod Beneficia per ipſum obtenta vacent *ipſo Jure*, ante Suffraganeatus expeditionem, Beneficia ipſa reſignet, ut reſolvit Sac. Congregatio Conciſtorialis *die 20. Julii* 1700. Cum enim, poſtquam *Laurentius Armenguel.* Canonicus Cathedralis Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ obtinuiſſet deputari in Suffraganeum ejuſdem Civitatis Epiſcopo, cum Decreto vacationis *ipſo jure* Canonicatus præfati, illum ante expeditionem Literarum Suffraganeatus permutaſſet cum aliis Beneficiis ſimplicibus, quæſitum fuit, *an adhuc, ut prius, dandus ſit in Suffraganeum idem Laurentius, non obſtante dicta permutatione?* -- & ex ſexdecim Votantibus, convenientibus omnibus in permutationis nullitate, Decem fuerunt pro Gratia, ſex pro *Negativa.*

Derogari quandoque conſuevit huic Regulæ
per Summos Pontifices, nedum expreſſe, ut ſer- 209
vatum fuit in reſignatione Archipresbyteratus Terræ *Carpi* expleta per promovendum ad Epiſcopatum tempore *Urbani VIII.* ſub datum *apud S. Petrum* 1624. 4. *Kalendas Februarii Pontificatus anno II.* Sed etiam tacite, quando nempe in ſupplicatione Reſignationis exprimitur, quod reſignans ſit de proximo promovendus ad Prælaturam, vel provideri ſperat, ut late diximus in Commentariis ad *Regul. III.* Et ita ſervatum *in Aſten. Archidiaconatus de anno* 1697. quem *Joſeph Rotarius* reſignavit *Joanni Franciſco Villa Falletto* cum expreſſione, quod ille eſſet de Proximo promovendus ad Eccleſiam *Alben.* ſub *Datum Romæ apud S. Mariam Majorem* 8. *Kalendas Martii Pontificatus ſan. mem. Innocentii XII. anno VI.* ut in *lib.* 10. *Decretor. ejuſdem Pontificis fol.* 175. fuit tamen appoſita clauſula -- *Ex gratia ſpeciali, quæ non tranſeat in exemplum* -- quandoquidem ſunt *gratiæ magnæ*, & raro, priſcis ſaltem temporibus, impertiri ſolitæ.

An autem ex pacifica poſſeſſione decennali Be- 210
neficii reſignati intra tempus vacationis, & promotionis ad Prælaturam, inſurgat præſumtio derogationis huic Regulæ, conſule *Barboſ. Vot. deciſ. 43. n. 22. lib. 2. Franceſ. de Intruſ. quæſt. 53. Cartiada deciſ. 254. n. 31. Pariſ. de Reſignat. lib. 3. quæſt. 6. num. 59. & ſeqq.* Cetera quæ hanc quoque Regulam reſpiciunt, plene diximus *in Commentar. in Regulam III.*

R E G U L A XXVII.

De non judicando juxta formam Supplicationum, ſed Litterarum expeditarum.

ITem, cum ante confectionem Litterarum gratia Apoſtolica ſit informis, voluit, ſtatuit, & ordinavit idem Dominus Noſter, quod Judices in Romana Curia, & extra eam pro tempore exiſtentes, etiamſi ſint S. R. E. Cardinales, Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, vel quicumque alii non juxta ſupplicationum Signaturam ſuper quibuſvis impetrationibus (niſi in dicta Curia dumtaxat ſint commiſſiones juſtitiam concernentes per Placet, vel per S. R. E. Vice-Cancellarium juxta facultatem ſuper hoc ſibi conceſſam ſignatæ) ſed juxta Literarum ſuper eiſdem impetrationibus, & conceſſionibus confectarum tenores, & formas judicare debeant. Decernens irritum &c. Et ſi Litteræ ipſæ per præoccupationem, vel alias minus bene expeditæ reperiantur, ad illorum, quorum intereſt inſtantiam, ad Apoſtolicam Cancellariam remitti poterunt, per ejus Officiales, quibus hujuſmodi tenores, & formas reſtringere convenit, ad formas debitas reducendæ.

ARGU-

ARGUMENTUM.

Mandat Regula in prima parte quod Judices judicare debeant, non juxta formam ſupplicationis, ſed Literarum expeditarum, & in quo diſſerat a Regulis XXXI. & LII. Aſſignantur rationes Regulæ, quæ etiam in Gratiis a Pontifice Motu proprio conceſſis procedit, ejuſque diſpoſitioni nec per obligationem Cameralem, nec per Conſenſum Partium, nec per quaſcumque Clauſulas in Commiſſione appoſitas, derogari poteſt; Sententia itidem nec ſuper Penſionis validitate, nec ſuper illius ſolutione ferri poteſt, Literis non expeditis, quæ tamen non requiruntur pro Penſionibus Hiſpanicis quæ in Capite Hiſpano ad favorem tamen Italorum reſervantur, licet neceſſariæ ſint pro ſimilibus Penſionibus, quæ ſuper Beneficiis Luſitaniæ imponuntur. Penſiones itidem quibus Beneficia Conſiſtorialia in Regno Franciæ, & Eccleſiæ Epiſcopales Belgii gravantur; exiguntur Litteris Apoſtolicis non expeditis, ſed vigore Cedulæ Conſiſtorialis, & quidem a die ejuſdem Cedulæ, non Regiæ nominationis, & improbatur abuſus, (contra quem Pontifices ceteroquin ſemper reclamarunt) vigens in Belgio imponendi Penſiones ſuper Abatiarum fructibus ſine Pontificis auctoritate. Exponitur itidem, pro quibus proviſionibus Beneficiorum ſive Conſiſtorialium, ſive non, neceſſaria ſit in Gallia Literarum expeditio. Regulæ diſpoſitio procedit in Judicio petitorio, ſeu poſſeſſorio adipiſcendæ, ſecus in poſſeſſorio retinendæ, ſeu manutenendæ, & quid in Judicio poſſeſſorio recuperandæ? Litteris non expeditis non adimitur per Regulam Judici facultas cognoſcendi de Juribus Collitigantium, ad effectum audientiæ, & diſputationis Dubiorum, prout paſſim Rota ſervare ſolet; & enumerantur quamplurimi caſus, in quibus ſufficit ſolius Pontificiæ Signaturæ productio, nec neceſſaria eſt Litterarum expeditio. Si adſit diſcrepantia inter Literas Apoſtolicas, & ſupplicationem, aut illius Regeſtrum: inter Summariolum ſupplicationis, & corpus ipſius ſupplicationis; inter ſupplicationem originalem, & Regeſtrum: inter Literas Apoſtolicas, & librum Componendarum, quid attendi debeat? Deperditis tamen Litteris Apoſtolicis, & ſupplicatione, ſi utriuſque Regeſtrum ſit dubium, recurritur ad Librum Componendarum, vel ad Libros Cancellariæ, qui dicuntur *Minoris Gratiæ*. In Beneficiis vero Conſiſtorialibus inſpicitur Cedula Conſiſtorialis; & ſi adeſt diſcrepantia inter ipſam, & Contracedulam, quæ fit a Cardinali Vice-Cancellario, tunc iſta unice attenditur. Enumerantur Perſonæ, quæ in expeditione Literarum Apoſtolicarum gaudent *via ſecreta*, ſeu Privilegio eas expediendi gratis, necnon illæ quibus ex Pontificis gratia Privilegium hujuſmodi indulgeri conſueverit. Decernit Regula in ſecunda parte, quod Literæ Apoſtolicæ per *præoccupationem*, aut alias minus recte expeditæ, ad Cancellariam remitti debeant, ut ad debitam formam reducantur, & quid importet verbum illud per *præoccupationem*, quod in Regula legitur? Diſcrepantia inter Literas, & ſupplicationem ex quibus dignoſcatur, & quando ea non obſtante poſſit Exequutor Literas eaſdem exequutioni demandare, vel eas teneatur ad Cancellariam pro correctione remittere, quod & expletur aliquando per Datarios, qui ulterius ex juſtis cauſis, Cancellariæ Regenti demandare poteſt, ut ſupplicationem, vel Literas, ſi expeditæ ſint, retineat. Sequuta Literarum correctione, quæ pendente etiam lite, & parte non citata fieri non prohibetur, illa ad diem Gratiæ retrotrahitur, & quandoque pro correctione præſata ſignatur nova ſupplicatio vigore Reſcripti vulgo nuncupati *cui prius* cum Data prioris, ſub qua novæ Literæ poſtea expediuntur. Correctio vero Literarum Reſignationis, aut Permutationis Beneficiorum fieri non poteſt, ſi tam ipſæ, quam earum Supplicationes, diſcrepent a Mandato. Traditur poſtremo, per quos Officiales Literarum correctio fiat? quomodo? & cujus expenſis, ſi agatur de errore, qui irrepſit incuria eorumdem Cancellariæ Officialium.

SUMMARIUM.

1 *Neceſſitas expediendi Literas ſuper Supplicationibus a Papa ſignatis oritur ab hac Regula XXVII. & a Regulis XXXI. & LII.*
2 *Regulæ præfatæ eundem finem reſpiciunt.*
3 *Sed quod ſint inter ſe diſtinctæ, & in quo diverſitas conſiſtat?*

4 *Aſſiguantur plures rationes, quibus Regula inuiuntur.* & n. 5. & 6.

7 *Gratia Pontificis quoad ſubſtantiam eſt perfecta per ſolam Supplicationis ſiguaturam, etiam ante expeditionem Litterarum.*

8 *Dicitur tamen iuformis, & rudis, ac embrioni comparatur.* & n. 9.

10 *Supplicationes a Papa ſignatæ ſæpe per Officiales in Litteris declarantur, moderantur, & reſtringuntur.*

11 *Judices, ad tramites Regulæ XXVII. judicare debent juxta formam Literarum, & nou Supplicationis, ne ſuper incerto eorum judicium feratur.*

12 *Et diſpoſitio hæc ſummam juris rationem habet, nec reſpicit ſolum intereſſe burſale Officialium.*

Eique derogari nequit nec per conſenſum partium, nec per obligationem Cameralem, nec per quamcumque clauſulam in Commiſſione appoſitam. n. 14.

13 *Regula generaliter loquitur, proindeque generaliter intelligenda eſt.*

15 *Regula locum habet etiamſi agatur de Gratia* Motu proprio *conceſſa.*

16 *Sententia ſuper validitate Penſionis ferri non poteſt Literis Apoſtolicis uon expeditis.*

17 *Nec abſque illarum expeditione, Penſionis termini exigi poſſunt.*

18 *Super Penſionibus, quibus Hiſpaniarum Beneficia gravari ſolent, favore quidem Hiſpanorum, ſed ad commodum Italorum, Literæ Apoſtolicæ non expediuntur.*

19 *Expediuntur tamen ſuper hujuſmodi generis Penſionibus, quæ ad Italorum pariter commodum ſuper Beneficiis Portugalliæ reſervantur.*

20 *Penſiones impoſitæ ſuper Beneficiis Conſiſtorialibus Regni Franciæ exiguntur vigore Cedulæ Conſiſtorialis, aut Supplicationis a Papa ſignatæ abſque expeditione Literarum.*

21 *Quemadmodum illæ, quibus gravantur fructus Eccleſiarum Epiſcopalium Belgii.*

Necnon Monaſteria ejuſdem Regionis. n. 28.

22 *Penſiones Apoſtolica auctoritate impoſitæ ſuper Eccleſiis Epiſcopalibus Belgii, quæ ad Regis Chriſtianiſſimi nominationem providentur, exigi poſſunt a die Regiæ nominationis, ſeu expeditionis, ut vulgo dicitur,* del Brevetto.

23 *Contrarium, quod exigi non poſſint, niſi a die, quo ſunt per Pontificem reſervatæ in Conſiſtorio.* & n. 25.

24 *Redditur ratio, quia Princeps Secularis abſque Pontificis auctoritate Penſionem imponere nequit ſuper Beneficiis, etſi ex Apoſtolico Indulto, ad plenariam illius collationem ſpectantibus.*

Et hoc Jure etiam vivitur in Gallia. ibid.

26 *In Cedula Conſiſtoriali Reſervationis Penſionum ſuper Eccleſiis Belgii apponi ſolet clauſula* — in terminis, non tamen Datam præſentis Gratiæ antecedentibus.

27 *Abuſus gravandi Penſionibus Monaſteria Belgii ſine Pontificis auctoritate, nunquam ſe protendit ad Eccleſias Cathedrales, ſuper quibus Penſiones Pontificia ſemper auctoritate impoſitæ fuerunt. Et referuntur exempla.*

29 *Adverſus hujuſmodi abuſum, & Pontifices, & illius Miniſtri continuo reclamarunt, & quid ab ipſis actum, ut eliminaretur.* & n. 30.

31 *Regula de non judicando juxta formam Supplicationis non procedit, ubi agitur non cum ipſo Penſionario, qui Litteras expedire neglexit, ſed cum Tranſlatario Penſionis agente pro exequutione Literarum Tranſlationis.*

32 *Locum habet illius diſpoſitio in judicio petitorio, ſeu poſſeſſorio adipiſcendæ, ſecus in poſſeſſorio retinendæ, ſeu manutenendæ. Et redditur ratio.*

33 *Amplia, etiamſi adſit in Supplicatione Decretum, quod Penſio exigi non poſſit, niſi Literis expeditis.*

34 *Limita, ſi Titularis in conſenſu exprimat, quod conſentit aſſignationi, & Literarum expeditioni.*

35 *In Regulis Sixti V. & Gregorii XIV. prohibitum erat judicare ad formam Supplicationis* tam in poſſeſſorio, quam in petitorio judicio.

36 *Sed tempore Clementis VIII. verba præfata deleta fuerunt a Regula.*

37 *Penſionario, qui ab Anteceſſore Titulari Penſionem exegit, datur contra Succeſſorem manutentio ex ſola Supplicatione ſignata.*

38 *Non poſſunt tamen illius hæredes pro terminis decurſis hoc ſummariſſimo poſſeſſorio juvari.*

39 *Poſſeſſio defuncti, licet juvet Ceſſionarium, in hæredem tamen ſine nova apprehenſione non transfertur.*

40 *Diſpoſitio Regulæ procedit etiam in judicio poſſeſſorio recuperandæ.*

Potiſſimum inſpecta Conſtitutione Julii III. ibidem.

41 *Contrarium, quod in hujuſmodi Judicio ſufficiat ſola Supplicatio a Papa ſignata.*

42 *Sed fœdere diſtinctionis utraque ſententia conciliatur.*

43 *Regulæ diſpoſitio ceſſat, quando non agitur de canonizanda Gratia.*

44 *Proindeque, ubi agitur ad docendum de jure tertii, ſeu de titulo ſui Auctoris, Gratia probatur per ſolam Supplicationem.*

45 *Quemadmodum ſufficit ſola Supplicatio pro juſtificatione alicujus narrativa.*

46 *Aut ad effectum probandi præcedentem Beneficii vacationem.*

47 *Sed, an ſufficiat ſola Supplicatio a Beneficii poſſeſſore producta, non ad effectum obtinendi illius adjudicationem, ſed pro excludendo Adverſario, & obtinenda ſimplici abſolutoria ab impetitis?* & n. 48. & 49.

50 *Sola Supplicatio ſufficit pro abſolutoria, quando agitur cum proviſo ab Ordinario, ſecus ſi cum Proviſo Apoſtolico.*

Et traditur exemplum. n. 51.

52 *Gratia* Perinde valere *non ſuffragatur, niſi Literis ſuper ea expeditis.*

53 *Sufficit tamen, quod Literæ expediantur ante Judicis ſententiam.*

54 *Neceſſaria non eſt expeditio Literarum, ſed ſufficit ſola Supplicationis ſignatura, quando incidenter agitur de Gratia ad effectum alicujus denominationis.*

55 *Vel ſi agitur de circumſtantiis temporis, aut alicujus qualitatis.*

56 *Aut de interpretandis verbis dubiis ejuſdem Gratiæ.*

57 *Regula, Literis non expeditis, non adimit Judici facultatem cognoſcendi de Juribus collitigantium ad effectum audientiæ, & diſputationis Dubiorum.*

Et Rota procedere ſolet ad diſputationem Dubiorum cum ſola Supplicatione a Pontifice ſignata. n. 58.

59 Intel-

59 *Intellige, quando Literæ poſſunt de facili expediri, ſecus ſi difficilis ſit earum expeditio, quia nempe agatur de Gratia ſignata a Prædeceſſore Pontifice, & elapſum ſit tempus a Regula X. præſcriptum ad expediendum ſuper ea Literas.*

60 *Regula diſpoſitio locum non habet, quando in Supplicatione adeſt clauſula,* quod ſolo ſignaturo ſufficiat.

Et quæ ſint Gratiæ expediri ſolitæ per ſolam ſignaturam. Remiſſive. n. 61.

62 *Attenditur ſola Supplicatio abſque Literarum expeditione, ubi agitur contra Collitigantem, qui eam produxit.*

63 *In Proviſione Beneficiorum non Conſiſtorialium* Patriæ reductæ *in Regno Franciæ, non expediuntur Literæ, ſed ſufficit ſola Supplicationis ſignatura in debita forma recognita.*

64 *Idem ſervatur pro Beneficiis* Patriæ Obedientiæ, *licet priſcis temporibus ſuper illis Literæ Apoſtolicæ expediri conſueverint.* & numer. 65.

66 *Galli tenentur Literas expedire in Proviſionibus Eccleſiarum Epiſcopalium, & Beneficiorum, quæ taxata reperiuntur in Libris Cameræ.*

67 *Necnon pro Prioratibus omnibus Conventualibus, ſive taxatis, ſive non in libris præfatis, dummodo quoad non taxatos Conventualitas ſuppreſſa non fuerit, vel agatur de Prioratu habitu, non tamen actu, a quadraginta annis, & ultra, Conventuali.*

68 *Quemadmodum in Proviſionibus Apoſtolicis Dignitatum in Cathedralibus poſt Pontificales Majorum, & Principalium in Collegiatis.*

69 *Et pro Monaſteriis Monialium.*

70 *Demandarentur tamen in Gallia exequutioni Proviſiones hujuſmodi Beneficiorum, ſi exhiberetur tantummodo Supplicatio Manu Papæ ſignata.*

Sed hoc ne ſequatur, ſatis Romæ conſultum. Ibidem.

71 *Literis Apoſtolicis expeditis, Regula non prohibet, quominus attendatur Supplicatio, ut impetrans juvetur Decreto aliquo in ea contento, & in Literis non inſerto.* & n. 72.

73 *Si Literæ Apoſtolicæ diſcrepent a Supplicatione, hæc veluti matrix attenditur.* & numer. 84.

74 *Quemadmodum attenditur Regeſtrum Supplicationis, & non Litera ipſa.*

Niſi Supplicatio, aut Regeſtrum eſſet dubium, & Literæ claræ, tunc enim attenduntur ſolum Literæ. n. 85.

Quemadmodum attenduntur Literæ, ſi Supplicatio notari poſſit de ſubreptione. n. 86.

Aut ſi agatur de reſtrictione Gratiæ. n. 87.

Hinc, quando Supplicatio plures continet Gratias principales, & diſtinctas, ac in Literis de una fit mentio, tunc non Supplicatio, ſed Literæ attenduntur, quamvis ex libris Componendæ appareat, illam pro omnibus Gratiis fuiſſe ſolutam. n. 88. & 89.

Revocatur in dubium hæc ſententia, & explicatur in quibus terminis procedere poſſit. n. 90. & 91.

75 *Si Breve Apoſtolicum diſcrepet a Minuta, hæc, & non Breve attenditur.*

76 *Cancellaria poteſt in Expeditione Literarum ſupplere quidquid omiſſum fuit in Supplicatione.*

Et ſic extendere clauſulas in Supplicatione apponi conſuetas. n. 78.

77 *Intellige, quoties non adſit eſſentialis diſcrepantia inter Supplicationem, & Literas, ſecus vero, ſi hæc intercedat.*

79 *Et facta ſubſtantiali mutatione in Literis, præſumuntur illæ ſubreptitiæ, nec exequutioni demandari debent.* & n. 80.

81 *Quoties* Summariolum *Supplicationis diſcrepat ab ipſius Supplicationis corpore, attenditur* Summoriolum, *quod ſolum Papa legitur.*

82 *Hinc circa valorem Beneficii attenditur ille expreſſus in* Summariolo, *& non in corpore Supplicationis.*

83 *Vigente diſcrepantia inter Supplicationem originalem, & illius Regeſtrum, Supplicatio ſolum attenditur.* & n. 96.

92 *Pactum aliquod inter Compermutantes initum, ſi in Supplicatione tantum, & non in Literis expreſſum fuerit, non poteſt exequutioni demandari per Judicem, qui ad Literarum tenorem judicium ferre debet.*

93 *Contrarium, ſi agatur de pacto, quod exprimi tantum ſoleat in Supplicatione, & non in Literis.*

Et hujuſmodi generis eſt illud, quod quiſque ex Permutantibus ſolvere teneatur Decimas, & onera ſuper eorum reſpective Beneficiis decurſa uſque ad diem ſignatæ Supplicationis ſuper Gratia permutationis. n. 92.

94 *Pactum, quod expenſæ pro expeditione Bullarum fieri debeant ab uno potius, vel altero ex Permutantibus, in Supplicatione ſolum, & non in Literis exprimitur.*

Quemadmodum, & illud, quod Reſignatarius Beneficii etiam pro expeditione Literarum Reſervationis Penſionis favore Reſignantis expenſas erogare debeat. ibidem.

95 *Literæ originales, & non Regeſtrum Bullarum attenditur, quando iſtud ab illis diſcrepat.*

97 *Deperditis Supplicatione, & Literis, ſi earum Regeſtrum ſit dubium, recurritur ad Libros Componendæ, vel ad libros Cancellariæ, qui dicuntur* minoris Gratiæ.

98 *Quando Literæ Apoſtolicæ diſcordant a libris Componendæ, attendendæ ſunt Literæ ipſæ.*

99 *In Beneficiis Majoribus, quæ in Conſiſtorio Papæ providentur, ſolum attenditur Cedula Conſiſtorialis, tanquam Matrix.*

100 *Sed data diverſitate inter Cedulam, & Contracedulam, quæ fit a Cardinali Vice-Cancellario, Contracedula attendi debet.*

101 *Cardinales, qui poſt eorum Promotionem per ſex menſes continuos in Curia morati ſunt, gaudent Privilegio expediendi Gratis Proviſiones omnes Beneficiorum, ſiva per obitum, ſive per Reſignationem, necnon Penſionum Reſervationes.*

102 *Sed aliquando eis indultum fuit Mandatum expediendi Gratis, etiamſi per dictum tempus Romæ moram non traxerint.*

Non gaudent tamen dicto Privilegio, qui ante Cardinalatum Beneficii poſſeſſionem vigore Brevis de capienda poſſeſſione adepti ſunt, licet Literas poſt Cardinalatum expedierint. ibidem.

103 *Cardinales ſolvunt Componendam pro emtione Officiorum vacabilium.*

105 *Gaudent itidem Privilegio expediendi gratis Fratres Germani Cardinalium, nec non Nepotes, ſive ex Fratribus ipſis, ſive Sororibus Germanis.*

106 *Amplia, etiam pro Gratiis, quæ viventibus Cardinalibus conceſſæ fuerunt.*

107 *Nepoti ex Sorore uterina Cardinalis, aliquando ex Gratia ſpeciali indultum fuit Mandatum expediendi Gratis.*

108 *Nepotes tamen Cardinalium ſolvunt Componendam pro Diſpenſationibus Matrimonialibus, & ſolum ſunt exemti a ſolutione Taxæ.*

109 *Pronepotes Cardinalium Privilegio non gaudent expediendi Gratis.*

110 *Eo tamen fruuntur filii legitimi, & naturales eorum, qui Uxoribus defunctis, ad Cardinalatum promoti fuerunt.*

111 *Nepotibus etiam ex filia legitima, & naturali Cardinalis, aliquando ex gratiæ conceſſum fuit Mandatum expediendi Gratis.*

112 *Filis, Fratres germani, etiam naturales, Patres, necnon Nepotes tam ex filiis, quam ex Fratribus, & Sororibus germanis Cardinalium, Taxam Scriptorum non ſolvunt.*

114 *Hujuſmodi tamen exemtione non gaudent Fratres Patrueles, usc Patrui eorumdem Cardinalium.*

115 *Conſanguinei DD. Cardinalium, qui Privilegio gaudent expediendi Gratis, eo utuntur, nedum in Proviſionibus Beneficiorum, ſed etiam Eccleſiarum Cathedralium, nec non in Reſignationibus Peneficiorum.*

116 *Sed eo non fruuntur pro alils Gratiis, puta Coadjutoriis, & Reſervationibus Penſionum.*

Sed aliquando ex Gratia ſpeciali Indultum etiam pro Coadjutoriis.

117 *Imperator, Reges, & Principes Supremi, inter quos Dux Mutinæ, Parma &c. eorumque filii, etiam naturales, Privilegio gaudent expediendi Gratis.*

Dummodo Gratia ipſorum commodum reſpiciat; ſecus ſi ad eorum Supplicationem favore tertii ſit elargita. n. 120.

118 *Deſcendentibus tamen a ſanguine Regio, ſi ex corpore Principis Regnantis progeniti non ſint, Privilegium hujuſmodi non competit.*

119 *Sed ex Gratia ſpeciali ipſis quoque, etſi naturalibus indultum aliqnando fuit Mandatum expediendi gratis.*

121 *Nepotes, & Conſanguinei Regnantis Pontificis pro quibuſcumque materiis gaudent Privilegio expediendi Gratis, & exemti ſunt etiam a ſolutione Componendæ in emtione Officiorum vacabilium.*

122 *Gandent hujuſmodi Privilegio Cubicularii Secreti Pontificis, nedum in Proviſionibus Beneficiorum per obitum, ſed etiam per Reſignationem, & in Penſionibus.*

123 *Quemadmodum Cubicularii honoris, & Prælati domeſtici in proviſionibus Beneficiorum per obitum tantum.*

124 *Nec non Buſſolantes, & Cantores Cappellæ Pontificiæ pro Penſionibus, & Proviſionibus Beneficiorum per obitum, non autem in Reſignationibus.*

125 *Filiis familiarium Papæ indulgetur Mandatum expediendi Gratis, quando eorum Patres eo gaudere non poſſunt.*

126 *Familiares Conſanguineorum Pontificis gaudent Mandato expediendi Gratis, etiam pro Cathedralibus Eccleſiis, & Penſionibus, ſed non in Reſignationibus Beneficiorum.*

127 *Datariæ Officiales eodem fruuntur Privilegio, etiam pro Reſignationibus Beneficiorum, nec ſolvunt Componendam in emtione Officiorum vacabilium.*

128 *Inter Officiales Datariæ, ad effectum ſimili gaudendi Privilegio, numeratur etiam Auctor Datarii tanquam Reviſor Supplicum Libellorum, qui exhiberi ſolent pro obtinendis Beneficiis vacantibus per obitum, & Penſionibus.*

129 *Familiares Datarii pro tempore exiſtentis non gaudent Privilegio expediendi Gratis.*

Sed Collegium Scriptorum aliquando eis Taxam remiſit.

130 *Confidentiarii Penſionum Hiſpanicarum gaudent Privilegio præfato pro expeditione Beneficiorum vacantium per obitum, non per Reſignationem.*

131 *Scriptores Apoſtolici, eorumque Parentes, & Conſanguinei intra quartum gradum, quomodo Privilegio expediendi Gratis gaudeant?* & n. 132. & 133.

Et an illud competat eorumdem Scriptorum familiaribus. n. 140.

134 Jannizzeri, *ſeu Apoſtolicarum Literarum Sollicitatores ſimili gaudent Privilegio, exceptis expeditionibus Officiorum, & Materiarum Conſiſtorialium.*

135 *Theſaurarius Generalis Proviſiones omnes, etiam Beneficiorum Conſiſtorialium, Gratis expedire ſolet.*

136 *Sed Clerici Cameræ Apoſtolicæ non amplius hodie, ut priſcis temporibus, dicto gaudent Privilegio.*

137 *Privilegio expediendi Gratis, etiam Beneficiorum Proviſiones per Reſignationem fruuntur Secretarii Sacrarum Congregationum Urbis.*

Nuncii Apoſtolici. ibidem.

Sacra Rota Romanæ Auditores. ibid.

Protonotarii Apoſtolici de numero Participantium ibid.

138 *Abbreviatores de Parco Maiori, nec non Abbreviatores de Minori Præſidentia, eorumque Parentes, & Conſanguinei Privilegio expediendi Gratis quomodo gaudeant? Et quid de eorum Subſtitutis.* n. 140.

139 *Privilegium præfatum, exceptis expeditionibus Officiorum, & Beneficiorum Conſiſtorialium, competit familiaribus Card. Camerarii in Urbe præſentis.*

Sed Cardinali præfato abſente, gaudent dicto Privilegio octo familiares Regentis Cancellariæ. ibid.

141 *Oratores Principum apud Sedem Apoſtolicam gaudent Privilegio expediendi Gratis pro ſe, Fratribus, & Nepotibus.*

Non tamen in Proviſione Beneficiorum Conſiſtorialium. n. 143.

142 *Reſidentibus Ducum Sabaudiæ pluries Mandatum expediendi gratis indultum fuit.*

144 *Sed Pro-Reges, & Gubernatores Provinciarum Regis Catholici hujuſmodi Privilegium elargiri non conſuevit.*

145 *Conclaviſtæ, & Dapiferi gaudent pro unica vice mandato expediendi Gratis Penſiones, & Beneficiorum proviſiones, etiam per reſignationem, & dummodo de Proviſione Eccleſiæ Cathedralis non agatur.*

146 Gau-

146 *Gaudent Mandato expediendi gratis etiam Eccleſias Cathedrales, Officiales, & Conſultores Tribunalis Sanctiſſimæ Inquiſitionis Urbis.*

147 *Nec non Notarii, & Subſtituti ejuſdem Tribunalis.*

148 *Inquiſitores etiam Generales Provinciarum, Civitatum, & Locorum Orbis, Mandato gaudent expediendi Gratis.*

149 *Et ita pluries in praxi ſervatum.*

150 *Sed hujuſmodi Privilegio non gaudent Barones Romani.*

151 *Gratiæ omnes in Regno Hybernia gratis expediuntur.*

152 *Et quæ diſpenſationes Matrimoniales gratis etiam expediri ſoleant?*

153 *Penſiones Palatinæ reſervatæ pro Perſona nominanda, ſi Palatinis ipſis exemtis poſtea diſtribuantur, gratis expediuntur.*

154 *Gratis expediuntur materiæ omnes, ſuper quibus Pontifex ex Gratia Mandatum indulgeat.*

155 *Regula in ſecunda parte quid diſponat?*

156 *Et quid denotet verbum illud* per præoccupationem, *quod in eadem parte Regulæ legitur.*

157 *Literæ Apoſtolicæ, quæ in ſubſtantia diſcrepanti a Supplicatione, remitti deben: ad Cancellariam pro earum Correctione.*

158 *Remitti itidem debent, quando minus recte ſunt expeditæ.*

Et utroque caſu Exequutor ab illarum exequutione ſe abſtinere debet. ibidem. & numer. 159.

160 *Diſcrepantia inter Literas, & Supplicationem, ex quibus reſultare poſſit?* & numer. 161.

162 *Et quibus in caſibus teneatur Judex, vel Exequutor Literas, quæ a Supplicatione diſcrepant, ad Cancellarium remittere?* & n. 163. & 164.

165 *Datarius etiam mandare poteſt, ut Literæ pro correctione ad Cancellariam reportentur, & interim Exequutoribus inhibere, ne ad illarum exequutionem procedant.*

Et quidquid in ſpretum hujuſmodi inhibitionis actum fuerit, uti attentatum revocari debet. num. 166.

167 *Literis integraliter non expeditis, & adhuc in Cancellaria exiſtentibus, poteſt Datarius Regenti ejuſdem Cancellariæ injungere, ut Supplicationem, ſeu Literas ipſas retineat.*

168 *Sequuta Litterarum correctione, iſta ad diem obtentæ Gratiæ retrotrahitur.*

169 *Pro correctione Literarum ſignatur quandoque nova Supplicatio ex integro vigore Gratiæ, quæ nuncupatur,* cui prius, *cum data prioris Supplicationis.*

170 *Et refertur notabile exemplum in Rota examinatum.* & n. 171.

172 *Correctio Litterarum in ea parte, qua diſcrepant a Supplicatione, fieri poteſt pendente lite, & parte non citata.*

173 *Si tam Supplicatio, quam Literæ Reſignationis, ſeu Permutationis Beneficiorum differant a Mandato, poſſunt Supplicatio, & Litera corrigi ad formam Mandati.*

174 *Contrarium. Et redditur ratio, quia Regula loquitur, quando Litteræ a Supplicatione diſcordant, non autem, quando Supplicatio eſt difformis a Mandato.*

175 *Literarum correctio, per quos Officiales, & quomodo fieri debeat?*

176 *Correctio erroris, qui in Literis irrepſit ex facto Cancellariæ, fieri debet abſque partium diſpendio, ſed expenſis illius Abbreviatoris, cui fuit diſtributa Bulla ad dignoſcendum, an ſit conformis Supplicationi.*

177 *Sed in Praxi id vix ſervatur.*

178 *Literæ Apoſtolicæ redargui non poſſunt de falſo, nec earum exequutio retardari ex motivo, quod in illis adſit raſura facta pro correctione erroris, etiam ſi correctio alieno caractere fuerit expleta.*

179 *Correctio poſt Literarum Plumbationem fieri non poteſt, niſi auctoritate Regentis Cancellariæ.*

Sed ante Plumbationem de ſtylo Cancellariæ (parum tamen laudabili) a partibus ipſis fieri poteſt.

180 *Abraſiones, quæ facta non ſint a publico Officiali, non vitiant de jure Reſcriptum, quando paucas Literas reſpiciunt, & ſint ſcriptæ eodem caractere, ac in loco non ſuſpecto.*

SUper neceſſitate expediendi Litteras Apoſto- 1
licas tres emanarunt Cancellariæ Regulæ. Pri-
ma hæc, de qua agitur in ordine la XXVII. *de
non judicando juxta formam Supplicationis*, cujus
auctor fuit Nicolaus V. teſte *Gomeſ. ad hanc Re-
gul. in princip. præfat.* Altera in ordine la XXXI.
ut *non valeant Commiſſiones Cauſarum, niſi Lite-
ris expeditis*, Tertia demum in ordine la LII. ut
Nulli ſuffragetur diſpenſatio, niſi Literis confectis.
Tres iſtæ Regulæ concordant in uno fine, & ean- 2
dem mentis intentionem habent, ut ait *Gomeſ. ad
eandem Regul. quæſt. 10. verſic. Ita omnia, Cor-
rad. in Prax. Diſpenſ. lib. 2. cap. 3. ſub n. 33.* At
Lotter. de Re Beneſic. lib. 3. quæſt. 2. num. 16. ni-
mium inter ſe diſſidere oſtendit; hæc enim, de 3
qua agimus, reſpicit Judices in Sententiam profe-
rendo. *Regula XXXI.* reſpicit Judices in proce-
dendo, & annullat a principio Proceſſum, ſi Cau-
ſa committatur contra poſſidentem, ſeu intruſum,
Literis non expeditis. *Regula* vero LII. reſpicit ip-
ſam Partem, quæ uti non poteſt Apoſtolica ali-
qua diſpenſatione propter rationes, quæ in ea le-
guntur. Et *Queſada* ad dict. Regulam XXXI.
tradit differentiam inter hanc, & illam, quemad-
modum *Kochier hic ſub n. 27.*

Plures aſſignari poſſunt rationes hujus diſpoſi-
tionis. Primo eſt, ut falſitates, quæ in Supplica- 4
tionibus facilius committuntur, quam in Literis A-
poſtolicis, evitentur, *Gomeſ. dicta quæſt. 1. §. Et
tamen.* Sed hodie propter laudabilem, quam ad-
hibent vigilantiam Officiales Datariæ, per quo-
rum ſolas manus tranſeunt ſupplicationes, abſque
eo, quod Partibus reſtituantur, ceſſat hæc ratio.
Secunda, ne Officialibus Romanæ Curiæ, qui 5
titulo oneroſo ſibi compararunt Officia, præjudi-
cium inferatur, *Gomeſ. ibidem Amayden. de Stylo
Datar. lib. 1. cap. 32. n. 74. verſic. Sed demus in
fine.* ubi, quod eſt Regula Burſalis, *Corrad. in
Prax. Diſpenſat. lib. 1. cap 6. n. 8. Juſtis Diſpenſ.
Matrim. lib. 1. cap. 3. n. 38. Rota deciſ. 277. ſub
n. 1. part. 1. diverſ.* ubi, quod ex hac ratione reſpi-
cit favorem publicum, & in *Barchinonen. Bene-
ficii 2. Julii 1710. §. Et hinc cor. Anſaldo.*

Tertia vero ratio, quæ verior eſt, quæque ex- 6
verbis initialibus ejuſdem Regulæ ab Adriano VI.
primum adjectis depromitur, ea eſt, *quod ante con-
fectionem Literarum Gratia Apoſtolica ſit informis.*

Licet

Licet enim Gratia perficiatur per ſolam Signatu-
7 ram Supplicationis, etiam ante Literarum expe-
ditionem, & quoad eſſentiam dicatur facta eo ip-
ſo, quod Papa ſcribit FIAT, ut communiter ob-
ſervant *Gomeſ. dict. quæſt. 1. verſ. Tamen conſide-
randum, Gonzalez ad Regul. 8. Gloſſ. 12. n. 45.
& Gloſſ. 15. §. 2. numer. 32. Tamburr. de Jure A-
bat. tom. 1. diſput. 16. quæſt. 2. n. 1. & ſeqq. Mo-
lin. de Juſt. & Jur. tract. 2. diſput. 599. num. 1.
Rota deciſ. 306. part. 3. diverſor.* cum aliis in *Aſ-
culana Beneficii, ſeu Abatiæ 9. Aprilis* 1699. *§.
At non omnia, coram bon. mem. Anſaldo.* Atta-
men dicitur Gratia informis, & rudis a Doctori-
8 bus *Embrioni* comparata, egens expolitione circa
clauſulas, & earum extenſionem ab Officialibus
faciendam, itaut formetur, & expoliatur, quan-
do Literæ expediuntur, ſine quarum proinde ex-
peditione non probatur Gratia, nec impetrans po-
teſt ea uti, *Gomez dict. quæſt. 1. §. Tamen quoad
eſſentiam, Lotter. de Re Beneficiar. lib. 3. quæſt.
2. numer. 1. & ſeqq. Gonzal. ad Regul. 8. dict.
gloſſ. 15. §. 2. numer. 33. & ſeqq. Tamburrin de
Jur. Abat. dict. diſput. 16. quæſt. 2. num. 3. & 4.
Fagnan. in Cap. Licet a num. 9. de Crimin. falſ.
Quæſad. hic numer 1. Ricc. part. 4. deciſ. 165.
num. 1. & ſeqq. Maſcard. de Probat. concluſ.* 1310.
num. 1. & ſeqq. Molin. dict. diſput. 599. numer. 1.
cum aliis in *deciſ.* 808. *num. 13. & ſeqq. part.* 18.
9 *Recent.* ubi ex *Lotterio* dicitur, quod gratia Li-
teris non confectis, æquiparatur homini exiſtenti
in utero, qui licet inter humanas res reputetur in
iis, quæ concernunt ejus favorem, tamen ad alios
effectus non prodeſt: Et ſæpe ſupplicationes ſig-
natæ a Papa in ea parte, in qua exorbitant a jure
10 communi, ſolent per Officiales in Literis declara-
ri, moderari, & reſtringi, *Anſald. in Addit. ad
deciſ. 79. n. 22. & 23. Gratian. diſcept. 584. n. 31.
& ſeqq. Rota deciſ. 516. num. 6. coram Emerix,
& in Tarraconen. Juriſdictionis 27. Junii 1701.
§. Nihilo tamen, coram Olmo, & 2. Decem-
bris 1701. coram Molines, inter impreſſ. de-
ciſ. 751.*

Cum igitur Gratia ex ſola Supplicatione, licet
quoad ſubſtantiam perfecta, ſit tamen rudis, &
informis, & expectet extenſionem, aut reſtrictio-
nem a clauſulis in Literis apponendis, hinc eſt,
11 quod ſuper ſola Supplicatione judicari non poteſt,
ne judicium feratur ſuper incerto, *Lotter. dict. lib.
3. quæſt. 2. num. 17. & ſeqq. Sanchez de Matrim.
lib. 8. diſput. 29. num. 18. Wameſ. conſil. 269. tom.
1. num. 17.* ubi, quod licet nonnulli calumnien-
12 tur id, tanquam avaritia plenum, & præſcriptum
ad commodum Officialium Romanæ Curiæ, ſum-
mam tamen Juris rationem habet, & eſt illi con-
13 formis, cum aliis in *dicta deciſ. 751. §. Solide,
coram Molines.* At ſive ex hac ratione, quod
ante expeditionem Litterarum Gratia ſit rudis, &
informis, ſive ex aliis Regula emanaverit, cum
generaliter loquatur, generaliter eſt intelligenda,
& omnino ſervanda, ut dixit *Rota in Romana Pen-
ſionis 12. Februarii* 1685. *§. Et cum crederet cor.
Paulutio.*

Et adeo firmiter cenſuta Regulæ ſervanda eſt,
ut ei nec per conſenſum partium, nec per obliga-
14 tionem in forma Cameræ, nec per quaſcumque
clauſulas in Commiſſione appoſitas, derogari poſ-
ſit. Continet enim ipſa Decretum irritans, tollit-
que Juriſdictionem Judici, ideoque partes efficere
non poſſunt, quin locum non habeat in eorum
negociis, ut reprobando *Gomeſium*, & *Mando-
ſium*, tradunt *Amayden. de Stylo Datar. lib. 1.
cap. 32. ſub n. 68. Wames dict. conſil. 269. n. 14.
Tondut. de Penſ. cap. 37. n. 2. & ſeqq. Roſa de Exe-
cut. Liter. Apoſtolicar. part. 1. cap. 2. num. 46.
Kochier ad hanc Regulam ſub num. 38. & ſeqq.
Ricc. part. 4. deciſ. 165. num. 9. & ſeqq. Maſcard.
de Probat. concluſ. 1310. n. 22. Rota dict. deciſ. 377.
n. 1. part. 1. diverſ.*

Idque locum ſibi vindicat, etiamſi agatur de
Gratia *Motu proprio* a Pontifice conceſſa, cum & 15
illi conveniat ratio, & adaptentur verba ſatis am-
pla, & effrenata, quibus Regula utitur, *impe-
trationis* nempe, & *conceſſionis*, ut ponderat *Man-
doſ. conſil. 4. n. 8. Gomeſ. in hanc Regul. quæſt. 11.
Kochier ibidem num.* 29. Quemadmodum procedit
reſpectu Penſionis, adeout Sententia ſuper illius 16
validitate, cum ſit Tituli, & Gratiæ canonizato-
ria, ferri non poſſit abſque prævia Literarum ex-
peditione, *Wameſ. conſil. 269. n. 16. Rot. deciſ.
277. part. 1. diverſ. & deciſ. 392. n. 1. part. 2. Rec.*
Et ubi agitur de obſtringendo Titularem ad ſol- 17
vendum terminos decurſos Penſionis, eſt princi-
pium undique certum, & indubitatum, propter
clauſulas apponi ſolitas in illius reſervatione, quod
termini exigi non poſſint, *niſi Literis expeditis,
nec alias &c.*

Regula tamen non procedit in Penſionibus Con-
fidentianis, quæ ſuper Beneficiis Regnorum Hiſ- 18
paniæ ex longæva approbata conſuetudine reſer-
vari ſolent in capite Hiſpano, ſed ad commodum
Itali, cum ſuper illis non expediantur Literæ Apo-
ſtolicæ, *Garc. de Benefic. part. 1. cap. 5. n. 257.*
& eſt praxis notoria. Expediuntur tamen Literæ
pro Penſionibus, quæ ſuper Beneficiis Regni Lu- 19
ſitaniæ reſervantur ad commodum pariter Italo-
rum, *Barboſ. de Penſion. part. 1. quæſt. 5. num. 39.
Corrad. in Prax. Benefic. lib. 1. cap. 5. n. 24. Amayd.
de Stylo Datar. cap. 27. n. 13.*

Sic etiam pro Penſionibus, quæ reſervantur ſu-
per Beneficiis, ſive Conſiſtorialibus, ſive non 20
Conſiſtorialibus Regni Franciæ, Literæ Apoſtoli-
cæ non expediuntur, ſed illæ exiguntur vigore
Cedulæ Conſiſtorialis, vel Supplicationis a Papa
ſignatæ, de qua praxi habetur in libello *Pariſiis*
impreſſo anno 1679. cui Titulus -- *Les Défini-
tions du Droit Canon, verb. des Penſions ſur les
Bénéfices, ſub numer. 18. pag. mihi 564. in ad-
dit.* ibi -- *Quoique les Bénéfices Conſiſtoriaux ne
s'expédient que par Bulles, les Penſions ſur leſ-
dits Bénéfices Conſiſtoriaux ne laiſſent pas de
s'expédier par ſimples Signatures, auſſi-bien
que celles créées ſur les autres Bénéfices: Ce-
la eſt de la pratique ordinaire de la Cour de
Rome.*

Penſiones itidem, quæ ſuper Eccleſiis Epiſco-
palibus *Belgii* imponuntur, exiguntur abſque ex-
peditione Literarum vigore Decreti Conſiſtorialis. 21
Sed, cum ſuper fructibus Eccleſiæ *Cameracenſis*
impoſitæ fuiſſent nonnullæ Penſiones ad inſtan-
tiam Regis Chriſtianiſſimi, cui, poſtquam Civi-
tas præfata parere cœpit, ſan. mem. Innocentius XII.
anno 1695. Indultum elargitus fuerat ad illius Ec-
cleſiam nominandi, prætenſionem excitarunt Pen-
ſionarii, quod ipſis perſolvi deberent Penſiones, 22
non a die, quo in Conſiſtorio a Pontifice reſerva-
tæ fuerunt, ſed a die Regiæ nominationis, ſeu
expeditionis, ut vulgo dicitur *del Brevetto*, pro-
diitque eorum favore *Arreſtum* Conſilii Regii,
præcipue innixum aſſertæ antiquæ conſuetudini Re-
gum Catholicorum imponendi Penſiones ſuper fru-
ctibus Monaſteriorum Belgii, nulla etiam requiſi-
ta Apoſtolica auctoritate.

Sed & juris, & facti munimine deſtituta proſ- 23
ſus eſt prætenſio iſthæc. In jure ſiquidem abſolutiſſi-
mum

mum principium eſt, in Tribunalibus etiam laicalibus receptum, quod Princeps ſecularis, ſecluſa Pontificis auctoritate, Penſionem imponere nequeat ſuper Beneficiis, iis etiam, quorum collatio ex Apoſtolico Indulto ad ipſum pleno jure pertineat, ut docte probat *De Mariu. var. reſolut. lib. 2. reſolut. 171. per tot. Fagnan. in Cap. Niſi eſſent, de Præbend. Wagnarec. ad lib. 5. Decretal. tit. 3. de Simon. verſic. Nota 4. Wameſ. conſil. 269.*
24 *num.* 16. & 18. Et hoc jure etiam vivitur in Gallia, ut teſtatur *Thomaſſin. de Benefic. tom. 3. lib 2. cap. 31. numer. 14. Rebuff. in Tract. de Pacific. Poſſeſſor. num.* 105. *Dartis* in Academia Pariſienſi Sacrorum Canonum Profeſſor *Oper. Canon. tractat. de Beneficiis pag. mihi* 53. *litt. C.* ibi -- *Non eſt dubium; Penſionem non poſſe imponi ſine authoritate Superioris Cap. Niſi verſic Quia igitur, de Præbend. & cap. 1. §. Eadem, de Supplen. Neglig. Prælator. in Clementin. Superiorem, hic intelligimus Romanum Pontificem, qui plenariam habet in Beneficiis poteſtatem, ut ſæpe jam dictum eſt &c. In hoc tamen Regno obtinet, ut ſolus Papa Penſionem imponere poſſit, nec citra ejus auctoritatem impoſitio Penſionis valeat* -- *Brodeus in Notis ad Louet litt. C. num.* 40. *Chopin. de Sacr. Polit. lib. 1. cap. 12. Richard. in libro, cui titulus* -- *Des Penſions Royales pag.* 88. ubi hæc notabilia profert verba ex Gallico in latinum idioma tranſlata - *Sola Reſervatio in Aula Romana imprimit Titulum. Regis nominatio non eſt, niſi ſimplex diſpoſitio, qua licet re vera ſit abſolute neceſſaria, ſola tamen inutilis eſt. Reſervatio in Aula Romana (quam Papa denegare non poteſt) illa eſt, quæ ſigillat, & dat perfectionem Gratiæ, & eſt illa, quæ dat exiſtentiam, formam. & totum id, quod ſpiritualitatis adeſſe poteſt in Penſione, ſi aliquid ſpiritualitatis habet.*

25 Si igitur ſola Regis nominatio inutilis prorſus eſt: ſi Reſervatio per Papam expleta dat formam, exiſtentiam, & perfectionem Penſioni; in neceſſarium emergit conſequens, quod illa ſolum perſolvi debet a tempore, quo perfectionem recipit, & in eſſe deducitur, a die nempe Decreti Conſiſtorialis, non autem a die Regiæ nominationis, quæ eſt actus præambulus ad Penſionem obtinendam, & ex ſe ſola inutilis ad prægravandum tali onere Beneficium. Potiſſimum
26 quia in Cedula Conſiſtoriali impoſitionis Penſionum ſuper fructibus Eccleſiæ Cameracen. apponi conſuevit *clauſula* — *in terminis non tamen Datam præſentis Gratiæ antecedentibus* - Unde non poſſunt Penſionarii, qui pro legitima Penſionis impoſitione Pontificis auctoritatem neceſſariam agnoſcunt, Pontificis Decretum ſcindere, & in parte approbare, in parte reſpuere, ſed illo uti debent cum omnibus ſuis qualitatibus, & conditionibus.

Nec Penſionarios juvat aſſerta Regum Catholicorum conſuetudo gravandi propria auctoritate Penſionibus Monaſteria Belgii. Utcumque enim
27 abuſus iſte vigeret, certum eſt, quod ad Eccleſias Epiſcopales non ſe protendebat, & longe minus ad Eccleſiam *Cameracen.* quæ nunquam fuit de Catholicorum Regum nominatione, ſed ad liberam Pontificis diſpoſitionem ſpectabat. Hinc, ſi quæ ſuper Eccleſiis præfatis impoſitæ fuerunt Penſiones, quod ſane rariſſimo evenit, eæ Apoſtolica auctoritate impoſitæ leguntur. Sic *Clemens VIII.* die 12. Auguſti 1596. ſuper fructibus ejuſdem Eccleſiæ *Cameracen.* Penſionem ſcutorum 500. reſervavit favore *Didaci de Campos* familiaris ſui. Sic *Alexander VII.* anno 1660. Penſionem florenorum 6600. ſuper fructibus Eccleſiæ *Gandaven.* ad decennium tantum duraturam, impoſuit favore Epiſcopi *Ruremonden.* & ſequuta anno 1666. præfatæ Eccleſiæ vacatione, expleta fuit illius proviſio cum expreſſione, quod gravata reperiebatur Penſione, Apoſtolica auctoritate impoſita. Cumque, decennio elapſo, ex parte Regis Catholici ſupplicatum fuiſſet ſan. mem. *Clementi X.* pro ejuſdem Penſionis prorogatione, aut nova impoſitione, re prius diſcuſſa in Congregatione Conſiſtoriali diebus 22. *Aprilis* 11. *Junii*, & 17. *Septembris anni* 1671. reſcriptum fuit, *Penſionem expiraſſe, neque de novo imponendam eſſe.* Sic etiam ſan. mem. *Innocentius XI.* prævio examine habito in eadem Congregatione Conſiſtoriali de annis 1675. & 1676. ſuper fructibus ejuſdem Eccleſiæ *Gandaven.* tunc Paſtoris ſolatio deſtitutæ, Penſionem impoſuit *florenorum* 5505. facta ſucceſſive in ejuſdem Eccleſiæ proviſione ſequuta anno 1679. expreſſione, quod Penſio Apoſtolica auctoritate reſervata erat.

Quo vero ad Penſiones ſuper Monaſteriis Bel-
gicis imponi ſolitas *Wameſius* Doctor *Belga* teſta- 28
tur, eam fuiſſe praxim, ut, dum Rex nominabat ad Abatias, nominatus per Inſtrumentum ſeparatum ſe obſtringebat Penſiones ſolvere *viſa ſola Signatura Pontificis* ſuper earumdem impoſitione, ut in *conſil.* 267. 284. *in princip. & conſ.* 269. *num.* 16. Irrepſit poſtea intolerabilis abuſus, quod Regii Miniſtri nominatos obſtringebant ad Penſiones perſolvendas abſque clauſula *viſa ſola Si-
gnatura Pontificis*, ſed libere. At perpetuo Pon- 29
tifices illum Apoſtolico zelo improbarunt, &, ubi occaſio ſe obtulit, Miniſtri Apoſtolici apud *Belgas*, ne Penſiones præfatæ ſuum ſortirentur effectum, totis viribus ſe oppoſuere. *Urbanus VIII.* de hoc abuſu alte conqueſtus fuit cum Rege Catholico, qui, poſt exquiſita Regii Conſilii Vota, mandavit, quod impoſterum Abatiæ non aliter Penſionibus gravarentur, quam ſub conditione obtinendi Apoſtolicum Beneplacitum, quodque in obligatione emittenda per Abates adeſſet clauſula -- *ſub Bene placito Sanctitatis Suæ* -- ut ex *Bibliotb. D. Card. Otthoboni tom. 61. Datar. pag* 366.

Regio Mandato per aliquot annos obtemperatum fuit, ſed iterum circa annum 1662. idem invaluit abuſus, iterumque Pontificum conqueſtiones, & objurgationes. Hinc anno 1680. ſub die 23. Maii per Secretariam Status ſcriptum fuit Hiſpaniorum Nuncio *Che non laſciaſſe di ſtrepitare ſopra un ſi deteſtabile abuſo per ſradicarlo, & abolirlo una volta, il che gli ſarebbe di molto merito appreſſo Noſtro Signore, o almeno per paleſarne ſempre più viva. & acerba la contradizione, & abominazione di ſua Beatitudine*; & in iiſdem terminis eidem Nuncio ſcriptum fuit *die* 7. *Julii* ejuſdem anni *contro l'impoſizione in genere ſopra l'Abadie di Fiandra onviene di riclamare perpetuamente, non potendoſi ſoſtener coſtì, ne tolerarſi da Roma un tal abuſo.*

Præterea ultra reclamationes in genere, pluries 30
Apoſtolicæ Sedis Miniſtri pro hujuſmodi eliminannando abuſu in caſibus particularibus eorum operam impenderunt. Cum Prior S. Auguſtini anno 1674. judicialiter pulſaſſet Abatem S. Petri Gandavenſis pro ſolutione Penſionis ſuper fructibus dictæ Abatiæ abſque auctoritate Apoſtolica reſervatæ favore *P. Rios* ejuſdem Ordinis Profeſſi, admonitus ab Internuncio tunc *Bruxellæ* exiſtente de nullitate Penſionis, a proſequenda inſtantia ſe abſtinuit, & ulterius in ſcriptis ſe obſtrinxit Penſionem non amplius in poſterum exacturum. Ser-

vatur

vari hoc documentum in Cancellaria Internunciorum Bruxellæ. Inſuper, cum *Franciſcus Breault* nominatus ad Monaſterium *S. Bertini Audomaren.* Diœceſis, ſuper cujus fructibus nonnullæ Penſiones impoſitæ fuiſſent, Sacra Congregatio Conſiſtorialis die 27. Junii 1675. Nominationem rejecit; Cumque poſtmodum nova obtenta fuiſſet Nominatio abſque Penſionum aſſignatione, eadem Congregatio Nominationem præfatam admiſit. Anno itidem 1680. cum Regii Miniſtri gravare vellent annua Penſione florenorum 1500. Abatiam de *Villers* favore *P. Muniot*, acriter Sedis Apoſtolicæ Internuncius ſe oppoſuit, ex irrefragabili motivo defectus Pontificiæ approbationis, & eodem anno de expreſſo Pontificis mandato inhibitum fuit *P. Villequeau* Abati Monaſterii Gandaveo. ne ſolveret Penſiones, pro quibus Abbas Anteceſſor ſe obligaverat cum clauſula, *dummodo fuiſſent a Sede Apoſtolica confirmata*, ex quo confirmatio hujuſmodi non interceſſerat.

Sed ad ſemitam, unde breviter quidem, ſed non inopportune digreſſi ſumus pro Auctoritate Pontificia ſarta tecta tuenda, revertentes, Regulæ XXVII. diſpoſitio locum ſibi non vindicat, ubi agitur non cum ipſo Penſionario, ſed cum Trans-
31 latario Penſionis. Sufficit enim tali caſu, Tranſlationis literas (quod raro in praxim deduci conſuevit) fuiſſe expeditas, quamvis ſuper prima reſervatione illæ expeditæ non fuerint, dummodo Papa id ſciverit, prout ſcire præſumitur, quando ſe refert ad Supplicationem ſuper reſervatione Penſionis. Evenit caſus, & quidem ſingularis in facto; Reſervata fuerat Penſio Cardinali a *Sabaudia*; Supplicatione ſignata, Literis tamen non expeditis, dictæ Penſionis portionem tranſtulit ipſe in familiarem ſuum. Cumque Tranſlatarius ſuarum Literarum peteret exequutionem, fuit ei oppoſitum de hac *Regula*, ſed eam non obſtare deciſum fuit, quia non agebatur de exequutione primæ Reſervationis, ſed de exequutione Literarum tranſlationis, ideoque ſufficiebat, quod prima reſervatio per ſolam Signaturam eſſet perfecta, quodque Papæ id notum fuiſſet, ut apud *Caccin. deciſ.* 869. *n.* 8. *& ſeqq. & deciſ.* 888. *n.* 21. *& ſeqq.* & admittitur in *deciſ.* 355. *poſt Poſth. de Manutent.* ubi tamen agebatur de Tranſlatario in judicio manutentionis.

Secundo Regula procedit in Judicio petitorio,
32 ſeu in poſſeſſorio *Adipiſcendæ*, ſecus, ubi agitur in Judicio poſſeſſorio *Retinendæ*, ſeu *Manutenendæ* poſſeſſionis; In hujuſmodi namque Judicio datur manutentio, etiam Literis non productis, ſed ex ſola exhibitione Supplicationis, quia tunc non judicatur ſuper titulo, *Lotter. de Re Benefic. lib.* 1. *quæſt.* 37. *num.* 53. *& ſeqq.* ubi ampliat,
33 etiamſi adſit decretum, quod Penſio exigi non poſſit, niſi Literis expeditis, *& lib.* 3. *quæſt.* 2. *numer.* 23. late *Roſ. de Execut. Lit. Apoſtolicar. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 37. *& ſeqq. Barboſ. de Jur. Eccleſ. univ. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 205. *Garc. de Beneſ. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 455. *Poſth. de Manut. reſervat.* 42. *num.* 37. *& ſeqq. Tondut. de Penſ. dict. cap.* 37. *num.* 8. *& ſeqq. Rota coram Burat. deciſ.* 542. *num.* 2. *&* 3. ubi teſtatur tam de ſtylo Rotæ, quam A. C. *& deciſ.* 287. *num.* 2. *part.* 5. *Recent. & in Neapolitana Penſioni* 22. *Aprilis* 1697. *§. Hoc enim, coram Urſino*, & admittitur in *deciſ.* 392. *num.* 2. *part.* 2. *Recent.*
34 *& deciſ.* 355. *poſt Poſth. de Manut.* Licet concluſionem hanc, neque in poſſeſſorio *Retinendæ* admittat *Wameſius dict. conſ.* 269. *num.* 19. *tom.* 1. quando Titularis in conſenſu exprimit — *Conſentis aſſignationi, & Literarum expeditioni.*

Immo, quamvis in Regulis antiquis *Sixti V.* & *Gregorii XIV.* expreſſe diſponeretur, quod non 35
poſſet judicari juxta formam Supplicationis, *tam in poſſeſſorio, quam in petitorio judicio*; attamen *Rota* intellexit in iis poſſeſſoriis, in quibus requiritur titulus coloratus, veluti *Adipiſcendæ*, ſecus in poſſeſſorio *Retinendæ*, ut in *Anconitana Penſionis* coram Cardinali *Platta* poſt *Poſtium de Manut. dict. deciſ.* 355. *n.* 2. *& ſeqq.* Unde multo magis concluſio procedit in terminis modernarum Regularum, in quibus uſque a temporibus *Clementis* 36
VIII. deleta fuerunt ea verba *tam in poſſeſſorio, quam in petitorio.*

Idque locum ſibi vindicat, etiamſi agatur contra Succeſſorem in Beneficio, qui nunquam Pen- 37
ſionem ſolvit, nam ſatis eſt, quod ſolverit Anteceſſor, ad hoc ut Penſionario detur manutentio ex ſola Supplicatione, ut reprobando *Lotter. lib.* 1. *quæſt.* 37. *n.* 63. firmant *Poſtius de Manut. dict. obſerv.* 42. *n.* 42. *Tondut. de Penſ. dict. cap.* 38. *n.* 13. *& ſeqq.*

Neceſſe tamen eſt, ut agat ipſemet Penſionarius, qui in ſua poſſeſſione manuteneri contendit; quod ſi, eo mortuo, illius hæredes, qui nun- 38
quam fuerunt in poſſeſſione exigendi Penſionem contra poſſeſſorem Beneficii, pro terminis decurſis agere velint, non poſſunt juvari ſummariiſſimo Poſſeſſorio ex perſona Auctoris, cum poſſeſſio de- 39
functi non transferatur in hæredem ſine nova apprehenſione, licet juvet Ceſſionarium, *Rota dict. deciſ.* 292. *n.* 2. *&* 3. *part.* 2. *Rec.* quam ſequitur *Tondut. dict. cap.* 37. *n.* 12.

An autem in poſſeſſorio *Recuperandæ* ſufficiat ſola Supplicatio ſine Literis? Controverſum eſt in- 40
ter Doctores. Negant nonnulli, ex quo, cum in hoc poſſeſſorio requiratur Titulus coloratus, ſola ſupplicatio non ſufficiet; Inſpecta potiſſimum Conſtit. *Julii III.* qua ſancitur, Supplicationes non ſuffragari, niſi Literis expeditis, *Mandoſ. ad hanc Regul. quæſtion.* 3. *num.* 3. *Lotter. de Re Benefic. libr.* 1. *quæſt.* 37. *n.* 45. 46. *&* 55. *Roſa dict. cap.* 2. *num.* 58. *Rot. deciſ.* 362. *num.* 2. *part.* 2. *deciſ.* 509. *numer.* 18. *part.* 1. *Recent. & dec.* 355. *poſt Poſtium de Manutent.* Alii econtra exiſti- 41
mant in hoc poſſeſſorio *Recuperandæ* ſufficere colorare poſſeſſionem per exhibitionem ſolius Supplicationis, ut plenis ſuffragiis cenſuit *Rota apud Coſſador. deciſ.* 8. *n.* 14. *de Reſtit. Spoliat.* & in aliis relatis a *Lotter. lib.* 3. *quæſtion.* 2. *num.* 22. *& ſeqq.* ubi reprobat *Mandoſium*, qui innititur Conſtitutioni *Julii III.* quæ loquitur de materia diverſa cum præſenti non confundenda; Procedit enim contra eos, qui Beneficiorum poſſeſſionem apprehendunt ante Literas expeditas, & ſic reſpicit factum extrajudiciale, *Amayden. de Styl. Dataria cap.* 32. *n.* 24. *Roſ. de Execut. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 59.

Et in hanc poſteriorem ſententiam inclinat *Maſcard. de Probat. Concluſ.* 1310. *num.* 14. dum conciliando utramque opinionem ait „ quod prima 42
opinio *Mandoſii* ſe fundantis in Conſtitutione *Julii III.* procedit, quando ille, qui agit de Spolio, expreſſe fateatur, ſe poſſeſſionem adeptum fuiſſe cum ſola Supplicatione, quia ſuamet confeſſione decoloraret Titulum; ſecus, ſi docto prius de poſſeſſione, poſtea ad colorandum titulum uteretur ſola Supplicatione, cum tunc opus non ſit producere Literas, quarum expeditio eſt veroſimilis, & ſi a Parte adverſa objiceretur de tali non expeditione, id, tanquam petitorium reſpiciens, eſſet ad judicium præfatum rejiciendum,
quod

Digitized by Google

quod ait *Maſcardus* eſſe notandum ad Conſtitu-
tionis *Julii III.* declarationem, & praxim; & an-
te ipſum docuit *Jo. Baptiſta Pontanus de Spolio*
libr. 2. numer. 142. tract. magn. tom. 14. ubi ita
declarat laudatam Conſtitutionem *Julii III.*
Tertio ex eodem principio, quod Regula lo-
43 cum habeat, quando agitur ſuper titulo, deſcen-
dit, quod ſola Supplicatio ſine Literis ſufficiat,
ubi non agitur de canonizatione Gratiæ, *Barboſ.*
de Jur. Eccleſ. libr. 3. cap. 13. num. 204. Corrad.
in Prax. diſpenſ. lib. 2. capite 3. num. 46. Fagnan.
in cap. Licet. num. 25. de Crimin. falſ. Roſa de
Execut. dict. cap. 2. num. 38. & in addit. num. 12.
Tondut. de Penſ. cap. 37. num. 16. Tamburrin. de
Jur. Abbbat. Tom. 1. diſput. 16. quæſt. 2. num. 4.
Rota deciſ. 212. numer. 10. & 11. part. 17. Rec.
repetit. poſt *Novar. in Sum. Bullar. dec. 14. n. 8.*
Ideoque, ubi agitur ad docenduum de Jure ter-
44 tii, ſeu de titulo ſui Auctoris, Gratia recte pro-
batur per ſolam Supplicationem, *Raſ. dict. cap. 2.*
numer. 34. & 35. Quaſad. ad hanc Regul. verſ.
Non juxta, Corrad. in prax. libr. 2. cap. 3. verſ.
Idemque, ubi exemplificat, *Amayd. de Stylo Da-*
tar. dict. cap. 32. numer. 28. & ſeqq. qui tamen
materiam involvit *Rota dec. 68. n. 5. cor. Ubal-*
do. Quemadmodum ſufficit ſola Supplicatio ad
45 effectum juſtificationis alicujus narrativæ, *Lotter.*
de Re Beneficiar. dict. libr. 3. quæſtion. 2. num. 34.
46 Necnon ad probandum præcedentem Beneficii
vacationem, *Riccius dec. 165. ſub numer. 13. Rot.*
dec. 224. numer. 5. cor. Caccin. & conſerunt tra-
dita per eandem *Rot. deciſ. 869. numer. 8. & ſeqq.*
& deciſ. 888. numer. 21. & ſeqq. coram eod. Coc-
cino.
Similiter ſufficit ſola Supplicatio, quando agi-
47 tur ad effectum reportandi ſimplicem abſolutoriam,
& producatur a poſſeſſore, non ad effectum adju-
dicationis Beneficii, ſed ad excluſionem Adverſa-
rii, & pro obtinenda abſolutoria ab impetitis.
Quamvis enim etiam in hoc caſu non ſufficere ſo-
lam Supplicationem, exiſtiment *Mandoſ. in hanc*
48 *Regul. quæſt. 3. num. 8.* & poſt eum *Amayd. dict.*
cap. 32. ſub numer. 24. verſ. Contrarium, Kochier.
ad hanc Regul. numer. 30. propter Conſtitutionem
Julii III. de qua etiam *Rota deciſ. 509. numer. 16.*
part. 5. Recentior. ubi, quod licet non obſtet Re-
gula, attamen obſtat Conſtitutio præfata. Nihi-
49 lominus contraria prævaluit opinio, quando agi-
tur ad effectum abſolutoriæ, ut firmant DD. om-
nes ſupra allegati, & idem *Amayd. de Styl. Da-*
tar. dict. cap. 32. n. 36. & ſeqq. & ſub numer. 43.
Lotter. de Re Benef. dict. lib. 3. quæſt. 2. numer. 35.
Gomes ad hanc Regul. quæſt. 5. numer. 5. ubi de
nova proviſione ad ſupplendum defectum Publi-
cationis Literarum Reſignationis Beneficii, *Garc.*
de Benef. part. 4. cap. 2. num. 27. & pluribus ſeqq.
Rota cor. Seraphin. dec. 775. num. 3. ubi ita ſex-
centies determinaſſe *Rotam*, & coram *Carillo dec.*
74. n. 8. & 9. & cor. Cerro dec. 37. n. 10. & 11.
& cor. Celſo deciſ. 55. numer. 7. & in Recent. de-
ciſ. 313. n. 30. part. 7.
50 Temperatur autem hæc concluſio, quod ſola
Supplicatio ſufficiat pro abſolutoria, ut procedat,
quando agitur cum proviſo ab Ordinario, ſecus,
quando contradictor eſt Proviſus Apoſtolicus, &
51 ita intelligendus *Gomez*, ubi dicit, quod ſufficit
Supplicatio novæ proviſionis ad effectum ſupplen-
di defectum Publicationis; cum cæteroquin Im-
petrans Apoſtolicus ex capite non factæ Publica-
tionis, qui habeat pro ſe Literas expeditas, repel-
li non poteſt, niſi per ſimiles Literas expeditas,
Amayd. de Styl. Datar. dict. cap. 32. numer. 72.
& ſeqq. Raſ. de Execut. dict. cap. 2. n. 62. Acce-
dit, quod etiam Gratia *Perinde valere* non ſuffra- 52
gatur, niſi Literis expeditis, juxta eundem *Gomez*
ad Regul. de non judica. quæſt. 7. & Kochier. ad
eandem Regul. num. 29. Amayd. de Stylo Datar.
lib. 1. cap. 14. n. 14. Et admittitur a *Rota in Wor-*
matien. Cuſtodia 11. Decembris 1684. *§. Multoque*
minus, cor. Urſino, dum firmatur ſufficere, quod 53
Literæ ante ſententiam expediantur. Ergo eodem
modo, dum agitur de nova proviſione ad effe-
ctum ſupplendi defectum publicationis, Littera-
rum expeditio requiritur.
Rurſus ex eodem principio, quod ubi lis non
ſit ſuper titulo, Regula non obſtet, ſequitur,
quod ſufficiat ſola Supplicatio, quando incidenter 54
agitur de Gratia ad effectum alicujus denomina-
tionis, ut in *deciſ. 212. num. 9. & ſeqq. part. 17.*
& dec. 506. numer. 3. & ſeqq. part. 18. ubi Con-
cordantes; Quemadmodum exuberat, quando agi- 55
tur de circumſtantiis temporis, & alicujus qualita-
tis, *Kochier. ad hanc Regulam numer. 33. verſ. 4.*
Rebuff. in Praxi part. 1. tit. Tertia pars ſignaturæ
verb. Datum numer. 10. Van Eſpen in Jus Ec-
cleſ. univerſ. part. 2. tit. 24. cap. 3. num. 16. Ricc.
dec. 165. ſub numer. 13. Aut etiam quando agi-
tur de interpretandis verbis dubiis ejuſdem Gratiæ, 56
Rot. in Romana Penſionis 12. *Februarii* 1685. *§.*
Semper, & §. Non obſtante, cor. Paulutio.
Quarta Regula non adimit facultatem cognoſ-
cendi de juribus collitigantium ad effectum Au- 57
dientiæ, & diſputationis Dubiorum, quæ eſt actus
extrajudicialis, ideoque *Rota* ſolet procedere ad
diſputationem Dubiorum cum ſola Supplicatione 58
a Pontifice ſignata, ut fuiſſe reſolutum in pluri-
bus Cauſis, teſtatur *Adden. ad Burat. deciſ. 540.*
numer. 20. Tamburrin. de Jur. Abbat. tom. 1. diſ-
putation. 16. quæſtion. 2. numer. 8. Raſ. de Exe-
cutor. Literarum Apoſtolicarum in addit. ad cap. 2.
numer. 11. Barboſ. de Jur. Eccleſ. univ. lib. 3.
cap. 13. numer. 208. Rota deciſ. 244. numer. 14.
ubi de Gratia ſi neutri *dec. 513. numer. 10. & ſeqq.*
par. 4. tom. 3. dec. 114. numer. 6. & 7. part. 16.
Recent. & in Ferrarien. Cappellania 10. Maii
1694. *§. Levioris cor. Urſino, & 11. Junii* 1695.
§. His accedit, & ſeqq. & §. Quemadmodum, cor.
ead.
Quod intelligendum venit, quatenus Litteræ
poſſent de facili expediri; At quando earum ex- 59
peditio difficilis, redditur, quia nempe elapſum
ſit tempus præſcriptum in *Regula X.* ad expe-
diendum Literas ſuper Gratiis ſignatis a Præde-
ceſſoribus Pontificibus, tunc ſola Supplicatio non
ſufficiet, *Rot. dec. 241. numer. 19. part. 12. Rec.*
Quinto Regula non procedit ſtante clauſula, quod 60
ſola ſignatura ſufficiat, prout paſſim ſervari vide-
mus, & obſervat *Mandoſ. d. conſ. 4. ſub num. 8.*
Quæ vero materiæ expediri ſoleant per ſimplicem
ſignaturam juxta Datariæ ſtylum, diximus in *Com-* 61
ment. in Regul. IX.
Sexta. Supplicatio attenditur ſine Literis, quan-
do agitur contra Collitigantem, qui eam porrexit, 62
puta, ſi dixerit, Beneficium vacaſſe in Menſe or-
dinario, vel valorem fructuum non excedere ſum-
mam viginiquatuor ducatorum, *Kochier. ad hanc*
Regulam n. 33. verſ. 60. Maſcard. de Probation.
concluſ. 1310. numer. 45. lib. 3. de Probat. Barboſ.
de Jur. Eccleſ. univerſal. dict. cap. 13. num. 206.
Ricc. dict. deciſ. 165. ſub n. 13.
Septimo. In Regno Franciæ pro Beneficiis mi-
noribus *Patriæ reductæ* non expediuntur Literæ A- 63
poſtolicæ, ſed ſola Supplicationis ſignatura ſuffi-
cit, dummodo in debita forma recognoſcatur, &

producatur vel ipſa ſignaturo, vel ſumtum ex Re-
geſtris Curiæ Romanæ, *Tondut. Reſolut. Benef.*
part. 3. *cap.* 138. *n.* 14. & laudatus Auctor Libri,
qui inſcribitur -- *Les Définitions du Droit Canon*
verb. Bulles in notis §. *Comme.*

Sed quamvis olim expedirentur Literæ Apo-
64 ſtolicæ ſuper proviſione Beneficiorum *Brittaniæ*,
quæ *Patria obedientiæ* nuncupatur, & Jus iſtud
Sedis Apoſtolicæ antiquiſſimæ innixum obſervan-
tiæ, agnitum quoque fuerit ab *Henrico II.* Gal-
liarum Rege, qui in Declaratione edita *die* 24.
Junii 1549. inter cætera mandavit *art.* 7. *que la*
poſſeſſion des Bénéfices de cette Province ne ſe pour-
ra prendre en vertu des Supplications, mais en ver-
tu des Lettres Apoſtoliques ſous plomb. Nihilomi-
65 nus invaluit poſtea uſus, quod pro dictæ Provin-
ciæ Beneficiis non expediantur Literæ Apoſtoli-
cæ, niſi pro eo Beneficiorum genere, pro quo in
Patria reducta, aliiſque Galliarum Reginnibus
Literæ præfatæ expediri debent, ut habetur in
dicto libro *Les Définitions du Droit Canon. loco*
cit. §. *Autrefois.*

Tenentur vero Galli Literas Apoſtolicas expe-
66 dire (& in praxi ita inconcuſſe ſervatur) primo
in proviſione Archiepiſcopatuum, Epiſcopatuum,
Monaſteriorum, aliorumque Beneficiorum, quæ
67 taxata reperiuntur in Libris Cameræ. Secundo
pro Prioratibus omnibus Conventualibus, ſive ta-
xati ſint, ſive non in Libris præfatis, dummodo
quoad non taxatos Conventualitas ſuppreſſa non
fuerit, vel agatur de Prioratu, *habitu, non tamen*
actu a quadraginta annis, & ultra Conventuali.
68 Tertio expediri debent Literæ in proviſionibus
omnium Dignitatum poſt Pontificalem majorum
in Cathedralibus, necnon principalium in Col-
69 legiatis. Et demum pro Monaſteriis Mulierum,
Fleury Inſtitut. du Droit Eccléſiaſtique part. 2.
cap. 1. *pag.* 391. Auctor ſupra laudati Libri *Les*
Définitions &c. §. *Voici*, & §. *ſequenti* ait, quod
70 etiam in proviſionibus illorum Beneficiorum, pro
quibus debent Bullæ expediri, daretur in Galliis
exequutio, ſi exhiberetur Supplicatio manu Pa-
pæ ſignata, prout aliquando evenit; Verum, ut
ſubdit, *les Officiers de la Cour de Rome y pren-*
nent garde de ſi prés, qu'ils ne relâchent jamais
les ſuppliques, que les Bulles n'ayent été expé-
diées, ou que ceux qui en ſollicitent l'Expédi-
tion n'ayent donné caution de faire l'Expédi-
tion.

Octavo. Ceſſat Regulæ diſpoſitio, quando
ſuper eadem Supplicatione Literæ ſunt jam expe-
71 ditæ; Hinc non prohibetur pars ſe juvare aliquo
Decreto in Supplicatione contento, quamvis in
Literis non contineatur, non obſtante hac Re-
gula, quæ locum non habet, quando facta eſt
Expeditio, & ſoluta Componenda, vel emolu-
menta conſueta, *Lotter. de Re Beneficiar. dict.*
lib. 3. *quæſt.* 2. *numer.* 45. *Rota deciſ.* 74. *num.* 8.
& 9. *cor. Carillo*, cum aliis relatis in *Tarraco-*
nen. Juriſdictionis 27. *Junii* 1701. §. *Præſertim*
72 *coram Olmo.* Et generaliter, tunc, cum Literæ
Apoſtolicæ ſunt expeditæ, nihil prohibet, quo-
minus attendatur Supplicatio, *Rota in Romana*
Penſionis 12. *Februarii* 1685. §. *Non obſtante cor.*
Paulutio.

Hinc ſi Literæ expeditæ diſcrepare comperian-
73 tur a Supplicatione, attenditur Supplicatio, tan-
quam matrix, & non Literæ, ea ratione, quia
Supplicatio ſubſcripta manu Papæ, viſa per Da-
tarium, & tot Officiales, præſumitur curioſius,
& diligentius examinata, quam Bulla, ſeu Bre-
ve, quod ab aliis Officialibus extenditur, *Kochier.*
in hanc Regul. num. 33. *Van Eſpen in Jus Eccleſ.*
univ. part. 2. *tit.* 24. *cap.* 3. *n.* 16. *Lotter. lib.* 3.
quæſt. 2. *num.* 47. *Amayden. dict. cap.* 32. *num.* 75.
Fagnan. in Cap. Licet numer. 21. *& ſeqq. de Cri-*
min. falſ. Eminentiſſ. Petra ad Conſtitut. Apoſtol.
tom. 1. *pag.* 32. *numer.* 108. *Roſa de Executor.*
part. 1. *cap.* 9. *in addit. numer.* 2. *Rota deciſ.* 225.
num. 10. *part.* 4. *tom.* 2. *Recent. deciſ.* 285. *n.* 8.
& ſeqq. coram Cavaler. deciſ. 76. *num.* 11. *coram*
Celſo, & dec. 628. *numer.* 18. *coram Molines*,
ubi Regeſtrum Supplicationis, & non Literas at- 74
tendi debere fuit reſolutum, late in *Sypontina*,
ſeu Nullius Archipresbyteratus 25. *Junii* 1646.
coram Veroſpio, & in Romana Penſionis 12. *Fe-*
bruarii 1685. *cor. Paulutio, Melevitana Penſio-*
nis 23. *Januarii* 1699. §. *Quia Regula iſta, co-*
ram clar. mem. Cardinali de la Tremoille, & in
Tarraconen. Juriſdictionis 27. *Junii* 1701. §. *In-*
deque, cor. Olmo, & in Spoletana Exemtionis 5.
Maii 1717. §. *Cæterum, cor. bon. mem. Anſaldo.*
Eodemque modo, ſi Breve diſcrepet a Minuta, iſta,
& non Breve attenditur, *Roſ. de Executor. lib.* 1. 75
cap. 9. *n.* 34. Et in Minuta habente ſignaturam
Papæ, admittit *Put. deciſ.* 279. *lib.* 2. Quodque
Papa non ſe ingerat in expeditione Literarum A-
poſtolicarum, ſed id pertineat ad Officiales, ad
effectum probationis gratiæ, dixit *Rot. in Aſculana*
na Beneficii, ſeu Abbatiæ 9. *Aprilis* 1699. §. *Ut*
non omnis, cor. bon. mem. Anſaldo.

Et licet in expeditione Literarum poſſit Can-
cellaria ſupplere quidquid omiſſum eſt, attamen id 76
procedit, quoties non adſit ſubſtantialis diſcrepan-
tia inter Supplicationem, & Literas, utpote quia 77
in iſtis clauſulæ in Supplicatione apponi ſolitæ,
fuerint extenſæ, *Gratian. diſcept.* 548. *numer.* 31.
Emus Petra ad Conſtitut. Apoſtol. tom. 1. *pag.* 33.
num. 209. *Lotter. de Re Beneficiar. lib.* 3. *quæſt.* 2.
num. 46. *& ſeqq. Rota dec.* 285. *cor. Canale, &*
dec. 225. *n.* 12. *&* 13. *part.* 4. *tom.* 2. *Recentior.*
& deciſ. 516. *n.* 6. *coram Emerix Junior.* Sed
quoties inter eas dignoſcitur aut contrarietas, aut
diſcrepantia, tunc attenditur id, quod dicitur in
Supplicatione; cum Cancellariæ tributa ſit tan-
tummodo facultas extendendi clauſulas conſuetas
pro clariori intelligentia, & dilucidatione Gratiæ, 78
non autem mutare illius ſubſtantiam, & novam
diſpoſitionem inducere, ut rite obſervant *Pariſ.*
de Reſignat. lib. 8. *quæſt.* 7. *numer.* 181. *Amayd.*
de Styl. Datar. dict. cap. 32. *numer.* 75. *in fine*,
Rota coram Celſo dec. 76. *numer.* 12. ubi præſer-
tim ſi contra mentem Pontificis aliquid additum
fuerit; & late in dicta *Sypontina, ſeu Nullius Ar-*
chipresbyteratus 25. *Junii* 1646. §. *Et licet, co-*
ram Veroſpio. Quinimmo ex tali alteratione, Li-
teræ cenſentur ſubreptitiæ, nec poſſunt exequu- 79
tioni demandari, ut in terminis Literarum conti-
nentium Penſionem perpetuam, quando in Suppli-
catione agebatur de penſione temporali, reſolvit
Rota in Celſonen. Penſionis 7. *Februarii* 1685. §.
Secundo quia coram clar. mem. Card. Caccia. Et
potius cenſetur id emanaſſe ex errore Officialium,
quam ex voluntate Pontificis, ex relatis *in Tarra-* 80
conen. Juriſdictionis 27. *Junii* 1701. §. *Præſertim*,
coram Olmo.

Sed pro clariori intelligentia diverſitatum, quæ
in hac materia occurrere poſſunt, plures diſtin-
guendi ſunt caſus. Primus eſt, quando in ipſamet 81
Supplicatione *Summariolum*, quod in ejus pede
apponitur, diſcrepat a corpore ejuſdem Supplica-
tionis, & in hoc caſu attenditur *Summariolum*,
quod ſolum juxta praxim omnibus notam, Pon-
tifici legitur, & in quo matura animadverſione
attun-

attinguntur ea, quæ Gratiæ ſubſtantiam reſpiciunt,
Rota in Romana Emphiteuſis 6. Martii 1684.
*§. Probatur tertio coram Albergato, & in Romana
Penſionis* 12. *Februarii* 1675. *§. Non obſtante,
cor. Paulutio, & in Milevitana Penſionis* 28. *Ju-
nii* 1698. *& latius* 23. *Januarii* 1699. *cor. clar.*
82 *mem. Cardin. Tremoille*, in cujus caſu valor Be-
neficii in *Summariolo* expreſſus legebatur in du-
catis 150. & in corpore Supplicationis in ducatis
200. Reſolutumque fuit, prævalere expreſſionem
factam in *Summariolo*, cum major expreſſio emiſ-
ſa in corpore Supplicationis ex facto Officialis,
non poſſit nocere partibus, quibus ignota erat
talis alteratio, *Rota in Aſculana Beneficii, ſeu
Abbatiæ* 6. *Aprilis* 1699. *§. Et ob id, coram An-
ſaldo.*

Secundus caſus eſt, quando Supplicatio origi-
83 nalis differt a Regeſtro ipſius Supplicationis, hoc
eſt a libro, in quo per unum ex Officialibus, qui
Regiſtratores nuncupantur, deſcribuntur per ex-
tenſum Supplicationes a Pontifice ſignatæ; & hoc
caſu attenditur Supplicatio originalis, & non Re-
geſtrum, ea ratione, quia originalis Supplicatio
ſignata eſt manu Papæ, viſa per Datarium, & per
ipſum datata, & diligenter per plures Officiales
reviſa. Regeſtrum vero conficitur a ſolo *Regiſtra-
tore*, qui potius errare præſumitur, ut late fuit
reſolutum per *Rot. dec.* 158. *a numer.* 1. *& ſeqq.
cor. Cerro, & deciſ.* 306. *numer.* 11. *& ſeqq. & de-
ciſ.* 306. *numer.* 1. *coram Durano*, ubi de *Sumto*
a Regeſtro, & tam de *Sumto*, quam de Rege-
ſtro, *Fagnan. in cap. Licet numer.* 22. *de Crimin.
falſ.*

Tertius caſus eſt, quando Supplicatio, ſeu Re-
geſtrum Supplicationis differt a Literis, & hoc
84 caſu attenditur Supplicatio; ſeu Regeſtrum Sup-
plicationis, & non Literæ, ut diximus ſupra *nu-
mer.* 73. Niſi Supplicatio eſſet dubia, & Literæ
85 Apoſtolicæ eſſent claræ, nam tunc attendi debent
Literæ, non Supplicatio, juxta hujus Regulæ diſ-
poſitionem, *Rota in Romana, ſeu Balneoregien.
Fidei commiſſi* 8. *Martii* 1700. *§. Quæ eo, cor. Mu-
86 to.* Prout attendendas eſſe Literas, ſi Supplicatio
poſſet argui de ſubreptione, dixit *Rota in Tarra-
conen. Juriſdict.* 27. *Junii* 1701. *§. Certius, co-
ram Olmo.*

Quod tamen declara, ut attendenda non ſit
87 Supplicatio, ſed Literarum tenor, ubi agitur de
Gratiæ reſtrictione, nam in iis, quæ Gratiam re-
ſtringunt, ſemper Literæ attendendæ ſunt, juxta
doctrinam *Sarnenſis* ad hanc Regulam *quæſt.* 4. *n.* 2.
quam poſt *Lotter. de Re Beneficiar. lib.* 1. *quæſt.* 40.
n. 138. amplexa fuit *Rota dec.* 83. *n.* 7. *part.* 17.
rec. cum aliis in *Tarraconen. Juriſdictionis* 27. *Ju-
nii* 1701. *§. Nihilo, coram Olmo*, confirmata *co-
ram Molines, deciſ.* 741. *n.* 27. *&* 28.

Hinc promanat, quod attendi debeat Supplica-
tio, quando agitur de unica Gratia, ſed cum di-
ſcrepantia in ordine ad aliquas clauſulas illius va-
liditatem, vel invaliditatem reſpicientes; ſed, ſi
88 Supplicatio contineat plures Gratias æque princi-
pales, & inter ſe diverſas, & in Literis de una
tantum fiat mentio, tunc Literæ attenduntur, non
Supplicatio; tali namque caſu non verſamur in
terminis diſcrepantiæ inter modum, quo Gratia
conceſſa fuit in Supplicatione, & alterum, quo
extenſa dignoſcitur in Literis, ſed verſamur in di-
verſa hypoteſi, quod nempe nihil continetur in
Literis de eo, quod legitur in Supplicatione, ideo-
que fruſtra recurritur ad Supplicationem pro Lite-
rarum interpretatione, ſeu declaratione, quæ
non cadit circa id, quod in eiſdem Literis non

Rigantii in Reg. Cancellariæ. Tom. III.

adeſt: Cumque in hoc caſu agatur de reſtrictio-
ne Gratiæ, non Supplicatio, ſed Literæ veniunt 89
attendendæ, etiamſi in libro Componendæ appa-
reant emolumenta ſoluta pro omnibus Gratiis, ut
proſequitur *Rota in dicta Tarraconen. cor. Olmo*,
& melius *deciſ.* 741. *§. Non relevante, coram Mo-
lines.*

Sed in caſu prædictarum Deciſionem plura con-
currebant, quæ potius Literas, quam Supplicatio- 90
nem attendendam eſſe evincebant. Primo proba-
bile dubium, quod Supplicatio eſſet ſubreptitia.
Secundo obſervantia dictarum Literarum Apoſto-
licarum, & non Supplicationis. Tertio tacitur-
niteſs eorum, qui Literas ita defectuoſas impetra-
runt. In quibus profecto terminis abſque dubio
procedere videtur opinio Rotæ, quod ex pluribus
Gratiis in Supplicatione contentis, ea, quæ in
Literis non legitur, cenſeatur omiſſa ex voluntate
Papæ; Cum de cetero tot, tantiſque ſeclusis cir- 91
cumſtantiis, ad effectum ut Supplicatio attendi de-
beat potius, quam Literæ, magnum adminicu-
lum reſultet ex Compoſitionis, ſeu Componen-
dæ ſolutione pro omnibus Gratiis, quæque non
apparet ex iiſdem libris reſtituta.

Non diſſimilis videtur caſus, ſuper quo pro
veritate conſultus alias reſpondit bon. memor. *An-
ſaldus*, ut in Adnotatione ad *dec.* 79. *n.* 17. Ibi
facta fuerat Beneficiorum permutatio cum pacto, 92
quod unuſquiſque ex permutantibus teneretur ſol-
vere Decimas, Onera, & Collectas, quæ in eo-
rum reſpective Beneficiis decurſæ, & non ſatisfa-
ctæ reperirentur uſque ad diem ſignatæ Supplica-
tionis. Hoc pactum fuit narratum in Supplica-
tione, ſed omiſſum in Literis, cum autem ſuc-
ceſſor in altero ex dictis Beneficiis permutatis,
compulſus ad ſolvenda quædam Onera, & Col-
lectas antea decurſas, relevationem a Compermu-
tante prætenderet, reſpondit *Anſaldus*, nullam ra-
tionem habendam eſſe hujuſmodi pacti, cum ad
tenorem Literarum, & non Supplicationis eſſet ju-
dicium ferendum; Nam quandoque Papa ſignat
Supplicationes etiam contra *Canones*, quæ deinde
per Officiales reformantur; ſtante præterea ob-
ſervantia, & concurrente probabiliſſimo dubio,
quod pactum illud eſſet perſonale, & non tranſi-
torium ad Succeſſores.

Verum, quidquid ſit de ſubſiſtentia fundamen-
torum, quæ in dicto Diſcurſu ponderavit *Anſal-
dus*, illud, quod judicium erat ferendum ad for-
mam Literarum, & non Supplicationis, maxi-
mam pati videtur difficultatem, dum ex ſtylo, 93
hujuſmodi pacta non ſolent exprimi in Literis A-
poſtolicis, quemadmodum non exprimuntur illa
ſuper expenſis faciendis pro expeditione Bullarum 94
ab uno potius, quam ab altero ex permutantibus,
vel a Reſignatario, etiam pro expenſis Literarum
reſervationis penſionis favore Reſignantis, & ſi-
milia. Unde, ſi pacta hujuſmodi ſolum exprimun-
tur de ſtylo in Supplicatione, & non in Literis A-
poſtolicis, palam fit, quod non Literarum, ſed
Supplicationis tenor inſpici debet, & attendi, ju-
diciumque ad illius normam ferendum.

Quartos caſus eſt, quando ipſæ Literæ origina-
les diſcrepant a Regeſtro Bullarum; tunc enim at-
tenduntur Literæ originales, & non Regeſtrum, 95
Rota dict. dec. 628. *cor. Molines*, eodem modo,
quo, concurrente diſcrepantia inter originalem
Supplicationem, & Regeſtrum, attenditur Sup- 96
plicatio, & non Regeſtrum, ut dictum eſt.

Quintus caſus eſt, quando nec Supplicatio, nec
Literæ exhibentur, eo quia deperditæ, & Rege- 97
ſtrum Supplicatioois eſt dubium, & in hiſce cir-

cumſtantiis recurritur ad alios libros, *Componendæ*
nempe, in quibus fit prima tranſcriptio Indulti,
ad ultimos libros Cancellariæ, qui dicuntur *mi-
noris gratiæ*, tunc enim Regiſtratio intermedia du-
bia; recipit intellectum, quem habent ſua extre-
ma, ut bene ponderat *Rota in Neapolitana Pen-
ſionis 17. Februarii 1698. §. Adhuc, & pluribus
ſeqq. cor. Anſaldo*; in cujus Deciſionis themate
fuerat à Penſionario obtentum Indultum retinen-
di Penſiones, non obſtante Matrimonio; Cum-
que deperditis Supplicatione, & Literis, Rege-
ſtrum Supplicationis eſſet dubium, an loqueretur
de Penſionibus reſervatis, ſeu reſervandis, fuit
habitus recurſus ad libros Componendæ, & *mi-
noris gratiæ*, in quibus legebatur Indultum pro
Penſionibus reſervandis, & reſolutum, ex iis de-
clarationem recipere Regeſtrum, quod erat du-
bium.

Data vero diſcrepantia inter librum Compo-
98 nendæ, & Literas Apoſtolicas, hæ veniunt at-
tendendæ, quia, cum Componenda ſolvatur ante
Regiſtrationem Supplicationis, Gratia poteſt exin-
de reformari, & reſtringi, quæ ſola poſſibilitas
ſufficit ad effectum excludendi præſumtionem er-
roris incurſi in expeditione Bullarum, *Rota in
Tarraconen. Juriſdictionis 27. Junii 1701. §. Et
hinc, coram Olmo, & coram Molines. deciſ. 751.
§. Progrediendo.*

Procedunt hæc omnia in Beneficiis minoribus,
99 quorum proviſio per Datariam expletur; ſed in
majoribus, de quibus fit proviſio in Conſiſtorio
Papæ, Cedula Conſiſtorialis, tanquam matrix at-
tendenda erit, *Spad. conſ. 88. num. 11. lib. 2. Rota
deciſ. 612. numer. 5. in fine part. 2. Recent.* Data
vero diſcrepantia inter Cedulam, & Contrace-
100 dulam, iſta unice attendi debet; Literæ enim pro-
viſionis Eccleſiarum Epiſcopalium, Monaſterio-
rum, aliorumque Beneficiorum, quæ tranſeunt
per Conſiſtorium, expediuntur ſuper Contrace-
dula, quæ fit a Cardinali Vice Cancellario, quæ-
que dicitur *matrix*; unde ſtante contrarietate in-
ter hanc Contracedulam Cardinalis Vice Cancel-
larii, & Cedulam, quæ mittitur a Cardinali pro-
ponente Eccleſiam Epiſcopalem, illa, & non iſta
attendenda venit, ut firmant *Pariſ. de Reſignat. Be-
nefic. libr. 8. quæſt. 5. numer. 24. uſque ad 28. Pax
Jordan. lib. 1. tit. 1. numer. 24. Mandoſ. in prax.
ſignat. Grat. tit. Proviſiones §. An autem Cedulæ
prædictæ, & in antecedenti §. Proviſiones Rota de-
ciſ. 320. lib. 1. cor. Puteo.*

At quoniam initio *Commentarii* in hanc Regu-
lam diximus, quod una ex illius rationibus ea ſit,
ne Officialibus Romanæ Curiæ, qui titulo one-
roſo ſibi compararunt Officia, præjudicium infe-
ratur, quia nempe, non ſequuta expeditione Li-
terarum Apoſtolicarum amitterent emolumenta,
quæ ex illa obveniunt, non injucundum erit ad-
notare Perſonas, quæ de Stylo gaudent Privile-
gio expediendi *gratis* eaſdem Literas, ſeu, ut
vulgo dici ſolet, gaudent *via ſecreta*; Quæ ve-
ro mox ſubnectemus, depromſimus ex Notis M.
S. *Armindi Riccii* Subdatarii tempore *Alexandri
VII.* & *D. Thomæ Sportelli* ſatis periti Datariæ
Officialis.

Et in primis, *gratis* expediunt Proviſiones Be-
101 neficiorum omnium, ſive per obitum, ſive per
Reſignationem vacantium, ac reſervationes Pen-
ſionum, S. R. E. Cardinales, ii tamen, qui com-
morati ſunt in Curia per ſex menſes continuos;
Licet eorum etiam favore, qui per dictum tempus
102 Romæ morati non fuerint, conſueverint Pontifi-
ces indulgere Mandata expediendi *gratis ex gratia
ſpeciali*, juxta exempla, quæ paſſim occurrunt in
Regeſtro *Mandatorum expediendi gratis*, exiſten-
te penes D. Officialem nuncupatum *del Miſſis.*
Quod ſi quis de Beneficio proviſus ante Cardina-
latum, illius poſſeſſionem adeptus fuerit vigore
Brevis Apoſtolici de capienda poſſeſſione, & po-
ſtea Literas Apoſtolicas ad Cardinalatum jam pro-
motus, expediverit, dicto Privilegio non gaudet,
ut contra cl. me. Card. *Cuſanum* Epiſcopum *Pa-
pien.* reſolutum fuit a Congregatione particula-
ri die 31. Julii 1714.

Solvunt tamen omnes Cardinales, ſicuti alii
non exemti, Componendam Datariæ debitam pro 103
emtione Officiorum vacabilium, quemadmodum
& pro aliis Gratiis, quæ non tangunt Dignitatem
Cardinalitiam, nempe ſi expediatur gratia *in evi-
dentem* pro conceſſione in emphyteuſim Bonorum 104
alicujus eorum Abbatiæ, vel Epiſcopatus: verum,
ut audivi, ſtylus poſtea invaluit, quod Literæ pro
hujuſmodi Gratia taxentur pro medietate, quam
perſolvit Emphyteuta, & Cardinalis immunis eſt
a ſolutione alterius medietatis, quam priſcis tem-
poribus ſolvebat.

Fratribus Germanis, & ex Fratribus ipſis, So-
roribuſque Germanis, Nepotibus S. R. E. Cardi- 105
nalium indulgeri conſuevit Mandatum expedien-
di *gratis* pro quibuſcumque Beneficiorum provi-
ſionibus, & Commendis, quando tamen Cardi-
nales ipſi ſaltem per ſex Menſes continuos, & non
interpolatos in Romana Curia permanſerunt; Et
hujuſmodi Mandatum impertitur etiam poſt mor- 106
tem Cardinalium, pro iis tamen Gratiis tantum-
modo, quæ, ipſis viventibus, eorum Conſangui-
neis conceſſæ fuerunt. Ita enim cavetur in Con-
ſtitutionibus Sacri Collegii Cardinalium compi-
latis ſub Pontificatu ſanctæ memoriæ *Pauli III.*
anno 1546. & ab eodem Pontifice approbatis *Ca-
pit. 23.* Aliquando conceſſum fuit Mandatum ex- 107
pediendi *gratis*, ſed *ex Gratia ſpeciali* Nepoti ex
Sorore uterina Cardinalis, quemadmodum ſa. me.
Innocentius X. illud indulſit *Antonio Bichio* po-
ſtea S. R. E. Cardinali Nepoti ex Sorore uterina
Cardinalis *Chiſii*, poſtea Summi Pontificis ſub
nomine *Alexandri VII.* Solvunt tamen Nepotes 108
Cardinalium Componendam pro Diſpenſationibus
Matrimonialibus, & ſolum ſunt exemti a Taxa.
Hinc pro Diſpenſatione Matrimoniali a ſan. me-
mor. *Clemente XI.* conceſſa *Antonio Bovio*, &
Thereſiæ Margheritæ Beccadelli cl. mem. Cardi-
nalis *Gozzadini* Nepti ſuper quarti Affinitatis, &
Conſanguinitatis Spiritualis impedimentis, apud
S. Petrum *Nonis Aprilis* 1713. Componenda ſo-
luta fuit in totum, Taxa vero fuit in Cancel-
laria ad medietatem reducta, quia Mulier ſola erat
Neptis Cardinalis. Et ſub eodem Pontificatu
integram pariter Componendam perſolvit pro alia
diſpenſatione Matrimoniali Nepos ex Fratre Emi
Dñi Cardinalis *Oliverii.*

Pronepotibus tamen DD. Cardinalium indulge-
ri non conſuevit Mandatum expediendi *gratis*, 109
pluriesque vidi, noluiſſe Pontifices eorum inſtan-
tiis annuere.

Filii quoque legitimi, & naturales eorum, qui
poſtea, Uxore defuncta, ad Cardinalatus apicem 110
evecti fuerunt, hujuſmodi gaudent Privilegio, &
ſic ſervatum fuit cum Filiis clar. mem. Cardinalis
Albitii, immo etiam cum Nepote ex Filia ejuſ- 111
dem Cardinalis ſub Pontificatu *Alexandri VII.* &
iterum ſub Pontificatu *Clementis IX.* Et in Taxa 112
Scriptorum Apoſtolicorum habetur, quod expe-
diunt *gratis* Filii, Fratres Germani, etiam natu-
rales, atque Patres, & Matres, necnon Nepo-
tes

Digitized by Google

tes tam ex Filiis, quam ex Fratribus, & Soro-
113 ribus Germanis Emorum Cardinalium; quodque
Fratres Patrueles eorundem Cardinalium non ex-
pediunt gratis, minuſque Patrui, licet alias quoad
Patruos fuerit dubitatum.

Prædicti Conſanguinei Cardinalium, qui Pri-
vilegio fruuntur expediendi gratis, eo gaudent
114 nedum in Proviſionibus Beneficiorum, ſed etiam
Eccleſiarum Cathedralium, necnon in Reſigna-
tionibus Beneficiorum, quæ ad eorum ſavorem
explentur, nullatenus tamen in aliis Gratiis, nem-
115 pe in Coadjutoriis, & in Reſervationibus Penſio-
num ſine cauſa. Hinc ſan. mem. *Innocentius XII.*
116 anno 1693. indulſit Mandatum expediendi gratis
Abbati *Petronia* Nepoti ex Sorore Cardinalis *Ner-
lii* pro Coadjutoria Canonicatus Baſilicæ Princi-
pia Apoſtolorum, cum clauſula, quod non poſſet
allegari *in exemplum*. Similem tamen gratiam de-
negavit Fratri Cardinalis *Spadæ* pro Coadjutoria
Dignitatis in Cathedrali Lucen.

Imperatores, Reges, & Principes Supremi, in-
117 ter quos numerantur *Dux Mantuæ, Parmæ, Mu-
tinæ &c.* eorumque Filii, non ſolum legitimi, ſed
etiam naturales; qui tamen geniti ſint ex Corpo-
re Principis Regnantis, gaudent Privilegio expe-
118 diendi *gratis*. Qui vero ex Corpore Principis Re-
gnantis progeniti non ſunt, etiam quod deſcen-
dant ex ſanguine Regio, quales ſunt Principes
Regii ſanguinis in Gallia, tali Privilegio non
fruuntur, niſi Summus Pontifex ex ſpeciali gra-
tia illud impertiatur, prout aliquando indulgeri
119 conſuevit, illudque ſan. mem. *Clemens XI.* con-
ceſſit Filio naturali Ducis *Aurelianenſis*, ſed cum
clauſula ex *gratia ſpeciali*.

Si tamen, Rege, vel Principe ſupplicante,
concedatur Gratia, quæ tendat non ad commo-
120 dum ipſius Principis, ſed ad commodum tertii,
utpote alicujus Eccleſiæ, vel Loci pii, tunc locus
non eſt Privilegio expediendi *gratis*, quia atten-
ditur Perſona, cujus commodo cedit, non autem
quæ ſupplicat, *Rot. deciſ. 285. n. 29. & 30. part. 9.
Recent.*

Nepotes, & Conſanguinei Regnantis Pontificis
121 gaudent Privilegio expediendi *gratis* quaſcumque
materias, etiam Officia venalia Datariæ, ſive ea
per Pontifices illis donentur, ſive emtionis titulo
acquirant.

Inter Papæ Familiares, *Cubicularii* Secreti pri-
122 vilegio fruuntur expediendi *gratis*, nedum pro-
viſiones Beneficiorum per obitum, ſed etiam per
Reſignationem, necnon Penſiones.

Cubicularii honoris, & Prælati Domeſtici ſimili
123 gaudent Privilegio in Proviſionibus Beneficiorum
per obitum tantum, non autem in Reſignationi-
bus, & Coadjutoriis.

124 *Buſſolantes* vero, necnon *Cantores* Cappellæ
Pontificiæ gaudent eodem Privilegio in Proviſio-
nibus per obitum, & Penſionibus, quæ eis a Pon-
tifice aſſignantur, non autem in Reſignationibus.

Filiis quoque Familiarium Papæ indulgeri con-
125 ſuevit Mandatum expediendi *gratis*, quando eo-
rum Patres eo perfrui non poſſunt, tamquam laici.

126 Conſanguineorum Pontificis *Familiaribus* im-
pertiri conſuevit Mandatum expediendi *gratis* in
Proviſionibus per obitum, etiam Cathedralium
Eccleſiarum, necnon in expeditione Penſionum,
quæ eis a Papa diſtribuuntur, non autem in Re-
ſignationibus Beneficiorum, quæ ad eorum favo-
rem explentur.

Officialibus Datariæ Privilegium competit ex-
127 pediendi gratis Literas Apoſtolicas, nedum ſuper
Proviſionibus Beneficiorum per obitum, Reſigna-
tionibus, ac Reſervationibus Penſionum, quæ eis
diſtribuuntur; verum & in emtionibus Officio-
rum vacabilium exemtione gaudent a ſolutione
Componendæ.

Inter Officiales Datariæ numeratur Auditor Da-
tarii pro tempore exiſtentis, non quia ejus Familia- 128
ris, ſed tanquam Reviſor Supplicum Libellorum,
qui Datario exhibentur pro Gratiis Proviſionum
de Beneficiis vacantibus per obitum, & Penſio-
num, quod munus ejus diligentiæ ſemper com-
mitti conſuevit; Sicque gaudet ſupradicto Privi-
legio expediendi *gratis*, etiam Officia venalia va-
cabilia abſque ſolutione Componendæ, prout ga-
viſi ſuimus Nos in emtione nonnullorum Officio-
rum, tempore, quo fungebamur munere Audito-
ris clar. mem. Cardinalis Panciatici Pro Datarii
ſan. mem. *Alexandri VIII.* & ſan. mem. *Innocen-
tii XII.* Eodemque Privilegio pariter gaviſus fuit
Nepos noſter *Nicolaus Rigantius* Auditor Emi,
& Rmi D. Cardinalis *de Gentilibus* SSmi Dni
Noſtri *Clementis XII.* Pro-Datarii emeritiſſimi,
in emtione Officii Militis pii, & expeditione Li-
terarum Apoſtolicarum ſuper Reſervatione non-
nullarum Penſionum, & Proviſione Beneficio-
rum aliquot ſimplicium. Familiaribus vero Data-
rii cæteroquin Privilegio expediendi *gratis* non 129
gaudentibus, ſolet Congregatio DD. Scriptorum
remittere Taxam, non tamen pro expeditione Of-
ficiorum, & Materiarum Conſiſtorialium.

Confidentiarii quoque Penſionum Hiſpaniæ, uti
Datariæ inſervientes, gaudent Privilegio expe- 130
diendi *gratis* non ſolum Penſiones eorum favore
reſervatas, ſed etiam Proviſiones Beneficiorum per
obitum, non tamen per Reſignationem.

Scriptores Apoſtolici, eorumque Parentes, So-
rores, Filii, Nepotes ex Fratre, ſeu Sorore Ger- 131
mana, Patrui, & Avunculi in quibuſcumque ma-
teriis etiam Conſiſtorialibus, & Officiis, Privi-
legio gaudent expediendi *gratis*, dummodo Gra-
tiæ ab ipſis obtentæ fuerint, poſtquam Scriptor 132
ad Officium Scriptoratus admiſſus extiterit. Alii
vero Scriptorum Conſanguinei, non tamen ultra 133
quartum gradum, exceptis Officiis, & materiis
Conſiſtorialibus, quaſcumque Gratias *gratis* pro
medietate expedire ſolent & pro altera medietate
Congreg. DD. Scriptorum exemptionis gratiam
eis indulget.

Jannizzeri vero, ſeu Apoſtolicarum Literarum
Sollicitatores gaudent pro eorum tantummodo Per- 134
ſonis Privilegio expediendi *gratis*, præter Offi-
cia, & materias Conſiſtoriales.

Theſaurarius Generalis Proviſiones omnes, etiam
Beneficiorum Conſiſtorialium, *gratis* expedire 135
ſolet. Sed *Clerici Cameræ Apoſtolicæ* licet priſcis
temporibus juxta Concordiam ab ipſis cum Colle- 136
gio DD Scriptorum Apoſtolicorum initam, hujuſ-
modi Privilegio gauderent, nihilominus, poſt-
quam ſa. me. *Innocentius XII.* venalitatem Clerica-
tuum Cameræ ſuppreſſit, eo amplius non fruuntur.

Secretarii Sacrarum Congregationum, Epiſco-
porum nempe, & Regularium, Concilii Triden- 137
tini, Rituum, Bonii Regiminis, & ſimilium *Nun-
tii Apoſtolici, Sac. Rotæ Romanæ Auditores*, &
Prothonotarii Apoſtolici de numero participantium,
gaudent Privilegio expediendi *gratis*, etiam Be-
neficiorum proviſiones per Reſignationem.

Abbreviatoribus itidem de Parco majori, nec-
non *Abbreviatoribus* de minori Præſidentia, eo- 138
rumque Parentibus, & Conſanguineis Privilegium
competit quaſcumque Gratias expediendi *gratis*,
eo prorſus modo, quo dictum eſt de Parentibus,
& Conſanguineis Scriptorum Apoſtolicorum.

Familiares quoque Cardinalis Vice Cancellarii
139 Privilegio gaudent expediendi *gratis*, præter Ma-
terias Conſiſtoriales, & Officia, dummodo tamen
Cardinalis ipſe præſens ſit in Curia; eo vero ab-
ſente, dicto Privilegio fruuntur octo Familiares
Regentis Cancellariæ.

140 Pro *Familiaribus* vero Scriptorum, nec non
pro Subſtitutis DD. *Abbreviatorum* de Majori
Præſidentia ſupplicatur Congregationi DD. Scrip-
torum pro relaxatione Taxæ, eaque indulgeri ſo-
let, præterquam pro expeditione Officiorum, &
materiarum Conſiſtorialium.

141 Oratores Principum apud S. Sedem Privilegio
itidem gaudent expediendi *gratis* pro ſe, fratribus,
& nepotibus, pluriesque etiam DD. *Reſidentibus*
142 Ducis Sabaudiæ pro ſemetipſis tantummodo Man-
datum expediendi *gratis* fuit conceſſum. Exemtio-
143 ne vero præfata Oratores Principum non gaudent
in proviſionibus Beneficiorum, quæ fiunt in Con-
ſiſtorio, *Card. de Luc. de Offic. cap.* 2. *n.* 8.

144 *Pro-Reges*, *&* *Gubernatores* Provinciarum Regis
Catholici Privilegio expediendi *gratis* non gau-
dent, niſi Papa illud ex gratia ſpeciali indulgeat.

145 *Conclaviſtis*, *&* *Dapiferis* Mandatum indulge-
tur expediendi *gratis*, Proviſiones Beneficiorum
tam per obitum, quam per reſignationem vacan-
tium, nec non Penſiones etiam ſine cauſa reſerva-
tas ad eorum ſavorem. Verum hujuſmodi non
gaudent Privilegio, niſi pro unica tantum vice,
idest pro unica expeditione, & dummodo hæc non
ſit ſuper proviſione Eccleſiarum Cathedralium;
Unde teſtatur *Armindus Riccius*, Abati *Spinuc-
cio*, qui fuerat Conclaviſta clar. mem. Cardina-
lis *Acquaviva*, promoto ad Eccleſiam *Pennen.*
anno 1668. fuiſſe conceſſum mandatum expedien-
di gratis pro retentione Beneficiorum ſimplicium,
non pro Epiſcopatus Proviſione, & hoc idem
prius ſervatum cum aliis Conclaviſtis ad Eccle-
ſias Cathedrales promotis.

146 *Officiales* Tribunalis Sacræ Inquiſitionis Urbis
etiam *Conſultores*, gaudent Privilegio expediendi
gratis etiam proviſiones Eccleſiarum Cathedra-
lium. Et ſa. me. *Urbanus VIII.* Decreto edito ſub
die 9. *Januarii* 1631. mandavit hujuſmodi privi-
147 legio frui quoque debere Notarios, & Subſtitu-
tos ejuſdem Tribunalis.

Pro Inquiſitoribus etiam Generalibus Provincia-
148 rum, Civitatum, & Locorum univerſi Orbis, fa-
ciendas eſſe gratis Literarum expeditiones, ſanci-
tum fuit Decreto ſa. me. *Sixti V.* edito 19. *Mar-
tii* 1587. confirmato per ſan. mem. *Clementem VIII.*
die 7. *Septembris* 1595. Et in ſuis Notis M. S. te-
149 ſtatur bo. me. *Armindus Riccius*, *Urbanum VIII.*
anno 1642. indulſiſſe mandatum expediendi gra-
tis N. N. *Ricciulla* electo Archiepiſcopo *Conſenti-
no*, uti Miniſtro Tribunalis Sanctiſſimæ Inquiſitio-
nis in Civitate Neapolis. Et anno 1663. ſan. mem.
Alexandrum VII. ſimilem gratiam conceſſiſſe Fra-
tri *Ambroſio Fracaſſino* Inquiſitori Veneto electo
Epiſcopo *Polen.* Itidemque ſan. mem. *Clementem
IX.* pari ſavore proſequutum fuiſſe *Alexandrum
Creſcentium* Epiſcopum *Bituntinum*, & Inquiſito-
rem Generalem in Civitate Neapolitana pro Pen-
ſione ſcutor. 700. monetæ ad ejus ſavorem reſer-
vata ſuper fructibus Epiſcopatus *Bituntini* ab ipſo
libere dimiſſi, necnon *Joannem Everardum Ni-
thardo* Societatis Jeſu Inquiſitorem generalem Hiſ-
paniarum ſuper diverſis penſionibus Ducatorum
decem millium monetæ illarum partium, ad quas
fuerat nominatus a Rege Catholico.

150 *Barones Romani* pluries priſcis temporibus præ-
tenſionem excitarunt gaudendi Privilegio expe-
diendi *gratis*; Sed eorum inſtantia ſemper rejecta
fuit. Licet aliquando Pontifices illud indulſerint
ex gratia ſpeciali. Hinc bon. mem. *Armindus Ric-
cius* adnotatum reliquit, quod *Ægidius Columna*
Archiepiſcopus *Amaſia* in expeditione cujuſdam
Abatiæ Diœceſis *Catanien.* in Sicilia, ad quam a
Rege Catholico fuerat nominatus, inſtetit anno
1666. ſibi indulgeri Mandatum expediendi gratis
a ſan. mem. Alexandro VII. aſſerens, plura adeſſe
ſimilia exempla favore Perſonarum de Magnatitiis
Domibus *Columna*, *Urſina*, & *Cajetana*; Sed iis
recognitis, agnitum fuit, quod emanaverant pro
Fratribus, aut Nepotibus Cardinalium, & am-
plius compertum, quod ab iis de Domo *Cajetana*
ſoluta fuerat Componenda, quando in eo Domo
non aderant Cardinales; Eaque propter laudatus
Pontifex *Alexander* Mandatum expediendi gratis
Archiepiſcopo præfato denegavit, qui proinde in
expeditione Abatiæ ſequuta de menſe Januario
1667. Componendam perſolvit.

Poſtremo *gratis* expediuntur Literæ Apoſtolicæ
ſuper quibuſcumque Gratiis in Regno Hyberniæ,
ex traditione, quæ invaluit a tempore S. Pii V. 151
&, ut dicunt, ex quodam ejus *Motu proprio*, qui
tamen non reperitur, *Amayden. de Stylo Datariæ
cap.* 18. *n.* 47.

Similiter Diſpenſationes matrimoniales pro mi-
ſerabilibus Perſonis, quæ tranſeunt per Cancella-
riam, in *tertio* nempe, in *ſecundo*, & *tertio*, etiam 152
duplicatis gradibus, ac ſuper *Cognatione ſpirituali*,
expediuntur *gratis* cum fide tamen Paupertatis exa-
rata ab Ordinario. Diſpenſationes vero matrimo-
niales pro Perſonis hujuſmodi in *quarto*, ac *ter-
tio*, & *quarto* gradibus, quæ expediuntur per Of-
ficium Minoris Gratiæ, *gratis* non expediuntur,
ſed taxantur de ſtylo Sac. Pœnitentiariæ.

Penſiones itidem Palatinæ reſervatæ pro per-
ſona nominanda, quatenus tamen ad eas poſtea 153
nominentur *Palatini* exemti, *gratis* expediuntur;
Quod ſi Penſiones præfatæ diſtribuantur Perſonis
non exemtis, a ſolutione Componendæ immunes
non ſunt.

Et tandem expediuntur *gratis* Literæ Apoſto- 154
licæ ſuper quibuſcumque Gratiis ad placitum Pon-
tificis, quando ei lubet ex gratia ſpeciali Manda-
tum indulgere.

Hæc quoad primam Regulæ partem. In ſecun-
da vero, quæ incipit -- *Etſi Literæ ipſæ* -- decer- 155
nitur, quod ſi Literæ Apoſtolicæ per *præoccupa-
tionem*, vel alias minus bene expeditæ comperian-
tur, ad illorum, quorum intereſt inſtantiam, ad
Cancellariam Apoſtolicam remitti poterunt, ut ad
formam debitam per ejus Officiales reducantur. 156
Quid autem ſibi velit verbum illud per *præoccu-
pationem* non intelligit *Amayden. de Stylo Data-
riæ cap.* 10. *numer.* 8. ac rejecta interpretatione,
quam ei tribuunt, *Mandoſ. & Kochier*, nempe
quando per præoccupatam Gratiam, vel ſavorem,
Literæ non bene expeditæ fuerint, concludit,
quod dici poſſunt Literæ per *præoccupationem* ex-
peditæ, quando propter nimiam feſtinationem ali-
quid neceſſarium omittitur, quod poſtea ſuper-
venit prius non cogitatum, & conferunt *Text. in
Capit. Ex parte, de appell. Monach. & Cap. Si
aliquando* 41. *de Sentent. Excommunicat.*

Duo autem ex hac Regulæ diſpoſitione notan-
tur caſus, in quibus Literæ remitti debent ad cor-
rigendum, nempe, vel quando illæ diſcordant a 157
Supplicatione in ſubſtantia, & diverſitas eſt in-
conciliabilis, vel quando minus recte expeditæ re-
periuntur, nam utroque caſu Exequutores debent 158
abſtinere ab exequutione, & eas remittere ad
Cancel-

Cancellariam pro correctione, & cohærenter ad
Regulæ diſpoſitionem tradunt *Paeiſ. de Reſignat.*
lib. 8. *quæſt.* 7. *numer.* 180. *Amayden. de Styla*
Datae. lib. 1. *cap.* 10. *numer.* 51. *& ſeqq. & ſub*
numer. 12. *& cap.* 32. *ſub n.*76. *Kachier ad banc*
Regul. numer. 49. *Lotter. de Re Beneficiar. lib.*3.
quæſt. 2. *numer.* 27. *&* 48. *Marebeſan. de Commiſſ.*
part. 1. *fol.* 490. *numer.* 29. *Fagnan. in Cap. Conſcientia numer.* 7. *de Crimin. falſ. Roſ. de Execut.*
Liter. Apoſtalicar. part. 1. *cap.* 9. *numer.* 1. *&* 32.
Rota in Colonien. Vicariæ 16. *Junii* 1680. *&* 13.
Junii 1681. *§. final. coram Randanina, &* 2. *Martii* 1682. *§. Fruſtra, &* 26. *Junii ejuſdem anni*
coram Hervanlt, in quarum Deciſionum thema-
159 te agebatur de eo, qui expreſſit *Rectariam*, quæ
ab alio poſſidebatur, cum exprimere debuiſſet *Vicariam*, & in *Celſonen. Penſionis* 3. *Februarii* 1685.
§. final. coe. clar. mem. Card. Caccia n. 24.

Ad dignoſcendum vero diſcrepantiam inter Li-
160 teras, & Supplicationem ſatis non eſt, quod, facta inter eas collatione diverſitas reſultet ex pluribus, vel paucioribus verbis, vel ex diverſis immutatis clauſulis, ſed requiritur, quod adſit variatio in ſubſtantialibus, vel in aliis, præter ſtylum ab Abbreviatoribus ſervari ſolitum, ut ait
Quæſad. ad banc Regul. §. final. Licet non deſint
161 caſus, quod etiamſi ſenſus ſit idem, attamen ob diverſitatem verborum, quæ plores ſenſus habere poſſunt, mitti debeant ad corrigendum, quos caſus poſt *Mandoſium* perpendit *Amayden. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 12.

Repoſitum eſt (data diſcrepantia inter Literas, & Supplicationem) arbitrio Judicis, ſeu Exe-
162 quutoria eaſdem Literas pro correctione remittere ad Cancellariam, nec adſtringitur vigore hujus Regulæ, quæ utitur verbis -- *remitti poterunt* -- & verbis -- *ad illorum, quorum intereſt inſtan-*
163 *tiam* - & proinde, aut agitur de diſcordia inconciliabili, & tunc remittendæ ſunt ad corrigendum, & talis erat caſus dictæ Deciſionis *Celſonen. Præpoſituræ coram Caccia*, ubi diſcordantia erat inconciliabilis, quia in Supplicatione agebatur de Penſione temporali, in Literis vero de Penſione
164 perpetua. Aut conciliabilis eſt, vel error deprehenditur, & tunc non eſt neceſſaria remiſſio, ſed, exhibita Supplicatione, ſalvantur Literæ, & earum expeditio, & ſecundum dictam Supplicationem judicatur, cum hæ duæ ſcripturæ conſiderentur, tanquam *unum quid* ad faciendam unicam probationem, *Lotter. de Re Benefic. dict. lib.*3. *quæſtion* 2. *n.* 38. *& ſeqq. Rot. de Executor. Liter. dict. cap.* 9. *numer.* 2. Et ſecundum hanc diſtinctionem procedunt ea, quæ tradit *Amayden. dict. cap.* 32. *ſub n.*76.

Non ſolum autem Exequutor Literas non bene expeditas poteſt remittere ad Cancellariam pro
165 correctione, ſed & Datarius mandare poteſt, ut Literæ ipſæ reportentur ad corrigendum, quando in ſupplicatione, aut in eiſdem Literis erratum fuit, & interim Exequutoribus inhibere, ne ad earum exequutionem procedant, itaut quidquid
166 in ſpretum hujuſmodi decreti geſtum fuerit, veniat tanquam attentatum revocandum, ut in *deciſ.* 379. *numer.* 1. *& ſeqq. & deciſ.* 380. *num.*6. *part.* 18. *Recent. Rot. de Executor. Literar. Apoſtolicar. in addit. ad cap.* 9. *numer.* 1. & ita pluries ſervari vidimus, ac diximus in *Commentar. in Regul. XXI.* Prout etiam Literis non expedi-
167 tis, & adhuc in Cancellaria exiſtentibus, poteſt Datarius injungere D. *Regenti*, ut Supplicationes, ſeu Literas retineat, ex relatis per *Roſ. de Executor. dict. cap.* 9. *n.* 10. *& ſeqq.*

Ubi vero locus eſt Literarum correctioni,
iſta ad diem Gratiæ retrotrahitur, nec exinde 168
ullum infertur Colligitanti præjudicium, *Rota in Colonien. Vicariæ* 26. *Junii* 1682. *coram Hervault.*
Imo quandoque nova Supplicatio ſignatur ex *in-* 169
tegra vigore Gratiæ, *cui prius*, & habetur acſi ſecunda illa ſignatura eſſet prima, tuncque Literæ ad tenorem hujus ſecundæ Supplicationis cum eadem Data expediuntur, *Amayd. de Styl. Datar. lib.* 1. *cap.* 10. *numer.* 6. *Roſ. de Execut. part.* 1. *cap.* 6. *numer.* 39. Et dicemus infra in *Commentar. in Regul. XLIV.* Et extat notabilis Deciſio Rotæ in *Neritonen. Beneficii* 8. *Junii* 1682. *co-*
ram Urſino. Caſus erat, quod unus ex Colliti- 170
gantibus Supplicationem exhibuit pro obtinenda Proviſione Beneficii de Jurepatronatus laicali cum derogatione medietati vocum Patronalium, facta expreſſione, quod obtinebat quatuor Beneficia, dictæque Supplicationi appoſita fuit *præſentata diei* 12. *Decembris* 1680. Alter vero Collitigans ſimilem exhibuit Supplicationem, & obtinuit *præſentatam* ſub *die* 3. *Januarii* 1681. Contigit ex incuria Expeditoris, quod prima Supplicatio datata fuit, non ſub die *præſentatæ*, hoc eſt 12. *Decembris*, ſed *die* 14. *Januarii* 1681. ac in ea omiſſum unum ex quatuor Beneficiis, & ſucceſſive ſub eadem data Literæ expeditæ fuerunt, ob quam Expeditoris incuriam ille, qui magis diligens fuerat ad porrigendam Supplicationem, & obtinendam priorem *præſentatam*, valde præjudicatus remanebat. Mandavit Datarius, quod nova exhiberetur Supplicatio omnino conformis primæ, quodque ei apponeretur de novo *præſentata* ſub *die* 12. *Decembris* 1680. quæ fuerat in prima appoſita, quodque ſub eadem priori Data expedirentur novæ Literæ, & adderetur expreſſio quarti Beneficii, facta quidem in Supplicatione, ſed omiſſa in prioribus Literis, His facti circumſtantiis attentis reſolvit *Rota*, quod, cum hæc omnia geſta fuerint de conſenſu, & mandato Datarii, qui in hac materia ampliſſimis pollet facultatibus, utique novæ Literæ expeditæ habentes *Datam* anteriorem erant verificatæ, & validæ, ac ſuam anterioritatem deſumebant a die, qua fuit præſentata prima Supplicatio, itaut ſucceſſiva regiſtratio, & novarum Literarum expeditio, cenſeatur ineſſe eidem Gratiæ uſque ab initio, tanquam actus cum antecedenti coaleſcens, & individuus, ut in dicta *Neritanen. §. Equidem cum ſeqq.*

Non obſtare dicebatur, quod correctio eſſet præjudicialis alteri Colligitanti, qui medio tempore Literas expediverat, earumque etiam obtinuerat exequutionem, unde ratione juris ipſi medio tempore quæſiti, Literarum correctioni locus amplius eſſe non poterat ex relatis in dicta *Ne-*
ritonen. §. Ex qua. Fuit enim reſponſum, quod 171
id procederet, ſi Literæ Apoſtolicæ expeditæ ad ſavorem primi Impetrantis ex integro correctæ fuiſſent cum additione alterius novi Beneficii, & retrotractæ ad tempus *præſentatæ* appoſitæ Supplicationi, quæ vere fuiſſet nulla ab initio, hoc enim caſu propter jus alteri medio tempore quæſitum, correctio *Datæ*, & additio Beneficii fieri non potuiſſet; At ſecus eſt, quoties novæ Literæ fuerunt expeditæ vigore Gratiæ ab initio validæ, & per ſolam ſignaturam perfectæ, cum tali caſu tam regiſtratio, quam ſubſequens Literarum expeditio attribuatur i. ſi principio Gratiæ conceſſæ de tempore *præſentatæ* appoſitæ Supplicationi, & proinde ceſſant termini retrotractionis, & correctionis, ut poſt *Coccin. deciſ.* 1769.

numer.

numer. 7. & pluribus ſeqq. proſequitur *Rota in di-*
cta Neritanen. Beneficii 8. *Junii* 1682. *§. Ex qua*,
& §. Sequenti cor. Urſino.
Fieri itidem poteſt correctio Literarum in ea
172 parte. qua diſcrepant a Supplicatione, etiam pen-
dente lite, & parte non citata, quia ſi fieri po-
teſt parte invita, multo magis ea abſente, & igno-
rante, *Rebuff. in Prax. citat. de Reformat. & Cor-
rect. Bullar. numer.* 8. *Pariſ. de Reſignat. lib.* 8.
quæſt. 7. *n.* 182. *&* 184. *Kachier ad hanc Regul.
numer.* 40. *Rota caram Capuaquen. deciſ.* 57. *nu-
mer.* 3. *part.* 2. *in Calonien. Vicariæ* 26. *Junii* 1680.
& 13. *Junii* 1681. *utrabique §. final. caram Ron-
dinino.*
An autem debeat fieri correctio, ſi tam Sup-
173 plicatio, quam Literæ reſignationis, ſeu permu-
tationis differant a mandato? quæſtionem exami-
nant, *Mandaſ. ad hanc Regulam quæſt.* 24. ubi di-
verſas refert opiniones, *Amayden. de Stylo Datar.
lib.* 1. *cap* 10. *quæſt.* 9. *Roſa de Execut. Liter. A-
poſtolic. part.* 1. *quæſt.* 15. *n.* 27. *& cap.* 32. *n.* 76.
& num. 83. *& ſeqq.* ubi, licet ſequatur Senten-
tiam affirmativam, nempe Literas, & Supplica-
174 tionem eſſe corrigendas ad formam mandati; at-
tamen *Ego* cum *Mandoſio* in ultima *quæſtione* cen-
ſeo, quod vigore hujus Regulæ non poteſt fieri
correctio, cum caſus hic ſit in ea omiſſus; Agi-
tur enim in Regula, quando Literæ a Supplica-
tione diſcordant, non autem quando Supplicatio
eſt difformis a mandato, unde remanet hic caſus
ſub juris communis diſpoſitione, & cadit ſub ea
inſpectione, an ſit valida Reſignatio, ubi non fuit
ſervata forma mandati, de qua agemus in *Com-
mentariis ad Regul. XLV.* & quod *forſan* tali caſu
non poteſt obtineri correctio, ait *Rota deciſ.* 11.
numer. 15. *part.* 11. *Recentior.* Singularis tamen
eſt caſus *Deciſianis* 281. *cor. Achill. de Graſſ.* in
quo, etſi Literæ concordarent cum Supplicatione,
nihilominua remiſſæ fuerunt ad corrigendum ob
errorem Notarii, qui extendit conſenſum, non
juxta formam Mandatorum, uti debebat, ſed Sup-
plicationis.
Per quos Officiales, & quomodo fiat Litera-
175 rum correctio, late tradunt *Roſa de Execut. Lite-
rar. Apoſtolicar. part.* 1. *cap.* 9. *numer.* 5. *& ſeqq.
Amayden. de Stylo Datar. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 2. *Cor-
rad. in Prax. diſpenſat. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 22. *& ſeqq.*
quos in caſus contingentia conſule, & de *Vice-
Cancellaria*, *& Regente* Cancellariam, ſermonem
habebimus in *Comment. in Regul. LXXII.* Con-
cordant tamen in hoc omnes mox laudati *Docto-
res*, quod ubi agitur de erroribus, qui dicuntur 176
Cancellariæ correctio fieri debeat *gratis*, & abſ-
que Partium diſpendio, expenſis tamen illius Ab-
breviatoris, cui fuit diſtributa Bulla ad judican-
dum, an eſſet conformis Supplicationi, *Amay-
den. ubi ſupra numer.* 2. *&* 3. *Corrad. numer.* 27.
Rota numer. 18. *Kochier ad hanc Regulam ſub
n.* 40. & loquendo de *Abbreviatoribus*, quorum
culpa Literæ ſunt reſcribendæ, decrevit Martinus
V. apud *Ciampin. de Origine Abbreviat. pag.* 16.
§. Item, quod dicti Abbreviatores, necnon Euge-
nius IV. in alia Conſtitutione penes eundem Ciam-
pinum *pagin.* 20. *§.* 13. & Joannes XXII. *in Ex-
travagant. Cum ad Sacros verſic. Ad hæc, de Sen-
tent. Excommunicat.* Sed in praxi id vix ſervatur. 177
Cumque correctio fiat per Literarum earun-
dem raſuram, ſequitur, quod non poſſint illæ re- 178
dargui de falſo, nec poſſit Exequutor retardare
earundem Literarum executionem ſub prætextu,
quod raſura in eis cognoſcatur, & aliquid etiam
diverſo atramento, & charactere immutatum; id
enim Cancellaria paſſim permittit ob ingentem ne-
gotiorum multitudinem *Partibus ipſis* ante plum- 179
bationem, poſt illam vero, non aliter, quam au-
ctoritate Domini Regentis, *Corrad. in Prax. Di-
ſpenſat. lib.* 7. *cap.* 7. *n.* 77. *& ſeqq. Roſa de Exe-
cut. part.* 1. *cap.* 9. *n.* 35. Secluſo vero hujuſmodi
ſtylo Cancellariæ, meo quidem judicio parum lau-
dabili, & ſeveritate aliqua eliminando, de jure
communi, raſuræ, quæ non ſunt factæ a publico 180
Officiali, tunc non vitiant Literas, quando agitur
de modica raſura, & paucarum Literarum, &
abraſio non eſt ſcripta manu diverſa in loco non
ſuſpecto, ut per *Text. in Cap. Ex conſcientia, de
Crimin. falſi*, late probat *Fagnan.* ibidem præci-
pue a *n.* 6. *cum ſeqq.* & dicemus infra in *Commen-
tar. ad Regulam LXXII.*

REGULA XXVIII.

De Regulis Cancellariæ producendis.

ITem attendens Dominus Noſter Papa, quod ſuper habendis de Cancellaria Apoſtolica Regulis, & Conſtitutionibus inibi deſcriptis faciliter per eos, qui in Romana Curia indiguerint, ad ipſam Cancellariam recurſus dirigi poteſt, nec conſultum foret, quod ſuper earumdem Regularum, & Conſtitutionum (quæ juxta varietatem concurrentium cauſarum, & negociorum aliquoties immutari convenit) probando tenore, vel effectu, teſtium, plerumque tenacem deſuper memoriam non habentium depoſitionibus ſtari deberet, voluit, ſtatuit, & ordinavit, quod deinceps quilibet ex Auditoribus Cauſarum Palatii Apoſtolici, & aliis (etiamſi S. R. E. Cardinales) in ipſa Curia pro tempore deputatis Auctoritate Apoſtolica Judicibus, etiam in Cauſis actu pendentibus ſuper hujuſmo-

hujuſmodi tenore, vel effectu probando, dumtaxat ſtet, fidemque adhibeat Cedulæ, vel Scripturæ deſuper a duobus Majoris Præſidentiæ, quod danda ſit a tergo ſignatæ, & etiam a duobus aliis Literarum Apoſtolicarum Abbreviatoribus in ipſa Cancellaria auſcultatæ, & Vice-Cancellarii, ſeu dictam Cancellariam Regentis manu ſubſcriptæ, ut moris eſt, quidquid autem ſecus fieri contingeret, nullius ſit roboris, vel momenti.

ARGUMENTUM
PATET EX SUMMARIO.

SUMMARIUM.

1 *Cancellariæ Regulæ, ſi in judicium producantur, ut fidem faciant, requiritur, quod ſuper iis fiat Cedula, quæ ſit a duobus Abbreviatoribus de Parco majori ſignata, a duobus Literarum Apoſtolicarum Abbreviatoribus auſcultata, & Vice-Cancellarii, ſeu Regentis manu ſubſcripta.*

2 *Traditur ratio hujuſmodi diſpoſitionis.*

3 *Forma a Regula præſcripta locum ſibi vindicat, ubi Regulæ producendæ ſunt in Curia.*

4 *Si Regulæ producendæ ſint extra Curiam, expediuntur Literæ Apoſtolicæ ſub Plumbo, in quibus earum tenor inſeritur.*

5 *Exſcribitur formula hujuſmodi Literarum.*

6 *Regula procedit ſolum reſpectu earum Cancellariæ Regularum, quæ ſunt* de Dandis, *ſecus in illis, quæ non ſunt* de Dandis. & n. 8.

7 *Explicatur, quæ Regulæ non ſunt* de Dandis, *& quæ* de Dandis. & n. 8.

9 *Regulæ* de Dandis *produci debent, quamvis notæ ſint, & a multis annis promulgari ſolitæ.*

10 *Regula hæc XXVIII. hodie ſuperflua eſt, & de ratione.*

11 *Prodit de tempore, quo adhuc adinventa non erat Ars imprimendi.*

12 *Et quo tempore Ars hujuſmodi adinventa fuit?*

1 TRaditur in hac Regula forma, qua debeant Cancellariæ Regulæ produci, ad hoc, ut eis fides integra adhibeatur in Judicio; nempe, quod ſuper ea Regula fiat Cedula, ſeu Scriptura a duobus Abbreviatoribus de Parco Majori ſignata, a duobus Literarum Apoſtolicarum Abbreviatoribus auſcultata, & Vice-Cancellarii, ſeu Regentis manu ſubſcripta, ut moris eſt; Et adſunt duæ Conſtitutiones altera *Martini V.* altera vero *Eugenii IV.* quas refert per extenſum *bo. me. Ciampinus de Orig. Abbreviat. pag.* 12. *§.* 9. *& pag.* 14. *§.* 6. *&* 7.

Ratio ita diſponendi ea fuit, quod, cum Re-
2 gulæ Cancellariæ pro varietate temporum, & negociorum mutentur, ideo, ne contingeret ſuper iſta diverſitate dubitari, & recurri ad Teſtium depoſitiones, tenacem, ut plurimum, memoriam non habentium, hinc ſancitum fuit, eas nullam fidem facere, niſi authentice ex fonte Cancellariæ, ſervata certa forma, educerentur, *Gomeſ. in Proœm. Regul. Quæſt.* 2. *§. penultim. Sot. hic n.* 1. *Kochier. n.* 13. Adeout, ſi hoc modo non ſint productæ, Sententia lata contra Regularum tenorem de nullitatis vitio notari non poſſit, *Sot. hic n.* 4. *Kochier. numer.* 18. *Gomeſ. loco cit. quæſt.* 2. *§. penultim. Quaſad. in hanc Regul. in princip.*

Locum ſibi vindicat hæc forma a Regula præ-
3 ſcripta, ubi Regulæ producendæ ſunt in Curia, quemadmodum patet ex illius tenore, & tradunt *Gomeſ. Sot. Kochier* locis citatis, *& Mandoſ. in hanc Regul. quæſt.* 3. *per tot.* Extra vero Curiam
requiritur Supplicatio a Papa ſignata, & expe- 4
diuntur Litteræ Apoſtolicæ *ſub Plumbo* more aliarum Bullarum, ut teſtantur mox laudati Doctores. Formulam dictarum Literarum ponit *Hieronymus Paulus* in ſua Praxi Cancellariæ impreſſa poſt *Rebuff. in Prax. Beneficiar. pag. mihi* 583. *§. Regulæ Cancellariæ Papa viventis*, quem ad hunc propoſitum commendat *Gomeſ. in Proœm. Regul. quæſt.* 2. *§. final.* Nos eamdem formulam exhibemus eo modo, quo vidimus uſitari.

„ Innocentius &c. Ad futuram rei memoriam. 5
„ Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dile-
„ cti filii Didaci Monjonell laici Barchinonen. Ci-
„ vitatis vel Diœceſis in Romana Curia præſen-
„ tis petitio continebat quod quidam Clericus ſeu
„ Presbyter illarum partium pro jurium ſuorum
„ conſervatione & defenſione indiget duabus ex
„ Regulis alias per Nos in craſtinum noſtræ aſ-
„ ſumtionis ad Summi Apoſtolatus apicem vide-
„ licet die tertia decima menſis Julii anno Incar-
„ nationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo nona-
„ geſimo primo ac die vigeſima prima ejuſdem
„ menſis in Cancellaria Apoſtolica publicatis quas
„ noſtro tempore durare voluimus propterea Nos
„ illas ad ipſius Didaci inſtantiam præſentibus ad-
„ notari fecimus quarum tenor &c. (*hic inſere-*
„ *bantur tenores duarum Regularum*) Ceterum
„ ut earumdem Regularum tenores præſati ſic in-
„ ſerti omnimodam rei ſeu facti certitudinem fa-
„ ciant volumus & Apoſtolica Auctoritate decer-
„ nimus quod idem robur eumdemque vigorem
„ tenores præſati per omnia habeant quæ habe-
„ rent originales Regulæ ſupradictæ & eadem
„ prorſus eiſdem originalibus Literis ſtaretur ſi fo-
„ rent exhibitæ vel extenſæ. Nulli ergo &c.
„ Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno
„ Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſi-
„ mo nonageſimo ſeptimo Nonis Aprilis Ponti-
„ ficatus Noſtri Anno Sexto.

Similiter Regula procedit, non reſpectu om-
nium Cancellariæ Regularum, ſed earum dum- 6
taxat, quæ ſunt *de Dandis*: Ut enim diſtinguit *Gomeſ. dict. quæſt.* 2. *§. final.* Regulæ aliæ non
ſunt *de Dandis*, quæ nempe non ſolent partibus 7
petentibus dari, ſeu concedi, quia reſpiciunt ſolam expeditionem Literarum in Curia faciendam, ſoliſque Officialibus, ac Expeditoribus inſerviunt, & quoad iſtas locum ſibi non vindicat diſpoſitio Regulæ, nec opus eſt eas in Actis producere, ut decrevit *Eugenius IV.* in dicta Conſtitut. impreſſ. apud *Ciampin. de Orig. Abbreviat. pag.* 19. *§.* 8. *in fine*, ibi -- *Conſtitutiones vero modum expeditionum Literarum dumtaxat concernentes, cuiquam dicto modo concedi omnino prohibemus.* Aliæ ve-
ro Regulæ ſunt *de Dandis*, prout ſunt fere omnes 8
Regulæ Judiciales, quæ ſunt munitæ Decreto *irritanti*, & in iſtis procedit diſpoſitio Regulæ; Debent enim Regulæ præfatæ produci, ad hoc, ut fidem faciant, *Mandoſ. in hanc Regul. quæſt.* 2. *& numer.* 4. ubi etiam, ſi ſint notæ, & a multis annis

9 annis promulgari ſolitæ, *Sot. ibidem numer. 3. & Kochier n. 14. & ſeqq. Wagnarec in Jus Canon. lib. 3. Decret. tit. 5. de Prabend. & Regul. Cancell. in Regul. 28. pag. 520. Tondut. de Penſion. cap. 41. n. 40.*

10 Ceterum ſuperflua hodie hæc Regula videtur, cum omnes Regulæ Romæ imprimantur in præſentia Principis, ac ideo non præſumitur aliquid coram eo fraudulenter factum, *Wagnarec ubi ſupra §. final.* Proindeque tanquam notoriæ, nec in Curia modo ſupradicto, nec extra Curiam neceſſe eſt, quod per Literas ſub Plumbo in Judicio producantur, ut reſolvit *Senatus Sabaudiæ* Teſte *Fabr. in Cod. lib. 4. tit. 14. definit.* 15. ibi -- *Qui veteres Romana Curiæ Regulas allegat, non eſt arctandus, ut eas, ſub Plumbo, quod ajunt, exhibeat, quia ſunt notoria Senatui, qui ſecundum eas tam ſæpe pronunciavit, ut earum aut fides, aut ſubſtantia in dubium revocari non poſſit. Nec, quod in ſingula luſtra mutari poſſint, quicquam facit, cum non eo minus obſervari videamus, ut ſint perpetuæ. Itaque, qui correctas, aut immutatas dicit, id ipſum probare debebit, & numer.* 1. rationem aſſignat, quia nempe Regulæ Cancellariæ ſunt Conſtitutiones generales, quas nec ignorare cuiquam, nec diſſimulare permittitur, *Kochier in hanc Regulam num.* 18. *Tondut. de Penſ. dict. cap. 41. numer.* 41. ubi ait, quod ſpatio annorum ſexaginta, quibus in Fori negociis verſatus fuit, nunquam oppoſitum vidit de defectu productionis Regularum Cancellariæ, prout & Nos ſolum teſtari poſſumus de *praxi Curiæ*, dum ſemper in ea vidimus libro Regularum in Typographia Reverendæ Cameræ impreſſo, fidem præſtari abſque neceſſitate producendi Regulas; Et
merito, quia Regula hæc emanavit tempore, quo 11
nondum imprimendi ars inventa fuerat, quæque
primum *Moguntia* exerceri cæpit anno 1440. vel 12
ſecundum alios 1445. aut anno 1458. ut ait *Hermes in Faſcicul. Jur. public. cap. 37. numer.* 201. *pag.* 592. Unde neceſſaria erat productio Regularum, ne ſtaretur ſimplici depoſitioni Teſtium, plerumque ſuper eorum tenore memoriam non habentium.

REGULA XXIX.

De ſubrogandis Collitigantibus.

ITem D. N. cupiens Litium ſuccidere anfractus, & ne novi Collitigantibus Adverſarii dentur, providere, voluit, ſtatuit, & ordinavit, quod quoties deinceps aliquem ſuper quovis Beneficio Eccleſiaſtico Collitigantem in Jure, vel ad Jus, ſi quod forſan ejus Adverſario in dicto Beneficio competierit, ſubrogari contigerit (dummodo prædictus Collitigans in dicto Beneficio intruſus non fuerit, nec ſuper eo contra dictum Adverſarium, poſtquam illud per triennium pacifice poſſederit lis tunc mota fuerit) aliorum quorumlibet de præmiſſo Jure, ſive tunc vacet, vel cum vacaverit, impetrationes, vel conceſſiones, etiam Motu proprio infra Menſem ante conceſſionem hujuſmodi factæ nullius ſint roboris, vel momenti. Et nihilominus cupiens eorum fraudibus obviare, qui viventium Beneficia, illorum præſertim, quibus, aut propter ſenium, aut propter infirmitatem immineret vitæ periculum, impetrant, ut, illis decedentibus, tamquam Collitigantibus, in eorum Juribus facilius ſubrogentur; Voluit, ut deinceps nullus in Jure, vel ad Jus in Beneficio defuncti, quod, illo vivente, in caſibus ſimilibus impetraverit, aliquo modo ſubrogetur, & ſubrogatio, vel Gratia, ſi Neutri, ſi Nulli, ſeu novæ proviſionis, aut Perinde valere, taliter impetranti nullatenus ſuffragetur, quod etiam ſtrictiſſime obſervari mandavit in impetrationibus Beneficiorum per privationem, & amotionem ex quibuſvis criminibus, & exceſſibus forſan perpetratis, etiam uſque ad definitivam ſententiam, quæ tamen in rem non tranſiverit judicatam, proceſſum foret.

ARGU.

ARGUMENTUM
PATET EX SUMMARIO.

SUMMARIUM.

1 *Regula, ob quas rationes emanavit?*
2 *Eſt depromta ex viſceribus Juris communis.*
3 *Priſcis Eccleſiæ ſeculis, quando neceſſitas urgebat, ut duo eidem Cathedrali præficerentur Epiſcopi, altero defuncto, ſuperſtes Eccleſiæ regimini ſolus præerat. Et referuntur exempla.*
4 *Regula de ſubrogandis edita primo fuit ab Innocentio VIII.*
5 *Sed rectius in Auctorem agnoſcit Joannem XXIII.*
6 *Regula eſt favorabilis, lateque proinde interpretanda.*
7 *Eidem derogari non expedit in ſuperſtitis Collitigantis præjudicium.*

MAteria hujus Regulæ quotidiana eſt, & valde utilis. In ea Pontifices laudabilem, qua
premuntur, curam oſtendentes ſuccidendi litium
anfractus, mandarunt, quod, mortuo Collitigan-
1 te, detur ſuperſtiti in illius Juribus, & ad poſſeſ-
ſionem ſubrogatio, ne ab exurgente novo Ad-
verſario lites in infinitum in Eccleſiarum diſpen-
dium creſcant, & propagentur; & deſumta eſt
Regula ex viſceribus Juris Canonici *in cap.* 1. *&* 2.
2 *Ut lit. pendent. in* 6. *Cabaſut. in Theor. Jur. Canon. lib.* 2. *cap.* 22. *n.* 9. *& lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 1. ubi,
quod Regula habet etiam aliquid conforme cum
Jure Civili, *in leg. Ab Anaſtaſio, & leg. Per diverſas Cod. Mandat.* quibus ſancitur, ut litis unius
conſortes, excluſis extraneis, ex unius litigantium
ceſſione jus prætendentibus, invicem ſufficiantur,
Paſtor de Benefic. lib. 2. *tit.* 11. *num.* 3. *Lotter. de Re Beneficiar. lib.* 2. *quaſt.* 20. *numer.* 61. *Piton. diſcept.* 127. *numer.* 9. *Roſ. de Execut. part.* 1. *cap.* 17. *n.* 154. *& ſeqq. Rot. deciſ.* 927. *in princip. cor. Burat. & deciſ.* 19. *n.* 6. *tit. de Jurepatr. cor. clar. mem. Card. Falconerio, & in Aurien. Parochialis* 1. *Julii* 1726. *§. Plena, cor. R. P. D. Corio.*

Id, quod obſervatum primis Eccleſiæ ſeculis,
cum temporum neceſſitas quandoque cogebat,
3 ut duo ad tempus eidem Eccleſiæ præficerentur
Epiſcopi; nam altero defuncto, ſuperſtes Eccleſiæ Regimini ſolus præerat. Ita cum Donatiſtis, ſi ad Catholicam unitatem converti vellent, ſervatum fuiſſe teſtatur *Thomaſſin. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 26. *ſub n.* 7. *Gonzal. in cap. Quoniam numer.* 11. *de Offic. Ordinar.* Idemque ad praxim deductum in Concilium *Toletano* cum Epiſcopis Arianis, qui Hæreſim abjurarent, *Gonzal. dict. cap. Quoniam ſub n.* 10. *de Offic. Ordinar.* Et cum Antiochena Eccleſia duos Epiſcopos, *Paulinum*, & *Meletium* haberet, ſcripſit ad *Theodoſium* Imperatorem *S. Damaſus* Papa, ut, aut inter illos pax, & concordia conveniret, aut *certe, ſi quis eorum, altero ſuperſtite, deceſſiſſet, nulla ſubrogatio in defuncti locum, ſuperſtite altero gigneretur.* Et ita conventum eſt inter partes, & juratum, ut altero defuncto, ſuperſtes eſſet ſolus, & ſolidus Epiſcopus, atque amborum Clerus, & Populus adunarentur in una pacifica communione; Interim Romana Eccleſia communicabat ſoli *Paulino*, & Conſtantinopolitana Synodus admiſit *Meletium*; quo defuncto, cum in ejus locum Synodus præfata promoviſſet *Flavianum*, de hoc facto ita conqueritur *S. Damaſus* in mox laudata Epiſtola - *At nunc Meletio defuncto, Paulino ſuperſtite... contra fas, atque Eccleſiaſticum Ordinem, in locum Meletii, non tam ſubrogatus, quam ſuperpoſitus aſſeritur.* Et Aquilejenſis Synodus in ſua ſecunda Epiſtola ad Imperatores *Gratianum*, & *Theodoſium* ſcripſit - *Oblatas pietati veſtræ noſtras opinamur perveniſſe preces, quibus juxta Partium pactum popoſcimus, ut altero decedente, penes ſuperſtitem, Eccleſiæ jura permanerent, nec aliqua ſuperordinatio attentaretur* -- ut apud clariſſimum Virum *P. Lupum de Appellat. pag.* 296. *& ſeqq. & pag.* 334. *cum ſeqq.*

In Regulæ Auctorem *Innocentium VIII.* agno-
ſcit *Paſtor de Benef. lib.* 2. *tit.* 11. *num.* 3. ſed non 4
bene; Primus enim omnium eam edidit *Joannes*
XXIII. ſed diverſa verborum formula conceptam, 5
& valde reſtrictam, ut legitur in Regulis Cancellariæ ab ipſo publicatis Bononiæ anno 1410. & impreſſis penes *Hermannum Vondebart in Hiſtor. Concilii Conſtant. tom.* 1. *part.* 2. *pag. mihi* 962. Eamque poſtea Succeſſores Pontifices quamplurimis factis additionibus ampliarunt, & in hanc, quam modo conſpicimus formam, reduxerunt, *Gomeſ. in eandem Regul. in præfat. Ricc. deciſ.* 163. *n.* 1. *&* 2. *part.* 4. Cumque, ut diximus, emanaverit Regula ad tollendos, & amputandos anfractus litium, ex quibus non pauca mala oriri ſolent, & hac ratione S. Mater Eccleſia in pluribus Hymnis Deum precatur: *diſſolve litis vincula, adſtringe pacis fœdera*, item, *ne litis horror inſonet*, &
alibi, *extingue flammas litium*; hinc cenſetur fa- 6
vorabilis, & amplam recipit interpretationem,
Gomeſ. ubi ſupra verſic. Illud tamen, Franceſ. de Intruſ. quaſt. 20. *n.* 6. Nec convenit, ut ei dero-
getur in præjudicium Collitigantis, *Rot. deciſ.* 65. 7
n. 3. *poſt Diſcept. Contrii*, & apud *Ventrigl. in praxi tom.* 2. *annot.* 10. *poſt n.* 34.

Sed pro clariori Regulæ explanatione lubet eam in tres §§. dividere. In I. agemus de Requiſitis neceſſariis pro obtinenda ſubrogatione; in II. examinabimus qui excludantur a favore Regulæ; & in III. ſermo erit de exequutione Literarum Apoſtolicarum ſubrogationis gratioſæ.

§. I.

De Requiſitis neceſſariis pro obtinenda Gratioſa Subrogatione in Juribus defuncti Collitigantis.

ARGUMENTUM.

SUbrogatio in Juribus defuncti Collitigantis, quam ſuperſtiti non poſſe abſque peccato Datarium denegare, nonnulli exiſtimant, non eſt revera neceſſario debita, ſed pendet a Pontificis arbitrio, ejuſdemque Datarii prudentia; & exploſa antiquorum ſententia quandocumque peti poteſt, nec neceſſe eſt, quod petatur intra Menſem a die obitus Collitigantis, licet ſi tertio concedatur, peti debeat intra Menſem a die conceſſionis præfatæ. Subrogatio ceteroquin debita etiam in juribus, quæ defuncto competebant ſuper Beneficio de Jurepatronatus, locum ſibi vindicat ſive

Colliti-

Digitized by Google

Collitigans naturaliter, ſive civiliter mortuus fuerit, aut pacificam poſſeſſionem alterius Beneficii incompatibilis nanciſcatur; & quid, ſi Collitigans Juri ſuo ceſſerit, ſive ſimpliciter, ſive ſimpliciter, ſive ad tertii favorem, præſertim, quando lis vertitur ſuper impetratione Beneficii a Collitigante facta ex capite delicti inducentis illius privationem ipſo Jure? Fundamentum vero Gratioſæ ſubrogationis eſt lis, quæ percutere debet titulum Beneficii ſive ex parte Actoris, ſive Rei, illudque peti uti collatum actione reali, non autem uti conferendum actione perſonali, & implorando officium Judicis; & late cum plurium caſuum diſtinctione enucleatur, an, & quando requiratur præcedens collatio, & ſic Beneficium vindicetur tanquam ſuum, & non uti conferendum. At vero pro gratioſa ſubrogatione obtinenda, nedum requiritur lis ſuper Titulo, ſed etiam quod ſuper eo verſetur principaliter, & non incidenter, quodque lis fuerit legitime introducta, ac perduraverit de tempore petitæ ſubrogationis; & ex quibus hæc omnia eruantur, plene examinatur.

SUMMARIUM.

1 *Subrogatio gratioſa adeo ſuperſtiti Collitiganti eſt de jure debita, ut peccet mortaliter Datarius, ſi eam deneget.*

2 *Contrarium, quod illius conceſſio pendeat ab arbitrio Papæ, & prudentia ejuſdem Datarii.* & n. 12.

3 *Idque probatur etiam ex Regula Joannis XXIII. qui fuit illius Auctor.*

4 *Subrogatio gratioſa neceſſario peti debet intra Menſem a die obitus collitigantis, ſeu habita illius notitia.*

5 *Contrarium, quod ſuperſtiti Collitiganti nullum ſit præfixum tempus ad illam petendam. Explicantur contraria Auctoritates.* num. 9. *Et reſpondetur rationibus ponderatis a* Mandoſio, *&* Amaydeno, n. 10. 12. & 13.

6 *Terminus Menſis a Regula præſcriptus, quomodo intelligi debeat?* & n. 7. & 8.

11 *Rubrica, quæ generaliter loquitur, interpretationem recipit a nigro.*

14 *Si tertio indulta fuerit ſubrogatio in juribus defuncti, Collitigans ſuperſtes tenetur eam petere intra Menſem a die Gratiæ favore ejuſdem tertii ſignatæ, alias eam amplius petere nequit,* & n. 15.

16 *Subrogatio debetur, ſive Collitigans moriatur naturaliter, ſive civiliter, quia nempe Uxorem ducat, Profeſſionem emittat &c.*

17 *Idque expreſſe in Regula Joanni XXIII. præſcribebatur.*

18 *Debetur etiam, ſi Collitigans aliud Beneficium incompatibile pacifice aſſequatur.*

19 *Quemadmodum ſi Beneficio cedat.*

Intellige de ceſſione ſimplici, per quam Beneficium vacat. n. 25. & 127.

20 *Si ceſſio Beneficii expleatur favore Collitigantis, non indulgetur eidem ſubrogatio, ſed nova proviſio, & quomodo?*

21 *Ceſſio Beneficii litigioſi fieri poteſt etiam favore tertii non Collitigantis, quia cedens utitur jure ſuo.* & n. 22.

23 *Et hoc caſu admittitur ceſſio cum clauſula --* dummodo non cedat in potentiorem -- *& cum derogatione Regulæ.*

24 *Clauſula præfata deſumta eſt ex Jure civili.*

25 *Facta ceſſione Beneficii favore tertii non Collitigantis, non poteſt Collitigans ſubrogationem petere in juribus ipſius cedentis.*

26 *Per reſignationem Beneficii favore tertii expletam, non extinguitur lis, nec inducitur ejuſdem Beneficii vacatio.*

27 *Et poteſt Collitigans litem proſequi contra Ceſſionarium eo modo, quo contra cedentem incœpta erat.* & n. 35.

28 *Beneficium impetratum ob Crimen, quod privationem ipſo jure inducit, non poteſt amplius a detentore reſignari.*

29 *Secus, ſi impetretur ob Crimen, quod ſententiam privationis expoſcat.*

30 *Per Reſignationem Beneficii impetrati ob Crimen, quod privationis ſententiam requirit, an perimatur jus impetrantis? Diſtinguuntur duo caſus.* & n. 31.

32 *Impetrantes Beneficia ob Crimen, quod privationem ipſo jure non inducit, reportare ſolent in eorum Literis clauſulam --* ut ſi ceſſio fiat, facta cenſeatur favore ipſius impetrantis. --

33 *Sed additur reſtrictiva* poſt primam privationis ſententiam.

34 *Clauſula præfata operatur, ut irrita ſit Reſignatio Beneficii a Collitigante favore tertii expleta, & Reſignatarium a limine judicii repellit.*

36 *Subrogatio debetur ſuperſtiti Collitiganti, nedum quoad Beneficia liberæ collationis, ſed etiam de jurepatronatus Laicorum.*

37 *Et conceſſa ſuper Beneficio de Jurepatronatus laicorum, neceſſe non eſt, quod in Literis Apoſtolicis illius mentio fiat; & quare?*

38 *Subrogatio gratioſa non conceditur ſine lite, quæ illius fundamentum eſt.*

39 *Et requiritur lis cum defuncto, nec ſufficit, quod adſit inter duos ſuperſtites.*

40 *Lis ad effectum obtinendæ ſubrogationis debet eſſe ſuper titulo Beneficii.*

41 *Et Beneficium peti debet, uti proprium, & collatum, non tanquam debitum, & conferendum, & ſic actione reali, non perſonali,* & n. 48.

42 *Beneficium dicitur vindicari uti ſuum, quando præceſſit valida collatio, inſtitutio, adjudicatio &c.*

43 *Subrogatio non debetur illi, qui habuit Mandatum de conferendo, & Literas expedivit* in forma Dignum, *quia gratia eſt eventualis, & Beneficium non petitur uti ſuum, ſed tanquam debitum.*

Limita, ſi defunctus Collitigans habuerit titulum in Commiſſione deductum. n. 44.

45 *Contrarium, quod debetur ſubrogatio, etiamſi nulla adſit collatio, ſed tantum Mandatum de providendo, & Beneficium petatur non uti ſuum, ſed uti debitum.*

46 *Lis ſuper præſentatione, ſeu electione; facit*

Bene-

Beneficium litigioſum ad effectum ſubrogationis, licet nulla adſit inſtitutio, ſeu confirmatio, & Beneficium petatur uti debitum. & num. 56. 57. 58. 59. *Et redditur ratio.* num. 49.

Intellige, quando petitur confirmatio, ſeu inſtitutio contra alium coelectum, ſeu alium præſentatum, aut proviſum ab Ordinario; ſecus, ſi electus petat confirmationem a Superiore, aut præſentatus inſtitutionem ab Ordinario, nullo exiſtente contradictore. Et redditur ratio. num. 64.

Contrarium, quod etiam hoc poſteriori caſu Beneficium dicatur litigioſum, num. 65.

47 *Impetranti Beneficium ob non expreſſionem veri valoris debetur ſubrogatio in juribus defuncti Collitigantis.*

50 *Subrogatio gratioſa requirit litem ſuper titulo Beneficii, quando illius conceſſio vergeret in præjudicium tertii, puta Ordinarii habentis jus conferendi, vel Patroni, ad quem ſpectaret jus præſentandi.*

51 *Secus, ſi hujuſmodi præjudicium non adeſſet, tunc enim ſufficeret Mandatum de providendo.*

52 *Mandatum de providendo ſub conditione aliqua, quæ nec eſt verificata, nec verificabilis, non reddit Beneficium litigioſum ad effectum obtinendi ſubrogationem.*

53 *Sed aliter dicendum, ſi conditio ſit juſtificata, vel juſtificabilis.*

Et traditur exemplum in Mandato de providendo ex cauſa Reſignationis præ ſe ferente conditionem, dummodo Reſignans habeat unde commode vivere poſſit. dict. num. 52.

55 *Contrarium, quod etiamſi Mandatum ſit juſtificabile, lis non dicatur ſuper titulo, cum actio, quæ intentatur a proviſo, ſit perſonalis.*

60 *Lis inter præſentatos ſuper inſtitutione reddit Beneficium litigioſum ad effectum ſubrogationis, etiamſi in lite intervenerint Patroni pro eorum intereſſe.*

61 *Secus exiſtente lite principaliter inter Patronos contendentes inter ſe de pertinentia patronali, vel cum Ordinario prætendente Beneficii libertatem, quamvis acceſſorie pro eorum intereſſe adſint Patroni.*

62 *Patroni, quando dicantur adeſſe in cauſa uti principales?* Remiſſive.

63 *Si narrata Pontifici lite eo modo, quo inter Patronos introducta extitit, ipſe ſubrogationem indulgeat, ſufficit verificare litem eo modo, quo narrata fuit, nec eſt inquirendum, an ipſi principaliter, vel acceſſorie fuerint in Cauſa.*

65 *Per appellationem interpoſitam a præſentato ob ei denegatam ab Ordinario inſtitutionem, Beneficium efficitur litigioſum ad effectum ſubrogationis.*

66 *Lis ſuper remotione Poſſeſſoris a Beneficio, ex quo illud legitime aſſequutus non fuit, & reſpectiva collatione ad ſui favorem, introducta, dicitur ſuper titulo Beneficii.*

67 *Sed non pereutit Beneficii titulum, quando contenditur, aliquem ob crimen fuiſſe privatum, ſeu privandum fore Beneficio obtento.*

68 *Limita, ſi ulterius agat, ut Beneficium præfatum ſibi conferatur, vel adjudicetur.*

69 *Quod tamen intelligendum eſt, dummodo præceſſerit collatio, & quis peteret Beneficium, tanquam collatum, non tanquam conferendum, caſu, quo ſequeretur privatio.*

70 *Litera impetrationis beneficii tendentis ad amotionem poſſeſſoris non conceduntur in forma gratioſa, ſed Mandati de providendo, quod collationem non continet.*

71 *Sed oritur in iſto caſu titulus, & collatio ex ſententia Judicis, qui privet Reum Beneficio, & illud alteri adjudicet.*

74 *Lis ſuper titulo efficit, ad effectum ſubrogationis, Beneficium litigioſum, non curato, an ſuper titulo unius, ſeu alterius Collitigantis, Actoris, vel Rei.* & num. 44. 75. 76. & 79.

77 *In materia ſubrogationis, Acta ad inſtantiam unius partis facta, proſunt alteri Collitiganti.*

78 *Decedente Praelecto ad Parochialem ab Epiſcopo, debetur ſubrogatio ſuperſtiti Collitiganti, qui ab irrationabili Judicio ejuſdem Epiſcopi appellaverat.*

80 *Subrogatio, non ſolum requirit litem ſuper Titulo, ſed illam expoſcit principaliter, & non incidenter ſuper eo.*

81 *Lis ſuper exequutione Literarum Apoſtolicarum non reddit Beneficium litigioſum, cum in ea principaliter de Titulo non inquiratur.* & num. 98.

82 *Quemadmodum nec lis ſuper ſimplici poſſeſſorio.*

83 *Si Papæ narrata fuerit lis ſuper poſſeſſorio, & ipſe ſubrogationem indulſit, pro illius exequutione ſufficit juſtificare litem eo modo, quo narrata fuit.*

Idem dicendum, ſi Collitigans ſuperſtes narraverit, obtinuiſſe Mandatum de providendo, & ſubrogationem obtinuit. num. 84.

86 *Clauſula* quam, & quas, cum incidentibus, & emergentibus *in Commiſſione appellationis adjecta, operatur, ut lis cenſeatur etiam introducta ſuper titulo, & proprietate, quamvis in prima inſtantia remedio poſſeſſorio actum fuerit.* & num. 87. 88.

89 *Judicium Jactationis litem, nedum ſuper poſſeſſorio, ſed etiam ſuper titulo inducit.*

90 *Suſpenſio petitorii in Judicio facta, præſupponit, illud fuiſſe uſque ab initio in litem deductum.*

91 *Commiſſio cum clauſula* -- quam, & quas -- *& Judicium* Jactationis, *tunc ſolum inducit litem ſuper titulo, & proprietate, quando nulla adeſt clauſula reſtrictiva ad poſſeſſorium, ſecus, ſi adſit.*

Quemadmodum opus eſt, quod adſit materia præexiſtens, ut quis poſſit petere Beneficium, uti ſuum, nempe præcedens collatio, ſeu inſtitutio. num. 94.

Contrarium. num. 95.

92 *Clauſula* deducens &c. omne Jus &c. *efficit, ut cenſeatur introducta lis ſuper titulo Beneficii.*

93 *Niſi reſtricta reperiatur ad Judicium Immiſſionis, quo caſu non efficit Beneficium litigioſum ad effectum ſubrogationis.*

96 *Clauſula* quam, & quas, *non operatur, ut lis introducta dicatur ſuper titulo, niſi jus ad ſpeciem deducatur.*

97 *Limita, ſi in Commiſſione adſit etiam clauſula* -- cum incidentibus, & dependentibus &c. --

99 *Lis introducta ſuper ſubreptione Gratiæ, aut Litterarum Apoſtolicarum, non reddit Beneficium litigioſum ad effectum ſubrogationis.*

100 *Contrarium, quod etiam tali caſu lis dicatur eſſe ſuper titulo, & proprietate Beneficii.*

101 *Lis ſuper Optione non dicitur ſuper Titulo, nec facit Beneficium litigioſum.*

102 *Nec ſuper Unione, cujus vigore nominatus prætendat ſibi deberi Beneficium.*

103 *Quemadmodum nec erit ſuper titulo, ſi contendatur, Beneficium retineri non poſſe ex capite incompatibilitatis.*

104 *Lis non dicitur ſuper titulo, ſed ſuper ſtatu, quando quis ſtat in judicio pro ſuo jure, & intereſſe, nec petit Beneficium ſibi conferri.*

105 *Dicitur pariter ſuper ſtatu, & non ſuper titulo lis, qua verſatur ſuper qualitate Beneficii, an ſit Seculare, vel Regulare.*

106 *Vel, an ſit libera collationis, vel de Jurepatronatus.*

107 *Quando Beneficii ſtatus narratur in Commiſſione ad effectum canonizandi proviſionem, & excludendi alium, qui Beneficium, uti ſeculare, vel uti liberum obtinuerat, tunc lis introducta dicitur ſuper titulo.*

108 *Lis ſuper nullitate Reſignationis, aut permutationis Beneficii promota ab eo, qui* Regreſſum *ſibi reſervaverat, dicitur ſuper titulo, & proprietate.*

109 *Lis ad effectum ſubrogationis non dicitur introducta ex ſola Cauſæ commiſſione, vel expeditione citationis, ſed requiritur, quod hæc ſit legitime exequuta.*

110 *Etiamſi citandus ſcientiam haberet citationis, & Commiſſionis.*

111 *Citatio, ex quo dicatur legitime exequuta?*

112 *Ultra citationem legitime exequutam, ut lis dicatur introducta, requiritur etiam illius reproductio.*

113 *Et redditur ratio.*

114 *Quemadmodum requiritur in eo, qui Commiſſionem obtinuit, & Citationem expedivit, Mandatum Procuræ ſaltem tacitum, ſive præſumtum.*

115 *Sufficit etiam Mandatum generale ad omnes lites motas, & movendas, civiles, & criminales.*

116 *Mandatum hujuſmodi juſtificari debet de tempore exercitii illius actus, a quo lis incipit.*

117 *Sufficit tamen, quod ſuperveniat ratificatio, aut citatus compareat, nihil opponendo de Mandato Procuræ.*

118 *Lis, ut Beneficium efficiat litigioſum, debet eſſe introducta coram Judice competente.*

119 *Monitorium coram A.C. expeditum non ſuffragatur ad hunc effectum, quia A. C. caret Juriſdictione in Beneficialibus.*

120 *Lis non dicitur legitime introducta, niſi fuerint expeditæ Litteræ ſuper ſua Proviſione ab eo, qui ſubrogari prætendit.*

121 *Maxime ſtante clauſula, qua in Commiſſione apponi ſolet* -- Dummodo expediantur Literæ, & interim non cenſeatur vera lis, nec ſit locus Regulæ de ſubrogando.

122 *Lis, ut ſuffragetur pro ſubrogatione, perdurare debet de tempore, quo illius gratia obtinetur.*

123 *Cenſetur autem lis extincta per renunciationem eidem factam.*

Liti tamen renunciare non cenſetur qui jura ſua producit, & opponit de ſubreptione Gratiæ Collitigantis.

125 *Aut per ceſſionem, ſeu renunciationem Beneficii.*

126 *Etiamſi Renunciatio fuerit tacita, quia nempe obtentum fuerit aliud Beneficium incompatibile.*

129 *Lis extinguitur etiam per Tranſactionem.*

130 *Sed, an cenſeatur extincta, etiam ante ejuſdem Tranſactionis confirmationem a Pontifice obtinendam?* & num. 131.

132 *Lis extincta cenſetur per ſententiam, quæ tranſiit in rem judicatam, & plene exequuta fuit.*

133 *Si tamen ſuperſint aliquæ litis reliquiæ, ſeu conſummata non fuerit exequutio, debetur ſubrogatio.*

134 *Res judicata exorta ob lapſum fatalium non perimit totaliter litem, cum adhuc Appellans obtinere poſſit a Signatura facultatem illam proſequendi cum Reſcripto* -- de præfixione termini.

135 *Requiritur ad hunc effectum, quod lata fuerit ſententia ſuper deſertione, & conſummata exequutio.*

136 *Lis non proſequuta ſpatio decem annorum præſumitur deſerta, ſi clare conſtet de malo jure negligentis proſequi litem.*

137 *Non obſtante, quod inſtantia de Jure Canonico ſit perpetua. Et redditur ratio.*

138 *Deſertio litis, ubi de malo jure non conſtat, non inducitur, niſi concurrat vel lapſus triginta annorum,* & num. 140. & 144. *vel cum minori temporis lapſu factum aliquod declarativum animi derelinquendi litem.* ibidem.

Et animus hic reſultat vel ex revocatione Procuratoris, vel ex acceptatione Beneficii incompatibilis cum litigioſo, vel ex quocunque alio actu etiam tacito. num. 139. & 142.

143 *Vel demum Judicis declaratio ſuper litis deſertione.* & num. 144.

145 *Per mortem Actoris extinguitur lis, ſi Reus ſuperſtes illam proſequi nolit.*

146 *Poteſt tamen Reus eam proſequi, & hoc modo obtinere abſolutionem.*

147 *Et per hunc modum evitatur Penſio, qua Dataria gravare ſolet ſubrogandum.*

148 *Et recuperantur etiam fructus a defuncto percepti.*

149 *Lis extinguitur per liberam dimiſſionem Beneficii a Collitigante factam in manibus Papæ, qui illud alteri Collitiganti conferat.*

150 *Lite extincta, inutilis eſt Commiſſio appellationis obtenta poſt obitum collitigantis, petitamque ſubrogationem a ſuperſtite.*

151 *Ex nova Commiſſione poſt litem extinctam obtenta, inſurgit calumnia, quæ excludit a favore ſubrogationis.*

ETſi gratioſa ſubrogatio in juribus defuncti
Collitigantis juris fomentum habeat, adeo 1
ut non defuerint, qui dixerint, datarium peccare mortaliter, ſi eam ſuperſtiti deneget, *Mandoſ. in hanc Regul. quæſt. 2. circa fin. Lotter. de Re Benefic. lib. 2. quæſt. 20. num. 39. Rot. deciſ. 607. num. 2. part. 5. tom. 2. Recent. & deciſ. 1165. num. 1. coram Seraphin. & deciſ. 467. ſub num. 1. coram Dunoz. & dec. 780. n. 2. cor. Molines*:
Nihilo minus non eſt ſuperſtiti Collitiganti neceſ-
ſario debita, ſed ejus conceſſio relinquitur Pon- 2
tificis arbitrio, & prudentiæ ejuſdem Datarii,
quemadmodum colligitur ex illo verbo Regulæ
contigerit, quod potentiam exiſtendi, vel non
exiſtendi demonſtrat; & clarius legitur in Regula
Joannis XXIII. qui primus, ut diximus, eam 3
edidit, ibi -- *Item voluit, quod, ſi quem ex Litigantibus &c. decedere contingat, & litigans in jure, ſeu ad jus hujuſmodi, ſi aliquid illi competeret &c. ſubrogetur, aut ſubrogari mandetur &c.* & infra in altera Regula, ibi -- *Item voluit,*

quando

Digitized by Google

*quando ſubrogat, vel mandat ſubrogari aliquem
ex Collitigantibus in jure, ſeu ad jus, quod com-
petebat alteri* -- & animadvertunt *Lotter. dict.
quæſt.* 20. *num.* 63. *& ſeqq. Roſ. de Executor. Lit-
tar. Apoſtolicar. cap.* 17. *num.* 163. *Card. de Luc.
de Benefic. diſcurſ.* 51. *num.* 3. alter *de Luc. ad
Ventrigl. in Prax. tom.* 2. *annot.* 10. *num.* 2. *Pater
la Croix Theolog. moral. lib.* 4. *num.* 535. *Amayden.
de Styl. Datar. cap.* 24. §. 1. *num.* 4. *& ſeqq. Rot.*
penes eundem in *Tiraſonen. Eleemoſynæ coram
Lancellotto, & deciſ.* 350. *num.* 3. *coram Coccin.
& deciſ.* 900. *num.* 6. *cor. Emerix Jun. & deciſ.*
678. *num.* 2. *&* 3. *part.* 19. *tom.* 2. *Recent.*

Dubium tamen non leve eſt, an ſubrogatio
4 peti debeat intra menſem a die obitus Collitigan-
tis computandum, vel ſatis ſit, quod quocumque
tempore petatur? In hac quæſtione quamplurimi
exiſtimant, ſubrogationem petendam omnino eſſe
intra Menſem a die mortis Collitigantis, ſeu ha-
bitæ de ea notitiæ, prout Regulam hanc, etiam
de tempore *Soti*, antiqui Regularum Cancella-
riæ *Gloſſatoris*, a doctiſſimis Curialibus interpre-
tatam fuiſſe, & praxim ita diù ſe habuiſſe, te-
ſtatur idem *Sot.* hic in *princip. Gomeſ. in hanc Re-
gul. quæſt.* 1. *in princip.* ubi ait illa tenere *Felinum*,
& *quæſtion.* 10. *verſic. Sed major difficultas, Re-
buff. in eandem Regul. gloſſ.* 2. *&* 3. *& in addit.
verſic. Hic non requiritur, & verſic. Intelligerem,
& in Prax. tit. de Subrogan. num.* 4. *Peleus in Com-
ment. Analytic. in Regul. Cancellar. cap.* 37. §.
Nemo admittendus pag. 140. *Vivian. de Jurepatr.
lib.* 15. *cap.* 7. *num.* 10. *Carol. Anton. de Luc. ad
Ventrigl. in Prax. For. Eccleſ. part.* 2. *adnotat.* 10.
num. 9. *Aufrer. in Tractat. de Arreſt. Parlam.
Pariſ. Arreſt.* 91. *Azor. Inſtitut. Moral. part.* 2.
lib. 7. *cap.* 3. *quæſt.* 1. *& quæſt.* 6. *in fin. Tondut.
Reſolut. Benefic. lib.* 1. *cap.* 28. *num* 12. *Garc. de
Benefic. part.* 6. *cap.* 4. *num.* 56. pluresque pro
hac Sententia perpendunt rationes, *Mandoſ. in
hanc Regulam quæſt.* 2. *& Amayden. de Styl. Da-
tar. cap.* 24. §. 1. *num.* 2. *verſic. Ego vero.*

Sed contraria in Foro, & apud Doctores in-
5 valuit opinio, quod nempe nullum ſuperſtiti Col-
litiganti ſit tempus præfixum ad petendam ſubro-
gationem in juribus defuncti, ſed ea quandocum-
que peti valeat, ut primus omnium docuit *Sotus*
ſuper hac Regula, ibi -- *Et non debet intelligi,
quod debet Collitigans ſubrogari intra Menſem a
tempore mortis Collitigantis, quia hoc non dicit
Regula, ſed indiſtincte loquitur*, ibi -- *Ante ceſ-
ſionem hujuſmodi* -- & *Sotum* ſequuntur *Kochier
ibidem num.* 33. *Lotter. de Re Benefic. lib.* 2.
quæſt. 20. *num.* 59. *&* 60. *Ventrigl. in Prax. tom.*
2. *adnotat.* 10. *num.* 34. *Roſ. de Executor. Litter.
Apoſtolic. cap.* 17. *num.* 191. *& ſeqq. Ubert. in
Prax. poſt Tract. de Citat. part.* 6. *pag. mihi* 137.
verſic. Subrogationem. Et hæc fuit conſtans Rotæ
Sententia, nam licet in una *Palentina* apud *Put.
deciſ.* 141. *lib.* 3. ſciſſa fuerint DD. ſuffragia,
repropoſita tamen Cauſa, bis fuit pro dicta Sen-
tentia reſolutum, ut apud eundem *Put. deciſ.* 144.
lib. 3. *& coram Achill. deciſ. unic. de Subrog. &
coram Gregor. deciſ.* 125. *num.* 16. *ibique Adden.
num.* 19. *coram Seraphin. deciſ.* 1165. *num.* 1.
& 2. *coram Coccin. dec.* 350. *num.* 9. *& ſeqq. co-
ram Bichio deciſ.* 1. *num.* 11. *& ſeqq. & in Re-
cent. deciſ.* 342. *num.* 10. *part.* 1. *deciſ.* 335. *ſub
num.* 2. *part.* 11. *& deciſ.* 678. *num.* 10. *& ſeqq.
part.* 19. *tom.* 2. *& in Dertbonen. Cappellaniæ* 18.
Junii 1708. §. *Neutrum coram clar. memor. Car-
dinali Priolo.*

Et merito quidem, nam ex verbis Regulæ nil
aliud deduci videtur, niſi, quod impetrationes 6
de Beneficio, ad quod defunctus Collitigans
jus habebat, factæ infra Menſem ante *conceſſionem
hujuſmodi*, ſcilicet ſubrogationis elargitæ, nullius
ſint roboris, & momenti, ut etiam dixit *Rot. in
deciſ.* 655. *num.* 5. *part.* 19. *tom.* 2. *Recent.* Non
enim Regula dicit, quod ſubrogatio a ſuperſtite
collitigante peti debeat infra Menſem, cum de
hoc nulla ibidem fiat mentio, ſed, quod Beneficii 7
litigioſi impetratio a tertio facta, ſit nulla, ſi
Collitigans ipſe ſuperſtes infra menſem, a die
dictæ impetrationis computandum, ſubrogari pe-
tierit; ſicque terminus Menſis non eſt præfixus
ad coarctandam libertatem ſuperſtitis Collitigan-
tis, ut petere non poſſit ſubrogationem, niſi in-
tra illius ſpatium, ſed eſt datus ad irritandam
gratiam tertio factam, ſi Collitigans ſuperſtes in-
tra Menſem enumerandum a die datæ Gratiæ ter-
tio conceſſæ, ſubrogari obtinuerit. Et hic eſt ger-
manus ſenſus Regulæ, qui eo magis eſt recipien- 8
dos, quia Regula eſt favorabilis, latamque reci-
pit, ut diximus, interpretationem, cum emana-
verit ad lites ſuccidendas; unde reſtringi non
debet ad terminum unius Menſis.

Nec obſtant auctoritates in contrarium laudatæ.
Nam SOTUS, prout vidimus noſtræ favet Sen- 9
tentiæ, & licet aſſerat interpretationem antiquo-
rum Curialium fuiſſe, quod ſubrogatio peti de-
beat a ſuperſtite intra Menſem ab obitu Colliti-
gantis, contrarium tamen ipſe firmavit, eum-
que ſequuta eſt *Rota antiqua*, non obſtante inter-
pretatione præfata, ut videre eſt apud *Put. deciſ.*
141. *&* 144. *lib.* 3.

Gomeſ. in hanc *Regulam* non ſolum eſt a *Ro-
ta* reprobatus, ſed ulterius ſe fundat in opinio-
ne *Felini*, quem tamen contrarium tenuiſſe, &
concordaſſe cum *Soto*, ait *Rota* reprobando eun-
dem *Gomeſ. dict. deciſ. unic. coram Achill. de
Graſſis.*

Garcias non diſtinguit; & potius poſteriori
adhæret Sententiæ, dum ſequitur Deciſionem *Se-
raphini. Et Tondutus* non examinat quæſtionem
in terminis *Regulæ*, ſed ſecundum Galliæ conſue-
tudinem, quæ in multis a diſpoſitione juris diſ-
crepat in hac materia, ut ibidem videre eſt.

Mandoſ. tres allegat rationes, quæ nullatenus 10
ſubſiſtunt. Non prima fundata ſuper ſtylo, & pra-
xi; Quia jam ſupra vidimus, qualis eſſet Rotæ
antiquæ opinio. Minuſque ſecunda, quod ſemel
ac Regula diſponit, non poſſe ſubrogari tertium
non collitigantem intra Menſem, ſequitur, quod
infra illum ſolum Collitigans ſubrogari valeat;
Siquidem illatio non eſt bona, quia menſis in
Regula eſt limitate poſitus circa conceſſionem ter-
tio faciendam per menſem ante conceſſionem ſub-
rogationis, & non quoad obitum alterius Col-
litigantis; unde non valet argumentum: tertius
non collitigans non debet ſubrogari per Menſem
ante conceſſionem ſubrogationis Collitiganti fa-
ctam; ergo Collitigans debet ſubrogari intra Men-
ſem a die obitus, quia ſolum ex antecedenti de-
duci poteſt hujuſmodi conſequentia, nempe, quod
Collitigans debet ſubrogari intra Menſem a die
impetrationis factæ per tertium non Collitigan-
tem. Et demum tertia ratio *Mandoſii* depromta
ex *Rubrica Regulæ*, quæ cum generaliter loqua- 11
tur *de ſubrogandis Collitigantibus*, debet recipere
interpretationem a *nigro*, nempe de ſubrogandis
Collitigantibus *infra Menſem*; eſt pariter minus
habens, quia Menſis in *nigro* non eſt poſitus ad
coarctandam conceſſionem ſubrogationis intra Men-
ſem a die obitus Collitigantis, ſed ad annul-

landam conceſſionem tertio factam ante Menſem;
unde *Rubrica* Regulæ poteſt hoc modo recipere
intelligentiam *a nigro*, ſcilicet de ſubrogondis
Collitigantibus, dummodo ante menſem non fue-
rit alteri facta conceſſio.

Amayden. agnoſcit contrariam opinionem eſſe
auctoritate Rotæ firmatam, & non inficiatur,
12 poſſe Datarium concedere quandocumque velit
ſubrogationem Collitiganti, ſed ſolum ait, quod
non tenetur; nec ſolet eam concedere valde ne-
gligentibus; & ſe fundat in ratione vitandi diu-
tinam Beneficiorum vacationem; Verum ratio
iſta valde conſiderabilis non videtur, dum peni-
tus inſubſiſtens eſt timor diuturnæ vacationis Be-
neficii, nam, tertio illud impetrante, ſi ultra
menſem Collitigans ſuperſtes ſubrogationem pe-
tere neglexerit, favore Regulæ amplius gaudere
non poterit, ut fuit conſideratum a *Rot. dict. de-
ciſ. unic. ſub num. 2. de Subrogat. coram Achill. &
deciſ. 144. num. 12. coram Puteo*, ubi quod ceſſat
abſurdum, ex quo ſuperſtes Collitigans ſciens,
quod Beneficium poteſt ab alio impetrari, erit
diligens in petenda ſubrogatione in juribus de-
functi.

Quatenus vero idem *Amayden.* probare cona-
13 tur, conceſſionem ſubrogationis fuiſſe ex verbis
Regulæ reſtrictam ad tempus unius menſis, ni-
mium ſe involvere videtur. Ait enim, quod *ver-
ba Regulæ*, ibi -- Ante conceſſionem hujuſmo-
di -- *apte explicari non poſſunt, niſi dicatur per
ea præfinitum tempus ſubrogationi petendæ: Nam
procul dubio verba iſta* ante conceſſionem hujuſ-
modi &c. *referuntur ad ſupra poſita* ſubrogari
conceſſerit, *quia de nulla alia conceſſione habitus
fuit ſermo*; unde impetratio facta intra menſem
ante conceſſionem hujuſmodi nullius ſit roboris
&c. *debet intelligi de facta poſt obitum infra men-
ſem petendi ſubrogationem. Et hoc importat dictio*
ante, *quæ non eſt adjecta tempori, ſed conceſſioni,
ubi Deciſiones allegatæ interpretantur adverbium*
ante *pro adverbio* poſt; *dicunt enim impetratio-
nem factam poſt ſubrogationem intra menſem eſſe
nullam; unde dicendum eſt Regulam diſponere,
quod ſubrogatio petatur infra menſem a die obitus,
ne Beneficium diutius vacet* -- Hactenus *Amay-
den.* Sed diſcurſus iſte aperte pugnat cum ver-
bis Regulæ, quæ clara ſunt, & nil aliud præ-
ſcribunt, niſi, quod impetrationes Beneficii in-
fra menſem *ante conceſſionem hujuſmodi*, ſcilicet
ſubrogationis, factæ, nullius ſint roboris, &
momenti; Nec ſubſiſtit, quod Sacræ Rotæ De-
ciſiones ſupra relatæ interpretentur adverbium *an-
te*, pro adverbio *poſt*, ut ait *Amayden.* minuſque
firmant impetrationem factam poſt ſubrogationem
intra menſem eſſe nullam, ſed inhærendo ver-
bis Regulæ, firmant impetrationem factam per
menſem ante conceſſionem ſubrogationis eſſe nul-
lam; meritoque proinde *Amaydenum* reprobat
*Roſ. de Executor. Literar. Apoſtolicar. dict. cap.
17. num. 195.*

Firmum igitur remanet principium, quod ſub-
rogatio quandocumque concedi poteſt ſuperſtiti,
nec eſt illius petitio reſtricta ad menſem a die
14 obitus Collitigantis, licet, ſi fuerit indulta Ter-
tio, arctetur ſuperſtes ipſe Collitigans ad eam
petendam intra menſem computandum a die,
quo Tertius ipſe ſubrogationem præfatam repor-
tavit, *Rot. dict. dec.* 11 *de Subrogat. coram Achill.
de Graſſ. & deciſ.* 144. *lib.* 3. *coram Puteo deciſ.
150. per tot. coram Coccin. deciſ.* 1. *num.* 13. *&*
15 *ſeqq. coram Bichio*, ubi de computatione menſis
facienda a die Gratiæ ſignatæ favore Tertii, *dec.*
*342. num. 10. part. 1. deciſ. 335. num. 2. part. 11.
Recent. repetit. coram Celſo deciſ. 179.*

Debetur hujuſmodi ſubrogatio per deceſſum
Collitigantis, & ſive is naturaliter, ſive civili- 16
ter moriatur; & ideo, ſi Collitigans Uxorem du-
cat, ingrediatur Religionem &c. ſubrogatio in
illius juribus dari debet alteri Collitiganti, *cap. 2.
ut lit. pendent. in 6.* ibi -- *Per ceſſum, vel deceſ-
ſum* -- quæ verba non ſolum vere, ſed interpre-
tative, & civiliter ſumuntur, ut ibi notant *Ar-
chid. Franch. & Ancharan Lotter. de Re Beneſic.
dict. quæſt. 20. num. 76. & ſeqq. Engel. in Jus Ca-
non. lib. 3. tit. 5. §. 3. de Regul. Cancellar. in hanc
Regul. pag. 470. Azor. Inſtitut. moral. part. 2. lib.
7. cap. 32. quæſt. 1. verſic. Item ſubrogatio, Kochier
ibi. ſub num. 38. Rot. deciſ. 575. num. 1. & ſeqq.
part. 2. & deciſ. 335. num. 8. part. 11. Rec. deciſ.
1124 num. 6. coram Molines, & in Derthonen.
Cappellaniæ 18. Junii 1708. §. Igitur, coram
clar. mem. Card. Priolo.* Idque clare diſponebatur
in Regula edita a Joanne XXIII. qui, ut di- 17
ximus, illius Auctor fuit, ibi -- *Item voluit, &
ordinavit, quod ſi quem ex Litigantibus in Ro-
mana Curia ſuper quocumque Beneficio Eccleſiaſti-
co, aut Dignitate, vel Perſonatu, ſeu Officio de-
cedere, matrimonium contrahere, vel Religionem
intrare, vel alius caſus contingat, propter quod
jus illi competens in tali Beneficio, Dignitate &c.
vacet, & vacare ſperatur, & litigans in jure,
ſeu ad jus hujuſmodi, ſi quid illi competeret, per
eundem Dominum Noſtrum ſubrogetur, aut ſubro-
gari mandetur &c.*

Quemadmodum jus competit Collitiganti pe-
tendi vigore Regulæ Subrogationem, ſi alter de
Beneficio incompatibili proviſus, illius poſſeſſio-
nem pacifice fuerit aſſequutus. Cenſetur enim 18
tali caſu renunciaſſe liti, quam habebat ſuper pri-
mo, *Adden. ad Buratt. dec. 307. num 9. in fin.
Card. de Luc. de Beneſic. diſcurſ. 51. num. 2. &
diſcurſ. 92. num. 38. Piton. diſcept. 134. num. 41.
Rot. in Leodien. Canonicatus 24. Aprilis 1711. §.
Nullus, & ſeqq. cor. clar. mem. Card Priolo.*

Inſuper debetur Collitiganti ſubrogatio, quan- 19
do alter cedit Beneficio *Cap. 2. ut lite pendent.
in 6.* ibi -- *Lite pendente cedant, vel morte de-
cedant &c.* -- *Sotus ad hanc Regulam in princip.
& verſic. Et unus illorum cedit, vel decedit lite
pendente, Kochier ibidem num. 38. Azor. Inſtitut.
moral. part. 2. lib. 7. cap. 32. quæſt. 1. verſic. Item
Subrogatio, Rota deciſ. 179. num. 7. coram Cel-
ſo, & deciſ. 335. num 8. part. 11. Recent. in Der-
thonen. Cappellaniæ 18. Junii 1708. §. Agitur,
coram clar. mem. Card. Priolo.* Sed animadver-
tendum eſt, quod duplici modo, lite pendente
fieri poteſt hujuſmodi ceſſio; primo favore ipſius 20
Collitigantis, & hoc caſu non eſt proprie ſubro-
gatio, ſed nova proviſio, quæ conceditur cum
avocatione Cauſæ, & extinctione litis ſimplici-
ter, & nullæ in Literis Apoſtolicis inſeruntur
clauſulæ, neque derogatur huic Regulæ, *Gomeſ.
hic in fine præfat. Rebuff. in Prax. tit. de Subrog.
num. 5.* Alio modo fit ceſſio Beneficii favore ter- 21
tii non Collitigantis, quod fieri poſſe, quia Ce-
dens utitur jure ſuo, late probat *Rota in Augu-* 22
*ſtana Canonicatus Sancti Mauritii 14. Martii
1732. §. Atſi enim, coram R. P. D. Creſcentio,
& 9. Februarii 1733. §. 14. coram eodem*, &
hoc caſu indulgeri ſolet ſubrogatio cum clauſula 23
dummodo non cedat in potentiorem, & *quatenus
adſit vera lis* cum derogatione huic Regulæ,
*Rebuff. ubi ſupra, Gomeſ. loco citat. & quæſt. 1.
verſic. Hodie tamen*, ubi etiam quis dicatur po-

tentior,

tentior, & *quæſt.* 15. *Rot. deciſ.* 678. *num.* 1. *part.*
19. *tom.* 2. *Recent.* Deprompta vero clauſula præ-
24 fata videtur ex famoſo Reſcripto Imperatorum
Diocletian. & Maxim. in leg. 1. *Cod. Ne liceat Po-
tentior &c.* & altero Imperator. *Arcadii, Honorii,
& Theodoſ. in leg.* 2. *Cod. eod. tit.* quibus Ceſſiones
omnes, quæ in Potentiores exarantur, nullæ
prorſus, & invalidæ declarantur. Quod etiam
ſancitur in *leg.* 1. *& tot. tit. ff. de alienat. judic.
mutand. Cauſ.* plene *Olea de Ceſſion. jur. tit.* 2. *quæſt.*
4. *per tot.*

Quod, ſi ceſſio fiar in tertium non Collitigan-
25 tem abſque derogatione huic Regulæ, non exinde
poterit Collitigans Subrogationem contra Ceſſio-
narium petere. Siquidem Regulæ diſpoſitio locum
ſibi vindicat in ſimplici ceſſione Beneficii, per
quam inducitur illius vacatio, aut in vacatione
per renunciationem liti, quæ eamdem extinguit,
& viam aperit Collitiganti pro ſubrogatione ob-
tinenda, ad tramites *Text. in dict. cap.* 2. *lit. pen-
26 dent. in* 6. At ubi agitur de ceſſione, ſeu reſigna-
tione expleta ad favorem certæ Perſonæ, tunc
nec lis extinguitur, nec inducitur vacatio Benefi-
cii, cum jus non abdicetur a Reſignante, ſeu ce-
dente, niſi poſtquam fuerit illud quæſitum Ceſſio-
nario. Accedit, quod per hujuſmodi ceſſionem,
attenta ſupra dicta clauſula -- *dummodo non fiat in
27 potentiorem* -- nullum irrogatur præjudicium Colli-
tiganti, qui bene poteſt litem proſequi contra Re-
ſignatarium, eo modo, quo contra Reſignantem
incæpta erat, *Lotter. de Re Beneſic. lib.* 3. *quæſt.*
18. *num.* 61. *Piton. diſceptat.* 133. *num.* 3. *tom.* 4.
Rot. dict. deciſ. 678. *num.* 4. *& ſeqq. part.* 19. *tom.*
2. *Recent.* ubi reſpondentur objecto de prohibita
ceſſione Beneficii litigioſi, *& in dicta Auguſtana
Canonicatus S. Mauritii* 14. *Martii* 1732. §. *Præ-
ſuppoſita, coram R. P. D. Creſcentio, &* 9. *Februa-
rii* 1733. §. 22. *& ſeqq. cor. eodem.*

Atque hic omittendum non eſt, quod, ubi
28 impetratum fuit Beneficium ob crimen commiſ-
ſum a Titulari, quod inducit *privationem ipſo
jure*, nempe Simoniæ, vel ſimilis, tunc illud am-
plius reſignari non poteſt ad alterius favorem, quia
quoties Beneficium amittitur *ipſo jure*, nullum
jus remanet Beneficiato, ut communiter firmant
Pariſ. de Reſign. lib. 3. *qu.* 1. *num.* 22. *cum duob. ſeqq.
Kochier ad Regul. de Subrogan. lit. Q. in fin. Garc.
de Benef. par.* 11. *cap.* 3. *n.* 124. *Gonzal. ad Regul.*
8. *Gloſſ.* 15. *num.* 148. *Boer. deciſ.* 205. *num.* 8.
Corrad. in Prax. Beneſic. lib. 5. *cap.* 1. *num.* 8. *in
fin. verſic. Secundo limitatur*, plene *Leuren. in For.
Beneſic. part.* 3. *ſection.* 1. *cap.* 4. *quæſtion.* 310. *num.*
113. *prope finem.*

Ad differentiam impetrationis Beneficiorum ob
29 crimen, quod non inducit privationem *ipſo jure*,
ſed expectet Judicis Sententiam, qua prævia Ti-
tularis criminoſus privari debeat Beneficio, nam,
donec privatio ſequuta non fuerit, nil prohibet,
quin Titularis ipſe Beneficium ad alterius favorem
reſignare valeat. Eſt tamen quæſtio, an per talem
30 reſignationem remaneat extinctum jus Impetran-
tis; & diſtinctionis fœdere abſolvitur; Aut gra-
tia Impetrationis eſt mere conditionalis, atque
incerta, quia nempe Papa non mandet Exequu-
tori, ut privet Criminoſum, & Beneficium ad-
judicet Impetranti, ſed Gratiam tantummodo con-
cedat per modum Expectativæ in caſu, & eventu
privationis: & in his terminis jus Impetrantis,
tamquam mere conditionale, & incertum, a ſu-
perveniente Reſignatione perimitur. Aut vero
31 Pontifex unico contextu, quo Exequutori jubet,
ut privet criminoſum, mandet etiam, ut Benefi-
cium adjudicet Impetranti: & in hoc caſu, cum
jus Impetrantis nnn dicatur eventuale, & condi-
tionale, nam ſola verificatio delicti committitur,
quæ ſuſpendit tantum exequutionem, non autem
ſubſtantiam Gratiæ; nulla æquitatis, & juſtitiæ
ratio ſuadet, quod tale jus Impetranti quæſitum
poſſit ex facto ejuſdem criminoſi per interme-
diam reſignationem eludi, ut diſtinguit *Rota in
dicta Auguſtana Canonicatus Sancti Mauritii* 14.
Martii 1732. §. *E conſpectu, & ſeqq. &* 9. *Fe-
bruarii* 1733. §. 16. *&* 17. *coram R. P. D. Cre-
ſcentio.*

Curare tamen ſolent Impetrantes, quando agi- 32
tur de crimine, quod non inducit privationem
ipſo jure, ſed expectat Judicis Sententiam, ut in
eorum Literis apponatur clauſula, ſeu Decretum,
*quod ſi ceſſio fiat, facta cenſeatur favore ipſiuſmet
Impetrantis*, quæ tamen clauſula modificatur per 33
reſtrictivam adjici ſolitam -- *poſt primam priva-
tionis Sententiam* -- quemadmodum docet praxis,
& animadvertunt *Pariſius de Reſignat. lib.* 3. *quæſt.*
16. *num.* 63. *Garcias de Beneſic. part.* 11. *cap.* 3.
num. 122. *Gomes ad Regul. de Subrogan. quæſt.* 7.
*verſic. Limitatur tamen, Kochier ad eamdem Re-
gul. de Subrogan. litt. V. Van Eſpen in Jus Eccleſ.
univerſ. part.* 2. *tit.* 27. *cap.* 4. *num.* 11. *Corrad. in
Prax. Beneſic. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 9. *verſ. Hac autem.*
Verum, licet clauſula præfata poſt jam emanatam 34
primam privationis Sententiam, irritam reddat,
ac nullam Beneficii reſignationem favore alterius
expletam, in tantum, ut, ſi appoſita comperia-
tur in Literis Impetrantis, repellat Reſignatarium
a limine judicii, tamquam legitimo titulo deſtitu-
tum; Nihilo uinus ſi appoſita non fuerit, adhuc 35
Impetrator litem proſequi poterit contra Reſigna-
tarium, quia per Reſignationem jus ſuum non re-
manſit extinctum, ut diximus ſupra, & bene ex-
plicat utraque *Deciſ. in Auguſtana Canonicatus
Sancti Mauritii in* §. *finali.*

Subrogatio itidem in juribus defuncti Colliti-
gantis dari debet, nedum in Beneficiis liberæ 36
collationis, ſed etiam in iis, quæ ſunt de Jure-
patronatus, cum reſpectu utriuſque generis Bene-
ficiorum militet ratio Regulæ, & diſpoſitio *Text.
in cap.* 1. *ut lit. pendent. in* 6. & firmant communi-
ter *Lap. allegat.* 22. *num.* 3. *Gomeſ. in hanc Regul.
quæſt.* 30. *num. Roſ. de Executor. dict. cap.* 17. *num.*
158. *Rot. dec.* 927. *num.* 1. *coram Buratt. deciſ.*
467. *num.* 4. *coram Dunoz. Jun.* cum aliis in *Mu-
tinen. Parochialis* 1. *Decembris* 1687. §. *Ex his
igitur, coram Rondanino, & in Buntina Juriſ-
patronatus* 26. *Martii* 1688. §. *Deficit. cor. Urſina.*
Quin imo, dum Papa ſubrogationem indulget in
Beneficio litigioſo de Jurepatronatus, non eſt 37
opus, quod de eodem Jurepatronatus mentionem
faciat, dum nullum irrogat præjudicium Patro-
nis, qui, lite pendente, non poſſunt in locum
defuncti Collitigantis alterum præſentare, *dict.
cap.* 1. *ut lit. pendent. in* 6. *Gomeſ. in hanc Regul.
quæſt.* 13. *Roſ. de Execut. cap.* 17. *num.* 159. *Lotter.
de Re Beneſic. lib.* 2. *quæſt.* 20. *num.* 4. *Rot. deciſ.*
655. *num.* 4. *part.* 19. *Recent. & in Faventina Be-
neficii* 18. *Decembris* 1704. §. *final. coram Muto,*
cum aliis in *Pampilonen. Beneficii de Villa Fran-
ca* 3. *Junii* 1729. §. *His igitur, coram R. P. D.
Cincio*, qua ratione æquum, juſtumque viſum
fuit, ut ſuperſtiti Collitiganti indulgeatur ſubro-
gatio, præſervato jure præſentandi veris Patro-
nis quoad futuras Beneficii vacationes, *Garcias
de Beneſic. part.* 5. *cap.* 3. *num.* 62. *Lotter. dict. lib.*
2. *quæſtion.* 20. *num.* 4. *Roſ. de Executor. dict. cap.*
17. *num.* 159. *Rot. coram Caſſador. deciſ.* 3. *num.* 5.

ut lit. pendent. cum aliis in dicta *Bituntina Juriſ-*
patronatus 26. *Martii* §. *Et idea*, confirmata 5.
Julii 1688. §. *Neque demum*, *coram Urſino*, & *in*
dicta Faventina Beneficii §. *citato.*
38 Fundamentum gratioſæ ſubrogationis eſt lis,
Lotter. de Re Beneficiar. lib. 2. *quæſt.* 20. *num.* 114.
Garcias de Benefic. part. 6. *cap.* 4. *num.* 4. *Card. de*
Luc. de Benefic. diſcurſ. 50. *num.* 3. *Rota deciſ.* 971.
num. 1. & 2. *coram Dunozet. Jun. deciſ.* 107. *num.*
1. *coram Cerro deciſ.* 185. *num.* 2. & 3. *coram Pam-*
39 *phil.* ubi, quod requiritur lis cum defuncto, nec
ſufficit, quod adſit inter duos ſuperſtites; Debet
enim, qui ſubrogari petit in jus defuncti, oſten-
dere litem cum illo habuiſſe, & *deciſ.* 450. *num.* 5.
cor. Lancena, & *deciſ.* 780. *num.* 1. *deciſ.* 1031.
num. 2 *coram Malines deciſ.* 20. *num.* 2. *coram*
Falcanerio tit. de Reſcript. & *coram Herrera de-*
ciſ. 182. *num.* 10.
Et quidem requiritur lis tum ex parte Benefi-
40 cii, quod nempe ſit ſuper titulo, & titulum feriat,
Franch. in cap. 2. *num.* 2. *ut lit. pendent. Vitalin.*
in Clement. 2. *num.* 72. *eodem tit. Rebuff. in hanc*
Regul. gloſſ. ultim. Lotter. de Re Benefic. lib. 2. *quæſt.*
20. *num.* 22. *Roſ. de Executor. Liter. Apoſtolic.*
dict. cap. 17. *num.* 71. *Rot. coram Gregor. deciſ.*
335. *num.* 2. & *deciſ.* 1235. *num.* 1. *coram Coccin.*
& *deciſ.* 630. *coram Ubaldo*, & *deciſ.* 607. *num.*
3. *part.* 5. *tom.* 2. *Recent.* Tum etiam ex parte
41 Collitigantis, qui Beneficium vindicet, uti pro-
prium, non tanquam debitum, illudque petat
uti collatum actione reali, non autem uti confe-
rendum actione perſonali, & implorando Judi-
cis officium, *Gloſſ. in cap.* 2. *verb. Finitæ verſic.*
Si autem, *ut lit. pendent.* & ibi Doctores *Inno-*
centius in Cap. Cum M. Ferrarienſis num. 9. *de*
Conſtit. Gonzal. in Regul. 8. §. 2. *Proœm. num.* 68.
Pnon. diſcept. 31. *num.* 1. *Roſ. de Executor. dict. cap.*
17. *num.* 72. *Amayden. de Styl. Datar. lib.* 1. *cap.*
24. §. 2. *ſub numer.* 25. *Lotter. dict. quæſt.* 40. *num.*
23. & *ſeqq. Card. de Luc. de Benefic. diſc.* 50. *num.*
3. *Adden. ad Burat. deciſ.* 927. *num.* 24. *Rot. de-*
ciſ. 611. *num.* 2. *coram Cerro*, & *deciſ.* 630. *num.*
5. & *ſeqq. coram Ubaldo*, & *deciſ.* 140. *num.* 8.
& 9. *cor. Otthobon.* & *deciſ* 45. *num.* 2. *cor. Dunoz.*
Jun. & *in Bituntina Juriſpatronatus* 27. *Junii*
1687. §. *Cenſuerunt*, *coram Urſino.*
Beneficium vero tunc dicitur vindicari uti ſuum,
42 quando præceſſit valida collatio, inſtitutio, adju-
dicatio &c. His autem deficientibus, nullum jus
dicitur acquiſitum ſuper dominio Beneficii, prout
requiritur ad effectum contrahendi vitium litigio-
ſi, ut firmant mox laudatæ auctoritates, & ſi-
gnanter *Rot. in dicta deciſ.* 360. *coram Ubaldo*, &
deciſ. 45. *coram Dunozet.* & *in Bituntina Juriſpa-*
tronatus 27. *Junii* 1687. §. *Deficit etiam*, *co-*
ram Urſino, & *in Barchinonen. Parochialis*, *ſeu*
Vicariæ 22. *Martii* 1697. §. *finali coram dell'*
Olmo.
Hinc eſt, quod, ſi quis non habeat collatio-
43 nem, ſed mandatum de conferendo, nec gra-
tia fuerit *in forma gratioſa* expedita, ſed *in for-*
ma Dignum per viam mandati de providendo, eo
caſu Beneficium non dicitur litigioſum, nec lis
ſufficiens pro obtinenda ſubrogatione, quia non
petitur Beneficium, tanquam ſuum, ſed tanquam
debitum, & imploratur officium Judicis, quod
importat actionem perſonalem; & ſemper colla-
tio facienda, eſt eventualis, *Roſ. de Executor.*
dict. cap. 17. *num.* 117. *Adden. ad Burat. deciſ.*
927. *num.* 25. *Rot. dec.* 1235. *num.* 2. & *ſeqq. coram*
Coccin. deciſ. 45. *num.* 7. & *ſeqq. coram Dunoz.*
deciſ. 1232. *num.* 4. & *deciſ.* 1363. *num.* 6. *co-*
ram Emerix Jun. dec. 91. *numer.* 3. *coram Be-*
nincaſa deciſ. 30. *numer.* 19. *cor. Molines deciſ.*
427. *num.* 13. & *ſeqq. part.* 18. *Recent.* & admit-
titur in *deciſ.* 91. *num.* 8. *coram clar. mem. Card.*
Caprara, ubi ſolum limitatur, quando Colliti- 44
gans habet titulum in Commiſſione deductum,
nam eo defuncto, debetur ſubrogatio habenti
Mandatum de providendo, quia ſufficit, quod
lis pendeat ſuper titulo unius ex Collitigantibus,
ſive is Actor ſit, ſive Reus, ut dicemus infra *nu-*
mer. 74.
Sed non deſunt, qui contrarium exiſtimant,
ſubrogationem nempe deberi, etiam, quando nul- 45
la adeſt collatio, ſed tantum mandatum de pro-
videndo, & Beneficium petitur non uti ſuum,
ſed uti debitum per *Gloſſ. in cap.* 1. *verb. Finita*,
ut lit. pendent. in 6. ubi dicitur, quod ſi quis petit
alium privari, & ſibi conferri, Beneficium eo
ipſo cenſetur litigioſum, *Garcias de Benefic. part.*
11. *cap.* 3. *a num.* 75. late *Beltramin. ad Gregor.*
deciſ. 305. *num.* 8. ubi affert exemplum de ele- 46
ctione, & præſentatione, ut ſcilicet lis ſuper præ-
ſentatione, aut electione faciat Beneficium liti-
gioſum, licet nulla adſit inſtitutio, ſeu confirma-
tio, & Beneficium petatur uti debitum, *Amay-*
den. de Styl. Datariæ dict. cap. 24. §. 2. *num.* 23. &
ſeqq. ubi præterea, quando impetratio non eſt
facta certo modo, ſed per obitum, aut reſigna- 47
tionem. Et in terminis illius, qui impetraverat
ob non expreſſionem veri valoris, *Rota in Cæſa-*
rauguſtana Subrogationis gratioſa 24 *Octobris* §.
Non obſtant, *coram Navarra.* Et *Beltramini*
Sententiam probare videtur *Rot. in dicta Augu-*
ſtana Canonicatus S. Mauritii 14. *Maii* 1732. §.
Unde in fine, *cor. R. P. D. Creſcentio.*
Verum, his non obſtantibus, recedendum non
eſt a communi opinione toties a Rota canonizata,
nam *Gloſſ. in cap.* 2. *ut lit. pend. in* 6. in qua funda- 48
tur *Beltraminus* procedit, quando quis agit ad re-
motionem Beneficiati, & una ſimul petit Benefi-
cium ſibi conferri, & adjudicari, quia dicit, il-
lud ad ſe ſpectare, & ſic præſupponit titulum, *Ad-*
den. ad Burat. deciſ. 927. *num.* 29. *Rot. deciſ.* 91.
ſub num. 4. *part.* 17. *Recent. Rota deciſ.* 1235. *num.*
5. *coram Coccin.* & *deciſ.* 630. *num.* 7. & *ſeqq.*
coram Ubaldo, ubi ait, in eiſdem terminis eſſe
intelligendas Deciſiones *cor. Penia*, & *Puteo*, &
reprobando *Beltraminum*, probant *Lotter. dict.*
lib. 2. *quæſt.* 20. *numer.* 30. & *ſeqq. Roſ. de Exe-*
cutor. part. 1. *cap.* 17. *num.* 112. & *ſeqq.* & *num.*
120. *Rot. deciſ.* 45. *num.* 11. *coram Dunoz. Jun.* ubi,
quod *Beltraminus* refert opinionem, quam defen-
dit in Rota, ſed cauſam amiſit, & ſubdit, quod
res hæc eſt extra controverſiam.
Quatenus vero *Beltraminus* fatetur, litem ſu-
per electione, ſeu præſentatione efficere Benefi- 49
cium litigioſum, & tamen eo caſu petitur illud,
uti debitum, & conferendum: Reſpondetur,
Concluſionem eſſe veram, nam, quod efficit Be-
neficium litigioſum non eſt qualitas Juris, quod
habet Actor, ſed qualitas Actionis, an ſcilicet
ſit realis, vel perſonalis; nam, ſi eſt perſonalis,
non efficitur res litigioſa; ſi vero eſt realis, &
in rem redacta, redditur res ipſa litigioſa. Cum
igitur electus, ſeu præſentatus, quando agit con-
tra Coelectum, vel alium præſentatum, diri-
gat actionem ſuam in rem, & non in perſonam
(ſicuti dirigit ille, qui habet nudum mandatum
de providendo) & dirigat in rem, uti res ipſa
eſt, ſcilicet, ut Beneficium ſibi tradatur: hinc
eſt, quod efformatur lis ſuper ipſo titulo, & qua-
ſi dominio Beneficii, ut ſubtiliter explicat *Lotter.*
dict.

dict. lib. 2. quæſt. 20. num. 21. Rota deciſ. 135. ſub num. 5. cor. Carillo.

Verum, ut hæc, ceteroquin perdifficilis, & nimium apud Doctores involuta inſpectio, an ſcilicet, & quando requiratur præcedens Beneficii collatio, & ſic illud vindicetur, tamquam ſuum, & non uti conſerendum, ſub certis Regulis comprehendatur, plures caſus diſtinguere oportet. Primus, quando in conceſſione ſubro-
50 gationis vergeret præjudicium tertii, videlicet vel Patroni, ad quem ſpectaret jus præſentandi, vel Ordinarii habentis jus conſerendi, ſeu alterius, cui competat regreſſus ad Beneficium, aut quid ſimile: tunc enim elargiri non debet ſubrogatio, niſi lis revera ſit ſuper titulo, & ſuperſtes Collitigans, qui illam petit, vindicet Beneficium actione reali, uti ſuum, non uti conſerendum; ideoque in hoc caſu neceſſaria eſt præcedens cellatio, nec ſufficit mandatum de providendo ab eodem Collitigante obtentum. (Quandoquidem, & in certis caſibus, ubi verſatur tertii præjudicium, nec concedenda eſt ſubrogatio, licet lis ſit ſuper titulo, ut dicemus infra §. II.) Ad differentiam alterius caſus, quando collatio
51 libere ſpectat ad Papam, & Collitigans ſuperſtes litem inſtruxit prævio Mandato de Providendo habito ab eodem Pontifice; nam tunc datur ei ſubrogatio, licet lis non fuerit ſuper titulo, quia ceſſat cujuſcumque alterius præjudicium, præterquam ipſiuſmet Pontificis, & quia ſive lis ſit ſuper titulo, ſive non, ſemper urgent rationes Regulæ, ut lites tollantur, & Collitiganti novus non detur adverſarius. Proindeque exuberat, quod Papæ narretur lis eo prorſus modo, quo inſtructa fuit, ad effectum, ut ſubrogatio obtineri valeat, bene *Piton. tom. 4. diſceptat. 127. num. 13. & ſeqq. Rot. deciſ. 990. num. 7. coram Seraphin. & deciſ. 18. num. 4. 7. & 8. coram Ubaldo, Rota in Bovinen. Archidiaconatus 2. Junii 1713. §. Denique coram clar. mem. Card. Scotto*, impreſſa poſt *Monacell. in Formular. tom. 4. deciſ. 14.*

52 Secundus caſus eſt, quando lis verſatur ſuper Mandato de Providendo continente conditionem aliquam, puta ſuper Mandato de Providendo ex cauſa Reſignationis obtento ſub conditione, quod Reſignans aliunde habeat, quo commode vivere poſſit. Et in hoc caſu, ſi conditio non eſt verificata, vel verificabilis, nullum transfertur jus in Reſignatarium, quo poſſit petere Beneficium actione reali, tanquam ſuum, neque cenſetur inducta lis ſuper titulo, *Rot. cor. Emerix deciſ. 1363. numer. 7.* Quod, ſi è converſo
53 Mandatum de Providendo ſub conditione, ſit verificatum, vel juſtificabile, lis dicitur ferire titulum, & jus Reſignatario quæſitum, quia Gratia non eſt conditionalis quoad ſubſtantiam, ſed ſolummodo quoad exequutionem ſuſpenſam uſque ad declarationem faciendam ab Exequutore, quæ ſuſpenſio non reddit actum conditionalem, nec impedit acquiſitionem juris uſque ab initio, ut diſtinguit *Piton. dict. diſcept. 127. num. 19. & 20. Rota in dict. Bovinen. Archidiaconatus §. Ponderantibus*, ubi etiam in *§. finali* declaratur, ad-
54 verſantes auctoritates procedere, vel in Mandato de Providendo ad incertum Beneficium, aut in forma juris, aut quando Literæ non ſunt juſtificatæ, neque juſtificabiles; Et plene *in dicta Auguſtana Canonicatus S. Mauritii 14. Martii 1732. §. Secus autem, & 9. Februarii 1733. §. 20. coram R. P. D. Creſcentio.* Sed adhuc adverſus hanc
55 diſtinctionem urgere videtur ratio generalis, quod actio, quæ intentatur ab hujuſmodi proviſo, eſt perſonalis, etiam quod Mandatum de Providendo ſit juſtificabile. cum pendente executione, inſtare debeat penes Executorem, ut dicat, vel faciat: quod certe nihil eſt aliud, quam actionem in perſonam intendere, ut bene ponderat *Lotter. dict. lib. 2. quæſt. 20. num. 40. in fine.*

Tertius caſus eſt, quando agitur de *Electione*; 56
& hoc caſu ſufficit, quod lis ſit ſuper ipſa Electione, etiam quod non præceſſerit alia collatio, juxta *Tex. in Cap. 1. ut lit. pendent. in 6.* & relatis antiquioribus, firmavit *Rota coram Dunoz. dict. deciſ. 45. num. 11. & ſeqq. coram Merlin. deciſ. 418. num. 4. & in Florentina Parochialis coram Virili*, apud *Amayden. de Styl. Datar. cap. 24. §. 2. ſub num. 25.* ubi dicitur, quod hodie in Electione ceſſat diſputatio Doctorum, nec eſt curandum, an lis percutiat titulum Beneficii, ſed exuberat, quod ſit ſuper Electione, etiam quod non præceſſerit collatio, quia habemus peculiarem proviſionem Papæ in *dict. cap. 1.* ſequuntur *Adden. ad Buratt. dict. deciſ. 927. num. 20. Roſa dict. cap. 17. num. 114.*

Quartus caſus eſt, quando agitur inter duos præſentatos contendentes ſuper præſentatione, ſeu 57
quis eorum veniat inſtituendus, & tunc licet nulla præceſſerit inſtitutio, ſeu adjudicatio, adhuc Beneficium dicitur litigioſum, & ſuperſtiti competit ſubrogatio in Juribus defuncti Collitigantis, ad tramites laudati *Cap. 1. Ut lit. pend. in 6.* locum ſibi vindicantis, nedum in electione, de qua in litera loquitur, verum etiam in præſentatione, *Roſa dict. cap. 17. numer. 114. Adden. ad Buratt. dicta deciſ. 927. num. 21. Rota cor. Merlin. dec. 418. num. 4. & ſeqq. cor. Carillo deciſ. 135. num. 5. & 9. in Illerden. ſeu Tarraconen. Beneficii 5. Julii 1683. §. Lis autem in fine, cor. Guaxardo*, ubi non eſſe opus, quod 58
lis ſit ſuper titulo, ſed ſatis eſſe, quod ſit inter præſentatos ſuper præſentatione, aliiſque ab ea dependentibus: quod etiam dictum fuit in *deciſ. 607. num. 10. part. 5. Recent. & deciſ. 15. num. 8.* poſt *Diſceptat. Contrii, & deciſ. 779. num. 4. cor. Emerix*, ubi, quod ſola electio, ſeu præ- 59
ſentatio facit litem ſuper titulo; Et diſtinguendo inter Beneficia liberæ collationis, & ea, quæ ſunt de jurepatronatus, *Rota cor. Anſald. dec. 4. num. 3. & cor. Molines deciſ. 780. num. 9. tom. 3. part. 1. & in Faventina Beneficii 18. Decembris 1704. §. Non obſtat, cor. Muto, & in Pampilonen. Beneficii de Villa Franca 3. Junii 1729. §. Nec obſiſtit, cor. R. P. D. Cincio.*

Et hoc caſu Beneficium dicitur litigioſum, etiamſi ultra præſentatos adſint in Cauſa Patroni, 60
qui tamen interveniant ſecundario, & pro omni eorum jure, principaliter vero lis reſpiciat Præſentatos, & inſtitutionem, *Rota cor. Emerix dicta deciſ. 779. num. 1. & 2.* Alias ſi lis ſit principaliter inter Patronos contendentes de pertinentia patro- 61
nali inter ſe ipſos, vel cum Ordinario prætendente Beneficii libertatem, tunc Beneficium non efficitur litigioſum, nec debetur ſubrogatio, etiamſi acceſſorie, & pro eorum intereſſe adſint præſentati, *Lap. allegat. 136. ſub num. 2. & ſeqq. Lotter. de Re Benefic. lib. 2. quæſt. 20. num. 5. & ſeqq. Card. de Luca de Jurepatr. diſc. 63. num. 9. Rota deciſ. 59. num. 12. coram Buratt. dec. 3. num. 2. cor. Bichio, coram Anſaldo deciſ. 18. num. 1. & 2.* ubi, quando dicantur Patroni adeſſe uti principales, 62
necne, *& in Bituntina Juriſpatronatus 27. Junii 1687. §. Non quidem, cor. Urſino.*

Sed, quamvis lis inter Patronos non efficiat Beneficium litigioſum ad effectum aſſequendi ſubroga- 63
tionem:

63 tionem : nihilo minus ſi Pontifici narrata fuit lis eo
modo, quo extiterat introducta, nempe etiam in-
ter Patronos contendentes inter ſe de pertinentia
patronali, & Pontifex de facto ſubrogationem in-
dulſerit, non eſt in hoc caſu amplius inquirendum,
an Patroni principaliter, vel acceſſorie fuerint in
cauſa, ſed ſufficit verificare litem eo modo, quo
fuit narrata, ut diſtinguendo inter ſubrogationem
jam conceſſam, & alium caſum, quando quæſtio
viget ſuper illius conceſſione, *Rota coram Anſal-
do dicta deciſ.* 18. *num.* 4. *uſque ad* 8. *in Tudertina
Parochialis apud Piton. diſcept. Eccleſ. tom.* 1. *pag.*
97. *num.* 60. *& in Faventina Beneficii* 18. *Decem-
bris* 1704. *§. Cæterum cor. Muto.*

Quod autem diximus, litem ſuper præſentatio-
64 ne, ſeu electione efficere Beneficium litigioſum,
locum ſibi non vindicat in caſu, quo electus pe-
tat confirmationem ab eo, qui debet confirmare,
ſeu Præſentatus petat inſtitutionem ab Ordinario,
nullo exiſtente contradictore in Cauſa; ſed ſolum
procedit, quando petitur confirmatio, ſeu inſti-
tutio contra alium Coelectum, ſeu alium Præſen-
tatum, aut Proviſum ab Ordinario; nam in pri-
mo caſu agens ad confirmationem, ſeu inſtitu-
tionem dirigit ſimpliciter actionem contra eum,
qui tenetur conferre, ſeu confirmare : merito proin-
de non efficitur Beneficium litigioſum, quia is,
a quo petitur, ſecundum intentionem actoris,
non tenetur, niſi ad factum; Et proinde actio
eſt mere perſonalis. At ubi actio intenditur con-
tra Coelectum, aut Compræſentatum, tunc quia
intenditur in rem ipſam, jure contrahitur vitium
litigioſi, ut explicando doctrinam Innocentii in
dicto cap. M. Ferrarienſis, notant *Lotter. de Re
Beneſ. lib.* 2. *quæſt.* 20. *num.* 36. *& ſeqq. Rota deciſ.*
135. *num.* 9. *cor. Carillo, deciſ.* 91. *num.* 4. *&* 5.
coram Benincaſa, & deciſ. 780. *num.* 7. *cor. Moli-
nes* : quidquid contrarium firmare videatur *Rota*
65 *deciſ.* 585. *n.* 6. poſt *Poſth. de Manut.* ubi dicitur,
Beneficium effectum fuiſſe litigioſum, eo quia Præ-
ſentatus appellavit a Decreto Ordinarii, qui ei de-
negaverat inſtitutionem : quam deciſionem ſequi-
tur *Roſa de Executor. cap.* 17. *num.* 115.

Quintus caſus eſt, quando agitur ad remotio-
66 nem Beneficiati; Et tres regulas conſtituit *Rota
cor. Coccin. deciſ.* 42. Prima, quando agitur ad re-
motionem Beneficiati, & negatur fœdus Conju-
gii ſpiritualis, eo quod nunquam Poſſeſſor Benefi-
cium legitime aſſequutus fuerit ac petitur ſibi con-
ferri, & in hoc caſu lis percutit titulum, & cauſa
eſt Beneficialis. Secunda regula eſt, quando con-
67 tenditur, aliquem obtinuiſſe Beneficium, ſed illo
poſtea fuiſſe privatum, ſeu privandum fore, &
hoc caſu Cauſa non eſt Beneficialis, cum lis ſit
ſuper crimine, non ſuper titulo. Tertia regula eſt,
68 quando petitur, aliquem Beneficio privari prop-
ter crimen, & ſibi conferri, & adjudicari, & tunc
Beneficium dicitur litigioſum, & Cauſa Benefi-
cialis, *Piton. diſcept.* 127. *num.* 21. *Roſa de Exe-
cutor. cap.* 17. *num.* 118. *& ſeqq. Adden. ad Buratt.
dicta deciſ.* 927. *num.* 25. *& ſeqq. Rota coram Du-
noz. deciſ.* 45. *per tot. in dicta Auguſtana Canonica-
tus S. Mauritii* 14. *Martii* 1732. *&* 9. *Februarii*
1733. *cor. R. P. D. Creſcentio.*

Intellige tamen hanc ultimam regulam, quan-
69 do præceſſiſſet collatio, & quis peteret Benefi-
cium tanquam collatum, non tanquam conferen-
dum : alias ſi peteret illud ſibi conferri, & aſſigna-
ri, caſu, quo ſequeretur privatio, tunc Benefi-
cium non eſſet litigioſum, quia non peteretur uti
proprium, ut firmat *Rota cor. Ubaldo deciſ.* 730.
num. 4. *& ſeqq.* ubi ita explicat Deciſiones cor.
Puteo, & Coccino, & cor. Dunoz. dec. 45. *num.*
19. Et quamvis in iſtis Impetrationibus, quæ ten- 70
dunt ad amotionem poſſeſſoris a Beneficio, nun-
quam dentur literæ gratioſæ proviſionis, ſed literæ
in forma *Mandati de providendo*, & ſic nunquam
præcedat collatio, ex relatis per *Adden. ad Gre-
gor. dec.* 305. & admittit *Lotter. dict. lib.* 2. *quæſt.*
20. *num.* 30. Nihilo minus, ut ibidem *Lotter. num.* 71
31. ſubdit, titulus, & collatio in hoc caſu ori-
tur ex ſententia Judicis, qui privet Reum Benefi-
cio, & illud alteri adjudicet, nam exinde victor
incipit habere titulum; & facit *Rota cor. Dunoz.
dec.* 468. *num.* 2. ac etiam conſonat ſtylus Data-
riæ, quæ tunc, cum permittit, ut in Literis Im-
petrationis Beneficii ob crimen a Titulari perpetra-
tum, adjiciatur clauſula, quod illud cedere ne- 72
queat, alias ceſſio facta intelligatur favore Impe-
trantis, apponit reſtrictivam -- *poſt primam priva-
tionis ſententiam* -- quia ex tunc lis ferire dicitur
titulum, & cauſa evadit Beneficialis, ut ſupra
explicavimus.

Sit igitur firma concluſio, quod ad effectum
obtinendi gratioſam ſubrogationem in juribus de- 73
functi Collitigantis, requiritur, quod lis ſit ſuper
titulo Beneficii. Parum vero refert ſuper cujus ti-
tulo lis pendeat. Actoris ſcilicet, vel Rei : ſed in-
ſpicitur ſolum, an pendeat ſuper titulo, ut late 74
fuit reſolutum in *deciſ.* 107. *per tot. cor. Celſo*, ubi
caſus erat, quod pendente Judicio ſuper adjudica-
tione Parochialis inter Andream poſſeſſorem, &
Jacobum, obiit Andreas, & Ordinarius, facto
concurſu, elegit Gabrielem, uti digniorem : at
econtra, Jacobo petente ſubrogationem, Cauſa
fuit remiſſa ad Rotam, quæ concluſit pro ſubroga-
tione favore ejuſdem Jacobi. Nam, licet is nul-
lam haberet collationem Parochialis, quam prop-
terea non poterat uti ſuam vindicare, nec uti ſibi
collatam : tamen lis introducta fuerat principali-
ter ſuper non jure, & invaliditate tituli Andreæ,
dum, ſequuta collatione ad ejus favorem, Jaco-
bus appellaverat, & obtinuerat committi Cauſam
in Rota : quo caſu Beneficium effectum fuerat
litigioſum, idemque firmant *Roſ. de Execut. dict.
cap.* 17 *num.* 121. *& ſeqq. Piton. diſcept.* 127. *num.*
17. *Rota cor. Caprara deciſ.* 92. *num.* 7. *dec.* 93.
num. 15. *& in Bovinen. Archidiaconatus* 2. *Junii*
1712. *§. Ponderantibus, cor. clar. mem. Cardinali
Scotto*, impreſſ. apud *Monacell. tom.* 4. *deciſ.* 13.

Et quamvis ad effectum prædictum debeamus
metiri jus ex parte Actoris; tamen id procedit, 75
quando ſolummodo jus Actoris ſit in litem dedu-
ctum, ſecus vero ſi etiam jus Rei conventi, *Rota
dicta dec.* 107. *num.* 7. *& ſeqq. coram Celſo*, ubi di-
citur, quod eo caſu jus Actoris erat inſeparabile a
jure Rei conventi, nec unum ſine altero cognoſci
poterat, & terminari; Et actor in tantum obti-
nere valuiſſet, in quantum jus in Reo defuiſ-
ſet; unde ratione connexionis, & inſeparabilitatis
idem dicendum erat de uno, ac de alio. Hoc in-
ſuper addito, ut quemadmodum danda fuiſſet ſub- 76
rogatio Poſſeſſori, ſi ipſe ſupervixiſſet, ita etiam
concedenda erat ſuperſtiti ad ſervandam inter eos
æqualitatem, *Roſa de Executor. dicto cap.* 17. *num.*
122. In materia enim ſubrogationis Acta facta ad 77
inſtantiam unius partis, proſunt alteri Collitigan-
ti, ut æqualitas ſervetur, *Roſa loco citato, Ton-
dut. part.* 3. *reſol.* 163. *num.* 16.

In iiſdem pariter terminis *Amayden. de Styl. Da-
tariæ cap.* 24. *§.* 2. *num.* 26. *& ſeqq.* refert alterum
caſum, in quo ipſe inſtabat pro ſubrogatione. Fa-
cto concurſu ſuper Parochiali, & idoneis pro ea 78
aſſequenda ab Examinatoribus renunciatis Paulo,
& An-

& Antonio, Epiſcopus præelegit Paulum, ſed ab
ejus irrationabili judicio Antonius appellavit, &
Cauſam introduxit in Rota. Pendente hoc judicio
deceſſit Paulus præelectus; & Epiſcopus, pera-
cto novo concurſu, præelegit Romulum; Cum-
que Antonio petenti ſubrogationem ad jus, &
poſſeſſionem defuncti opponeretur, quod ipſe non
haberet collationem, & proinde non poſſet pe-
tere Beneficium, uti ſuum: *Amayden.* duas dat
reſponſiones, primam, quod id non ſit neceſſa-
rium, cum ſufficeret, quod petatur Beneficium
tamquam debitum: quæ tamen reſponſio non ſub-
ſiſtit ut ſupra late oſtendimus; & alteram, quod
approbatus in concurſu ad Parochialem jus habet
ad illam vigore Conſtitutionis *S. Pii*, mandantis,
Parochialem conferri magis idoneo, imo jus præ-
ſatum veluti juſto conflictu, & virtutis experi-
mento acquiſitum magis validum, & efficax eſt,
quam jus competens Electo, aut Præſentato,
qui nullo labore electionem, ſive præſentationem
aſſecuti ſunt; unde ſi ex duobus Electis, aut
Præſentatis inter ſe judicialiter concertantibus al-
ter moriatur, debetur ſuperſtiti ſubrogatio, ad
tramites *Cap. 1. ut lit. pend. in 6.* ut dictum eſt,
potiori jure competere illa debet ſuperſtiti oppo-
ſitori ad Parochialem; & *Amaydenum* ſequuntur
Roſa de Execut. part. 1. cap. 17. n. 102. & ſeqq.
79 *Piton. tom. 1. diſcept. 31. n. 4.* Sed rationibus ab
eo adductis addi potuiſſet, quod lis vere pende-
bat ſuper titulo Pauli Rei conventi, a quo inſe-
parabile erat jus Actoris, qui obtinere non potuiſ-
ſet, niſi declaratum fuiſſet, nullum eidem Paulo
jus competere; unde locus eſſe debebat ſubroga-
tioni, in qua ſolum attenditur, quod lis pendeat
ſuper titulo, non curato, an titulus ſit penes Reum,
vel Actorem, ut ſupra dictum eſt.

Et pro reportanda gratioſa ſubrogatione, non
80 ſolum lis debet eſſe ſuper titulo, ſed principali-
ter ſuper eo, & non incidenter. Hinc eſt, quod
81 lis ſuper exequutione Literarum Apoſtolicarum
non efficit Beneficium litigioſum, nam, licet tunc
etiam ſit cognoſcendum de titulo, & proprietate:
hujuſmodi tamen cognitio non aſſumitur principa-
liter, ſed incidenter, proindeque non ſufficit ad
effectum obtinendæ ſubrogationis, *Lotter. de Re
Benef. lib. 2. quæſt. 20. num. 42. Roſa de Executor.
dicto cap. 17. num. 124. Rota deciſ. 427. num. 19.
& ſeqq. part. 18. tom. 2. Recent. cor. Gregor. deciſ.
335. ex num. 8. cor. Manzaned. deciſ. 896. num. 2.
cor. Dunoz. ſen. deciſ. 259. num. 3. cor. Celſo deciſ.
299. num. 2. cor. Emer. Jun. deciſ. 1032. num. 8. &
deciſ. 1363. num. 6. in Leodien. Præpoſitura 16. Fe-
bruarii 1685. §. Secundo cum hujuſmodi, cor. Al-
bergato, & in Civitatis Ducalis Parochialis 13.
Maii 1726. §. finali, cor. R. P. D. Corio.*

Eandemque ob rationem lis ſuper ſimplici poſ-
82 ſeſſorio non efficit Beneficium litigioſum pro ſub-
rogatione ad tramites Regulæ obtinenda, *Gloſſ.
in cap. 1. verb. Litigioſa, de Confirm. util. vel inu-
til. Mandoſ. ad hanc Regul. quæſt. 13. num. 1. &
per tot. Spad. conſ. 61. tom. 2. Gonzal. ad Regul. 8.
§. 7. Proœm. n. 29. Roſa de Executor. libr. 1. cap. 17.
num. 125. Rota cor. Ludoviſ. deciſ. 335. num. 5.* &
ibi *Adden. Rota in Tranen. Præceptoriæ 12. Decem-
bris 1687. §. Tum denique, cor. Urſino.*

Quod ſi Pontifici narrata fuerit lis ſuper Poſ-
83 ſeſſorio, ipſeque ſubrogationem indulſerit, tunc
ſat erit litem juſtificare eo modo, quo de illa men-
tio Pontifici facta fuit, ut ſubrogatio ſuum ſortiri
valeat effectum, *Lotter. dict. lib. 2. quæſt. 20. num.
52. Roſa dict. cap. 1. n. 125. Tondut. quæſt. Benef.
part. 3. Reſol. 163. n. 14. & 15. Adden. ad Buratt.
dec. 927. num. 3. Rota dec. 990. num. 7. cor. Sera-
phin. dec. 666. num. 5. & dec. 697. num. 12. cor.
Dunoz. & in Recent. deciſ. 164. num. 5. part. 10.*
Et in terminis narrativæ factæ Pontifici, quod 84
defunctus obtinuerat Mandatum de providendo,
Rota deciſ. 411. num. 8. coram Cerro, plene in
deciſ. 18. num. 5. & ſeqq. cor. Anſaldo, ubi gene-
raliter firmatur, ſufficere verificare litem quoquo 85
modo narrata fuerit, quando de facto ſubroga-
tio extitit conceſſa.

Quemadmodum ſi conceſſo Mandato de im-
mittendo pro executione Literarum Apoſtolica- 86
rum, Reus appellet, & obtineat committi Cau-
ſam cum clauſula - *quam, & quas, cum omni-
bus incidentibus annexis &c.* - dicetur per hujuſ-
modi Commiſſionem introducta etiam lis ſuper
proprietate, & erit locus Regulæ, *Ventrigl. in
Prax. lib. 2. adnot. 10. ſub num. 34. Lotter. dict.
lib. 2. quæſt. 20. num. 43. Rota dec. 342. num. 2.
part. 1. Recent. & deciſ. 780. num. 5. cor. Molines,
& dec. 135. n. 8. cor. Rmo Caril.* ubi, etiamſi in
prima inſtantia actum fuerit in Poſſeſſorio, *& in* 87
dicta Gerunden. Beneficii §. Præſertim. Ea enim
clauſulæ præſatæ ineſt vis, & efficacia, ut totum
negocium principale devolvat, & faciat litem ſu- 88
per titulo, & proprietate, *Lotter. dicta quæſt. 20.
num. 44. & 45. Mandoſ. hic quæſt. 14. num. 7. Roſa
dicto cap. 17. num. 126. & ſeqq. Adden. ad Buratt.
deciſ. 927. num. 31. Rota cor. Dunozzett. deciſ. 467.
num. 3. & dec. 697. num. 8. & ſeqq. cor. Caprara
deciſ. 92. num. 5. & dec. 97. num. 3. & ſeqq. & in
Bituntina Juriſpatronatus 26. Martii 1688. §.
Præſertim*, confirmat. 5. *Julii ejuſdem anni cor.
Urſino.*

Litem pariter ſuper titulo Beneficii inducit Ju-
dicium *Jactationis*, ejuſque vigore cenſetur lis 89
introducta tam ſuper Poſſeſſorio, quam Petitorio,
*Mandoſ. ad hanc Regulam quæſt. 17. num. 6. Lotter.
dicta quæſt. 20. num. 46. Rota poſt Diſcept. Contr.
deciſ. 15. num. 5. coram Dunoz. dec. 666. num. 4.
& dec. 697. num. 5. & 6. & cor. Caprar. dicta de-
ciſ. 92. num. 5. & dec. 97. num. 8. & ſeqq.*

Item, quando fuit ſuſpenſum petitorium: hæc
ſiquidem ſuſpenſio præſupponit, litem fuiſſe uſque 90
ab initio conteſtatam tam in petitorio, quam poſ-
ſeſſorio: alias neceſſarium non fuiſſet ſuſpendere
petitorium, ſi in litem deductum non extitiſſet,
Rota cor. Anſaldo, deciſ. 4. num. 4.

Ceterum, quod modo diximus, per clauſu-
lam *quam, & quas, cum inciden. &c.* nec non per
Judicium *Jactationis* introduci litem ſuper titulo,
& proprietate, locum ſibi vindicat, quando in
Commiſſione nulla adeſt dictio taxativa, ſeu re-
ſtrictiva ad certam ſpeciem, veluti ad poſſeſſo- 91
rium, ſeu immiſſionem, nam ſi talis adeſſet re-
ſtrictiva, tunc ſuper illis tantum cenſatur intro-
ductum Judicium, & non ſuper aliis, quem-
admodum ultro admittunt *Mandoſ. Lotter. &
Rota* ſupra citati, *Adden. ad Greg. dec. 125. num.
18. in fin. Rota deciſ. 427. §. final. part. 18. Recen.*
in cujus themate, licet adeſſet in Monitorio clau-
ſula *deducens &c. omne Jus &c.* quæ efficit, ut 92
cenſeatur inducta lis ſuper titulo Beneficii: ni-
hilo minus, cum illa clauſula eſſet reſtricta ad Ju-
dicium Immiſſionis, fuit dictum, quod non effe-
cerat Beneficium litigioſum ad effectum ſubroga- 93
tionis. Et conferunt firmata per *Rot. deciſ. 891.
num. 6. cor. Manzanedo.* Nec adverſatur *deciſ.
97. num. 8. & ſeqq. cor. Caprara*, quia ibi decli-
natur prædicta ſubdiſtinctio, ſupponendo, quod
in Commiſſione deductum fuerat omne jus per Im-
petrantem, non autem ſuper ſolo Poſſeſſorio.

Inſuper

Inſuper procedit, data præcedeoti Beneficii
94 collatione, ſeu inſtitutione, & ſic data materia
præexiſtente, ad effectum ut quis poſſet petere
Beneficium tanquam ſuum: alias dictæ clauſulæ
nihil operantur, *Rsſa de Executor. dičls-cap.* 17.
num. 126. *Adden. ad Buratt. dec.* 927. *num.* 31.
Rota dec. 427. *n.* 17. *&* 18. *part.* 18. *Recent. sar.
Dunsz. deciſ.* 45. *num.* 2. *&* 3. *cor. Merlin. deciſ.*
418. *num.* 8. *&* 9. *cor. Bich. deciſ.* 187 *num.* 8. *car.
Benincaſ. dec.* 91. *n.* 6. *&* 7. cum aliis in *Barchi-
nonen. Parochialis, ſeu Vicariæ Caſtri fidelium* 22.
Martii 1697. *§. finali cor. dell'Olmo*, quidquid in
95 contrarium cenſeat *Rota cor. Coccin. deciſ.* 2032.
num. 11. *&* 12.

Tertio requiritur, quod clauſula *quam*, *& quas*
96 fuerit deducta ad ſpeciem; licet enim apta ſit ipſa
comprehendere quodcumque jus in Judicio dedu-
cendum, ſi tamen Jus ad ſpeciem non deducatur,
non mutat Judicium incœptum nec porrigitur ad
ea, ſuper quibus Actori nullum jus competebat,
Adden. ad Gregor. dict. deciſ. 125. *n.* 18. *Rota cor.
Seraphin. dec.* 1013. *num.* 3. *cor. Manzaned. deciſ.*
891. *num.* 5. *& in dicta Barchinonen. cor. dell'Ol-*
97 *mo §. finali.* Quamvis ſecus ſit, quando in Com-
miſſione adeſt etiam clauſula -- *cum inciden. de-
penden. &c.* -- nam tunc neceſſarium non eſt præ-
cedentem clauſulam *quam*, *& quas* ad ſpeciem
deducere, *Roſa dičls cap.* 17. *num.* 127. *in fin. Ad-
den. ad Buratt. deciſ.* 927. *n.* 31. *Rota deciſ.* 418.
num. 7. *cor. Merlin.*

Sicuti autem Beneficium non eſt litigioſum,
98 ſi ſuper Poſſeſſorio, aut ſuper Exequutione Li-
terarum Apoſtolicarum fuerit introductum: ita
nec erit litigioſum, ſi introducta fuerit lis ſuper
99 ſubreptione Gratiæ, aut Literarum Apoſtolica-
rum, *Roſa dicto cap.* 17. *num.* 124. Sed contra-
rium, quod etiam in tali caſu lis dicatur eſſe
100 ſuper titulo, ipſoque Beneficio, firmavit *Rota cor.
Ubaldo deciſ.* 426. *num.* 12. *part.* 2. *& in Cæſarau-
guſtana Subrogationis gratioſa* 24. *Octobris* 1623.
§. Nec obſtat, cor. Navarro, ibi -- *Fuit commiſ-
ſum Executori &c. ut declararet Literas Michaelis
ſubreptitias, quod reſpicit ſubſtantiam, & vali-
ditatem gratiæ, cum tale judicium ſuper ſubrep-
tione gratiæ percutiat de directo titulum, & Be-
neficium.*

Quemadmodum non erit Beneficium litigio-
101 ſum, nec lis ſuper titulo, quando verſatur ſuper
Optione, *Adden. ad Buratt. deciſ.* 927. *n.* 16. *Roſa
de Execut. dict. cap.* 17. *n.* 123. *Garc. de Benefic.
part.* 6. *cap.* 4. *num.* 14. *Rota deciſ.* 604. *num.* 2. *part.*
4. *diverſ. & cor. Carill. deciſ.* 135. *num.* 10.

Rurſus litigioſum dici nequit Beneficium, ſi
102 lis introducta fuerit ſuper Unione, cujus vigore
nominatus prætenderet ſibi deberi Beneficium,
ut in *dicta Barchinonen. Parochialis, ſeu Vica-
riæ Caſtri fidelium* 22. *Martii* 1697. *§. Quo vera
coram dell'Olmo.*

Pariter non erit lis ſuper titulo Beneficii, cum
103 quis petit, non poſſe per alium retineri ex capite
incompatibilitatis, *Roſa dicto cap.* 17. *num.* 121. *de
Luca ad Ventrigl. part.* 2. *annotat.* 10. *n.* 7. *Rot. cor.
Bich. deciſ.* 187. *num.* 2.

Neque etiam lis percutit titulum, quando quis
104 ſtat in judicio pro ſuo jure, & intereſſe, nec ul-
terius petat Beneficium ſibi debitum, ſi nempe
Patronus, vel Collator ſe opponat proviſioni,
aut illius exequutioni, hoc enim caſu lis eſſe di-
citur ſuper ſtatu, non autem ſuper titulo, *Lotter.
dict. lib.* 2. *quæſt.* 20. *n.* 20. *Rota deciſ.* 91. *coram
Benincaſa*, in qua Cauſa impugnabatur electio
Abbatiſſæ, ex quo Monialis non fuerat vocata,
& ſic iſta ſe opponebat pro ſuo jure, & intereſ-
ſe, nec ulterius inſtabat, ut Abbatiſſatus ſibi
conſerretur.

Lis quoque non erit ſuper titulo, quando con- 105
trovertitur, an Beneficium ſit Regulare, vel ſe-
culare, ſed erit ſuper ſtatu, eaque non ſufficit ad
effectum ſubrogationis, *Rota*, *& Lotter.* mox lau-
dati. Quemadmodum diceretur, litem eſſe ſuper 106
ſtatu, ſi diſceptaretur, an Beneficium ſit, necne
de Jurepatronatus. Dummodo tamen ſtatus hu-
juſmodi non ſit in Commiſſione narratus ad ef- 107
fectum canonizandi proviſionem, & excludendi
alium, qui dictum Beneficium uti ſeculare, vel
uti liberum obtinuerat; nam in hoc caſu dicetur
lis introducta ſuper titulo, & proviſione Beneficii,
Rota in Caputaquen. Abbatiæ penes *Amayden. dičls
cap.* 24. *§.* 1. *n.* 16. *& cor. Carillo deciſ.* 135. *num.* 6.

E contra vero erit lis ſuper titulo Beneficii, ſi
quis contenderet, Renunciationem, vel Reſigna- 108
tionem, aut Permutationem fuiſſe nullam, & pe-
teret Regreſſum ad Beneficium, *Roſa de Executor.
dičls cap.* 17. *num.* 123. *Rota deciſ.* 607. *num.* 9.
part. 5. *dec.* 164. *n.* 4. *part.* 10. *Recen. & deciſ.* 528.
cor. Merlino.

Supereſt modo examinare, quando lis ad hunc
effectum introducta dicatur? Communis eſt opi-
nio, quod non ſufficiat ſola Cauſæ Commiſſio, 109
vel expeditio citationis, ſed omnino requiritur
illius legitima exequutio, ex plene relatis per *Ro-
ſam de Execut. dicto cap.* 17. *num.* 130. *Lotter. di-
cta quæſt.* 20. *num.* 114. *Rota deciſ.* 92. *num.* 4. *cor.
cl. mem. Card. Caprara*, *deciſ.* 927. *num.* 3. *cor.
Buratto, deciſ.* 135. *num.* 1. *cor. Carillo*, *deciſ.* 611.
num. 8. *cor. Cerro dec.* 971. *num.* 4. *cor. Dunozet.*
ubi ampliat, etiamſi citandus haberet ſcientiam 110
Citationis, & Commiſſionis, & in eadem Cau-
ſa ſcribens *Card. de Luc. de Benefic. diſcurſ.* 50.
n. 4. eadem *Rota deciſ.* 607. *num.* 6. *part.* 5. *dec.*
164. *num.* 3. *part.* 10. *Recen. in Tranen. Præcepto-
riæ* 12. *Decembris* 1687. *§. Deficit, cor. Urſini, in
Compoſtellana Parochialis de Cadexo* 23. *Martii*
1705. *§. Placuit, & §. Lis, cor. bon. mem. Caffa-
rello, & in Ferrarien. Cappellaniæ* 1. *Decembris*
1727. *§. De præſenti cor. R. P. D. Nunez.* Et di-
citur legitime exequuta citatio, eo ipſo, quod Pars
citata venit in judicium, & reſpondet, vel ſi 111
conſtituat Procuratorem, *Roſa de Execut. dicto
cap.* 17. *num.* 131.

An autem ultra exequutionem citationis ſit
etiam neceſſaria illius reproductio? Affirmative 112
reſpondit *Lotter. dicto lib.* 2. *quæſt.* 20. *num.* 115.
& ſeqq. ubi, quod debet conteſtari lis, quod effi-
citur per reproductionem citationis; Idemque fir-
mant alii, quos refert *Rota dec.* 971. *num.* 4. *cor.
Dunoz. dec.* 611. *num.* 8. *cor. Cerro*, *& deciſ.* 30.
num. 17. *cor. Molines.* Verum id non eſſe neceſ-
ſarium antumat *Card. de Luca de Benefic. dicta
diſc.* 50. *num.* 5. & reddit rationem, quia repro- 113
ductio requiritur in ordine ad Judicem, ut cer-
tior fiat de ſua juriſdictione, & in ordine ad Reum
conventum, ut contra eum non comparentem pro-
cedi poſſit in contumaciam. His autem effecti-
bus ſecluſis, in aliis ſola legitima exequutio ſuf-
ficiet; & idem videtur ſenſiſſe *Rotam dec.* 16.
num. 13. *part.* 10. *Recent. & cor. Buratt. dec.* 927.
num. 3. *Roſa dicto cap.* 17. *num.* 131.

Requiritur tamen in eo, qui Commiſſionem
obtinuit, & citationem expedivit, Mandatum 114
Procuræ, quod ſufficit tacitum, ſive præſumptum,
ut de eo, qui jura produxit, ſive expenſas ali-
quas fecit, *Lotter. de Re Beneficiar. lib.* 2. *quæſt.*
20. *num.* 119. *Rota in Illerden. ſeu Tarraconen.*
Bene-

Beneſicii ſuper Dubio principali 20. *Jannarii*
1685. §. *Lis tamen*, *in fine*, *cor. Paulucio.* Imo
115 etiam ſufficere Mandatum generale ad omnes li-
tes motas, & movendas, Civiles, & Crimina-
les, tradunt *Lotter. dicta quaſt.* 20. *num.* 129. *cum
plur. ſeqq. Rota deciſ.* 927. *num.* 25. *& ſequen. cor.
Buratt.*

Hujuſmodi vero Mandatum debet juſtificari
116 de tempore exercitii illius actas, a quo ducitur
lis *vulgat. leg. Matrem Cod. de Probat. Lotter. dict.
quaſt.* 20. *num.* 147. ubi ſubdit, ſatis eſſe, quod
117 ſuperveniat ratificatio, aut citatus compareat, ni-
hil opponendo de Mandato Procuræ; nam hoc
caſu poterit quocumque tempore produci, *Rota
dec.* 927. *num.* 9. *coram Buratta.*

Inſuper neceſſe eſt, quod lis fuerit introducta
118 coram Judice competente, alias Beneficium non
erit litigioſum, *Clementin.* 2. *ut lit. pendent.* ibique
Gloſſ. verb. Competenti, & relatis antiquioribus,
Barboſ. in Collect. ad dict. Clement. num. 5. *Rota
deciſ.* 611. *num.* 3. *& ſeqq. cor. Cerra.* Unde Mo-
119 nitorium expeditum coram A. C. non relevat,
cum ille in Beneficialibus careat juriſdictione,
Rota in Tranen. Praeceptoriæ 12. *Decembris* 1687.
Tum quia cor. Urſino.

Præterea ad effectum introducendi litem requi-
120 ritur, quod fuerint expeditæ Literæ ſuper ſua
Proviſione ab eo, qui prætendit ſubrogationem
in juribus defuncti Collitigantis, nam de cæte-
ro, Literis non expeditis, lis cenſeri nequit in-
troducta, reſiſtente Regula XXXI. de non ju-
dicando juxta formam Supplicationis; præſertim
ſtante clauſula in Commiſſione apponi ſolita --
121 *dummodo expediantur Literæ, & interim non cen-
ſeatur vera lis, nec ſit locus Regulæ de ſubrogan-
do.* -- Qua clauſula inſpecta, neque per Supplica-
tionem, neque per alios actus lis inchoata dicitur,
niſi Literis expeditis, *deciſ.* 1. *num.* 16. *cor. Bichio,
in Recent. deciſ.* 329. *num.* 5. *part.* 15. cum aliis in
Leodien. Præpoſituræ 16. *Februarii* 1685. §. *Nec ad
concludendum*, *& ſeqq. cor. Albergato*, & in con-
firmatoriis *cor. Benincaſa* inter impreſſ. *deciſ.* 85.
num. 2. *& deciſ.* 112. *num.* 4.

Sed præter litis introductionem, ulterius re-
122 quiritur, quod illa duraverit, & quidem de tem-
pore ſubrogationis, nam ex lite quodam modo af-
ficitur Beneficium, & lite extincta, ab ea affe-
ctione liberatur, & ſubrogatio non debetur, *Go-
meſ. in hanc Regul. quaſt.* 14. *in princip. verſic.
Nam ſi lis eſt finita*, *Card. de Luc. de Jurepatr.
dict. num.* 17. *Rot. dec.* 167. *num.* 10. *part.* 10. *deciſ.*
124. *num.* 45. *& ſeqq. part.* 11. *Recent. deciſ.* 88.
num. 6. *&* 7. *coram Rembold. deciſ.* 452. *num.* 4.
cor. Merlin. deciſ. 46. *num.* 1. *cor. Arguelles, deciſ.*
161. *coram Caprar. num.* 3. *&* 4. *& num.* 10. ubi,
quod duratio, & pendentia litis requiritur de
tempore gratiæ; & ideo bene ait *Lotter. dict. quæ-
ſtion.* 20. *num.* 150. *& ſeqq.* quod in hac materia
ipſius litis perdurationem contemplamur, quæ eo
uſque perſeverat, donec ſit extincta.

Cenſetur autem extincta lis, primo per Re-
123 nunciationem eidem factam; Si enim Collitigans
cedat liti, & Cauſæ, lis dicitur finita, & ſub-
latum impedimentum, ad hoc ut Ordinarius
poſſit conferre, *Lotter. dict. lib.* 2. *quaſtion.* 20.
num. 150. *& ſeqq. Roſa dicto cap.* 17. *num.* 130.
& ſeqq. Adden. ad Buratt. dec. 307. *n.* 9. Non au-
124 tem dicitur ceſſiſſe liti qui eodem tempore jura
producit, & opponit de ſubreptione Gratiæ, *Rota
cor. Anſaldo dec.* 4. *num.* 10.

Secundo cenſetur extincta lis per ceſſionem,
125 ſeu Renunciationem Beneficii, *Roſa dicto cap.* 17.
ſub num. 135. *Card. de Luca de Beneſic. diſc.* 51.
ſub num. 4. *Rota deciſ.* 307. *num.* 2. & ibi *Adden.
ad Buratt.* Et ad hunc effectum ſufficit, quod 126
de hujuſmodi ceſſione, ſeu renunciatione conſtet
per aliquem actum tacitum, nempe ex eo, qui
oritur ex aſſequutione Beneficii incompatibilis,
Roſa dict. cap. 17. *ſub num.* 135. *Adden. ad Buratt.
deciſ.* 307. *ſub num.* 9. aliique ſupra relati.

Hoc tamen intellige, quando agitur de ceſſio- 127
ne, ſeu Renunciatione ſimplici, per quam extin-
guitur lis, ſecus vero in Renunciatione, ſeu
Ceſſione ad favorem, per quam lis non extingui-
tur, ſed Beneficium remanet adhuc litigioſum,
Tondut. Reſol. Beneſ. part. 3. *cap.* 163. *num.* 17.
Adden. ad Buratt. dicta deciſ. 307. *num.* 11. *Roſa
dicta cap.* 17. *ſub num.* 135. *Rota deciſ.* 383. *part.* 2.
& 638. *num.* 4. *&* 5. *part.* 19. *tom.* 2. *Recent.* Et
diximus ſupra *n.* 25. *& ſeqq.* Quidquid in con-
trarium, quod etiam per Renunciationem ad fa- 128
vorem lis extinguatur, firmare videatur, *Rota in
dict. dec.* 307. *num.* 2. *coram Buratto.*

Tertio cenſetur lis extincta per Tranſactionem, 129
ad *text. in cap.* 1. *de tranſact. leg.* 2. *ff. de Tran-
ſact. leg. Fratres* 10. *leg. Actione*, *leg. ſub Prætex-
tu Inſtrumentorum*, *leg. Tranſactione Cod. eodem*,
Rota in Gerunden. Beneficii 14. *Aprilis* 1704. §.
Et ex his, *cor. cl. mem. Cardin. Priolo.* Et *Cardin.
de Luca de Beneſic. diſc.* 51. *per tot.* id ampliat pro- 130
cedere, etiam ante confirmationem Papæ; Nam,
quamvis ante illius aſſenſum actus remaneat im-
perfectus, & ſit locus pœnitentiæ: attamen iſta
pœnitentia continere videtur aliquam malitiam,
vel fraudem, quæ præbere debet juſtum motivum
pro deneganda ſubrogatione, eodem modo, quo
denegatur Expiſcatori Impetranti. Et quidem hæc
opinio vera videtur in his terminis fraudis, & 131
malitiæ; ſed iis ceſſantibus, nil obſtaret, quin
Tranſigens, re integra, poſſit pœnitere, & pe-
tere ſubrogationem.

Quarto lis extincta cenſetur per ſententiam
tranſactam in judicatum, & plene etiam exe- 132
quutioni demandatam per adeptionem poſſeſſionis,
Gomeſ. in hanc Regul. quaſt. 14. *Kocbier. ibidem
num.* 41. *& Mandoſ. quaſt.* 12. *nu.* 3. *&* 4. *Card. de
Luc. de Jurepatr. diſc.* 1. *num.* 17. *Adden. ad Bu-
ratt. deciſ.* 927. *n.* 33. *Rota deciſ.* 164. *num.* 6. *part.*
10. *deciſ.* 5. *n.* 2. *cor. Dunoz. Jun.* cum aliis in
dec. 161. *num.* 5. *&* 6. *cor. cl. mem. Card. Capra-
ra*, *& dec.* 480. *num.* 3. *&* 11. *cor. bon. mem. Lan-
cetta*, ita ut nullæ amplius remaneant litis reliquiæ,
Lotter. dicto lib. 2. *quaſt.* 20 *num.* 152. *Adden. ad
Buratt. deciſ.* 927. *num.* 33. *Rota deciſ.* 24. *num.* 6.
cor. Benincaſa, ubi, quod ad obtinendam ſubro- 133
gationem, ſatis ſit, quod ſuperſint aliquæ litis
reliquiæ, ſeu, quod exequutio nunquam fuerit
conſummata, & in *Ferrarien. Cappellaniæ* 21.
Martii 1727. §. *Tantoque magis*, *cor. bon. mem.
Criſpolta*, *&* 1. *Decembris* 1727. §. *Haud qua-
quam*, *cor. R. P. D. Nunez*, *&* 21. *Junii* 1728. §.
Neque vero, *cor. R. P. D. Cario*: in quibus De-
ciſionibus late firmatur, quod res judicata exorta 134
ob lapſum fatalium a Commiſſione Appellationis,
non ita extinguit litem, ut omnes illius reliquias
ſufficientes ad ſubrogationem gratioſam obtinen-
dam ſubmoveat, cum adhuc Appellanti pateat
aditus recurrendi ad Tribunal Signaturæ pro ob-
tinenda facultate proſequendi litem cum ſolito
Reſcripto -- *de præfixione termini* --; ſuaque jura
iterum experiendi in gradu reſtitutionis in inte-
grum; ſed pro totali litis reliquiarum extinctio-
ne, requiritur, quod ſuper deſertione fuerit judica-
tum, & conſummata exequutio: quod etiam prius 135
animad-

animadvertit, *Lotter. ubi ſupra num.* 152. *Rota*
deciſ. 736. *num.* 2. *part.* 3. *& cor. Dunoz. deciſ.*
467. *num.* 5. *cor. Anſald. dec.* 4. *num.* 9. *& dec.* 18.
in fin. & in Bituntina Juriſpatronatus 5. *Julii* 1668.
§. Neque viſa, coram Urſino.

Quinto extinguitur lis ob illius non proſequu-
136 tionem ſpatio decem annorum, dummodo tamen
ex actis conſtet de malo jure negligentis proſequi
litem, & quidem ita clare, ut nullo modo in
controverſiam revocari poſſit; nam his duobus
concurrentibus, præſumitur agnitum judicatum,
& Cauſa deſerta. *Roſa de Executor. cap.* 17. *num.*
167. *Card. de Luca de Benefic. diſc.* 91. *num.* 25.
& diſc. 92. *num.* 59. *Rota in dicta Bituntina, cor.*
Urſino §. Neque viſa, & cor. Emerix Jun. deciſ.
900. *num.* 11. *cor. Anſald. deciſ.* 4. *num.* 8. *&* 9.
cor. Lancett. deciſ. 287. *num.* 13. *& ſeqq. & cor.*
Falconer. tit. de Reſcript. deciſ. 20. *num.* 10. Et
137 licet inſtantia de Jure Canonico ſit perpetua;
attamen vis non ſtat in hoc, ſed in animo Col-
litigantis, qui, dum adeo notabile temporis ſpa-
tium labi paſſus eſt, nec litem proſequi curavit,
videtur agnoviſſe ſuum malum jus, litemque proin-
de deſeruiſſe, ut bene ponderat *Rota dicta deciſ.*
900. *num.* 12. *cor. Emerix, dec.* 4. *num.* 9. *cor.*
Anſald. & dec. 287. *num.* 14. *§. Adverterunt*, &
admittitur in *Barchinonen. Statuti* 2. *Martii* 1705.
§. Tanto magis, cor. Priolo.

Quod ſi de malo jure liquido non conſtet, tunc
138 contra negligentem, in probabili ſui boni juris
opinione verſantem, deſertio non inducitur, niſi
concurrat vel lapſus triginta annorum, vel cum
minori lapſu temporis, factum aliquod poſitivum,
explicans animum derelinquendi litem, quod
Rota deciſ. 109. *num.* 5. *part.* 1. *Recent.* exempli-
139 ficat in eo, qui ſuum Procuratorem revocavit,
aut aliud acceptavit Beneficium incompatibile
cum litigioſo, vel ſimiles actus exercuit; vel
140 demum Judicis declaratio ſuper ipſa litis deſertio-
ne, ut de lapſu triginta annorum, *Rota dec.* 320.
num. 10. *& ſeqq. cor. Penzinger. deciſ.* 467. *num.*
5. *coram Dunoz. Jun. dec.* 389. *num.* 6. *& ſeqq.*
coram Cerro, deciſ. 15. *num.* 38. *cor. Priolo, de-*
ciſ. 1031. *num.* 13. *cor. Molin. in Rec. dec.* 342.
num. 8. *part.* 1. *& deciſ.* 104. *num.* 4. *part.* 12. *&*
in Barchinonen. Beneficii 27. *Februarii* 1733. *§.*
Altera, verſ. vel requiritur ſilentium triginta an-
norum, cor. R. P. D. Corio, & in confirmatoria
7. *Junii* 1734. *§. Nullius, cor. R. P. D. Har-*
rach, & de factis, ex quibus elici poſſit ani-
141 mus deſerendi litem, *Lotter. de Re Benef. lib.* 2.
quæſt. 20. *num.* 109. *Card. de Luca de Benef. diſc.*
92. *num.* 38. *&* 39. *Adden. ad Buratt. deciſ.* 307.
num. 10. *Rota deciſ.* 34. *num.* 17. *part.* 10. *Recent.*
cor. Bich. dec. 715. *num.* 12. *& cor. Lancetta dicta*
142 *deciſ.* 287. *numer.* 15. ubi, quod de animo deſe-
rendi litem ſufficit conſtare etiam ex aliquo actu
143 tacito. Et demum de Judicis ſententia ſuper de-
claratione deſertionis, *Ventrigl. in Prax. tom.* 2.
annot. 10. *num.* 23. *Roſa de Executor. part.* 1. *cap.*
17. *num.* 137. *Rota deciſ.* 4. *num.* 9. *& deciſ.* 18.
num. 12. *cor. Anſaldo, dec.* 1031. *n.* 12. *cor. Mo-*
lines, & in Faventina Beneficii 10. *Junii* 1705.
§. Minuſque, cor. bon. mem. Kaunitz, & in di-
cta Barchinonen. Beneficii citat. §. Altera, verſ.
Vel ſententia declaratoria, coram R. P. D. Corio,
& cor. R. P. D. Harrach dicto §. Nullius. Et
144 loquendo diſtincte de omnibus prædictis circum-
ſtantiis, *Rot. in dict. Ferrarien. Cappellania* 21.
Martii 1727. *§. Aut vero, cor. b. m. Criſpolto,*
& 1. *Decembr. ejuſdem anni §. Et quamvis, cor.*
R. P. D. Nunez, & 21. *Junii* 1728. *§. Mi-*
nuſque, cor. R. P. D. Corio, & in Pampilonen.
Beneficii de Villa Franca 3. *Junii* 1729. *§. Quia*
tandem, cor. R. P. D. Cincio.

Sexto lis extinguitur per mortem Actoris li-
tigantis, ſi Reus ſuperſtes nolit eam amplius 145
proſequi, & de hoc conſtet ſaltem per tacitum
conſenſum, *Card. de Luca de Benefic. diſc.* 52.
num. 7. *Roſa de Executor. dicto cap.* 17. *num.*
36. *Adden. ad Buratt. deciſ.* 927. *num.* 34. Non
impeditur autem ſuperſtes eam proſequi, ſi vult, 146
& hoc modo obtinere abſolutionem, *Lotter. di-*
cto lib. 2. *quæſt.* 20. *num.* 55. ubi ita conſuluit
ad effectum evitandi Penſionem, qua Dataria 147
ſubrogandum gravare intendebat, *Franceſ. var.*
reſolut. cap. 5. *num.* 41. ubi ad effectum recupe- 148
randi fructus.

Septimo cenſetur extincta lis per liberam di-
miſſionem Beneficii in manibus Papæ, qui illud 149
alteri Collitiganti contulerit, *Roſa dicto cap.* 17.
num. 132. *Adden. ad Buratt. dicta deciſ.* 927.
num. 32.

Lite tamen ſemel extincta, inutilis erit nova
Commiſſio Appellationis, ſi obtenta fuerit poſt 150
obitum Collitigantis, petitamque ſubrogationem,
quia Commiſſio operari non poteſt reviviſcen-
tiam antiquæ litis, nec ad illam retrotrahi in
præjudicium juris alteri medio tempore quæſi-
ti, *Rota cor. Caprara dicta dec.* 161. *num.* 10. *&*
ſeqq. ubi, quod ex hujuſmodi nova Commiſſio- 151
ne poſt litem extinctam, inſurgit calumnia, quæ,
ut mox dicemus, excludit a beneficio ſubroga-
tionis.

§. II.

Qui excludantur a Beneficio Regulæ de Sub-
rogandis.

ARGUMENTUM

GRatioſæ Subrogationis favore non gaudet ſuperſtes Collitigans in Beneficio intruſus, & quis ad hunc effectum proprie talis dicatur? Intruſio vero plene, & concludenter probari debet ab eo, qui in illa ſe fundat, & quidem de tempore petitæ ſubrogationis, nec ſufficit, quod antea interceſſerit, ſi poſtea purgata fuit. Pro excludenda tamen Intruſione ſufficit titulus coloratus, qui nempe prodiit ab habente poteſtatem conferendi Beneficia, & an intruſus cenſeatur, qui Beneficii Apoſtolicæ Sedi reſervati poſſeſſionem adeptus fuit vigore collationis ſibi factæ ab Ordinario? Intruſus dicitur, nedum ad effectum Regulæ, verum, & privationis, ac perpetuæ inhabilitatis ad idem Beneficium poſtea obtinendum, proviſus a Papa, qui ante expeditionem Literarum Apoſtolicarum Beneficii poſſeſſionem adipiſcitur, etſi nullos fructus percipiat, ad differentiam præſentati, ſeu electi, quos ante canonicam Inſtitutionem, ſeu confirmationem, ſola

Inſtitu-

Inſtrumentalis poſſeſſio abſque fructuum perceptione a dicta pœna excuſat. Inſuper debetur ſubrogatio ſuperſtiti Collitiganti, qui litem inſtruxir contra triennalem pacificum Beneficii poſſeſſorem, titulo tamen colorato ſuffultum, & quid ſi defunctus Triennalis poſſeſſor cauſam habuerit ab eo, cum quo lis prius introducta fuerat, an hoc caſu ſubrogandus veniat ille, qui fuit in lite non cum defuncto, ſed cum ejus Prædeceſſore. Excluditur itidem a favore Regulæ, tum is, qui impetravit Beneficium viventis, præſertim Senis, aut Infirmi, niſi candide, & bona fide impetratio ſequuta fuerit. Tum impetrans Beneficium per privationem, & amotionem ex quibuſvis Criminibus, & Exceſſibus, etiam, ſi privatio ipſo jure inducta eſſet, nempe ob Crimen Simoniæ, & examinatur Quæſtio, an defuncto impetrante ex capite Simoniæ, Collitigans ſuperſtes poſſit, & debeat in illius juribus ſubrogari? Tum calumnioſus Litigator dummodo calumnia interceſſerit ab initio, & nullo velamine excuſari poſſit: ex quibus vero cenſeatur illa excluſa plene diſſeritur. Proviſus itidem ab Ordinario de Beneficio litigioſo, non juvatur favore Regulæ, dummodo lis fuerit ſuper titulo Beneficii; Ut etiam hujuſmodi favore non gaudet ſuperſtes Collitigans, ſi Beneficii vacatio ſequatur per obitum Colliригantis in Curia, & juxta Sententiam *Amaydeni*, quæ tamen impugnatur, non debetur ſubrogatio Collitiganti ſuperſtiti, qui non ſit proviſus Apoſtolicus. Poſtremo pro generali Regula, quæ late exornatur, ſtatuitur, quod indulgeri non debeat ſubrogatio, quando in ejus conceſſione vergeret præjudicium Tertii, & diſſeritur, an defuncto Collitigante cumulative præſentato cum altero, poſſit ſuperſtiti ab aliis Patronis præſentato, in illius præjudicium, ſubrogatio indulgeri? Spectante Beneficio litigioſo ad collationem Cardinalis Indultarii, non aliter ſuperſtiti Collitiganti debetur ſubrogatio in juribus defuncti, quam, ſi in Indulto nulla adſit facultas conferendi Beneficia litigioſa, nam ea impertita, poteſt Cardinalis libere de Beneficio diſponere. In Gallia poſſunt Ordinarii Beneficia litigioſa conferre, nec inibi locum habet diſpoſitio *Capit.* 1. & 2. *ut lit. pendent.*

S U M M A R I U M.

1 *Intruſus in Beneficio non gaudet favore ſubrogationis gratioſæ in juribus defuncti Collitigantis.*
Et in Literis Apoſtolicis ſubrogationis præfata ſemper apponi ſolet clauſula — dummodo intruſus non ſit. ibidem.
Eaque verificanda eſt de tempore gratiæ. numer. 14.
De differentia inter clauſulas dummodo intruſus non ſit, & quando intruſus non fuerit. n. 16.

2 *Exceptio Intruſionis, veluti depromta ex ventre Literarum Apoſtolicarum, illarum exequutionem retardat.*

3 *De jure communi pluribus modis quis dici poteſt intruſus.* Remiſſive.

4 *Regula omnes intruſionis ſpecies comprehendit, & redduntur rationes.* n. 5.

6 *Contrarium, quod ſolum excludat a favore ſubrogationis, verum intruſum, & quis dicatur talis?* & n. 23. & ſeqq.

7 *Intruſus non dicitur, qui Beneficii poſſeſſionem adeptus fuit de manu Exequutoris vigore Literarum Apoſtolicarum, etiamſi ille nulliter proceſſerit.*

8 *Et, an talis dicatur ad effectum Regulæ, qui poſſeſſionem adeptus fuit vigore Literarum exequutorialium ſine citatione partis victæ?* & n. 9. & 11.

10 *Qui pendente appellatione, Beneficii poſſeſſionem adipiſcitur vigore Sententiæ favorabilis, intruſus non dicitur.*

11 *Talis tamen erit, qui a Judice, juris ordine non ſervato, in Beneficii poſſeſſionem immiſſus fuit.* & n. 12.

13 *Intruſio non præſumitur, ſed probanda eſt ab eo, qui in illa ſe fundat.*

14 *Et quidem de tempore obtentæ gratiæ ſubrogationis.*

15 *Priſcis temporibus ſubrogandus poſſeſſionem quamvis bonam dimittebat in manibus Judicis Exequutoris, quia tali modo omnis intruſionis ſuſpicie purgabatur.*

17 *Non excluditur a favore Regulæ, qui ab initio intruſus, vitium tempore obtentæ ſubrogationis purgaverat, aut de jure per ſupervenientiam novi tituli, cum quo cauſam poſſeſſionis mutavit.*
Aut de facto deſiſtendo ante obitum Collitigantis ab Intruſione. & n. 18.

19 *Intruſus, qui ante obitum Collitigantis obtinuit ſibi a Judice decerni mandatum de manutenendo, intruſionem purgaſſe cenſetur.*

20 *Poſſeſſio Beneficii adepta vigore tituli nulli, & invalidi, intruſiva dicitur.*

21 *Intellige, quando titulus emanavit a non habente originariam facultatem conferendi, ſecus, ſi proveniat ab eo, qui tali facultate potitur, tunc enim ſufficit coloratus, imo etiam nullus.* & n. 23.

22 *Intruſus dicitur, qui Beneficii Sedi Apoſtolicæ reſervati poſſeſſionem adipiſcitur vigore collationis ſibi expletæ ab Ordinario.*

23 *Contrarium, & redditur ratio* n. 24. & 31.
Etiam, ſi agatur de Beneficio reſervato ratione familliaritatis Cardinalitiæ. n. 27.
Et hanc Sententiam priſcis temporibus ſequuta fuit Cancellaria. n. 28.

25 *Regula* de Triennali, *licet a ſui favore excludat Intruſum, juvat tamen poſſidentem Beneficium reſervatum vigore proviſionis expletæ ab Ordinario.*

29 *Proviſus ab Ordinario de Beneficio reſervato, non redditur inhabilis ad illud poſtea aſſequendum, & ſuos facit fructus bona fide perceptos.*

32 *Si Pontifici ſpecies aliqua intruſionis exponatur, ipſeque ſubrogationem adhuc indulgeat cum clauſula* – dummodo intruſus non ſit – *hæc intelligi debet de alia Intruſionis ſpecie, quam de narrata, quæ jam purgata cenſetur.*

34 *Intruſus ad effectum Regulæ dicitur proviſus Apoſtolicus, qui ante expeditionem Literarum Apoſtolicarum Beneficii poſſeſſionem adipiſcatur.*

Et redditur perpetuo inhabilis ad idem Beneficium poſtea obtinendum. ibidem.

35 *Requiritur tamen ad hunc effectum, quod ultra poſſeſſionem, fructus quoque perceperit.*

36 *Nec ſufficit, quod in ſpiritualium adminiſtratione ſe immiſcuerit.*

37 *Intellige, ubi agitur de præſentato, ſeu Electo, qui Intruſionem non incurrunt ex ſola Beneficii poſſeſſione adepta ante obtentam canonicam confirmationem, ſeu Inſtitutionem, niſi ulterius poſſeſſio fuerit conſumata cum perceptione fructuum.*

Quodque occupatio Beneficii fuerit doloſa, & nullo colore excuſabilis. ibidem.

38 *Secus, ubi agitur de proviſo Apoſtolico, qui etiamſi nullos fructus perceperit, ex ſola poſſeſſionis adeptione ante expeditionem Literarum Intruſionem incurrit.*

39 *Subrogatio non debetur ei, qui litem promovit contra Triennalem pacificum poſſeſſorem Beneficii.*

Poteſt tamen ſubrogatio indulgeri tertio. numer. 40.

41 *Amplia, etiamſi Triennalis ipſe Poſſeſſor litem introduxerit vigore* leg. Diffamari Cod. de Ingen. & Manumiſ.

42 *Ad effectum, ut qui litem introduxit contra Triennalem pacificum Beneficii poſſeſſorem excludatur a favore ſubrogationis, requiritur, quod poſſeſſio ſit innixa titulo ſaltem colorato.* & n. 46.

Et redduntur rationes. n. 47. & 48.

43 *Contrarium, quod excluditur a ſubrogatione, ſive Poſſeſſor Triennalis titulum coloratum habeat, ſive non, dum Regula ad ſolam poſſeſſionem reſpexit.* & n. 45.

44 *Beneficio* Clement. Unic, de Sequeſtr. poſſeſſ. *non gaudet, qui litem movet contra Triennalem pacificum Poſſeſſorem, etſi titulo colorato deſtitutum.*

49 *Regula de* Triennali *originem traxit a Conciliabulo Baſileenſi, eamque primus inter alias Regulas inſeruit Calixtus III.*

50 *Debetur ſubrogatio gratioſa promoventi litem contra Triennalem poſſeſſorem duorum Beneficiorum incompatibilium.* & n. 52.

51 *Obtinenti duo Beneficia incompatibilia Regula de* Triennali *non ſuffragatur.*

53 *Defuncto poſſeſſore Triennali, qui cauſam habuit ab alio, cum quo lis prius introducta fuerat, an debeatur ſubrogatio ſuperſtiti, qui fuit in lite non cum ipſo Poſſeſſore Triennali, ſed cum ejus Auctore? Diſtinguuntur duo caſus.* & n. 54.

55 *Impetrans Beneficium viventis, præſertim Senis, aut infirmi, ſubrogationis ſavore non gaudet. Et de ratione.* n. 70. & 72.

56 *Idque Regulæ additum fuit tempore Pauli III.*

57 *Et in hac parte Regula eſt favorabilis, & amplianda.*

58 *Ad effectum, ut excludatur ſubrogationis favor, non ſufficit, quod impetretur Beneficium Viventis, ſed requiritur, quod ſit ille Senex infirmus &c. Et redduntur rationes.*

59 *Contrarium, quod a favore Regulæ excludatur impetrans Beneficium cujuſcumque viventis, etiam non infirmi, nec Senis &c. Aſſignantur rationes, & reſpondetur rationibus contrariis.* n. 60. & ſeqq.

Maxime, ſi daretur fumus aliquis fraudis, quia nempe impetraretur Beneficium illius, qui contracturus eſſet Matrimonium, profeſſionem emiſſurus, aut aliud Beneficium incompatibile eſſet obtenturus. n. 64.

60 *Dictio* præſertim *exprimit caſum minus dubitabilem, & implicat caſus magis dubitabiles, & quoad omnes idem jus ineſſe demonſtrat.*

61 *Qui candide, & bona fide viventis Beneficium impetrat, a favore Regulæ non excluditur.*

Et plura referuntur exempla. numer. 66. & ſeqq.

73 *Quemadmodum, nec excluditur, qui Beneficium Senis, aut infirmi impetravit ſine dolo, & fraude.*

74 *Maxime, ſi oſtenderet aliquid ſui boni juris ſpecimen, aut juſta cauſa impetrandi.* & numer. 76.

75 *Amplia, quamvis citationem contra Febricitantem exequi fecerit.*

77 *Impetrans Beneficium infirmi, aut ſenis, ut excludatur a favore Regulæ, requiritur, quod ei vitæ periculum tempore impetrationis immineat.*

Aut, quod reperiatur in ætate ſeptuaginta annorum, in qua incipit Decrepitas, quæ morbo aſſimilatur. n. 81. 82.

Nec ſufficit ad hunc effectum ætas infra annum ſeptuageſimum, nempe 60. aut 68. annorum; maxime, ſi Beneficiatus per plures annos poſtea vixerit. n. 78. 79. 80.

83 *Impetrans Beneficium viventis, aut Senis, qui ſuper ſua impetratione Sententiam favorabilem obtinuit, a ſubrogationis ſavore non excluditur.*

84 *Nec qui primo fuit præſentatus ad Beneficium, quam Collitigans de eo proviſus; & redditur ratio.*

85 *Minuſque ille, qui impetravit Beneficium Senis, aut infirmi ex capite incompatibilitatis cum altero per eos obtento.*

86 *Non gaudet favore Regulæ, qui Beneficium impetravit per privationem, & amotionem, ex quibuſvis exceſſibus, & criminibus.*

Niſi fuerit Regulæ derogatum. n. 87.

88 *Amplia, nedum ſi agatur de Crimine, pro quo Sententia privationis requiritur, ſed etiam de eo, pro quo incurritur privatio ipſo jure, nempe de Crimine Symoniæ, aut alio ſimili.*

89 *Amplia itidem, etiam ſtante Sententia definitiva, quæ tamen in rem judicatam non tranſierit.* & n. 91.

Contrarium n. 90.

92 *Debe-*

92 *Debetur ſubrogatio impetranti ex capite privationis, quando hæc inſurgit ex Decreto Papæ facientis cuique in certo caſu poteſtatem impetrandi Beneficium.*

93 *Decedente impetrante Beneficium ex capite Symoniæ, Collitiganti ſuperſtiti debetur ſubrogatio in illius juribus. Et redduntur rationes.* & n. 95. & 96.

97 *Contrarium.* & n. 102.

98 *Subrogatio, nedum removet obſtaculum novi Collitigantis, ſed transfert etiam jura defuncti in ſuperſtitem.*

99 *Idque probatur ex formula ſubrogationis, quæ exſcribitur.*

100 *Subrogatus duplici jure utitur, & proprio, ſi validum eſt, & jure defuncti, ſi proprium non ſubſiſtit.* & n. 101.

103 *In Beneficialibus, prohibita non eſt reſpectu ejuſdem Perſonæ multiplicatio titulorum, quamvis incompatibilium.*

104 *Qui Beneficium prius obtinuit ab Ordinario, uti præſentatus a Patronis, non prohibetur de illo, uti devoluto ab eodem Ordinario provideri.*

105 *In iiſdem Literis Apoſtolicis ſæpe quis de eodem Beneficio providetur, tanquam de reſervato, & non reſervato.*

106 *Superſtes Collitigans, qui reperitur in poſſeſſione Beneficii, aut Sententiam favorabilem reportavit contra defunctum, qui impetraverat ex capite Symoniæ non prohibetur in illius juribus ſubrogari. Et de ratione.*

107 *Contrarium dicendum, ſi defunctus impetrans ex capite Symoniæ fuerit in poſſeſſione Beneficii, aut Sententiam favorabilem ſuper validitate ſuæ impetrationis obtinuiſſet.*

108 *Neutro ex Collitigantibus in Beneficii poſſeſſione exiſtente, nec ulla emanata Sententia in Cauſa, ſuperſtiti concedenda non eſt ſubrogatio in juribus defuncti, qui Beneficium ex capite Symoniæ impetravit.* & quare?

109 *Et refertur Reſolutio Sacræ Congregationis Conſiſtorialis in caſu ſimili.*

110 *Subrogatio gratioſa non debetur ſuperſtiti, qui fuit calumnioſus litigator.*

111 *Et Rotæ ſtylus eſt ſubrogationis Literas non exequi, niſi aliquo modo conſtet de jure ſubrogati.*

112 *Antiquitus ſubrogatus jurare tenebatur, quod litem non malitioſe, nec fraudolenter, ſed bona conſcientia inchoaverit, ut in Regulis Joannis XXIII. & Martini V. præſcribitur. Sed hodie juramentum hujuſmodi receſſit ab aula.*

113 *Pro excludendo a favore ſubrogationis ſuperſtite Collitigante, uti calumnioſo litigatore, requiritur, quod lis fuerit calumnioſa ab initio.*

114 *Quodque calumnia talis ſit, ut nullo velamine offuſcari poſſit.*

Et ad illam excludendam ſufficit ſola poſſibilitas boni juris, & qualibet colorata cauſa litigandi. ibidem.

In decernendo autem, an adfuerit necne calumnia, Judicis arbitrium plurimi æſtimatur. num. 116.

115 *Calumniator non dicitur, qui deduxit juſtificationes ad Cauſam facientes, licet poſtea ſuccubuerit.*

117 *Multoque minus, qui ſuccubuit poſt obtentam Sententiam favorabilem.*

118 *Quemadmodum, nec qui ſuccubuit, poſtquam propoſita Cauſa in Rota, dilata fuit reſolutio ob ſciſſuram Votorum.*

119 *Calumnioſa non dicitur lis introducta ſuper nullitate præſentationis, tamquam expleta, tempore quo altera lis pendebat ſuper pertinentia Patronali, quando alter Collitigans reportavit Gratiam Apoſtolicam derogationis Juriſpatronatus in totum attenta lite. Et redditur ratio.*

120 *Proviſo ab Ordinario de Beneficio litigioſo, non competit ſubrogatio in juribus defuncti Collitigantis.*

121 *Intellige, dummodo lis fuerit ſuper titulo Beneficii.*

122 *Collitigante in* Curia *defuncto, indulgeri non ſolet ſuperſtiti ſubrogatio in illius juribus.*

123 *Quod ſervatur, etiamſi Beneficium litigioſum ſit de Jurepatronatus laicorum.* & quare.

124 *Et ita pluries deciſum.*

125 *A favore gratioſæ ſubrogationis excluditur Sententiam* Amaydeni *quicumque non eſt proviſus Apoſtolicus.*

126 *Contrarium, quod ſubrogatio debeatur ſuperſtiti Collitigantis, ſive a Papa, ſive ab Ordinario proviſo: Proponuntur rationes, & reſpondetur rationibus* Amaydeni. & num. 127. & ſeqq.

Explicatur, in quibus terminis Sententia Amaydeni *procedere poſſet?* n. 137.

129 *Jus petendi ſubrogationem provenit ex diſpoſitione Juris* in Cap. 1. & 2. Ut lit. pendent. in 6. n. 143.

132 *Regula eſt favorabilis, lateque interpretanda, apta proinde comprehendere etiam caſus in ea non expreſſos, ſed quibus ejus ratio eſt adaptabilis.* & n. 143. & ſeqq.

133 *Subrogatio in juribus defuncti non eſt Gratia exorbitans.*

134 *Et peccat Datarius eam denegando, quando eſt de jure debita.*

135 *Gratia* ſi Neutri *de ſtylo Datariæ non conceditur, niſi proviſo Apoſtolico.* & quare? num. 133.

Sed ſtylus iſte non eſt inconcuſſus, dum aliquando etiam contrarium ſervatum fuit. ibidem.

136 *Gratia* ſi Neutri, *tanquam litium nutritiva, eſt gratia exorbitans.*

138 *Gratia Subrogationis gratioſæ, quibus modis expediri ſoleat?*

139 *Concurrentibus ad petendam ſubrogationem in juribus tertii proviſo Apoſtolico, & proviſo ab Ordinario, prælatio debetur proviſo Apoſtolico.*

140 *Quod, ſi utrique denegandam exiſtimet Datarius, adhuc bonum eſſet proviſo Apoſtolico gratiam ex integro elargiri.*

141 *Subrogatio gratioſa indulgenda non eſt, quando vergeret in præjudicium tertii.* & n. 145. 154. & 142.

Tametſi illud per poſſibile tantum adeſſe poſſet, n. 157.

142 *Veroſimile non eſt, quod lex velit uni favere, ut alterum lædat.*

143 *Subrogationis gratioſæ favor proprie locum ſibi vindicat, quando duo ſunt in cauſa, quia tunc per obitum unius extinguitur lis,*

nec per ſubrogationum alicui injuria irrogatur. & n. 144.

146 *Expectativæ ſuper Beneficiis, dum vigebant, ſuperſtiti Collitiganti non indulgebatur ſubrogatio, ſi aderat Expectans.* & n. 155.

147 *Subrogatio ſuperſtiti Collitiganti non debetur, quando adeſt Tertius, cui competat Regreſſus ad Beneficium in caſu obitus illius poſſeſſoris.* & n. 155.

148 *Pontifex in quibuſcumque gratiis nunquam cenſetur juri alteri quæſito præjudicium velle irrogare.*

Etiam, ſi de jure, quantumvis minimo agatur. n. 150.

149 *Et ad hunc effectum in Literis Apoſtolicis inſeruntur clauſula Juris Tertii præſervativæ.*

151 *Duobus cumulative præſentatis ab uno Patrono, ſi primus ex illis, qui præſentationem acceptavit, extra quadrimeſtre decedat, non debetur ſubrogatio in illius juribus ſuperſtiti Collitiganti præſentato ab altero Patrono. Et redduntur rationes.* n. 154. & ſeqq. & numer. 172.

Contrarium. eodem num. 172. & redditur ratio.

152 *Decedente primo ex cumulative præſentatis, aut præſentatione ad illius favorem effectum non ſortita, ſecundus in illius locum ſubingreditur, perinde, ac ſolus præſentatus fuiſſet.*

153 *In Primogenituris, cedente, vel decedente Primogenito, ſecundus fit Primogenitus.*

158 *Ratio indulgendæ ſubrogationis fuit, ne Collitiganti ſuperſtiti novus detur Adverſarius, & lites in infinitum protrahantur.*

Non autem ad effectum excludendi alterum Collitigantem jam præexiſtentem. n. 161.

159 *Lis per obitum primi ex cumulative præſentatis, non extinguitur, ſed durat adhuc quoad cæteros accumulatos.*

163 *Præſentatio cumulativa non tribuit ſecundo loco præſentato, niſi jus conditionale, quatenus primus intra quadrimeſtre præſentationem non acceptet, aut eodem tempore durante, poſt acceptationem decedat.* & numer. 172.

164 *Contrarium, quod præſentatio ſecundi accumulati ſit pura ab initio, & ſolum conditionalis quoad effectum, & exequutionem.*

Et decedente primo loco præſentato etiam poſt quadrimeſtre, ſed non adhuc Beneficium pacifice aſſequuto, ſecundus in illius jura ſubingreditur. ibidem.

165 *Primæva Beneficii vacatio, & Patroni præſentatio, effectuata non dicitur, niſi præſentatus fuerit pacifice inſtitutus.*

166 *Gratia* pro Præſentato *denegari non ſolet a Sede Apoſtolica habenti medietatem Vocum patronalium.*

167 *Maxime, ſi per illam nemini inferatur præjudicium.*

168 *Defuncto primo ex cumulative præſentatis, magis æquum eſt, quod ſecundo concedatur Gratia pro præſentato, quam ſuperſtiti Collitiganti ſubrogatio gratioſa in juribus ejuſdem defuncti.*

170 *Cumulative præſentatus impedire nequit favore ſuperſtitis Collitigantis ſubrogationem in juribus defuncti primo loco præſentati, ſi in Cauſa non fuit.*

171 *Aut, ſi favore primo loco præſentati jus ſuum tranſtulerit.*

173 *Collitiganti ſuperſtiti debetur ſubrogatio in juribus defuncti, quamvis Beneficium ſpectet ad collationem Cardinalis habentis ſolum Indultum conferendi Beneficia reſervata.*

174 *Lis non efficit Beneficium reſervatum, ſed impedit ſolum, ut ea durante illud ab inferiori conferri non poſſit.* & n. 180.

175 *Hinc Beneficia litigioſa non providentur a Sede Apoſtolica ubi reſervata.*

176 *Cardinalis gaudens Indulto conferendi Beneficia reſervata, conferre nequit Beneficia litigioſa.*

Et reprobatur Cardinalis de Luca *contrarium exiſtimans.*

179 *Amplia, etiam ſi Indultum ſe extendat ad Beneficia vacantia apud Sedem.*

Et traditur ratio, reprobata altera ratione Rotæ. n. 181.

182 *Amplia itidem, quamvis Indultum impertiatur facultatem conferendi Beneficia affecta.*

183 *Lis ſuper Beneficio improprie affectionem importat.*

184 *Affectio oritur ex appoſitione manus Papæ, & ſemper durat.*

186 *Lis non reddit Beneficium affectum, quia non importat appoſitionem manus Papæ, nec inhibitionem Inferioribus perpetuam, ſed temporalem.* & n. 185.

187 *Cardinalis poteſt conferre Beneficia litigioſa, ſi hujuſmodi facultas in Indulto eis tribuatur.*

Et regulariter hodie illis impertitur. ibidem.

188 *Proindeque ſuperſtiti Collitiganti non debetur ſubrogatio in juribus, quæ defuncto competebant ſuper Beneficio, ſed iſtud ad liberam Cardinalis collationem ſpectat.*

189 *Rejicitur interpretatio, quod Cardinalis conferre poſſit Beneficium litigioſum, ſed favore ſolum Collitigantis ſuperſtitis.* & numer. 190.

Quemadmodum, & altera, quod facultas conferendi Beneficia litigioſa Cardinali impertita intelligi debeat, quatenus intra Menſem ſuperſtes Collitigans ſubrogationem non petat. n. 193.

191 *Papa, ſi velit, poteſt ſubrogationem ſuperſtiti non elargiri.*

192 *Cardinalis, conferendo vigore Indulti Beneficia litigioſa, juribus Papæ utitur.*

194 *Verba præſervativa diſpoſitionis juris, quæ in Indultis Cardinalium leguntur, quomodo intelligi debeant?*

195 *Ordinarii Collatores in Gallia poſſunt conferre Beneficia litigioſa.*

196 *Proindeque inibi locum non habet diſpoſitio* Cap. 1. & 2. ut lit. pendent.

VIdimus hucuſque, quid requiritur ad effectum, ut ſuperſtes Collitigans obtinere valeat gratioſam ſubrogationem in juribus alterius defuncti Collitigantis, & quibus in caſibus ea indulgeri conſuevit. Nunc recta dicendi methodus expoſcit, ut caſus illos exponamus, in quibus locus non eſt favori Regulæ. Et quidem plures in ea
numerantur. Primus eſt de *Intruſo*. In ipſis enim 1
Literis Apoſtolicis ſubrogationis adjici ſolet clauſula, ex hac Regula deſumta, *dummodo intruſus non ſit*, quæ operatur, ut conſtito de intruſione, Gratia

Subro-

Subrogationis non ſuffragetur. Cumque exceptio
2 illa Intruſionis oriatur ex ventre earundem Lite-
rarum, apta utique eſt ipſarum exequutionem re-
tardare, *Argel. de Acquiren. poſſeſſ. quaſt. 18. n. 88. & ſeqq. Roſa de Executor. cap. 17. num. 173. Rota decis. 306. num. 3. part. 1. Recent. & deciſ. 455. in princip. & n. 4. coram Bichio.*

Suppoſito autem, quod quis de jure communi
3 poſſit dici intruſus pluribus modis, de quibus *Gomeſ. in Regul. de Trien. quaſt. 47. P. la Croix Theolog. moral. lib. 4. tit. de Beneſic. num. 713. Azor. Inſtitut. moral. part. 2. lib. 7. cap. 35. queſt. 10. Covarr. variar. reſolut. lib. 3. cap. 16. ſub num. 3. Caſtrapal. Oper. moral. Tract. 13. de Beneſ. diſput. 23. num. 11. Selva de Beneſic. part. 1. quaſt. 11. num. 9. & ſeqq.* quærunt Doctores, an ſub Re-
4 gula omnes intruſionis ſpecies comprehendantur;
& affirmative reſpondent *Mandoſ. in hanc Regul. quæſt. 4. ſub n. 2. verſic. Ego tamen, Azor. Inſtitut. moral. tom. 2. lib. 7. cap. 32. circa hanc Regul. pag. mihi 907. Rebuff. in Prax. tit. de Subrog. gloſſ. 4. num. 4. & ſeqq. Filliuc. Oper. moral. tom. 3. tract. 41. cap. 6. n. 79.* late *Franceſ. de Intruſ. quaſt. 20. per tot.* ubi geminas perpendit rationes.
5 Primam, quod Regula generaliter loquitur, unde
generaliter intelligi debet de quocumque, & quo-
modocumque intruſo, ad *Text. in Leg. de Petit. ff. de Public. in rem. action. leg. final. in fin. de Dot. prom.* Alteram, quod finis Regulæ, quæ cetero-
quin favorabilis eſt, lateque interpretanda, alio
non proſpexit, quam ad lites omnino amputandas,
qui ſane finis eo magis conſequitur, ſi omnes In-
truſi, cujuſcumque ſpeciei ſint, ab illius favore
excludantur, & *n.* 9. ampliat etiam ad Intruſum
largo modo; id, quod firmat etiam *Mandoſ. loco citat.*

Sed verior eſt contraria Sententia, quod Regu-
6 la non comprehendat omnem Intruſionis ſpeciem,
ſed intelligenda ſit de vera, & propria Intruſio-
ne, cum ſcilicet, quis propria auctoritate, vel
ſine titulo illius, qui conferendi facultatem habet,
Beneficii poſſeſſionem invaſit, ut mox dicemus.
Agitur enim de Conſtitutione pœnali, quæ proin-
de nonniſi vere, & proprie Intruſos afficere debet,
Ita *Lotter. de Re Beneſic. dict. quaſt. 20. num. 82. Roſ. de Execut. Literar. Apoſtolicar. dict. cap. 17. num. 175. Rot. deciſ. 21. num. 4. & 5. part. 2. diverſ. deciſ. 392. num. 11. & 12. coram Dunoz. Jun. deciſ. 455. num. 10. & ſeqq. coram Bichio deciſ. 24. num. 8. coram Benincaſ.* & in *Leodien. Canonicatus 24. Aprilis 1711. §. . cor. cl. me. Card. Priolo.*

Atque hinc ſequitur, quod ad effectum, ut a
favore Regulæ excluſus cenſeatur, Intruſus dici
7 non meretur, qui Beneficii poſſeſſionem adeptus
fuit de manu Exequutoris vigore Literarum Apo-
ſtolicarum, etiam, ſi Exequutor nulliter proceſ-
ſerit, *Roſa dict. cap. 17. ſub n. 175. Rota dicta deciſ. 124. num. 12. part. 11. Recent. coram Dunozet. dict. deciſ. 352. n. 12. dec. 635. n. 12. & in dicta Leodien. Canonicatus §. Minuſque in fin.*

Dubium tamen eſt, an in terminis Regulæ In-
truſus dicatur, qui poſſeſſionem Beneficii adep-
8 tus fuit vigore Literarum Exequutorialium abſ-
que intimatione, vel citatione facta parti con-
demnatæ? Affirmat *Mandoſ. in hanc Regul. quæſt. 4.* & ſequitur *Frances de Intruſ. quaſt. 21. n. 5.*
9 *& ſeqq.* Sed contrariam tuetur Sententiam *Gomeſ. in hanc Regul. quaſt. 4. Gigas de Intruſ. numer. 79. Rot. coram Caſſador. deciſ. 6. num. 6. & ſeqq. de Cauſ. poſſeſſ. coram Dunoz. ſeu deciſ. 294. num. 25. & ſeqq. coram Mantica deciſ. 71. num. 5.*

in fin. ubi, quod licet hujuſmodi poſſeſſio ſit at-
tentata, tamen ad effectum ſubrogationis non pa-
rit Intruſionem; Idemque firmat de eo, qui pen- 10
dente Appellatione poſſeſſionem adipiſcitur vigo-
re Sententiæ favorabilis, & ſic vigore tituli co-
lorati.

Sed fœdere diſtinctionis diſſidentes opiniones
conciliantur; Aut enim poſſeſſio fuit violenta, & 11
in tali caſu erit utique intruſus, qui violenter in
eam ſe ingeſſit ſine citatione partis, aut qui a Ju-
dice, non procedente juris ordine ſervato, fue-
rit immiſſus. Aut poſſeſſio non fuit violenta, &
in his terminis ceſſabit Intruſio. Sic diſtinguit
Franceſ. de Intruſ. dicta quæſt. 21. n. 10. uſque ad fin. Mandoſ. in hanc Regul. dict. quaſt. 4. num. 10. & eſt de mente *Caſſad. deciſ. 6. numer. 6. de Cauſ. Poſſeſſ.* Et in terminis Judicis nulliter pro- 12
cedentis *Rot. deciſ. 124. numer. 22. & ſeqq. part. 11. Recent.* quæ eſt *deciſ. 455. coram Bichio*, & in *dicta Leodien. cor. Priola, dict. §. Minuſque.*

Ceterum intruſio, uti quid facti, non præſumi- 13
tur, ſed probari debet ab eo, qui in illa ſe fun-
dat *Lotter. de Re Beneſic. dict. quaſt. 20. num. 81. Roſ. de Executor. dict. cap. 17. num. 178. in fine.*
Et quidem probanda eſt de tempore petitæ Subro-
gationis, quia Regula damnat intruſionem de tem- 14
pore gratiæ exiſtentem, ne Intruſus in ea ſe ma-
gis confoveat, & favorem pro pœna conſequa-
tur; ideoque clauſula illa in Literis Apoſtolicis
ſubrogationis apponi ſolita -- *dummodo intruſus non ſit* -- de tempore Gratiæ verificanda erit, *Kochier. in hanc Regul. ſub num. 51. Roſ. dict. cap. 17. num. 55. & ſeqq. Franceſ. de Intruſ. quaſt. 22. per tot. Lotter. dict. quaſt. 20. num. 85.* plene *Rot. deciſ. 124. numer. 36. & ſeqq. part. 11. Recent.*
Hinc antiquitus, ad tollendum omne dubium,
ſemper ſubrogandus dimittebat poſſeſſionem, quan- 15
tumcumque bonam in manibus Judicis Exequu-
toris, quia ſic purgabatur omnis intruſionis ſuſpi-
cio, ut habetur in pervetuſto volumine *M. S. Notabilium Cancellariæ pag. mihi 208. & ſeqq.*
ubi etiam agitur, an poſſeſſionis dimiſſio facienda
eſſet ante Datam, vel tempore, quo Judex ſub-
rogabat. Et de differentia, quando in Literis Apo- 16
ſtolicis dicitur *intruſus non ſit*, & quando dicitur
intruſus non fuerit.

Nil igitur officit, quod quis a principio fuerit
in Beneficio intruſus, ſi vitium poſtea, tempore 17
reportatæ Gratiæ ſubrogationis, purgatum reman-
ſerit, aut de jure, quia nempe ſupervenit novus
titulus, cum quo cauſam poſſeſſionis ſibi mutave-
rit, aut de facto, quia ante obitum Collitigan- 18
tis deſtiterit ab intruſione, ut animadvertunt *Gomeſ. in hanc Regul. quæſt. 18 Peleus in Comment. Analyt. in Regulam Cancellar. cap. 37. §. Poteſt ſubrogari pag. 138. Argel. de Acquiren. poſſeſſ. quæſt. 18. n. 86. Amayden. de Styl. Datar. cap. 24. §. 1. n. 13. Franceſ. de Intruſ. dict. quaſt. 82. ſub num. 8. Lotter. de Re Beneſic. dict. quaſtion. 20. num. 85. & 86. Rot. deciſ. 124. & 15. part. 11. Recent.* Prout etiam, ſi quis ante obitum Colliti- 19
gantis obtinuiſſet ſibi decerni mandatum de ma-
nutenendo, diceretur ex hoc purgata intruſio,
Lotter. dict. quæſt. 20. num. 87. Roſ. dict. cap. 17. num. 177.

Pro evitanda vero intruſione, requiritur, quod
titulus, cujus vigore obtenta fuit Beneficii poſſeſ- 20
ſio, ſit validus; *Covarr. variar. reſolut. lib. 3. cap. 19. num. 5. Lambertin. de Jurepatron. lib. 2. part. 3. quæſt. 11. art. 6. num. 1. Rocc. de Curt. eodem Tract. verbo Jus quæſt. 5. ſub num. 9. Rebuff.*

de Pacific. Poſſeſſ. n. 234. *& 251. & in Prax. Beneficial. de Miſſ. in Poſſeſſ. num. 5. Rot. deciſ.* 21. *n. 2. & 6. part. 2. diverſor.* Sed circa hoc animadvertendum, quod, ubi titulus procedit ab ha-
21 bente poteſtatem conferendi, eo caſu ſufficit, quod
ſit coloratus, imo etiam titulus nullus ſuffragatur
pro evitanda intruſione; ſecus vero, quando titulus emanavit ab eo, qui eſt hujuſmodi poteſtate deſtitutus, quia tunc nullum habet canonicum colorem, & poſſeſſio ejus vigore adepta eſt intruſiva. *Roſ. de Exequutor. Litter. Apoſtolic. dict. cap. 17. num.* 178. late *Rot. d. dec.* 124. *n.* 32. *& ſeqq. part.* 11. *Rec.* ubi, quod in terminis ſecundi caſus procedit *Rot.* laudata *deciſ.* 21. *part. 2. diverſ. & in Illerden. ſeu Tarraconen. Beneficii* 24. *Januarii* 1685. *coram Paulutio*, & in ſupradicta *Leodien. Canonicatus coram Priolo §. Animadverſum quippe.*

Hinc quæritur, an intruſus dicatur, qui adep-
22 tus fuit poſſeſſionem Beneficii Apoſtolicæ Sedi reſervati vigore collationis ſibi factæ ab Ordinario? Et affirmative in terminis hujus Regulæ de Subrogandis reſpondent *Amayd. de ſtyl. Datar. d. cap.* 24. *num.* 16. *Roſ. de Exequut. Liter. Apoſtol. dict. cap. 17. ſub n.* 175. *Rot. deciſ.* 741. *n. 2. part. 2. Recent.*

23 Sed in contrarium ſtat veritas. Etenim, ut ſupra dictum eſt, Regula non comprehendit omnes intruſionis ſpecies, ſed tantum intruſionem veram, & propriam: Proprie autem dici non poteſt
24 intruſus, qui Beneficii collationem habuit ab eo,
qui de jure communi facultatem habet conferendi, licet per Regulas reſervatorias facultas hæc ei præpedita remaneat. Collatio enim iſta præfefert titulum coloratum, qui intruſionem excludit; & quemadmodum in terminis *Regula XXXVI. de Triennali*, quæ ſimiliter ab illius favore excludit
25 intruſum, non cenſetur excluſus poſſidens Beneficium reſervatum vigore Collationis ſibi expletæ ab Ordinario, ut dicemus in *Comment. in eamdem Regulam XXXVI.* Ita idem formandum eſt judi-
26 cium in terminis hujus Regulæ, quæ ad inſtar
Regulæ de Triennali, non excludit omnem intruſum, ſed tantum illum, qui vere, & proprie talis eſt, *Gomeſ. in hanc Regul. quæſt. 4. in princip. & in fine, Rot. deciſ.* 455. *num.* 12. 27. *& ſeqq. coram Bichio, & deciſ.* 352. *num.* 12. *coram Du-*
27 *nozet.* Et quod non dicitur intruſus ille, qui proviſionem ab Ordinario reportavit de Beneficio reſervato ratione familiaritatis Cardinalitiæ, *Rot. in Ferrarien. Cappellaniæ* 10. *Junii* 1695. *§. Verum, coram Priolo.*

Et hanc Sententiam priſcis etiam temporibus
28 ſequuta fuit Cancellaria, ut legitur in antiquo ejus
Notabili M. S. pag. mihi 208. *& ſeqq.* ubi caſus erat de Dignitate poſt Pontificalem majori in Cathedrali, & dicitur -- *Quod proviſus ab Ordinario de illa poterat ſubrogari, quia non eſt intruſus, cum habuerit ab eo, qui dare poteſt de jure communi, licet non per Regulam, quam probabiliter ignorare poteſt. Et confirmatur ex eo, quod, licet collatio de Beneficio reſervato ſit nulla, & inficiatur, tamen de ſtylo Cancellariæ poſſidens tale Beneficium reſervatum, non ſit inhabi-*
29 *lis, nec rehabilitatur propter perceptionem fructuum bona fide perceptorum, quos facit ſuos. Potuit enim ignorare Regulas, & ideo excuſatur ab inhabilitate, cum habuerit ab eo, qui de jure communi dare poteſt. Unde, ſicut non ſit inhabilis, ſed imo facit fructus ſuos, quos bona fide percepit; ita non ſit intruſus, licet collatio propter impedimentum Reſervationum ſit nulla: quandoquidem intravit per actum de jure communi, id eſt vigore collationis Ordinarii habentis de jure talem facultatem.* Et ſubditur in eodem *Notabili pag.* 209. quod, *cum Franciſcus de Parma haberet ſimilem caſum ſubrogationis pro proviſo ab Ordinario de Dignitate principali, orta eſt dubita-* 30
tio, quomodo debeat expediri? Ipſe enim volebat ponere verbum alias intruſus non ſit, *ea ratione, quia intruſus dicitur, qui habet titulum* 31
ab eo, qui dare non poteſt; hoc autem verbum æquivocum eſt, quia poteſt intelligi, quod dare non poteſt, & de jure communi, & per Regulas; unde ſtante dubio, an ſit intruſus, non videbatur malum ponere illud verbum alias &c. *nam iſto modo conſuleretur Parti quoad dictam clauſulam,* dummodo intruſus non ſit; *Sed tamen his non obſtantibus, noluerunt Abbreviatores, quod poneretur talis dictio, quia videtur fateri intruſionem, quæ non eſt in hoc caſu; Et ſecundo, quia recederetur ab antiquo ſtylo Cancellariæ, quæ nunquam talem dictionem appoſuit, ſupponendo, illum non eſſe intruſum.*

Idque fortius procederet (proſequitur Auctor dicti Notabilis loco citato) *ſi narrata fuit Papæ proviſio facta ab Ordinario de Beneficio reſerva-* 32
to, & ſucceſſiva poſſeſſio de illo capta vigore talis proviſionis infectæ; nam, ſi Papa, tali narrativa admiſſa, det ſubrogationem cum clauſula, dummodo intruſus non ſit, *tali caſu, etiam, ſi ille proviſus ſit intruſus, cenſeretur purgata intruſio, & clauſula* dummodo &c. *intelligenda venit de alia intruſione, & non de iſta, quæ jam erat expreſſa, aliter enim præfata verba eſſent ſuperflua, & inepte diceretur,* dummodo intruſus non ſit, *cum jam conſtaret de intruſione ex narratis.* Et in terminis, quod ceſſet hujuſmodi intruſionis effectus, quando Pontifici narrata extitit poſſeſſio infecta, veluti capta lite pendente, & intra terminum ad appellandum, quodque clauſula *dummo-* 33
do intruſus non ſit, intelligatur, tali caſu de alia intruſione, quam de narrata, dixit *Rot. deciſ.* 71. *cor. Manica*, & late *dec.* 352. *a n.* 2. *& pluribus ſeqq. coram Dunoz.*

Intruſus tamen dicitur, qui proviſus a Papa de Beneficio, ante expeditionem Literarum Apoſto- 34
licarum, illius poſſeſſionem fuit adeptus; Et non ſolum ei non ſuffragatur Gratia ſubrogationis, ſed etiam redditur perpetuo inhabilis ad idem Beneficium poſtea aſſequendum, ut expreſſe ſancivit ſan. mem. Julius III. in ſua Conſtitutione XXXII. ex relatis in *deciſ.* 455. *n. 6. coram Bichio, & coram Lancetta deciſ.* 412. *n.* 9. *& deciſ.* 448. *num.* 8. *tom. 2. & in Calonien. Canonicatus Sancti Andreæ* 12. *Junii* 1719. *§. Conſtito, coram bon. mem. Cerro.*

Et quamvis ad excludendum hujuſmodi Intruſum a favore Regulæ, & a pœna per Conſtitutionem *Julii III.* adverſus illum inflicta, nonnulli 35
exiſtiment, ultra factum occupationis Beneficii, requiri ulterius fructuum perceptionem, ut præ ceteris *Gigas de Intruſ. a n.* 70. *ad* 77. *Rota deciſ.* 531. *num. 2. in fin. part. 2. & deciſ.* 65. *num.* 37. *part.* 11. *Recent.* repetita *coram Bichio deciſ.* 438. *n.* 48. *& coram Cerro deciſ.* 411. *n.* 9. Imo neque dici poſſe intruſum, qui citra fructuum perceptio- 36
nem, ſe immiſcuit ſpiritualium adminiſtrationi tantum, poſt *Gigantem* cenſeat, *Franceſ. de Intruſ. quæſt.* 23. *n.* 1. 2. *& 5.*

Nihilominus hujuſmodi opinio admittenda eſt ſolum, ubi agitur de præſentato, ſeu electo ad Beneficium, qui ante obtentam Canonicam inſtitu- 37
tionem, & reſpective confirmationem Beneficii, poſſeſſio-

Digitized by Google

poſſeſſionem propria auctoritate nanciſcuntur. Ut
enim per ipſos incurratur Intruſionis vitium, prop-
ter quod, nedum excluſi remaneant a favore gra-
tioſæ ſubrogationis, ſed etiam a quocumque jure
ſuper Beneficio eis competente vigore *Text. in
Cap. Avaritiæ, de Præbend. in 6.* non ſufficit poſ-
ſeſſio mera Inſtrumentalis, & ſine adminiſtratio-
ne propria auctoritate adepta, ſed requiritur actus
poſſeſſionis perfectus, & conſumatus cum actua-
li adminiſtratione, & fructuum perceptione, ut
explicando *Text. in dict. Cap. Avaritiæ*, advertunt
ibidem *Gloſſ. verb. Eo ipſo Archidiac. n. 4. Franch.
num. 8. Paſſerin. de Elect. cap. 33. n. 21. in fine,
Lotter. de Re Benefic. lib. 2. quæſt. 13. n. 6. & 7.
Tamburr. de Jur. Abbat. tom. 1. diſput. 6. part. 1.
n. 12. Corrad. in Prax. Benefic. lib. 4. cap. 7. n. 17.
Rot. coram Puteo deciſ. 294. num. 28. in Recent.
deciſ. 344. num. 17. & in Melphicten. Beneficii* 12.
Aprilis 1720. *§. Siquidem, & ſeqq. coram bon.
mem. Rovault de Gamaches*, ubi ulterius *§. Præ-
terea*, animadvertitur, quod ad effectum, ut præ-
ſentatus, qui Beneficii poſſeſſionem propria aucto-
ritate adeptus fuit incidat in pœnam Intruſionis,
requiritur, quod occupatio Beneficii fuerit dolo-
ſa, itaut nullo colore etiam apparenti excuſari
poſſit.

Aſt ubi agitur de Proviſo Apoſtolico, qui an-
38 te Literarum expeditionem in Beneficii poſſeſſione
propria auctoritate ſe immiſcuit, tunc vitium, &
intruſionis pœnam ex ſimplici poſſeſſione incurrit,
tametſi fructus nullos perceperit, ut ſancitum le-
gitur in laudata Conſtitutione Julii III. & in al-
tera S. Pii V. aliorumque Pontificum, de quibus
*Novar. in Summ. Bull. Comment. 26. n. 5. Lotter.
de Re Benef. lib. 2. quæſt. 17. n. 318. Rota in Co-
lonien. Canonicatus S. Andreæ* 12. *Junii* 1719. *§.
Citra quod cor. bo. me. Cerro, & in dicta Melphi-
cten. Beneficii §. Ad differentiam.*

Secundo excluditur a favore Regulæ, qui li-
39 tem promovit contra Triennalem pacificum Bene-
ficii poſſeſſorem, ut clare legitur in eadem Regu-
la, & cohærenter ad eam *Kochier ad Regul. de
Subrogan. n. 3. Rota coram Bichio deciſ. 187. n.
33. & deciſ. 198. num. 17. & ſeqq. & n. 35. &
in Compſana Abbatiæ 25. Aprilis 1698. §. Huic
clariſſimo, coram Urſino, & in Monaſterien. De-
canatus* 18. *Junii* 1706. *coram Lancetta*, inter
40 impreſſ. *deciſ. 426. num. 17.* Non enim ceſſat hoc
caſu effectus litis, ſed bene ceſſat cauſa favoris
reſpectu Collitigantis pro obtinenda ſubrogatione,
quæ tali caſu bene poterit tertio indulgeri, ut poſt
Mohedan. ait *Lotter de Re Beneficiar. lib. 2. quæſt.*
41 20. *numer.* 88. *Roſ. dict. cap. 17. n. 179.* Quod
locum ſibi vindicat, etiam, ſi triennalis ipſe
poſſeſſor Judicium introduxerit vigore *Leg. Diſ-
famari Cod. de Ingen. & Manum.* ex hoc enim
non cenſetur voluiſſe Beneficio triennalis poſſeſ-
ſionis renunciare, *Rot. dec. 327. num. 8. coram
Cerro.*

An autem poſſeſſio Triennalis debeat eſſe titu-
42 lata, ad effectum, ut qui contra Triennalem
poſſeſſorem litem movit, excludatur a Beneficio
ſubrogationis? *Rota coram Bichio deciſ.* 198. per-
penſis pro utraque parte rationibus, quæſtionem
indeciſam reliquit. Quod enim ad effectum hu-
jus Regulæ duo copulative requirantur, poſſeſ-
ſio ſcilicet triennalis, & titulus coloratus, firma-
vit *Rota deciſ. 531. num. 4. in fine part. 2. Recent.*
& tradunt *Kochier in hanc Regul. num. 31. Roſ.
de Exequut. Liter. Apoſtolic. dict. cap. 17. n. 170.
Filhuc. Oper. moral. tom. 3. tractat. 41. cap. 6.
n. 80. Ricc. part. 4. deciſ. 163. ſub n. 3. Lotter. de
Re Benefic. dict. quæſt. 20. num.* 89. ubi, quod,
ſi petens ſubrogari, probaret alterutrum, vel
ſcilicet, quod defunctus Collitigans non habuit
titulum coloratum, vel quod poſſeſſio fuiſſet per
alium occupata, non poſſet ei denegari ſubroga-
tio.

Contrariam ſententiam tuetur *Mandoſ. in hanc
Regul. quæſt. 5. ſub num. 2.* ea ratione, quod Re- 43
gula non dicit, aut ſupponit, quod ad effectum,
ut Collitigans ſuperſtes ejus beneficio gaudere non
poſſit, mortuus Collitigans ſi viveret, juvare ſe
deberet Regula de Triennali, ſed Collitigantem
ipſum ab ejus favore excludit ex hoc ſolum, quod
litem movit contra Triennalem Poſſeſſorem; pro-
indeque excluſio hæc locum ſibi vindicata debet,
ſive triennalis pacificus Poſſeſſor titulum colora-
tum habuerit, ſive non, dum Regula non ad ti-
tulum, ſed unice ad poſſeſſionem triennalem re-
ſpexit; ſicuti in ſimili excluditur a Beneficio *Cle-
ment. Unic. de ſequeſtr. Poſſeſſ.* qui litem movit 44
contra triennalem pacificum Poſſeſſorem, etiamſi
iſte Regula de Triennali Poſſeſſore gaudere non
poſſit. Et ad Regulam de Triennali requirentem
titulum ſaltem coloratum, reſpondet, quod ter-
mini utriuſque Regulæ ſunt diverſi; & impoſſibi- 45
le eſt, quod hæc Regula reſpectum ad illam ha-
buerit, dum Regula præfata prodiit per multos
annos ante Regulam de Triennali, quam *Cali-
ſtus III.* edidit. *Mandoſium* ſequuntur *Azor. In-
ſtit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 32. verſic. Secundo
queritur il 2. Caſtropal. Oper. moral. tom. 2. tract. 13.
diſput. 2. punct. 31. §. 6. n. 3. verſic. Contrarium.*

Sed in hoc ſententiarum conflictu non recede-
rem a prima opinione, quod ſcilicet in triennali 46
Poſſeſſore requiratur, ultra poſſeſſionem pacificam,
titulus coloratus, ad effectum, ut collitigans ar-
ceatur a Beneficio iſtius Regulæ. Moveor duplici
ratione. Prima, quia, ut diximus, Regula eſt
favorabilis, utpote ad evitandas lites, & compa- 47
ſcendos improbos litigantium motus, edita; pro-
indeque ita favore Collitigantis ſuperſtitis eſt in-
terpretanda, ut eo minus, quam fieri poſſit, ſit
ei præjudicialis; Magis autem Collitiganti inte-
reſt, quod Regula intelligatur de poſſeſſione co-
lorata, quam de ea, quæ nullum habet colorem.
Altera vero, quia Poſſeſſor triennalis accipitur in 48
hac Regula juxta terminos alterius, quæ eſt infra,
in ordine *la XXXVI. de Triennali, Sarnen. hic
qu.* 16. unde quemadmodum in illa requiritur ti-
tulus ſaltem coloratus, ut late dicemus in *Comment.
in eandem Regulam*, ita & hujus Regulæ reſpe-
ctu idem ſtatuendum videtur.

Nec ſubſiſtit quod ait *Mandoſ.* Regulam hanc
de Subrogandis, quæ, ut diximus, in Auctorem
agnoſcit *Joannem XXIII.* electum anno 1410. ve-
luti editam longe ante Regulam *de Triennali* a *Ca-
liſto III.* ad Petri Cathedram aſſumto anno 1455.
promulgatam, non poſſe ad iſtam ullum habere
reſpectum; ſiquidem Regula *de Triennali* edita
primo fuit in Conciliabulo Baſileenſi habito anno 49
1431. eamque *Caliſtus* fere ad verbum, paucis
omiſſis, additis, vel immutatis, ſolum inſeruit in-
ter Regulas Cancellariæ, reticito dicti Concilii
nomine, ut dicemus in *Comment. in eandem Regu-
lam de Trienn.* Hæc vero Regula de *Subrogan-
dis*, licet originem agnoſcat a *Joanne XXIII.* ni-
hilominus nec in illa, quam ipſe promulgavit,
Regula, nec in altera, quam edidit *Martinus V.*
leguntur ea verba, quæ in modernis Regulis ad-
ſunt, nempe -- *nec ſuper eo contra dictum Adver-
ſarium, poſtquam illud per triennium pacifice poſſe-
derit, lis tunc mota fuerit* -- ut ex lectura earundem

Regulorum penes *Hermannum Wonderbart in Hi-
ſtor. Concilii Tridentini tom.* 1. *pag.* 954. Verbo-
que præſota Regulæ primum oddidit *Nicolaus V.*
Pontifex renunciatus onno 1447. cui Baſileenſis
Concilii paulo onte celebrati Decretum notum e-
rat, & ad quod proinde relationem hobere potuit.

Ceterum quod dictum eſt, non deberi ſubroga-
tionem ſuperſtiti illi, qui litem intruxit contra de-
functum triennalem Poſſeſſorem, limitatur in ca-
50 ſu, quo Poſſeſſor ipſe triennolis duo Beneficio in-
compatibilia abſque Apoſtolica diſpenſatione poſſi-
deat. Cum enim tali caſu ex diſpoſitione Conci-
lii Tridentini *Seſſione* 7. *cap.* 4. *& Seſſione* 24. *cap.*
17. *de Reformat.* remaneot utroque privatus:
51 quemodmodum goudere non poterat fovore Regu-
læ de Triennali, quippe quæ fundatur in præſum-
ta diſpenſatione, quæ contro Decreta Concilii lo-
cum ſibi non vindicot, ut late oſtendemus in *Comm.
in oandem Regul. de Trienn.* ita nullum præſtare
52 volet obicem, quin ſuperſtes Collitigans ſubroga-
tionem in illius juribus, ſi quæ proficua ſibi eſſe
exiſtimaverit, obtinere poſſit, *Bich. dicta deciſ.*
187. *n.* 34. *&* 35.

Sed quid ſtatuendum, quondo defunctus trien-
53 nolis Poſſeſſor cauſam habuit ob alio, cum quo
lis prius introducta fuerot, an ſcilicet hoc coſu
ſubrogandus veniot ſuperſtes, qui fuit in lite non
cum defuncto, ſed cum ejus Prædeceſſore? Duo
coſus ſunt diſtinguendi: Primus eſt, quondo iſte
defunctus habuit cauſom a Collitigante, Beneficii
poſſeſſione vacante, quia apud eum non extiterat,
& tunc non erit locus ſubrogotioni, quio vere ef-
fectus fuit triennalis Poſſeſſor, dum ſola proprie-
54 tas, & non poſſeſſio fuit in lite. Secundus ca-
ſus eſt, quando primus Collitigons, cui defun-
ctus ſucceſſit, poſſeſſionem habuit, ito quod poſ-
ſeſſio etiom in lite fuerit, & tunc erit locus ſub-
rogotioni, quia in tertium tranſivit poſſeſſio liti-
gioſa, & conſequenter cum ſuis remediis, ut poſt
Mohedan. deciſ. 8. *ut lite pendent.* diſtinxit *Rot. dec.*
342. *part.* 1. *Recent.* quam ſequitur *Lotter. de Re
Benefic. dict. quæſt.* 20. *num.* 90. *&* 91. *Roſa de E-
xecutor. Litter. Apoſtol. dict. cap.* 17. *num.* 181.
Kochier. in hanc Regul. ſub n. 35. *Ricc. dec.* 163.
n. 9. *part.* 4.

Tertio excluduntur o favore Grotioſæ ſubroga-
55 tionis ii, qui impetrorunt Beneficio viventium,
illorum præſertim, quibus, out propter ſenium,
aut propter infirmitatem, vitæ periculum immine-
ret, ut expreſſe ſancitur in Regula, eique inhæ-
rendo firmont *Sarnen. ſuper eadem Regul. quæſt.*
16. *num.* 2. *Azor. Inſtit. moral. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.*
32. *quæſt.* 3. *Caſtropal. Oper. moral. tom.* 2. *tract.*
16. *punct.* 31. *§.* 6. *n.* 4. *Roſa de Executor. part.* 1.
cap. 17. *n.* 185. *& in Addit. num.* 78. *Rota coram
Bich. deciſ.* 87. *n.* 36. *&* 37. *& coram Lancetta de-
ciſ.* 426. *n.* 18. *& deciſ.* 448. *n.* 5. *tom.* 2. Fuitque
56 id additum Regulæ tempore *Pauli III.* ut teſtotur
Card. de Luca diſc. 50. *n.* 4. *de Benef.* alter *de Lu-
ca ad Ventrigl. tom.* 2. *annot.* 10. *num.* 4. & in hac
57 parte Regula etiam favorabilis eſt, lotamque reci-
pit interpretationem, *Rota dec.* 42. *num.* 8. *& ſeqq.
part.* 2. *diverſ.*

Incidit tamen dubium, an omnis Impetrator
Beneficii cujuſcumque viventis remaneat excluſus
a favore hujus Regulæ, ſeu potius ſolum impetra-
58 tor Beneficii viventis, qui tomen eſſet ſenex, in-
firmus &c.? *Mandoſ. in hanc Regulam quæſtion.*
6. *in* 2. *parte* exiſtimat, quod Regula ſolum
comprehendat impetrontes Beneficia ſenium, out
infirmorum, üſque ſimilium. Primo quia Regula
non alio intuitu emanavit, quam ad effectum ob-
viandi fraudibus, quio nempe toliter impetrantes
ſibi blandiuntur, illos, quorum Beneficia impe-
trant, cito morituros, ſicque in eorum juribus
facilius ſubrogotionem reportare; Quæ porro ra-
tio unice militot contra Impetrontes Beneficio In-
firmorum, vel Senum, ut ita ob vocationem ve-
roſimiliter imminentem obtinerent prætextu ſub-
rogotionis proviſionem pinguium Beneficiorum,
alias in caſu ſimplicis vocotionis non obtinendo-
rum. Secundo, quod licet Regula in præfatio-
ne utotur verbis omplis, & effrenotis, in diſpo-
ſitivo tamen ſe coarctat ad impetrantes Beneficia
eorum, quibus aut propter ſenium, aut propter
infirmitotem immineret vitæ periculum, odhibet-
que verba reſtrictiva -- *illo vivente in caſibus præ-
miſſis, vel ſimilibus &c.* -- per quæ fit relotio ad
coſus ſupra ſpecificotos, nempe *ſenii, & infirmi-
tatis*; Alias ſuperflua fuiſſet illa clauſulo *vel ſimi-
libus*, ſi de impetrontibus Beneficio quorumcum-
que viventium interpretatio fieri deberet. Imo
etiam ſuperfluitotem redoleret odditio, quæ in
fine Regulæ legitur de impetrantibus per *priva-
tionem, & amotionem*, ſi de qualibet impetra-
tione Beneficii viventis Papo intellexiſſet. Et hanc
ſententiam ſequuta fuit *Rot. in Cæſaraugustana
ſubrogationis* 23. *Octobris* 1623. *§. Nec obſtat,
cor. Navarro*, ibi -- *Nec obſtat, quod cum impe-
traverit Beneficium viventis certo modo Regula
non ſuffragetur. Quia non omnis impetratio Be-
neficii viventis eſt prohibita per Regulam ſed il-
lorum tantum, quibus ob ſenium, & infirmita-
tem imminet vita periculum, & propterea impe-
tratio dicitur in fraudem cui Regula providet* --
Mandoſ. in dict. Regul. quæſt. 6. *num.* 2. *verſic. Qui
vellet, uſque in finem*, & eſt de mente *Sarnen. in
dict. Regul. quæſt.* 6. *verſ. Inde, Rebuff. in Prax.
ad eandem Regul. quæſt.* 6. *n.* 1. *Rota deciſ.* 42. *n.* 2.
diverſor.

At his non obſtantibus, receptior eſt contraria
sententia, quod a favore Regulæ excludatur om- 59
nis impetrons Beneficium viventis, etſi ille nec in-
firmus, nec ſenex eſſet, ut reprobato *Mandoſio* fir-
mant *Azor. Inſtit. moral. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 32.
quæſt. 6. *quæſit.* 3. late *Cardin. de Luca de Benef.
diſc.* 53. *per tot. Caſtropal. Oper. moral. tom.* 2. *tra-
ctat.* 13. *diſputat.* 2. *punct.* 31. *§.* 6. *n.* 4. *Armindus
Riccius in Volum. mſ. Informat. ſub tit. Aſten. Præ-
poſituræ*, ubi reprobat *Rot. in dict. Cæſaraugustana
Subrogationis.* Ratio fundatur in iiſdem verbis Re-
gulæ, ibi -- *Viventium Beneficia, illorum præſer-
tim, quibus, aut propter ſenium &c.* quæ ſone di- 60
ctio *præſertim* exprimit caſum minus dubitabilem,
& implicat caſus magis dubitabiles, & omnibus
idem jus ineſſe demonſtrot, *leg.* 1. *§. Pater, verſic.
Vel maxime ff. de Collat. bonor. Gloſſ. in leg. ultim.
verſic. Præſertim ff. de Liber. homin. exhiben.*

Accedit, quod non obviaretur fraudibus eo-
rum, qui expiſcantur Beneficia viventium, ſi Re-
gula ſolum comprehenderet impetrontes Beneficia
Senum, & Infirmorum. Cumque finis ejuſdem 61
Regulæ ſit præcidere lites malitioſe excitatas, ne-
ve novi Adverſarii Collitigontibus dentur, hæc
utique ratio locum ſibi vindicot in impetrotione Be-
neficii cujuſlibet viventis, ut bene rotiocinatur *Ca-
ſtrop. ubi ſupr. verſ. Ceterum*, *Azor. dict. quæſt.* 3.
& conferunt trodita per *Amayd. de Styl. Datar.
cap.* 24. *§.* 1. *num.* 45. *Rota deciſ.* 427. *num.* 10.
part. 18. *tom.* 2. *Rec. & deciſ.* 224. *n.* 22. *& ſeqq.
cor. Bichio.*

Nec obſtant rotiones ponderatæ per *Mandoſ.*
Quia verum non eſt, quod fraudes, & malitiæ ſo- 62
lum interveniant in impetratione Beneficiorum,

quæ

quæ obtinentur per ſenes, & infirmos, nam in-
tercedere poſſunt etiam in impetrationibus Bene-
ficiorum quorumcunque viventium, eſto non ita
efficaciter; eaque de cauſa fuerunt in Regula ex-
cluſi impetrantes Beneficia viventium, *illorum*
præſertim, quibus, aut propter ſenium, aut pro-
pter infirmitatem vitæ periculum immineret, nec-
non impetrantes ex quibuſvis criminibus, & ex-
ceſſibus, quia videlicet eorum reſpectu longe ma-
jor urget ratio fraudis, & calumniæ; Proindeque
63 tantum abeſt, quod hujuſmodi exempla Regulam
reſtringant & coarctent, ut potius ſuadeant, ſub
ejuſdem Regulæ cenſura comprehendi impetratio-
nes Beneficiorum quorumcumque viventium, dum
& illæ præſeferunt etiam fraudem, & malitiam,
licet non ita claram, & patentem, ut emergit in
caſibus a Regula exemplificatis, *Caſtropal. loco cit.*
verſic. Neque obſtat, Azor. dict. quæſt. 3. Lotter.
dicta quæſt. 20. n. 93. Card. de Luca de Benefic.
diſc. 53. n. 5.

Et poſterior hæc opinio eo magis locum ſibi
vindicaret, ſi in impetratione Beneficii viventis,
quamvis nec ſenis, aut infirmi, daretur fumus ali-
64 cujus fraudis, vel malitiæ, quia nempe ex facti
qualitate probabiliter immineret ſtatus immutatio
inductiva vacationis Beneficii, puta, ſi quis con-
tracturus eſſet Matrimonium, Religionem in-
greſſurus, aut ad aliud Beneficium incompatibile
eſſet promovendus: In his enim terminis, ſi quis
dicti viventis Beneficium certo modo impetra-
ret, profecto comprehenderetur ſub exceptuatio-
ne Regulæ, *Cardin. de Luca de Benefic. diſc. 53.*
num. 6.

Verum, ut recte monet mox laudatus Cardi-
65 nalis *de Luca*, quæſtio pendet ex circumſtantiis
facti, cum de cetero, ſi quis candide, & bona
fide Beneficium viventis, etſi floridæ ætatis, &
infirmitatibus non obnoxii impetraverit, non au-
tem animo illud malitioſe expiſcandi, repellendus
non erit a favore gratioſæ ſubrogationis. Sic ſi u-
nus ex coelectis, vel præſentatis impetrat Gra-
66 tiam Apoſtolicam, non poteſt ad hunc effectum
dici expiſcator; Nec talis dicitur ille, qui in con-
67 curſu repulſam paſſus, Parochialem alteri colla-
tam impetravit ob non ſervatam ejuſdem concur-
ſus formam, *Amayd. de Styl. Datar. cap. 14. §.*
1. n. 46. Similiter qui Beneficium poſſidet, & pro
68 ſui juris conſervatione impetrat novam Gratiam a
Sede Apoſtolica; odioſi impetratoris nomen non
promeretur, nec incidit in cenſuram Regulæ, ut
poſt *Verall. dec. 79. part. 2. Rota in Ferrarien.*
Cappellaniæ 10. Maii 1694. §. Fortior cor. Urſino,
ubi de Poſſeſſore, qui poſſeſſionis ſuæ tuendæ cau-
69 ſa, Beneficium certo modo impetraverat, nempe
ob non expreſſionem veri valoris.

Igitur Regula a ſubrogationis favore excludit
70 impetrantes Beneficia quorumcumque viventium,
& maxime, ſi ſint ſenes, & infirmi, itaut per ſe-
nium, aut infirmitatem vitæ periculum immine-
ret, *Gomeſ. in hanc Regulam quæſtion. 16.* ubi,
quod prohibentur ſubrogari, quia præſumuntur
improbi litigantes, & non fovere bonum jus,
Kochier. ibidem n. 30. Roſa de Executor. Liter.
Apoſtol. cap. 17. n. 182. & in addit. n. 78. Card.
de Luca de Benefic. diſc. 50. num. 11. Lotter. de
Re Benefic. dict. quæſt. 20. num. 93. in fine, Rota
cor. Caſſador. dec. 7. de Dol. & Contum. ubi de
71 eo, qui exequi fecit citationem contra febricitan-
tem, triduo antequam deceſſiſſet, *& deciſ. 12. per*
tot. part. 2. diverſor. & deciſ. 167. num. 26. part.
4. tom. 2. Recent. & deciſ. 448. num. 5. ubi quod
impetrantes Beneficia eorum, quibus ob ſenium,
vel infirmitatem vitæ periculum imminet, a vehe- 72
menti ſuſpicione calumniæ non ſunt immunes,
aliique ſupra relati *n. 55.*

At, cum Regula emanaverit ad coercendum im-
probum votum eorum, qui tanquam Vultures,
Beneficia aucupari ſatagunt illorum, qui ob ſe-
nium, vel infirmitates morti proximi reperiuntur;
hinc & in hiſce quoque impetrationibus, ſi nullus 73
dolus, nulla fraus, aut malitia ſuſpicari poſſit,
ceſſat diſpoſitio Regulæ, quæ ſolummodo invehit
contra fraudulentos, & improbos litigatores, *Rota*
deciſ. 167. num. 26. part. 4. tom. 2. Recent. deciſ.
244. n. 55. coram Bichio, deciſ. 92. num. 8. cor.
cl. me. Card. Caprara, & in Bituntina Juriſpa-
tron. 5. Julii 1688. §. E enim, cor. Urſino. Hinc
Rota cor. Caſſador. dict. deciſ. 7. num. 4. ait, Re-
gulæ cenſuram non procedere, ſi quis oſtenderet 74
aliquod ſui boni juris ſpecimen, non procuratum
malitioſe ad effectum vexandi ſenem, ſeu infir-
mum, cum de jure ſuo confidens, aut omnino non
deſperans, non debeat illud inconſiderate deſerere,
nec imprudenter relinquere indiſcuſſum; ſubdens,
quod tali caſu non obſtaret exequutio citationis 75
contra febricitantem, ex quo credulitas talis, qua-
lis, proprii boni juris, excluderet calumniam, &
in hoc Judex ex facie detecti boni Juris, & alia-
rum circumſtantiarum informabit animum ſuum.
Et quod concurrente juſta cauſa impetrandi Bene-
ficia eorum, quibus vitæ periculum imminet, ceſ- 76
ſet diſpoſitio Regulæ, tradunt *Roſ. in addit. ad*
cap. 17. n. 78. & ſeqq. Rota deciſ. 183. num. 38.
& 39. cor. Bichio, & dec. 8. num. 13. tit. de Re-
ſcript. & Liter. Apoſtolic. cor. clar. mem. Card.
Falconerio.

Probandum tamen eſt concludenter, quod de
tempore impetrationis, vitæ periculum Beneficium 77
poſſidenti immineret, nec ſufficit oſtendere, eum,
aut in infirmitate fuiſſe conſtitutum, ut inhæren-
do verbis Regulæ tradunt *Roſa de Execut. Lit.*
Apoſt. in addit. ad cap. 17. n. 81. Rota dicta de-
ciſ. 8. num. 12. coram clar. mem. Card. Falcone-
rio, aut, quod reperiatur in ætate infra ſeptuage- 78
ſimum annum, quia ætas præfata non eſt decre-
pita, nec habet imminens periculum mortis a Re-
gula conſideratum, ut de habente ætatem anno- 79
rum ſexaginta *Rota dec. 187. num. 38. & dec. 198.*
num. 12. & ſeqq. cor. Bichio, ubi, quod id ma-
gis procederet, ſi Beneficiatus pluribus annis poſt-
ea vixerit, *& dec. 15. n. 13. poſt Diſcept. Contrit*,
ubi pariter de conſtituto in ætate annorum ſexa-
ginta, *& dict. deciſ. 8. num. 11. cor. cl. me. Card.*
Falconerio, ubi de impetratione facta adverſus Be-
neficiatum conſtitutum in ætate annorum 68.
Quod ſi Beneficiatus conſtitutus reperiretur in æ- 80
tate annorum ſeptuaginta, in qua ætate incipit
decrepitas, quæ morbo aſſimilatur, *Narbon. de* 81
ætat. annor. 70. quæſt. 8. n. 6. Jov. de Sollemnit.
in Contract. Minor. Gloſ. 9. §. 1. num. 11. non
improbabiliter ſuſtineri poſſet, impetrantem Bene- 82
ficium ab eo poſſeſſum, excludi a favore Regu-
læ: *Rota dec. 198. num. 12. & ſeqq. cor. Bichio,*
& dict. dec. 8. n. 11. coram clar. mem. Card. Fal-
conerio.

Atque ex eadem ratione ceſſabit Regula, ſi e-
ventus aliquis in lite ſuperveniens ante obitum Col- 83
litigantis, elideret hanc præſumtionem, puta, ſi
interim obtenta ſit per impetrantem ſententia fa-
vorabilis, ut poſt *Sarnen.* obſervat *Lotter. dicto lib.*
2. quæſt. 20. n. 94. in fin.

Item non militaret exceptio Regulæ, ſi petens
ſubrogationem, fuiſſet prius præſentatus, quam 84
proviſus Collitigans: magis enim præſumitur
Benefi-

Beneficium impetraſſe ad confovenda ſua jura,
quam malitioſe pro aſſequenda ſubrogatione in
caſu obitus Collitigantis proxime morituri, *Rota
poſt diſcept. Contr. decif.* 15. *n.* 13. *& in Biſuntina
Juriſpatronatus ſuper Subrogatione* 5. *Julii* 1688.
§. Etenim cor. Urſino.

Quemadmodum Regula non comprehendit im-
85 petrantem Beneficium Senis, vel Infirmi, qui
abſque Apoſtolica diſpenſatione retinebat aliud in-
compatibile, quia vere tunc Beneficium vacabat,
Rota dec. 187. *n.* 39. *& dec.* 325. *n.* 2. *&* 3. *cor.
Bichio.*

Quarto excluditur a favore ſubrogationis ille,
86 qui Beneficium impetravit per privationem, &
amotionem ex quibuſvis criminibus, & exceſſi-
bus; hoc enim caſu, niſi Regulæ derogatum fue-
87 rit, ſubrogatio non ſuffragatur, ut ad tramites
ejuſdem Regulæ firmant communiter *Rebuff. ſu-
per hac Regula, in princip. Kochier. ad eandem
Regulam num.* 32. *Card. de Luca de Beneſ. diſc.*
50. *numer.* 10. *& diſc.* 53. *numer.* 2. *Roſ. de E-
xecut. Liter. Apoſtol. cap.* 17. *num.* 186. *& in ad-
dit. num.* 86. *Rot. dec.* 719. *num.* 19. *&* 20. *part.*
18. *tom.* 1. *Recent. & decif.* 1211. *n.* 2. *cor. Emerix
Jun.*

Locumque ſibi vindicat hæc Regulæ diſpoſitio
non ſolum in crimine, pro quo ſententia priva-
tionis requiritur, verum etiam in eo, pro quo
privatio incurritur ipſo jure, nempe ob crimen
88 ſimoniæ ab ipſo Beneficii poſſeſſore perpetratum,
quia etiam in his terminis neceſſaria eſt ipſius cri-
minis, ſive facti declaratio. *Rota dict. decif.* 1211.
n. 3. *cor. Emerix.*

Quemadmodum procedit etiam ſtante ſententia
89 definitiva, quæ tamen in rem judicatam non tran-
ſierit, ut clare præſcribitur in Regula, ibi — *e-
tiamſi uſque ad diffinitivam ſententiam, qua tamen
in rem non tranſierit judicatam, proceſſum foret* —
Licet enim impetranti Beneficium ob crimen,
90 poſſe concedi ſubrogationem poſt ſententiam favo-
rabilem, exiſtiment *Gomeſ. in hanc Regul. quæſt.* 7.
verſic. Limitatur tamen, quem ſequitur *Lotter. de
Re Beneſ. dict. quæſt.* 20. *num.* 94. *in fine*, *Amayd.
de Styl. Datar. dict. cap.* 24. *§.* 1. *num.* 11. *Roſ.
de Executor. Liter. Apoſtol. dict. cap.* 17. *num.* 187.
91 *Rota dec.* 261. *part.* 2. *Recent.* Nihilominus re-
cedendum non eſt a Regula, quæ non eſt con-
tenta ſententia, ſed requirit illius tranſitum in rem
judicatam.

Eſſet tamen locus ſubrogationi favore impe-
92 trantis ſuperſtitis, ſi privatio inſurgeret ex aliquo
ſpeciali Decreto Papæ, qui in certo caſu induce-
ret Beneficii vacationem, & faceret cuique facul-
tatem impetrandi, *Lotter. dicta quæſt.* 20. *n.* 95.
Rot. decif. 426. *n.* 9. *cor. Gregor. & dec.* 187. *n.* 38.
cor. Bichio.

Diximus, impetranti Beneficium ex capite ſi-
moniæ non dari ſubrogationem. Sed quid in caſu
93 converſo, nempe ſi decedat impetrator ex capite
ſimoniæ, num Collitigans ſuperſtes poſſit, & de-
beat ſubrogari? Affirmativa prævaluit in *Rota*
opinio, quia ſuperſtes habet pro ſe Regulam, ut
ei debeatur ſubrogatio in locum Collitigantis de-
functi. Et licet abſurdum videatur, quod debeat
ipſe vigore gratioſæ ſubrogationis induere jura
innixa ſuper prætenſo crimine ſimoniæ a ſe per-
petrato, ceſſat nihilominus abſurdum, quia ſub-
rogatio non operatur, quod ſuperſtes Collliti-
gans ſic induat jura defuncti, ut omni ſuo jure
prorſus denudatus, & deſtitutus remaneat; ſed
94 ad tollendam vexationem novi Collitigantis præ-
ſefert dumtaxat remotionem obſtaculi, nec im-
portat novi juris acquiſitionem, ut *in Bovinen.
Archidiaconatus* 2. *Junii* 1713. *§. Neque obſtare
cor. clar. mem. Card. Scotto*, impreſſ. poſt *Ma-
nacell. in formul. tom.* 4. *decif.* 14. quam in hac
ratione ſequitur *Rota cor. clar. mem. Card. Falco-
nerio decif.* 11. *num.* 10. *& decif.* 19. *num.* 7. *de
Jurepatr. & coram Rmo Criſpo dec.* 619. *num.* 2. *&
ſeqq. tom.* 3.

Idque etiam ex eo evincitur, quod Collitigan-
tes fovent ſemper jura contraria; unde ſi ſubro- 95
gatus indueret jura defuncti, nunquam daretur
ſubrogatio, cum induere teneretur jura contraria,
& inter ſe repugnantia: & tamen præſentatus ad
Beneficium tanquam de Jurepatronatus, ſubro-
gatur in jus defuncti, qui de eodem Beneficio
proviſus fuerat, tanquam de libero; unde non di-
citur ſe veſtire juribus defuncti, ſed dumtaxat re-
movere obſtaculum continuationis litis, ut proſe-
quitur *Rota in dicta Bovinen. Archidiaconatus §.
Neque obſtare.* Et in eadem Cauſa ſcribens *Piton.
tom.* 4. *diſceptat.* 127. *n.* 6. *& ſeqq.*

Additur, quod calumnioſo Collitiganti nun-
quam ſubrogatio conceditur; & nihilominus, ſi 96
per ſubrogationem induerentur jura defuncti, poſ-
ſet etiam Collitigator calumnioſus ſubrogari, *Ro-
ta cor. clar. mem. Card. Falconerio dict. decif.* 11.
num. 10. *tit. de Jurepatr. & in Mediolanen. Prio-
ratus* 15. *Junii* 1700. *§. At proprius cor. An-
ſaldo.*

Sed in contrarium urgere videtur, quod valde
ſit incongruum, quod vocatus in judicium ſuper 97
crimine ſimoniæ ab impetratore, eodem deceden-
te, ipſe aſſertus Simoniacus ſubrogetur in juribus
dicti Impetrantis. Non enim ſubrogatio eſt ſo-
lum remotio obſtaculi, & excluſio novi Collliti- 98
gantis, ſed etiam per eam transferuntur jura de-
functi in ſuperſtitem, & fit hæc tranſlatio, ne
novus detur Collitigans; Formula enim ſubroga-
tionis hæc eſt — *Te in omni jure, & ad omne jus,* 99
*quod dicto N. competebat, vel competere poterat,
ſubrogamus.* Adeoque ſubrogatus duplici jure u- 100
titur, & ſuo, quatenus validum ſit, & quatenus
invalidum ſit, utitur juribus defuncti, *Gameſ.
in hanc Regul. quæſt.* 13. *num.* 1. *verſic. Tamen
tenenda*, *Rot. cor. clar. mem. Card. Falconerio
decif.* 19. *num.* 7. *tit. de Jurepatr. & in Leo-
dien. Canonicatus* 24. *Aprilis* 1711. *§. Æquivo-
cum, & §. final. cor. clar. mem. Card. Priola.*
Verum quidem eſt, quod non excluditur jus pro- 101
prium ipſius ſubrogati, *Rota dict. dec.* 19. *num.*
7. *coram clar. mem. Card. Falconerio*, ſed æque
verum eſt, quod acquirit etiam jura defuncti,
itaut uti poſſit iis, quæ ſibi magis proficua fue-
rint.

Alias ſequeretur, quod poſſet ſubrogatus inju-
ſte manere in poſſeſſione, ſi titulus proprius de- 102
tegeretur nullus. Supponamus, quod lis ſit in-
ter præſentatum ad Beneficium uti de Jurepa-
tronatus, & proviſum de eodem, uti de libero;
poſt obitum iſtius ſubrogatur præſentatus, & dein-
de detegitur, Beneficium eſſe liberum: quæro,
qua ratione Præſentatus hoc caſu remanet in poſ-
ſeſſione Beneficii? alia non eſt, niſi quia habet
etiam jura defuncti proviſi de libero; & ſic de
duobus titulis, quos habebat, unum jure pro-
prio, alium ex juribus prædefuncti, eligit illum,
qui ſibi magis proficuus eſt. Hoc autem abſur-
dum incomparabiliter majus eſt, ubi agitur de Sy-
monia, nam ſuperſtes Collitigans, ſi vere ſimo-
niacus eſſet, remaneret in poſſeſſione Beneficii ex
juribus prædefuncti Collitigantis, qui impetrave-
rat ex capite ſimoniæ.

Necnovum eſt in re Beneficiali, quod quis im-
103 petret, & obtineat duos titulos incompatibiles,
& repugnantes, ut gaudere poſſit illo, qui ve-
rus eſt, & ſibi utilis; Maxime quando impetran-
tur a Poſſeſſore, *Butr. in cap. Auditis. de Præ-
ſcript. Bellamer. conſ.* 11. *num.* 54. *Calderin. conſ.*
7. *de Election. Rota deciſ.* 413. *numer.* 15. *part.*
18. *Recen.* aliique in *deciſ.* 150. *numer.* 10. *cum*
104 *duobus ſeqq. cor. Rmo Criſpo*, ubi de eo, qui pri-
mo uti præſentatus inſtitutionem reportaverat ab
Ordinario, & deinde obtinuit ab eodem Ordina-
rio provideri uti de devoluto: & paſſim cumulan-
tur in iiſdem Literis Apoſtolicis tituli incompa-
105 tibiles; cum ſæpe videamus, eodem tempore a-
liquem provideri de Beneficio tanquam reſerva-
to, & non reſervato, ad hoc, ut, quatenus Be-
neficium ſit reſervatum, Proviſus Apoſtolicus uta-
tur uno titulo, ſi vero non ſit reſervatum, utatur
alio titulo, *Rota in Barchinonen. Beneficii* 13.
Maii 1729. §. *Altera*, *cor. bon. mem. de Valen-
tibus:* quod etiam in ſubrogatione adamuſſim con-
tingit.

Quæ vero allegantur de calumnioſo Colliti-
gante, cui non conceditur ſubrogatio in juribus
defuncti, ad rem non pertinent, cum id alia ra-
tione nitatur, quod ſcilicet lis calumnioſa non eſt
lis, ut mox dicemus.

Verum conciliari poſſunt ſupradictæ pugnantes
ſententiæ, diſtinguendo plures caſus. Primus eſt,
106 quando ſuperſtes Collitigans eſt in poſſeſſione Be-
neficii, ſeu ſententiam favorabilem contra de-
functum impetrantem ex capite ſimoniæ obtinuit;
Et in his terminis ſubrogatio videtur poſſe con-
cedi, cum tunc pariat effectum, quod non tri-
buat novum jus, ſed tantum removeat obſtacu-
lum moleſtiarum, quas novus Collitigans in-
ferre poſſet, & hic erat caſus laudatæ Deciſionis
*Bovinen. Archidiaconatus cor. clar. mem. Card.
Scotto.*

Secundus caſus eſt, quando impetrator ex ca-
107 pite delicti, veluti ſymoniæ, jam defunctus, ob-
tinuerat ſententiam favorabilem ſuper validitate
ſuæ impetrationis, & multo magis, ſi forte erat
in poſſeſſione; & in hoc caſu ſubrogatio non habet
vim remotionis obſtaculi, ſed transfert defuncti
Collitigantis Jura in ſuperſtitem; ideoque non
concedenda, cum ſaltem in hoc caſu inducatur
diffamatio, quæ Collitigantem diffamatum exclu-
dit a reportanda nova Gratia.

Tertius caſus eſt, quando neuter ex Collitigan-
108 tibus Beneficium poſſidebat, nec ulla emanaverat
ſententia; &, cum in his terminis incertum ſit,
quis bonum jus foveat, & poſſit ſuperſtes, de
ſimoniæ crimine impictus, malum jus fovere, &
ſe tueri cum titulo defuncti, non eſſet conceden-
da ſubrogatio ad evitandum abſurdum, quod ip-
ſemet Symoniacus poſſet ſe tueri cum juribus Col-
litigantis, fundatis ſuper ejus ſymonia; nec in
hoc caſu ſubrogatio haberet vim remotionis ob-
ſtaculi, cum incertum ſit, an ejus titulus validus
ſit, necne?

Idque in caſu non diſſimili ſenſiſſe videtur Sa-
109 cra Congregatio Rebus Conſiſtorialibus præpoſi-
ta. Acerrima lis ſuper Monaſterio *Androvien.*
excitata fuerat inter Epiſcopum *Culmen.* proviſum
de eodem Monaſterio, uti de Jurepatronatus, &
Monachos ſuſtinentes libertatem Abbatiæ. Epi-
ſcopus in poſſeſſione ſe intruſerat, non obſtante,
quod ejus Literæ a Cardinali Pro-Datario cir-
cumſcriptæ fuiſſent, & eſſent ſubreptitiæ ob non
factam mentionem ſententiæ A. C. ſuper liberta-
te Abbatiæ, ut legitur in *deciſ.* 379. *part.* 18.
Recent. Cum autem transferendus eſſet ad Eccle-
ſiam *Gneſnen.* petebat præfatæ Abbatiæ retentio-
nem; Abbas vero electus, non ſolum retentioni
ſe opponebat, verum etiam inſtabat ſubrogari in
juribus Epiſcopi, quia per translationem vacatu-
rum erat Monaſterium, ſicuti vacat per Promo-
tionem, ut alibi diximus. Congregatio Rerum
Conſiſtorialium *die* 22. *Novembris* 1674. indul-
gere noluit Epiſcopo retentionem, ut in *dicta de-
ciſ.* 379. *num.* 23. ac etiam denegavit Abbati ſub-
rogationem in prætenſis juribus Epiſcopi, ne vi-
deretur canonizare, jus aliquod eidem Epiſcopo
competere.

Quinto excluditur a Beneficio hujus Regulæ
calumnioſus litigator, quia lis calumnioſa non di- 110
citur vera lis, nec facit Beneficium litigioſum,
Mandoſ. in Regul. de Subrogan. quæſt. 11. *num.* 27.
Sarnen. ad eandem Regul. de Subrogan. quæſt. 29.
Lotter. de Re Benefic. libr. 2. *quæſt.* 20. *num* 92.
& ſeqq. Card. de Luca de Benefic. diſ. 50. *num.* 10.
Ventrigl. in Prax. part. 2. *annotat.* 10. *numer.* 18.
Rot. deciſ. 148. *num.* 1. *& ſeqq. cor. Celſo*, cum
aliis in *Bituntina Juriſpatr.* 27. *Junii* 1687. §. *Hac
autem*, & §. *Et conſequenter cor. Urſino.* Et ideo
Rota exequi non ſolet Literas gratioſæ ſubroga-
tionis favore ſuperſtitis Collitigantis, niſi aliquo
modo conſtet de jure petentis, & jura potius in- 111
clinent pro ſua parte, *Amayd. de Styl. Datariæ
dict. cap.* 24. §. 1. *num.* 19. *Roſa de Executor. Li-
ter. Apoſtol. dict. cap.* 17. *n.* 169. *Rota deciſ.* 619.
n. 16. & 17. *cor. Reverendiſſ. Criſpo, & in Compſa-
na Abbatia* 23. *Aprilis* 1698. §. *Etſi cor. Urſino.*
Et in Regula *Joannis XXIII.* qui, ut diximus,
primus eam edidit, præſcribebatur, quod Rotæ
Auditor non prius Collitigantem ſubrogare debe-
ret, *niſi juraverit, quod cauſam ipſam non mali-* 112
*tioſe, nec fraudulenter, ſed pure, & bona con-
ſcientia incohaverit; ipſique etiam Auditori, ip-
ſum ita eſſe, viſum fuerit ex veroſimilibus conje-
cturis*, quod etiam in ſua Regula ſancivit *Marti-
nus V.* Verum juramentum hujuſmodi receſſit ho-
die ab Aula.

Sed ad effectum excludendi a beneficio ſubro-
gationis Collitigantem, uti calumniatorem, duo
ſunt neceſſaria, unum, quod lis fuerit calumnio- 113
ſa ab initio, itaut fuerit per calumniam introdu-
cta, *Rebuff. ſuper Regul. de Subrogan. Gloſſ.* 3.
n. 3. *Roſa ſupedict. cap.* 17. *n.* 189. *circa med. Ven-
trigl. in Prax. dict. part.* 2. *annot.* 10. *n.* 19. *Rota
in Firmana Altaris* penes *Amayden. de Styl. Da-
tar. dicto cap.* 24. §. 1. *n.* 15. *dec.* 403. *n.* 4. *& ſeqq.
part.* 14. *Recent. deciſ.* 927. *n.* 11. *cor. Buratto, &
in Derthonen. Cappellania* 18. *Junii* 1708. §. *Ir-
relevans, cor. clar. mem. Card. Priolo, & in Pam-
pilonen. Beneficii de Villafranca* 3. *Junii* 1729. §.
*Prout, verſ. Eſſet probanda ab initio, cor. R. P. D.
Cincio.*

Alterum, quod calumnia ſit talis, quod nul-
lo velamine offuſcari poſſit, aut excuſari; Cum 114
de cetero ad illam excludendam exuberet ſola poſſi-
bilitas boni juris, & quælibet probabilis, & co-
lorata cauſa litigandi, *Lotter. de Re Benef. dict.
quæſt.* 20. *num.* 101. *& ſeqq. Roſ. de Execut. dict.
cap.* 17. *numer.* 170. *& in addit. numer.* 73. *Rota
dec.* 927. *num.* 12. & ibi *Adden. num.* 15. *cor.
Burat. & dec.* 135. *num.* 18. *& ſeqq. cor. Carillo,
& deciſ.* 107. *numer.* 13. *coram Celſo, deciſ.* 92.
num. 8. *cor. Caprara, deciſ.* 20. *num.* 4. *cor. Fal-
conerio tit. de Reſcript. dec.* 780. *n.* 16. *cor. Mo-
lin. & in Faventina Beneficii* 18. *Decembris* 1704.
§. *Minus, coram Muto*, ubi de eo, qui licet ſuc-
cubuerit in cauſa, deduxit tamen objecta, & juſtifi- 115
cationes

cationes valde ad cauſam facientes, & in *Compo-
ſtellana Parochialis de Codexo* 23. *Martii* 1705.
*§. Quod autem cor. Caſſarello, & in dicta Dertho-
nen Cappellaniæ dicto §. Irrelevans, in dicta Pam-
pilonen. dicto §. Prout, verſ. Et quidem, & in Bar-
chinonen. Beneficii* 7. *Junii* 1734. *§. final. cor. R.
P. D. Harrac.* In judicando autem, an adſit,
116 necne talis calumnia, plurimum verſatur Judicis
arbitrium, *Lotter. dicta quaſt.* 20. *n.* 100. *Amayd.
dict. cap.* 24. *§.* 10. *num.* 15. *in fin. Rota decis.* 927.
num. 12. *verſ. Maxime cum in hac materia, cor.
Buratto.*

Non poteſt tamen dici calumnioſus litigator,
117 qui prius obtinuit ſententiam favorabilem, licet
poſtea in cauſa ſuccubuerit, *Roſa de Executor.
dict. cap.* 17. *ſub num.* 172. *Rota decis.* 779. *n.* 8.
& dec. 847. *num.* 2. *coram Emerix, & in Ro-
mana Cappellania* 25. *Novembris* 1707. *§. Neque,
& §. Nec majoris coram clar. mem. Cardin. Scot-
to, & in Aurien. Parochialis* 1. *Julii* 1728. *§.
Ceſſante, coram R. P. D. Cerio.* Quemadmodum
118 nec ille, qui ſuccubuit, poſtquam propoſita Cau-
ſa in Rota, fuit, ob ſuffragiorum ſciſſuram,
dilata reſolutio *Rot. decis.* 927. *num.* 10. *cor. Bu-
rat. & in Bituntina Juriſpatronat.* 5. *Julii* 1688.
*§. Quoniam DD. cor. Urſino, & in Barchinonen.
Statuti* 2. *Martii* 1705. *§. Tanto magis coram
clar. mem. Card. Priolo, & in Ferrarien. Cappel-
laniæ* 21. *Martii* 1727. *§. In præſenti cor. bon.
mem. Criſpolto.* Prout calumnioſa dici non poteſt
lis introducta ſuper nullitate præſentationis exple-
tæ, dum altera lis pendebat ſuper pertinentia Pa-
119 tronali, quando alter Collitigans reportaverat Gra-
tiam Apoſtolicam derogationis Juripatronatus in
totum, attenta lite, quæ a Papa tunc indulgeri
ſolet, quando Patroni impediuntur propter litem
præſentare, ad terminos *text. in cap.* 1. *&* 2. *ut
lit. penden. in* 6. ut dicemus infra in *Comment. in
Regulam XLII.* unde ſtante propria confeſſio-
ne Collitigantis, in cujus juribus ſubrogatio
prætenditur, excluſa remanet quælibet calumnia
ex parte alterius ſuperſtitis, *Rota in dicta Ro-
mana Cappellania* 25. *Novembris* 1707. *§. Ad-
dito, & §. Nec majoris cor. clar. mem. Cardin.
Scotto.*

Sexto excluditur a favore Regulæ proviſus ab
120 Ordinario de Beneficio litigioſo; Cum enim vigo-
re litis ligatæ eſſent manus Ordinarii, itaut in præ-
judicium Sedis Apoſtolicæ ad Beneficii collatio-
nem devenire non poſſet; quemadmodum provi-
ſio ab ipſo expleta nulla eſt, & attentata, *cap.* 1.
& 2. *ut lit. pend. in* 6. ita nullum jus tribuit pro-
viſo ad petendam ſubrogationem in juribus defun-
cti Collitigantis, *Rota decis.* 1221. *n.* 1. *cor. Eme-*
121 *rix.* Quod tamen intellige, dummodo lis fuerit
ſuper titulo Beneficii, quia alias ſola lis ſuper exe-
quutione Literarum Apoſtolicarum, aut ſuper
Poſſeſſorio, ſicuti non efficit Beneficium litigio-
ſum, ita non impedit Ordinarium, quin poſſit
conferre, & conſequenter, quod ab eo proviſus
ſubrogationem petere valeat, ut firmavit eadem
Rota cor. Emerix dec. 1232. *& dec.* 1363.

Septimo Dataria indulgere non ſolet ſubrogatio-
nem ſuperſtiti Collitiganti, quando contingit Be-
122 neficii vacatio *apud Sedem*, propter reſervatio-
nem in corpore juris clauſam, cui obnoxium re-
manet, cuique ob maximam ejus prærogativam,
non cenſetur voluiſſe Regulam derogare, *Amay-
den. de Stylo Datariæ dicto cap.* 24. *§.* 1. *numer.*
20. *Roſ. de Executor. dicto cap.* 17. *num.* 188. Id,
quod etiam obſervari conſuevit in Beneficiis de Ju-
123 repatronatus laicali vacantibus apud eandem *Se-
dem*, quæ licet ob dictam vacationem reſervata
non remaneant, ut alibi diximus, nihilominus paſ-
ſim ſolent tali caſu Pontifices rejecta ſubrogationis
inſtantia, Juripatronatus derogare, & Benefi-
cia præfata libere conferre; Hinc, cum *apud Se-
dem* deceſſiſſet Cardinalis Opitius *Pallavicinus*,
qui obtinebat in Diœceſi Januen. Abbatiam S. 124
Antonii de Jurepatronatus Laicorum, denegata
fuit ſubrogatio Collitiganti; qui tamen de ea pro-
videri obtinuit, tanquam de vacante *apud Sedem*,
cum derogatione Juripatronatus in totum, in pri-
mo anno Pontificatus ſan. mem. *Clementis XI.* Et
rurſus, cum per obitum *apud Sedem* vacaſſet Ab-
batia in Diœceſi Compſana de Jurepatronatus
Laicorum, & clar. memor. Cardinalis *Aſtallius*
inſtaret pro obtinenda ſubrogatione in juribus de-
functi Poſſeſſoris: Congregatio particularis a ſan.
mem. *Clemente XI.* deputata, cui interfuerunt clar.
mem. Cardinalis *Sacripantes* Pro Datarius, &
RR. PP. DD. *Corradinus* Pontificis Auditor, *de
Cavaleriis* Commiſſarius Cameræ, *Origus*, & *D.
Præfectus* vacationibus per obitum, *die* 24. *Junio*
1707. cenſuit, ſubrogationem non deberi, tum
quia Abbatia vacaverat apud Sedem, tum quia
non conſtabat de lite.

Octavo. Excluditur a beneficio hujus Regulæ
quicumque Collitigans, qui non ſit proviſus Apo- 125
ſtolicus, *Amayden. de Styl. Datar. cap.* 24. *num.* 2.
& 3. ubi ait, errare Officiales Datariæ in conce-
dendo ſubrogationem alteri, quam Proviſo Apo-
ſtolico, ſequitur, *Roſ. de Exequut. cap.* 17. *n.* 164.
in fine.

Sed hujuſmodi opinio, neque eſt recepta in 126
praxi, neque fundamentum aliquod habet in jure
propter quamplurimas rationes. Primo, quia mo-
tivum indulgendi ſubrogationem nititur æquitati 127
reſecandi, & ſubmovendi litium anfractus; quæ
ſane ratio, cum æque reſpiciat omnes ſuperſtites
Collitigantes, ſive proviſos a Papa, ſive provi-
ſos ab Ordinario; quoad omnes pariter militare
debet eadem favorabilis Regulæ diſpoſitio ad *Text.
in leg. Illud ff. ad leg. Aquil. leg. Illud Cod. de
Sacroſanct. Eccleſ. Barboſ. Axiom.* 197. *num.* 3.
& quemadmodum decedente proviſo ab Ordina- 128
rio, datur ſubrogatio in illius juribus ſuperſtiti
Collitiganti, qui ſit proviſus Apoſtolicus; ita &
iſto defuncto, indulgeri debet proviſo ab Ordi-
nario ad ſervandam inter Collitigantes eam, quæ
maxime decet, æqualitatem *leg. Cum Pater §.
E vivis ff. de legat.* 2. *Cap. in judiciis, de Regul.
jur. in* 6. & in proximis terminis *Gomeſ. in
hanc Regul. quaſt.* 2. *in princip. Rota coram Celſo
decis.* 107. *num.* 5. ubi de ſuperſtite Collitigan-
te, qui nullam habebat Beneficii proviſionem,
& ſubrogari inſtabat in juribus proviſi Apoſtolici
defuncti.

Secundo, quia jus petendi ſubrogationem,
provenit, ut diximus, ex diſpoſitione *Text. in* 129
cap. 1. *&* 2. *ut lit. pendent. in* 6. ubi diſponitur,
quod ad reſecandas lites, mortuo uno ex Colliti-
gantibus, dari non debet alius Collitigans: Et
tamen *Text. in dict. cap.* 1. loquitur expreſſe de
duobus in diſcordia electis, quorum nemo pro-
viſionem Apoſtolicam habebat; Cujus ſane diſpo-
ſitionis vigore certum eſt apud omnes Docto-
res, quod, moriente altero ex duobus electis in 130
diſcordia, ſive ex duobus præſentatis, ſuperſtiti
debeatur ſubrogatio in juribus defuncti, ut dixi-
mus ſupra.

Tertio, quia Regula generalis eſt, & genera-
liter loquitur; Unde idem *Amayden. dict. cap.* 24. 131
§. 1. *ſub n.* 10. ait, quod continet affirmativam
gene-

generalem, & excipit tantummodo caſus Intru-
ſionis, calumnioſi litigantis, poſſeſſoris triennalis,
& impetrantis Beneficium per privationem; Un-
de, cum non excludat proviſos ab Ordinario, non
eſt, cur Nos eos excludere debeamus, ad *Text.*
in l. final. in fin. Cod. de Dotis promiſſion. Cap. So-
lita §. final. de Majorit. & Obedient. Potiſſimum,
132 quia, ut diximus, Regula eſt favorabilis, edita ad
lites amputandas; unde latam recipere debet in-
terpretationem, & ſic comprehendere etiam ca-
ſus in ea non expreſſos, quibus ejus ratio adapta-
bilis eſt, *Gomeſ. in hanc Regul: dict. quæſt. 2. §.*
Adde.

Hinc apparet, non ſubſiſtere rationem *Amay-*
133 *deni*, quod Subrogatio in juribus defuncti ſit gra-
tia exorbitans. Cum enim provido Pontificum
conſilio emanaverit ad reſecandas lites, & fomen-
tum recipiat a diſpoſitione juris communis, tan-
tum abeſt, quod exorbitans dici queat, ut indubi-
tanter potius æquiſſima ſit, & favorabilis; ita qui-
134 dem, ut ſupra adnotavimus non deſint, qui exi-
ſtiment, illam eſſe adeo debitam ſuperſtiti Colli-
tiganti, ut peccet Datarius eam denegando.

Minuſque officit, quod, ſicuti de ſtylo Data-
135 riæ Gratia *ſi Neutri* non debetur, niſi Proviſo A-
poſtolico, ita, & iſti ſolum indulgenda erit ſub-
rogationis Gratia. Quidquid enim ſit de ſtylo
præfato, qui non ſemper inconcuſſe invaluit, &
contrarium aliquando ſervatum fuit, quemadmo-
dum teſtatur ipſemet *Amayd. cap. 23. numer. 5.*
& 6. Roſ. de Exequutor. cap. 18. n. 5. Paritas non
136 procedit, quia Gratia *ſi Neutri* eſt vere exorbi-
tans, uti litium nutritiva, non ſic autem Gratia
ſubrogationis, per quam lites extinguuntur, &
137 novi Collitigantes dari prohibentur. Et licet con-
tra Proviſum Apoſtolicum, de ſtylo Datariæ non
detur proviſo ab inferiori Collatore Gratia *ſi Neu-*
tri; Stylus tamen hujuſmodi eam habet ratio-
nem, quod neutro jus habente, Dataria vult fa-
vere ſuo proviſo: Ceſſat autem hæc ratio in præ-
ſenti caſu, in quo ſupponitur, Proviſum Apoſto-
licum obiiſſe, & ſic ejus favor amplius conſide-
rari non poteſt.

Prout, nec relevat altera ratio per *Amayden.*
loco citat. perpenſa, quod ſubrogatio non com-
138 petat, niſi in vim clauſularum prioris Gratiæ A-
poſtolicæ. Quia Gratioſa ſubrogatio conceditur
etiam de per ſe in particulari ſupplicatione, &
pariter de per ſe, & principaliter expeditur, ut
praxis docet; & diſtinguendo tres modos, qui-
bus expediri ſolet Gratia ſubrogationis, *Rot. de-*
ciſ. 719. part. 18. tom. 2. Recent. cum aliis infra
laudandis.

Poterit tamen admitti doctrina *Amaydeni* in
139 caſu, quo duo Collitigantes, quorum alter ſit pro-
viſus a Papa, alter ab Ordinario, concurrerent ad
petendam ſubrogationem gratioſam in juribus ter-
tii Collitigantis, tunc enim Proviſus Apoſtolicus
eſſet omnino præferendus, ex recenſita ratione,
quod rationabile valde ſit, ut Dataria ſuo potius
faveat proviſo, quam extraneo. Quinimo, ſi
140 Datarius judicaverit, neutri ex duobus Collitti-
gantibus concedendam eſſe ſubrogationem, adhuc
bonum eſſet concedere gratiam ex integro ei, qui
propugnavit jura Datariæ, ad alliciendos alios,
ut jura præfata, dum occaſio ſe præbeat, tuean-
tur, *Rot. deciſ. 1211. n. 4. coram Emerix.*

141 *Novo.* Generalis Regula conſtituenda videtur,
quod indulgenda non ſit ſubrogatio, quando in
ejus conceſſione vergeret præjudicium Tertii ha-
bentis intereſſe, aut jus aliquod in Beneficio;
imo, ſi fuerit conceſſa, exequutioni demandari
non debet, tamquam ſubreptitia; quia ſemper
elargita intelligitur ſine præjudicio juris alterius;
cum veroſimile non ſit, quod lex velit uni fave- 142
re; ut alterum lædat, quemadmodum ponderant
Bellamer. conſil. 35. n. 7. & ſeqq. Ferret. conſ. 12.
n. 7. verſic. Non obſtat clauſula in Subrogatione,
Spada conſil. 90. num. 23. 35. & ſequen. tom. 2.
Argel. de acquir. poſſeſſ. quæſt. 18. art. 1. n. 64. &
de Legitim. contradict. quæſt. 15. artic. 5. n. 101.
115. 133. & 140. Lotter. de Re Benefic. lib. 2.
quæſt. 20. numer. 178. & ſeqq. Roſa de Exequutor.
part. 1. in Addit. ad cap. 17. numer. 88. Rota de-
ciſ. 684. num. 9. part. 4. Recent. deciſ. 990. nu-
mer. 8. cor. Seraphin. dec. 190. num. 6. coram Bi-
chio, & dec. 320. n. 19. cor. Peutinger.

Enim vero æquativum temperamentum ſub-
rogationis gratioſæ, depromtum ex *Cap. 1. & 2.* 143
ut lit. penden. proprie locum ſibi vindicat, quan-
do duo tantum ſunt in Cauſa, *Rota deciſ. 1631.*
n. 5. coram Penia, tunc enim ſubrogatio ſuperſtiti
conceſſa reputatur favorabilis, quia litem extin-
guit ſine alicujus præjudicio, *Lotter. de Re Bene-*
fic. dict. quæſt. 20. numer. 79. ubi, quod ſubroga-
tio gratioſa fundatur ſuper impoſſibilitate præjudi-
cii alterius, *Card. de Luc. de Benefic. diſcurſ. 52.*
numer. 16. Rota in Burgen. coram Gyptio, apud
Marchesan. de Commiſſ. tom. 1. pag. 381. num. 1.
verſic. Si vero, & in Recent. deciſ. 91. numer. 9.
part. 15. Et revera in tali caſu nemini irrogatur
injuria; non quidem Collitiganti defuncto, quia 144
totum jus, quod ei competebat, per mortem reſo-
lutum eſt; non ſuperſtiti, cum ipſe recipiat gra-
tiam, & favorem; nec denique Ordinario, quia
Beneficia litigioſa conferre non poteſt, ut proſe-
quitur *Cardinalis de Luc. dicto diſcurſ. 52. n. 16.*

At ubi eſt admixtum tertii præjudicium, quia
adſunt, & alii, qui ſuper Beneficio jus habere 145
contendant, tunc ſubrogationi non eſt locus, ne
auferatur jus huic tertio quomodolibet competens,
quod Pontifex numquam facere intendit, niſi ex-
preſſe derogando juri per alterum quæſito. Sic,
quando expectativæ vigebant ſuperſtiti Collitigan-
ti non dabatur ſubrogatio, ſi aderat Expectans, 146
Bellamer. dict. conſil. 35. n. 7. & ſequen. Sarren.
ad hanc Regulam quæſt. 8. ſeu habens gratiam
præventivam, *Rota deciſ. 1631. n. 4. coram Pe-*
nia. Prout etiam, ſi Tertius regreſſum habeat ad 147
Beneficium, in caſu obitus poſſeſſoris ei per ſub-
rogationem præjudicari non conſuevit, *Argel. de*
Acquir. poſſeſſion. dict. quæſt. 18. numer. 1. & 64.
Lancellot. de Attentat. in Præfation. part. 4. nu-
mer. 370. Rota deciſ. 331. part. 3. coram Verall.
deciſ. 990. numer. 8. cor. Seraphin. dec. 320. n. 19.
& 20. cor. Peuting. deciſ. 190. n. 9. coram Bichio,
& deciſ. 18. n. 8. coram Anſaldo, Argel. de Legi-
tim. contradict. dict. quæſtion. 15. artic. 5. n. 101.
115. & 133. Rota deciſ. 291. n. 28. part. 15. Rec.
& cor. Emer. deciſ. 900. n. 1.

Atque generale eſt, quod in quacumque ma-
teria Summus Pontifex ſemper proteſtatur nolle 148
in ſuis Conceſſionibus præjudicare juri alteri quæ-
ſito: Hinc non alio intuitu adinventæ ſunt clau-
ſulæ in Literis Apoſtolicis adjici conſuetæ -- *Dum-* 149
modo tempore data præſentium &c. ſine præjudi-
cio litis pendentia &c. Jurium Collitigantium &c.
dummodo diſpoſitio ad Nos hac vice pertineat
&c. -- & ſimiles, quam, ut nemini inferatur præ-
judicium, cum, & hæ clauſulæ eumdem ope-
rentur effectum præſervandi jus tertio quæſitum,
Sarnen. in Regul. de Jur. quæſito non tollen.
quæſt. 1. Mandoſ. in eamdem Regul. quæſt. 2. & Ko-
chier. numer. 5. & ſeqq. Lotter. de Re Benefi-
ciar.

ciar. lib. 2. quæſt. 51. n. 2. & ſeqq. Rot. deciſ. 74. numer. 2. & ſeqq. part. 16. Recent. Etiamſi de jure
150 quamtumvis modico, & minimo agatur, cum in
Regula XVIII. Cancellariæ de non tollendo jus
quæſitum adſit dictio *quomodolibet*, quæ includit
omne jus, quantumcumque minimum, ut diximus in *Comment. in eamd. Regul.*

Atque ex his rationibus alias de anno 1702.
ſcribens coram clar. mem. Card. *Sacripantes* Prodatario favore *Petri Alban*, qui fuerat cum *Franciſco* cumulative præſentatus ad Beneficium de Ju-
151 repatronatus laicorum, contendebam, quod ſubrogatio in juribus *Franciſci* defuncti indulgenda
non erat *Hyacintho Bellador* ab aliis Patronis
præſentato, & ſuperſtiti Collitiganti, ſed potius
relaxanda Supplicatio pro Præſentato a *Petro* porrecta. Siquidem ex conceſſione ſubrogationis favore *Hyacinthi* in juribus *Franciſci* defuncti non
leve irrogabatur præjudicium eidem *Petro*; Nam
cum fuiſſent cumulative præſentati primo loco
152 *Franciſcus*, & poſtmodum *Petrus*, illo defuncto, in ejus locum de jure ſubingrediebatur *Petrus*, qui evaſit primus, non ſecus, ac ſi *Franciſcus* præſentatus non fuiſſet. Ea enim eſt virtus præſentationis cumulativæ, ut prima deficiente, vel ſublata, aut ex aliqua cauſa ſuum effectum non ſortiente, ſecunda efficiatur prima, &
tertia ſubintret in locum ſecundæ, *Lambertin. de Jurepatr. lib. 2. part. 2. quæſt. 7. principal. artic. n. 6. verſic. Ex quibus, Vivian. eodem tract. part. 2. lib. 5. n. 30. & in Cracovien. Scolaſtriæ 16. Junii 1698. §. Secundum in fin. coram R. P. D. Anſaldo.*
153 Eo prorſus modo, quo in Primogenituris, cedente, vel decedente Primogenito, ſecundus fit Primogenitus, & ſic alii ſucceſſive in locum ceſſantis gradus ſubintrant.

Cum itaque defuncto *Franciſco* primo loco cumulative præſentato, ceteri in ordine, ejus locum
de jure occupent, non poterat jus dicti *Franciſci*
154 transferri in *Hyacinthum* abſque injuria *Petri* cumulative præſentati, cui fuerat ſaltem jus *ad rem*
acquiſitum ex dicta cumulativa præſentatione, &
cui proinde aliquod præjudicium per ſubrogationem inferri non poterat ſine expreſſa derogatione Regulæ de jure quæſito non tollendo, *Rot. dict. deciſ. 684. numer. 8. part. 4. tom. 3. Recent.*
Et, ſicuti in præjudicium habentis Gratiam præ-
155 ventivam a Pontifice, aut Regreſſum ad Beneficium in caſu obitus, non ſolet concedi alteri Collitiganti Gratia ſubrogationis, juxta ſupralaudatas
Auctoritates; ita concedi non debebat in præjudicium cumulative præſentati, nam eumdem effectum, quem his caſibus producit præventiva Gratia Pontificis, operatur etiam præventiva præſentatio cumulative facta a Patrono, per quam om-
156 nibus ex præſentatis æquale jus acquiritur, &
æquo jure omnibus cumulative præſentatis illa ſuffragatur, juxta deducta per *Rot. deciſ. 305. n. 13. coram Priolo.* Sufficitque in hac materia, quod
157 per poſſibile adſit tertii præjudicium, cum in
his circumſtantiis melius ſit errare non tribuendo
ſubrogationem, quam auferendo jus, quod alteri
competere poteſt, cum magis favendum ſit agenti de damno vitando, quam de lucro captando,
ut perpendit *Argel. de Legit. Contradict. quæſt. 15. art. 5. n. 108.*

Ex alio etiam capite contendebam excludendum eſſe *Hyacinthum* a ſubrogatione in juribus
158 *Franciſci*, quia nempe illa fundatur in ſpeciali
ratione, ne Collitiganti novus Adverſarius detur,
& per hoc lites in præjudicium boni publici propagarentur; Ceſſabat autem hæc ratio in ſupradicto caſu, nam per præſentationem cumulativam
etiam de *Petro* factam a veris Patronis, jam pro- 159
viſum erat de certo, & legitimo Defenſore, &
cum reperiretur alius Collitigans uſque a principio, ex quo etiam *Petrus* venire poterat ad cauſam, & petere Beneficium, uti ſibi debitum,
prout de facto ad cauſam venit, cum omnium
cumulative præſentatorum nomine agitata fuerit
lis, quæ per obitum *Franciſci* extincta non remanſerat, ſed adhuc durabat quoad ceteros cumulative præſentatos, *Sarnen. ad Regulam de Analytic. quæſt. 62. numer. 4. Rot. coram Mohedan. dec. 14. de Cauſ. Poſſeſſ. & Propriet. Rot. deciſ. 109. n. 1. part. 1. deciſ. 148. numer. 3. part. 8. Recent.*
Hinc proinde locus eſſe non poterat ſubrogationi 160
in juribus *Franciſci* favore *Hyacinthi*, dum jam
per dictam præſentationem cumulativam reperiebatur datus collitigans, & ſubrogatio favore ſuperſtitis inducta eſt ad effectum impediendi, ne
detur novus Collitigans, non autem ad effectum 161
excludendi Collitigantem a principio datum, &
præexiſtentem *Gomeſ. ad Regul. de Subrogand. quæſt. 8. n. 1. Bellamer. dict. conſil. 35. n. 6. & ſub numer. 9. Rot. deciſ. 1631. n. 4. coram Penia,* &
poſtea firmavit *Piton. diſceptat. 127. numer. 33.*
Semper urgente dilemmate, quod aut per ſubrogationem gratioſam petitam a *Hyacintho* lis non
extinguebatur, & illa concedi non debebat, quia
inventa fuit ad finiendas lites, non autem ad
eas protrahendum. Aut lis terminabatur, & extinguebatur, & id fieri non poterat in præjudicium *Petri*, qui vigore ſuæ præſentationis cumu- 162
lativæ poterat venire ad cauſam, & petere Beneficium, uti ſibi debitum, prout ad cauſam venerat, quod exuberabat ad excludendam ſubrogationem, quæ in præjudicium tertii Collitigantis concedi non debet, *Lancellott. de Attentat. dict. part. 4. numer. 368. Rot. deciſ. 177. numer. 11. part. 12. Recent.*

Opponebatur ex parte *Hyacinthi*, quod *Petrus* vigore cumulativæ præſentationis de ſe factæ cum Franciſco non acquiſierat, niſi jus con- 163
ditionale, quatenus ſcilicet *Franciſcus* primo loco
nominatus intra lapſum quadrimeſtris præſentationem non acceptaſſet. Cumque, & præſentationem acceptaverit, & inſtitutionem ulterius ſibi
decerni obtinuerit, ſequebatur exinde, ut quemadmodum præſentatio *Petri* caduca remanſerat,
ob conditionem non purificatam durante tempore
quatuor Menſium, perinde ac ſi expleta non fuiſſet, ita ex prædicta præſentatione nullum favore
ejuſdem *Petri* oriri poterat jus aptum excludere
Hyacinthum ſuperſtitem Collitigantem, & ab alia
Patronorum parte præſentatum a gratioſa ſubrogatione in juribus *Franciſci*.

At reſpondebam, non ſubſiſtere principium,
quod præſentatio ſecundi accumulati ſit ab initio
conditionalis quoad ſubſtantiam, cum potius ea
ſit pura ab initio, & tantummodo conditionalis 164
quoad effectum, & exequutionem. Patronus enim
plures cumulative præſentando non ſuſpendit præſentationem ſecundi ad tempus extra quadrimeſtre, quo contingat obitus primo loco præſentati
ante effectivam aſſequutionem Beneficii, ſed tantummodo ſuſpendit, & confert effectum, ac exequutionem præſentationis in illud tempus, itaut
eveniente obitu primo loco præſentati elapſo jam
quadrimeſtre, & non adhuc per eum pleno jure
obtento Beneficio, præſentatus ſecundo loco, remaneat primus, perinde, ac ſi fuiſſet ſolus ab initio præſentatus, *Vitalin. in Clement. Plures §. Quibus numer. 4. Lambertin. de Jurepatr. part. 1. lib. 2.*

lib. 2. quæſt. 6. artic. 12. numer. 4. Vivian. eodem
tract. part. 2. lib. 5. n. 30. & ſeqq. Rot. deciſ. 28.
n. 7. coram Comitulo, & poſt hæc ſcripta eadem
Rot. deciſ. 402. num. 4. & 5. coram Lancetta, ubi
165 etiam, quod regulare eſt nunquam cenſeri con-
ſumtam vacationem primævam, nec effectuatam
præſentationem Patroni, niſi primo loco præſen-
tatus fuerit pacifice inſtitutus per rem judicatam,
& plene *Piton. diſceptat. 127. n. 34.*

Excluſo *Hyacintho* a prætenſa ſubrogatione
gratioſa dicebam, relaxandam eſſe Supplicatio-
166 nem Gratiæ *pro præſentato a Petro* porrectam.
Similes enim Gratiæ, conſtito de præſentatione
a legitimis Patronis facta, nunquam denegari ſo-
lent, cum Præſentatus ſive a lege, ſive ab homi-
ne poſſit nedum ab Ordinario, ſed ab ipſomet
Pontifice inſtitutionem petere, *Card. de Luc. de*
Jurepatr. diſcurſ. 18. n. 2. de Benefic. diſcurſ. 61.
n. 2. Rot. in Barchinonen. Beneficii 13. Februarii
1689. §. Accedit; coram Urſino, in Aſculana Be-
neficiorum 16. Novembris 1699. §. Juſtitiam, cor.
R. P. D. Muto, in Chelmen. Decanatus 11. De-
cembris 1702. §. final. cor. eodem.

Præcipue, quia per hanc Gratiam nullum infe-
167 rebatur præjudicium *Hyacintho*, cui remanebant,
ut prius, jura propria ſalva, & illæſa, quæ ex-
periri poterat in futurum, quemadmodum exper-
tus erat contra *Franciſcum* alterum præſentatum;
Neque per hanc proviſionem dabatur *Hyacintho*
novus Collitigans, nam cum *Petrus* fuerit per
præſentationem cumulativam de eo factam a prin-
cipio creatus adverſarius, ad Cauſam venerit,
inſtitutionem petierit ab Ordinario, qui præſen-
tationem de eo factam admiſit, appellaverit a Sen-
tentia Ordinarii, & ejus nomine fuerit, etiam
Appellationis cauſa commiſſa, inde eſt, quod per
hanc Proviſionem non dabatur novus Adverſa-
rius, lis non propagabatur, nec novum præjudi-
cium inferebatur ſuperſtiti, cui proinde nihil ob-
eſt, quod hæc Gratia concedatur, ut bene ad-
vertit *Bellamer. d. conſ. 35. numer. 6.* Quinimo
concurrebat, etiam favore ejuſdem *Petri* moti-
168 vum æquitatis, quia magis rationabile, & juris
diſpoſitioni conforme eſt, ut uno ex pluribus præ-
ſentatis decedente, defuncti jura cumulentur, &
conſerventur in alio Præſentato ſuperſtite, qui ab
eodem fonte jus ſuum metitur, & qui iiſdem ra-
tionibus nititur, quam ea transferantur in Adver-
ſarium.

169 Verum rationibus hiſce non obſtantibus *die 2.*
Maii 1702. fuit a Congregatione Datariæ re-
ſcriptum, relaxandam eſſe Supplicationem Gra-
tioſæ ſubrogationis favore *Hyacinthi.* Prodiit Re-
ſolutio ex duplici motivo facti, *altero*, quod *Pe-*
170 *trus Alban* non erat in cauſa, nec collitigans,
nam licet a principio interfuiſſet in lite, attamen
poſtea in Commiſſione Rotali nulla de eo facta
fuerat mentio; *Altero* vero, quod jus cumulativæ
171 præſentationis ab ipſo reportatæ evanuerat; dum
conventum extiterat, quod ad Beneficium inſti-
tui deberet *Franciſcus* defunctus, in quem pro-
inde ex conventione præfata, tranſlata fuerant
jura ceterorum compræſentatorum. Cum cetero-
quin Theoricæ ſupra expoſitæ juri, & rationi in-
172 nixæ videantur. Et quamvis longe poſt *Rota in*
Aurien. Parochialis de Fea 1. Julii 1729. coram
R. P. D. Corio, & in Lucen. Parochialium 3.
Aprilis, & 3. Decembris 1726. cor. R. P. D. Nu-
nez, eam amplexa fuerit Sententiam, quod defun-
cto poſt lapſum Quadrimeſtre Collitigante, qui
cum aliis cumulative præſentatus fuerat, quique
præſentationem acceptaverat, debeatur ſuperſtiti

ſubrogatio in illius juribus ea ratione, quod præ-
ſentatio cumulativa præſefert ſpeciem quamdam
vulgaris ſubſtitutionis, ita quidem, ut ſecundus,
vel reſpective tertius cenſeantur ſolum præſenta-
ti, quatenus primus, & reſpective ſecundus no-
lint, aut nequeant præſentationem intra quadri-
meſtre acceptare. Unde quoties primus acceptat,
evaneſcit jus aliorum cumulative præſentatorum,
qui proinde impedire nequeunt ſubrogationem in
juribus defuncti favore ſuperſtitis, qui litem in-
ſtruxerat. Nihilominus articulo maturiori exami-
ne diſcuſſo, contrariam eadem Rota amplexa fuit
Sententiam recedendo a deciſis in dicta *Lucen.*
Parochialium coram R. P. D. Nunez, ut ex alte-
ra *Deciſione edita coram Reverendiſſimo Calcagni-*
no in eadem Cauſa *Lucen. Parochialium ſuper*
Subrogatione 12. Januarii 1728. in qua plene,
& docte reſpondetur rationibus in contrarium per-
penſis; Eandemque Deciſionem poſtea ſequuta
fuit in *Aurien. Parochialis de Fea ſuper Inſtitu-*
tione 26. Aprilis 1728. §. finali, coram R. P. D.
Corio, & 17. Junii 1729. §. Hinc abſoluta, coram
bon. mem. de Valentibus.

Quid autem dicendum, ſi Beneficium litigio-
ſum ſpectet ad collationem Cardinalis habentis In- 173
dultum conferendi, an mortuo uno ex Collitigan-
tibus, debeatur ſubrogatio gratioſa ſuperſtiti, ſeu
potius Cardinalis poſſit illud libere conferre? Duo
caſus ſunt diſtinguendi. Primus eſt quando in
Indulto conceditur ſolum Cardinali facultas con-
ferendi Beneficia reſervata: & in his terminis ei
permiſſum non eſt Beneficium illud litigioſum
conferre, ſed debetur ſubrogatio ſuperſtiti Colli-
tiganti, ſtante lite, ex qua non inſurgit reſerva-
tio, ſed ſolum inhibitio temporalis, per quam, 174
lite durante, inferior conferre prohibetur, *Gonzal.*
in Regul. 8. gloſſ. 6. n. 146. & ſeqq. ubi, quod in
Beneficiis litigioſis non datur *proviſio*, ut in re- 175
ſervatis, ſed ſubrogatio, *Mandoſ. in Regul. de*
Impetr. Benefic. per obit. famil. Card. quæſt. 9.
numer. 7. Roſ. de Exequutor. Liter. Apoſtol. dicto
cap. 17. ſub numer. 156. Tondut. reſolut. Benefic.
part. 3. cap. 163. n. 10. & ſeqq. Garc. de Benefic.
part. 5. cap. 1. §. 1. numer. 135. & 136. Lotter. de
Re Benef. lib. 2. quæſt. 20. n. 73. & 74. Tyerri de
Benefic. ſect. 16. pag. 155. Rot. deciſ. 715. n. 5. &
ſeqq. coram Manzaned. deciſ. 68. n. 6. coram Du-
ran. deciſ. 300. n. 20. & 21. deciſ. 405. coram Bi-
chio. Unde quamvis dictum Indultum removeat 176
obſtaculum Reſervationum, non removet tamen
obicem dictæ inhibitionis; & per conſequens non
ſuffragatur Cardinali Indultario ad effectum con-
ferendi Beneficia litigioſa *Tondut. ubi ſupra nu-*
mer. 11. Rot. deciſ. 68. numer. 7. coram Duran.
deciſ. 300. n. 21. dec. 433. numer. 44. coram Bi-
chio, & in Romana Cappellania 14. Junii 1680.
§. Non obſtat, cor. Vico-Comite.

Nec ſubſiſtit aſſertio *Card. de Luc. de Benefic.*
diſc. 52. num. 15. quod Indultum conferendi Be-
neficia reſervata, comprehendat etiam litigioſa; 177
Id enim non dicit *Rota* per ipſum allegata *deciſ.*
525. part. 2. Recent. in cujus caſu tributa fuerat 178
expreſſa facultas conferendi Beneficia litigioſa, ut
ibidem *n. 6. & 8.* Imo, etſi Cardinalis haberet
Indultum conferendi Beneficia vacantia *in Curia*, 179
nec conferre poſſet Beneficium, quod eſſet etiam
litigioſum, non quidem ex ratione, quod con-
currat tali caſu duplex reſervatio, ut cenſuit *Ro-*
ta coram Rembold. deciſ. 572. n. 5. & ſeqq. nam,
ut diximus, lis non inducit reſervationem, & ad- 180
vertit *Lotter. dict. quæſt. 20. numer. 72. & ſeqq.*
Sed quia conſtituitur caſus mixtus, a quo Indul- 181

tum excluditur: & quia militat eadem ratio, quod
ſcilicet in diverſis, ſimilibus caſui expreſſo, non
fiat extenſio etiam ex majoritate rationis, *Lotter.
dict. quæſt.* 20. *n.* 74. & facit *Rot. coram Verallo
deciſ.* 85. *part.* 2.

Idemque procederet, ſi Indultum Cardinali im-
182 pertiretur facultatem conferendi Beneficia affecta.
Quia, etſi nonnulli Doctores, improprie loquen-
183 do, exiſtimaverint, litem importare affectionem;
veritas tamen eſt, quod hæc non reſultat, niſi ex
184 appoſitione manus Papæ, & ſemper durat, ex
vulgato principio, quod Beneficium ſemel affe-
ctum, perpetuo remanet affectum, *Æneas de
Falcon. de Reſervat. quæſt.* 4. *effect.* 17. *Card. de
Luc. de Benefic. diſcurſ.* 10. *num.* 6. *Rota coram*
185 *Molin. deciſ.* 857. *n.* 6. Lis vero non importat ap-
poſitionem manus Papæ, nec inhibitio, quæ ex
lite oritur eſt perpetua, ſed temporalis, ac durat
186 durante eadem lite; & ſic, quod per litem non
inducatur affectio, tradunt *Mandoſ. in Regul. de
Impetr. Benefic. per obit. famil. Card. dict. quæſt.* 7.
Simonat. de Reſervat. quæſt. 10. *n.* 6. *Lotter. ubi
ſupra n.* 72.

Alter caſus eſt, quando Indultum tribuit Car-
187 dinali facultatem in ſpecie conferendi Beneficia
litigioſa, prout regulariter in Cardinalium indul-
tis apponi ſolet clauſula *etiam, ſi litigioſa fuerint*,
& hoc caſu, cum vigore Indulti ceſſet diſpoſitio
188 *Cap.* 1. *&* 2. *ut lit. pendent. in* 6. ceſſat per conſe-
quens Privilegium gratioſæ ſubrogationis ex di-
ctis juribus deſumtum, *Rot. deciſ.* 525. *n.* 6. *&* 8.
part. 2. *& dec.* 510. *n.* 1. *part.* 14. *Recentior. & de-
ciſ.* 1. *n.* 1. *& ſeqq. coram Bichio deciſ.* 900. *n.* 1.
coram Emerix. Et in his terminis intelligendus vi-
detur *Card. de Luc. dict. diſc.* 52. *num.* 15. *& ſeqq.
de Benefic.*

Nec Indultum hujuſmodi eam recipere valet in-
189 terpretationem, quod Cardinalis poſſit quidem
ejus vigore ad Beneficii litigioſi collationem de-
venire, ſed favore tantummodo ſuperſtitis. Siqui-
dem interpretationi præfatæ reſiſtunt verba Indul-
190 ti, quæ adeo late concipi ſolent, ut tribuant Car-
dinali poteſtatem conferendi Beneficia litigioſa qui-
buſvis Perſonis ſibi beneviſis; proindeque reſtri-
ctionem pati non debent ad Perſonam ſuperſtitis
Collitigantis, *Rot. deciſ.* 1: *num.* 8. *& ſeqq. coram
Bichio, & deciſ.* 900. *num.* 1. *&* 2. *cor. Emerix.*
191 Et quemadmodum Papa non adſtringitur ſubro-
gationem concedere Collitiganti ſuperſtiti, cum
id pendeat ex mera ipſius Gratia, ut diximus ſu-
pra §. 1. *numer.* 2. *& ſeqq.* ita nec tenetur Cardi-
192 nalis Indultarius, qui in hac collatione ſuccedit
in locum Papæ, & illius juribus utitur, ut pro-
ſequitur *Rot. dict. deciſ.* 900. *num.* 6. *&* 7. *coram
Emerix.*

Quemadmodum, nec facultas conferendi Be-
neficia litigioſa Cardinalibus elargita intelligi po-
193 teſt ſub conditione, quatenus intra Menſem Col-
litigans non petat ſubrogationem. Quia, & hæc
interpretatio repugnat verbis Indulti, quæ tan-
quam univerſalia, & effrenata non poſſunt re-
ſtringi, & coarctari ad certum, & præciſum ca-
ſum. Et quamvis in Indulto legantur nonnulla
194 verba, quæ denotant præſervativam diſpoſitionis
Juris, ibi -- *Juxta Sac. Canonum, & Sacri Con-
cilii Tridentini diſpoſitionem* -- Attamen hæc ver-
ba referuntur ad idoneitatem Collatariorum, non
autem ad facultatem conferendi: ne alias detur
evidens contrarietas, quod Papa Cardinali conce-
dat, ut conferre poſſit Beneficia litigioſa, & ni-
hilominus ſervare mandet diſpoſitionem Sacrorum
Canonum, ad quorum tramites Beneficia præfata
nullo modo conferri poſſunt, ut per totidem fere
verba proſequitur *Rota coram Emerix dicta deciſ.*
900. *n. duob. ſeqq.*

In Gallia pariter Ordinarii conferunt Benefi- 195
cia litigioſa, unde inibi locum ſibi non vindicat
diſpoſitio dicti *Cap.* 1. *&* 2. *ut lit. pendent. Van* 196
Eſpen. in Jus Eccleſ. univerſal. tom. 1. *part.* 2. *tit.*
24. *cap.* 5. *n.* 24. *Peleus in Comm. Analytic. in
Regul. Cancellar. cap.* 37. *verſic. de Clauſulis pag.*
145. *Tondut. Quæſt. Beneſic. part.* 1. *cap.* 28. *&
cap.* 133. *numer.* 9. *part.* 3. quem poſt *Rebuffum*
ſequitur *Rota deciſ.* 291. *numer.* 28. *& ſeqq.* & in
eadem Cauſa ſcribens *Card. de Luca de Benef.
diſc.* 27. *numer.* 22.

§. III.

De exequutione Literarum Apoſtolicarum Subrogationis.

ARGUMENTUM.

GRatioſe ſubrogatus in juribus defuncti Collitigantis, ut Immiſſionem, quod eſt remedium ei competens aſſequi valeat (non enim ei debetur manutentio, niſi antea poſſederit) nil aliud probare tenetur, quam proprium Clericatum, obitum Collitigantis, & litem, ſeu affectionem, aut reſervationem Beneficii, nec hiſce probatis requiſitis retardari poteſt Immiſſio prætextu, quod litis circumſtantiæ, ac Sententiæ deſuper emanatæ Pontifici expoſitæ non fuerint. Subrogatus vero in forma rigoroſa, quæ continet Mandatum de Providendo, omnia itidem in ſuis Literis expreſſa, nec non jura defuncti juſtificare tenetur, & quomodo juſtificatio hujuſmodi facienda ſit; Subrogatio pluribus modis concedi ſolet, vel de per ſe, & de per ſe pariter expediuntur Literæ, vel depromitur ex corpore, aut Clauſulis generalibus Supplicationis Gratiæ principalis, & pariter Literæ ad partes expediuntur, vel deſumitur ex iiſdem clauſulis aliis Literis non expeditis: & quid probari debeat ad effectum, ut vigore Subrogationis altero ex dictis modis obtentæ, Immiſſio conſequi valeat? Indulgeri itidem conſuevit ſubrogatio ad litem, jus, & poſſeſſionem defuncti, & ſuper omnibus ſimul, aut ſingulis eorum expediri poſſunt Literæ; ſed ſubrogatus ad jus defuncti, non cenſetur ſuffectus ad poſſeſſionem, niſi id expreſſe dicatur, aut ſaltem facta mentione poſſeſſionis in narrativa Supplicationis, ſubrogatio conceſſa fuerit ad omne jus defuncti. Concludenter ta-

men

men probanda eſt poſſeſſio, nec officit, quod defunctus ea ſpoliatus fuerit, ſi pro ſpoliato ſe non habuit, competitque hoc caſu ſubrogato actio agendi pro Spolio. An autem ſubrogatus ad poſſeſſionem defuncti poſſit eam abſque vitio Attentatorum propria auctoritate adipiſci plene diſſeritur. Semel autem, ac quis ſubrogatus fuit in jure proſequendi litem *in ſtatu, & terminis*, quibus reperiebatur cum defuncto, eodem gaudet Privilegio exequutivo, quod defuncto competebat omiſſa indagine, an defunctus ipſe eſſet, nec ne in poſſeſſione. Subrogatus ad jus, & poſſeſſionem duorum non prohibetur, unius jure, alterius poſſeſſione uti, & an vigore ſubrogationis competat Subrogato jus petendi fructus inexactos per defunctum? Demum examinatur quis dicatur legitimus Contradictor pro impedienda exequutione Literarum Apoſtolicarum gratioſæ ſubrogationis?

SUMMARIUM.

1 *Subrogato in juribus defuncti Collitigantis competis remedium Immiſſionis.*

2 *Manutentio vero non debetur ex poſſeſſione defuncti, ſed ex propria, ſi eam prius adeptus fuerat.*

3 *Subrogatus, ut Immiſſionem conſequi valeat juſtificare debet proprium Clericatum, litem, ſeu affectionem, aut reſervationem, & obitum Collitigantis.*

4 *Conſtito de pendentia litis, Immiſſionem retardare nequit prætextus, quod ejuſdem litis, & Sententiarum circumſtantiæ Pontifici expreſſa non fuerunt.*

5 *Circumſtantiæ præfatæ ſupplentur a clauſula,* cujus litis ſtatum &c. *adjecta ſolita in Literis Apoſtolicis ſubrogationis.*

6 *Immiſſio, concurrentibus ſupradictis requiſitis, tunc debetur, quando ſubrogatio eſt conceſſa in forma gratioſa.*

7 *Secus, ſi in forma rigoroſa; hoc enim caſu debet coram Judice tota gratia una cum omnibus in ea contentis juſtificari.*

8 *Inſuper juſtificari debent jura illius, in quibus conceſſa fuit ſubrogatio.* & n. 10.

9 *Nec non valor narratus in Literis Apoſtolicis.*

10 *Neceſſe tamen non eſt in ſubrogatione rigoroſa, quod ſcrupuloſe inquiratur de juribus ſubrogati, ſed ſufficit, quod conſtet litem non fuiſſe calumnioſe introductam.*

11 *Subrogatio pluribus modis concedi conſuevit. Primo de per ſe, & in particulari Supplicatione, & principaliter expeditur per Literas particulares.*

12 *Secundo deſumitur ex clauſulis generalibus Supplicationis ſignatæ ſuper Gratia principali, & expeditur poſtea per Literas ad partes. Et in utroque caſu debetur ſubrogato immiſſio juſtificatis requiſitis, de quibus ſupra n. 3.* ibidem.

13 *Tertio deſumitur ex clauſulis præfatis, ſed abſque expeditione Literarum ad partes. Debent tamen hoc caſu juſtificari omnia narrata in Gratia principali.* ibidem.

14 *Sequuta vero juſtificatione præfata, debetur Immiſſio, perinde, ac ſi Literæ ſubrogationis expeditæ fuiſſent.*

15 *Et ſic intelliguntur Doctores, qui diſcrimen non conſtituunt inter ſubrogationem, quæ de per ſe expeditur, & illam, quæ continetur in ipſa Gratia principali.*

16 *Subrogatio conceſſa ſuper Beneficio non litigioſo, vim collationis habet, & obſtringitur ſubrogatus, ſeu proviſus omnia in Gratia narrata juſtificare.* & n. 17.

18 *Intellige, ſi adſit legitimus Contradictor, nam eo deficiente ſufficit, quod Judex juſtificet ſolam ſubrogationem.*

19 *Subrogatus, pro Immiſſione obtinenda præter litem, & proprium Clericatum concludenter probare debet reſervationem, ſeu affectionem Beneficii, ſuper qua ſe fundat.*

20 *Sed nullo exiſtente Contradictore, aut ſi adſit, juſto titulo ſit deſtitutus, exuberat ſemiplena probatio.*

21 *Reſervatio, ſeu affectio, ſi turbida ſit, Immiſſionem impedit.* & n. 23.

22 *Secus, ſi reſervatio ſit clara, exceptiones turbidæ,* & n. 24.

25 *Superſtes Collitigans, ſeu Tertius, quibus indulta fuit ſubrogatio ad poſſeſſionem defuncti, tenentur eam concludenter probare.*

26 *Probatio percutere debet poſſeſſionem illius, in cujus locum immediate conceſſa fuit ſubrogatio.*

27 *Non eſt tamen neceſſaria probatio, quod poſſeſſio fuerit legalis, ſed ſufficit etiam attentata, & ſpoliativa, nam cum tali vitio tranſibit in ſubrogatum.*

28 *Immiſſio non debetur ſubrogato, ſi defunctus fuerit poſſeſſione ſpoliatus.*

29 *Contrarium, quando defunctus non habuit ſe pro ſpoliato, ſed animo poſſeſſionem retinuit.*

30 *Defunctum obiiſſe in poſſeſſione Beneficii evincitur, ſi probetur antea illud poſſediſſe.*

31 *Limita, ſi concurrant præſumtiones in contrarium, aut actus, ex quibus poſſeſſio interrupta remanſerit.*

32 *Immiſſio non aliter ſubrogato debetur, quam ſi fuerit ille expreſſe ad poſſeſſionem defuncti ſubrogatus.*

33 *Subrogationis ſubjectum triplex* Lis, Jus, *&* Poſſeſſio *defuncti.*

34 *Et Literæ ſubrogationis ſuper his omnibus, aut eorum altero expediri poſſunt.*

35 *Sed ſubrogatio indulta quoad unum, non ſe protendit ad alterum.*

36 *Subrogatus ad jus defuncti non cenſetur ſubrogatus ad poſſeſſionem, ſed ſolum ad omne jus, quod ei competebat, ſive* in re, *ſive* ad rem.

37 *Subrogatio, etiam ad jus* ad rem *defuncto competens, dari conſuevit.*

38 *Exemplo compræſentati, ſeu coelecti, quibus conceditur ſubrogatio ad jur illud, quod defuncto compræſentato, ſeu coelecto competebat, quodque erat tantummodo jus* ad rem.

39 *Subrogatus ad jus defuncti, tenetur illud concludenter juſtificare.*

40 *Etſi defunctus non poſſidebat, tenetur totam Gratiam per viam ordinariam juſtificare. Et aſſignatur ratio.*

41 *Limita, ſi agatur cum ſuperſtite intruſo, quo*

caſu ſubrogatus in jus defuncti, qui non poſſedit, totam Gratiam juſtificare non obſtringitur.

42 *Subrogatus ad jus proſequendi litem* in ſtatu, & terminis &c. *gaudet privilegio exequutivo, ſi illud defuncto vigore Brevis de capienda poſſeſſione, aut rei judicatæ competebat.*

43 *Et in hoc caſu non requiritur, an defunctus obtinuerit, nec ne Beneficii poſſeſſionem.*

44 *Subrogatio ad poſſeſſionem defuncti, ſi legatur in narrativa Supplicationis, quamvis conceſſa non fuerit in parte diſpoſitiva, adhuc indulta cenſetur.*

45 *Subrogatus ad defuncti poſſeſſionem, ſi hæc poſtea non probetur, Immiſſionem obtinere nequit, ſed obſtringitur in judicio ordinario omne jus defuncti evincere.*

46 *Subrogatus ad poſſeſſionem defuncti, non prohibetur eam propria auctoritate adipiſci abſque vitio attentatorum. Et redditur ratio.* n. 47.

48 *Amplia, etiamſi fuerit intruſus, nam mutata ex novo titulo cauſa poſſidendi, continuando in poſſeſſione, attentare non dicitur.*

49 *Intellige, ſi Papæ narraverit vitium antecedentis poſſeſſionis.*

50 *Concluſio, quod ſubrogatus ad poſſeſſionem defuncti poſſit eam propria auctoritate adipiſci, locum ſibi vindicat ubi agitur de ſubrogatione gratioſa, ſecus de rigoroſa.*

51 *Item, quando poſſeſſio eſt vacans, ſecus ſi fuerit poſt mortem Collitigantis ab alio obtenta.*
Dummodo poſſeſſio medio tempore ab alio capta, non ſit attentata, vel infecta Decreto irritanti, quo caſu habetur pro vacua. n. 52.

53 *Subrogatus poſſeſſionem adipiſci nequit, quando lis principaliter ſuper ipſa ſubrogatione verſatur.*

54 *Vel quando ſubrogatio conceſſa fuit cum clauſula* -- ſine præjudicio litis pendentis.

55 *Aut, ſi adſit ſuper Beneficio ſequeſtrum Rotale, tametſi fuerit illud Pontifici narratum.*

56 *Quemadmodum nec poſſeſſionem abſque vitio attentatorum propria auctoritate adipiſci valet, quando defunctus nunquam poſſedit, vel tempore mortis deſiit poſſidere.*
Amplia, quamvis ſubrogatio facta ſit ad jus proſequendi litem in ſtatu, & terminis &c. Et redditur ratio. n. 58.
Sed limita in caſu, quo Collitigans non poſſidet. n. 59.

57 *Abſurdum eſt, quod plus juris habeat ſubrogatus, quam habuerit defunctus, in cujus locum ſubrogatio conceſſa fuit.*

60 *Subrogatus ad jus, & poſſeſſionem duorum, non prohibetur jure unius, & poſſeſſione alterius uti.*

61 *Subrogatus ad litem, & poſſeſſionem defuncti, cenſetur quoque ſubrogatus ad jus recuperandæ poſſeſſionis, qua defunctus ſpoliatus fuit.*

62 *Et ſufficit probare ſpolium, quod defunctus paſſus fuit abſque neceſſitate juſtificandi gratiam.*

63 *Subrogatus ad poſſeſſionem defuncti, non cenſetur ſubrogatus ad jus petendi fructus ab eo, tempore quo vivebat, inexactos.*

64 *Secus, ſi conceſſa fuerit ſubrogatio ad jus proſequendi litem, vel ad omne jus defuncti.*
Maxime ſi lis verſabatur etiam ſuper fructibus. ibidem.

65 *Subrogatus in juribus defuncti Collitigantis intruſi, non prohibetur fructus ab eo nulliter perceptos recuperare.*

66 *Legitimus Contradictor ad effectum impediendi exequutionem Literarum gratioſæ ſubrogationis, ille dicitur, qui habet a Papa parem titulum, ſimilem nempe gratioſam ſubrogationem.*
Et dummodo ejus titulus ſit validus. n. 69.

67 *Utraque ſubrogatio debet eſſe pura, nam ſi una ſit pura, altera conditionalis, effectus primæ non retardatur a ſecunda.*

68 *Qui ſupplicationem habet ſignatam cum clauſula* -- quod deſuper Literæ expediri poſſint in forma gratioſæ ſubrogationis -- *non eſt Contradictor legitimus pro impedienda immiſſione favore illius, qui Literas expedivit ſuper eadem ſubrogatione.*

70 *Qui habet titulum Apoſtolicum, etſi difformem, eſt legitimus Contradictor pro impedienda exequutione Literarum ſubrogationis, quando poſſidet ex facto Exequutoris.*
Et hoc caſu ſubrogatus agere debet via ordinaria. n. 71.

72 *Eſt pariter legitimus Contradictor proviſus ab Ordinario, qui reportata poſtmodum proviſione Apoſtolica, novam Beneficii poſſeſſionem a manu Exequutoris adeptus fuit.*

EGimus hucuſque de ſubrogatione concedenda Collitiganti ſuperſtiti in juribus alterius defuncti vigore hujus Regulæ; nunc examinandum ſupereſt, quomodo juridice procedi debeat ad exequutionem Literarum Apoſtolicarum ſubrogationis jam conceſſæ. Et in praxi receptum eſt, nul- 1
lum aliud ſubrogato remedium competere, quam illud immiſſionis, ut plene relatis per *Roſam de Execut. cap.* 17. *numer.* 41. *Lotter. de Re Benef. lib.* 3. *quæſt.* 13. *num.* 52. Nec enim ei competere poteſt manutentio in poſſeſſione defuncti, ſed qui- 2
dem in poſſeſſione propria, quando ſcilicet eam actualiter adeptus fuit, non ſecus ac datur cuicunque ſucceſſori, *Roſa dicto cap.* 17. *num.* 41. *in fine, Rota coram Bichio deciſ.* 479. *num.* 19. & 20. *deciſ.* 200. *n.* 19. *part.* 4. *tom* 2. *Recent.* & *dec.* 177. *numer.* 9. *poſt Poſth. de Manut.*

Ut vero ſubrogatus aſſequatur immiſſionem, poſtquam ſuas Literas exhibuit, & citavit Adverſarium, ſi adſit, aliud præſtare non debet, quam juſtificare proprium Clericatum, litem, ſeu affe- 3
ctionem, aut reſervationem Beneficii, & obitum Collitigantis: quibus juſtificatis, immiſſio illi debetur, *Lotter. dicta quæſt.* 13. *num.* 57. *Roſa dicto cap.* 17. *n.* 14. *Argel. de Acquir. poſſeſſ. quæſt.* 18. *art.* 1. *numer.* 1. & *ſeqq. Rota cor. Cerro deciſ.* 27. *cor. Celſo deciſ.* 107. *coram Caprara deciſ.* 92. *in omnib. numer.* 1. *in Calaguritana Beneficii, ſeu Portionis ſuper ſubrogatione gratioſa* 28. *Januarii* 1726. §. 1. *cor. Criſpolto, & in Antien. Parochialis de Fea ſuper Inſtitutione* 17. *Junii* 1729. §. *Perperam, coram bon. mem. de Valentibus.*

Et conſtito de pendentia litis, retardari nequit immiſſio ſub prætextu, quod ejuſdem litis circumſtantiæ, & ſententiæ deſuper emanatæ, non fue- 4
rint expoſitæ Pontifici. Nam quando lis non eſt penitus extincta, ſed adhuc illius reliquiæ ſuperſunt, ſpeciales circumſtantiæ ſupplentur a clauſula in Literis Apoſtolicis apponi ſolita -- *cujus litis ſtatum &c.* -- a qua quomodo verificabili, pendet 5
ſubſtantia gratiæ, quam Papa facere intendit ſuperſtiti Collitiganti, *Felin. in cap. Ex Literis numero* 2. *de Offic. delegat. Roſa de Executor. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 137. & *ſeqq. Rota in Faventina*

tina Parochialis 6. Maii 1726. §. finali, coram
bon. mem. Gamaches, & in Ferrarien. Cappella-
niæ 1. Decembris 1727. §. Firma itaque, cor.
R. P. D. Nunez, & 21. Junii 1728. §. final. co-
ram R. P. D. Corio.

Verum, tunc ſubrogato competit immiſſio ſu-
6 prædictis tribus requiſitis juſtificatis, quando con-
ceſſa eſt ſubrogatio in forma gratioſa, per quam
ipſemet Papa ſubrogat, utiturque verbo ſubroga-
mus; ſecus vero, quando agitur de ſubrogatio-
7 ne expedita in forma rigoroſa, quæ ſolum præſe-
fert mandatum de ſubrogando: hoc enim caſu,
quia Papa non ſubrogat, ſed alteri mandat, ut
ſua auctoritate provideat, adiri debet Judex, &
coram eo oportet, nedum omnia narrata in ipſis
Literis, ſed etiam jura defuncti, in cujus locum
8 petita fuit ſubrogatio, juſtificare, ut bene diſtin-
guunt, Lotter. dicto lib. 3. quæſt. 13. n. 34. Roſa
dicto cap. 17. n. 13. & ſeqq. & in Addit. n. 4. &
ſeqq. Rota deciſ. 47. num. 2. & 3. poſt Novar. in
Summ. Bullar. coram Molines deciſ. 909. n. 8. ubi
9 quod tenetur juſtificare gratiam illius, in cujus
locum ſubrogatur, in Lucen. Parochialium ſuper
ſubrogatione 12. Januarii 1728. §. Quæ Litera-
rum, cor. R. P. D. Calcagnino, & in dicta Au-
rien. Parochialis de Fea §. Concluſio namque, ubi,
quod ſubrogatus tenetur probare valorem narra-
tum in Literis Apoſtolicis.

Sed licet in ſubrogatione rigoroſa, ſeu Man-
dato de ſubrogando, Judex merita anteactæ litis
debeat ſedulo examinare, quia tunc proceditur cum
10 maximo rigore: hoc tamen ita intelligitur, ut
cognoſcere debeat de juribus defuncti, ne ſubro-
gandus acquirat jura, quæ forſan defunctus non
habebat; at non opus eſt, ut ſcrupoloſius etiam
inquirat de juribus ſuperſtitis petentis ſubrogari:
nam ſatis eſt, ut conſtet, quod is non calumnio-
ſe, & cum dolo litem inſtruxerit, quin ulterius
jus ſuum viriliter propugnare teneatur. Alias
enim, ſi hoc ipſe præſtare deberet, jam Benefi-
cium aſſequeretur ex ſuo jure primævo, non au-
tem ex ſubrogatione, quæ proinde eſſet inutilis,
& ſuperflua, ut bene perpendit Rota in Pam-
pilonen. Beneficii de Villafranca 3. Junii 1729.
§. Et quatenus, cor. R. P. D. Cincio, & 11.
Januarii 1734. §. 5. & ſub §. 7. cor. R. P. D.
Corio.

Rurſus animadvertendum, quod tribus modis
11 ſubrogatio concedi conſuevit, ut diſtinxit Rota
deciſ. 719. part. 18. tom. 2. Recent. Primo, de per
ſe in particulari ſupplicatione, & pariter de per
ſe, ac principaliter expeditur per literas particula-
res, & hoc caſu ſubrogato datur immiſſio, juſti-
ficatis dumtaxat dictis tribus requiſitis, nempe
Clericatu, obitu Collitigantis, & lite, ſi litigio-
ſum, vel reſervatione, ſi Beneficium reſervatum
fuerit.

Secundo, quando ex corpore, vel clauſulis
12 generalibus Supplicationis ſignatæ ſuper gratia
principali deſumitur ſubrogatio, ejuſque literæ ex-
pediuntur poſtea de per ſe, & ad partes, ſive tem-
pore expeditionis Literarum gratiæ principalis,
ſive poſtea quandocumque; Et tunc pariter, ju-
ſtificatis dictis tribus requiſitis, ſubrogato conce-
ditur immiſſio, Lotter. lib. 2. quæſt. 20. n. 207.
& ſeqq. & lib. 3. quæſt. 13. n. 38. Argel. de ac-
quir. poſſeſſ. quæſt. 18. art. 1. numer. 20. & ſeqq.
Roſa in addit. ad cap. 17. numer. 12. Rota cor.
Bichio deciſ. 405. in princip. & in dicta deciſ. 719.
numer. 6. & ſeqq. part. 18. & in Romana Cappella-
niæ 14. Junii 1680. §. Prout non obſtat, cor. Vi-
cecomite.

Tertio modo eadem ſubrogatio deſumitur ex 13
ſolis clauſulis generalibus gratiæ principalis, in
qua continetur, nullis aliis literis ſubrogationis ad
partes expeditis, & hoc caſu neceſſarium eſt, ut
juſtificentur omnia narrata in gratia principali;
quia gratia ſubrogationis non expedita ad partes,
ſed accepta, uti pediſſequa gratiæ principalis, re-
putatur acceſſoria, ſequiturque naturam gratiæ
principalis, proindeque tota narrativa, quæ in
gratia principali continetur, debet plene juſtifica-
ri, Lotter. dicto lib. 2. quæſt. 20. n. 202. & ſeqq.
& lib. 3. quæſt. 13. à num. 35. Roſa dicto cap. 17.
num. 20. & 21. & in addit. numer. 13. & 14. Rota
in dicta deciſ. 719. n. 9. & ſeqq. part. 18. tom. 2.
Recent.

Verum tamen eſt, quod ſi in hoc tertio caſu
facta eſſet juſtificatio omnium narratorum, tunc
ſubrogatio, in articulo exequutionis, ſuam præ- 14
rogativam retineret, perinde ac ſi Literæ expedi-
tæ fuiſſent ad partes; & in his terminis intelligi
debent Doctores illi, qui exiſtimant, nullum ad-
eſſe diſcrimen inter ſubrogationem independenter
expeditam, & eam, quæ continetur in ipſa gra- 15
tia principali, ut bene explicant Lotter. dicto lib. 2.
quæſt. 20. n. 205. & lib. 3. quæſt. 13. num. 36. Roſa
dicto cap. 17. num. 22. & in addit. num. 15. Rota
dicta deciſ. 719. ſub numer. 13. & 14. part. 18.
Recent.

Diximus, quod pro obtinenda immiſſione ſubro-
gatus gratioſe non aliud juſtificare tenetur, quam
proprium Clericatum, obitum Collitigantis, &
litem, ſi de Beneficio litigioſo, reſervationem ve-
ro, vel affectionem, ſi de reſervato, vel affecto
ſubrogatio facta ſit: Quod ſi Beneficium non eſ-
ſet litigioſum, reſervatum, vel affectum, tunc
gratioſe ſubrogatus juſtificare obſtringeretur om- 16
nia narrata in Gratia ſubrogationis; ea inter
utrumque caſum intercedente diſcriminis ratio-
ne, quod, ubi præexiſtit lis, reſervatio, ſeu
affectio, nemo, præter Pontificem, diſponere po-
teſt de Beneficio; ideoque nemini fit injuria;
At ubi deſunt prædicta, inferri poteſt præjudi-
cium proviſis ab Ordinariis; Cumque in hoc ca-
ſu ſubrogatio vim habeat collationis, inde fit, 17
quod omnia narrata, non ſecus ac in aliis Bene-
ficiorum Proviſionibus, & Collationibus, debeant
plene juſtificari, late Rota cor. Penia deciſ. 836.
juxta impreſſ. Lugdun. cor. Buratt. deciſ. 769. nu-
mer. 2. cor. Bichio deciſ. 405. n. 2. & 3. & in di-
cta dec. 719. num. 5. par. 18. ſequitur Roſa dicto
cap. 17. n. 53. & prius n. 7. & ſeqq. Quod ta-
men intelligendum eſt, dummodo adſit legitimus
Contradictor; nam eo non exiſtente, ſufficit, ut 18
Judex extrajudicialiter juſtificet ſolam gratioſam
ſubrogationem, Adden. ad Buratt. deciſ. 842. nu-
mer. 8. Roſa dicto cap. 17. n. 53. & in addit. ſub
numer. 18.

Sic etiam, ut juſtificatis ſolummodo dictis tri-
bus requiſitis, poſſit ſubrogatus aſſequi immiſſio-
nem, concludenter probare debet affectionem,
ſeu reſervationem, ſuper qua ipſe ſe fundat; adeo 19
ut, ſi detur ſumus aliquis defectus reſervationis,
ceſſet privilegium exequutionis competens ſubro-
gationi gratioſæ, Lotter. dicto lib. 3. quæſt. 13.
numer. 69. Roſa cit. cap. 17. n. 43. & ſeqq. Cardin.
de Luca de Benefic. diſc. 52. numer. 21. Rota dec.
187. numer. 1. part. 2. Recent. cor. Ludoviſ. deciſ.
58. & cor. Buratt. deciſ. 769. numer. 2. & 3. Suf-
ficeret tamen ſemiplena reſervationis, ſeu affe-
ctionis probatio, ſi nullus adeſſet Contradictor,
ſeu alius, qui impugnet gratiam ſubrogationis, 20
vel non conſtaret de ullo titulo Partis adverſæ,

juxta *deciſ. Ludoviſii* 394. ubi *Adden. Roſa dicto*
cap. 17. *numer.* 46. *Argel. de acquir. poſſeſſ. quæ-*
ſtion. 18. *n.* 19.

Sed quid ſtante turbiditate, an immiſſio, &
proceſſus exequutivus tali caſu impediatur? Di-
21 ſtingue: aut turbiditas eſt circa reſervationem, &
tunc certum eſt, quod non poteſt competere im-
miſſio, quæ claram, & indubitatam expoſcit re-
22 ſervationem; aut reſervatio eſt clara, exceptiones
vero, quæ contra illam dantur, ſunt turbidæ, &
eo caſu datur immiſſio, contra quam non admit-
tuntur exceptiones turbidæ, & requirentes altio-
rem indaginem, *Roſa dicto cap.* 17. *num.* 47. *cum*
quatuor ſeqq. Argel. dicta quæſt. 18. *n.* 29. *& ſeqq.*
Rota deciſ. 34. *n.* 11. *part.* 5. *Recent.* cum aliis in
deciſ. 4. *n.* 23. *cor. Anſaldo.*

Atque hinc, ſi petatur ſubrogatio vigore reſer-
23 vationis, & opponatur exceptio Juriſpatronatus,
jam per ſententiam Epiſcopi canonizati, tunc ceſ-
ſat effectus immiſſionis, quia Beneficia de Jure-
patronatus laicali nulli ſubjacent reſervationi, quæ
proinde redditur turbida. Si vero reſervatio eſt
clara, replicatio vero, & oppoſitio Juriſpatrona-
24 tus turbida, & non perfecte probata, & in hoc
caſu non impeditur effectus ſubrogationis; taliſ-
que exceptio remittitur ad petitorium, *Lotter. di-*
cto lib. 3. *quæſt.* 13. *n.* 70. *& ſeqq. Roſa dicto cap.* 17.
num. 60. plene *Argel. de acquir. poſſeſſ. dicta quæſt.*
18. *art.* 1. *num.* 28. *&* 30. *Rota dec.* 126. *n.* 11. 15.
& 16. *part.* 5. *Recent.* ubi, quod non ſufficit fu-
mus Juriſpatronatus.

Ultra reſervationem claram, debet etiam ſubro-
25 gatus concludenter probare poſſeſſionem defuncti,
quando ſubrogatio datur tertio non Colliriganti,
vel Colliriganti non poſſeſſori, *Garc. de Benefic.*
part. 6. *cap.* 4. *numer.* 7. *Roſa de Executor. dicto*
cap. 17. *num.* 62. *Rota in Meten. Cereatoriæ coram*
Virili apud *Amayd. de Stylo Datar. cap.* 24. §. 2.
26 *n.* 21. Et quidem debet probari poſſeſſio ipſius
defuncti, in cujus locum fit immediate ſubroga-
tio, ut poſt *Duran. dec.* 361. *&* 391. ait *Roſa di-*
cto cap. 17. *n.* 62. *in fin.*

Nec inquirendum eſt, an legalis, & bona
27 fuerit poſſeſſio Defuncti; Sufficit enim, quod ali-
quo modo ille poſſederit, imo etiam, ſi poſſeſſio
extiterit attentata, ſeu ſpoliativa, nam & cum tali
vitio in ſubrogatum tranſibit, *Lotter. de Re Be-*
neficiar. lib. 2. *quæſt.* 20. *n.* 17 *& ſeqq. & lib* 3.
quæſt. 13. *n.* 78. *& ſeqq. Amayden. dicto cap.* 24.
§. 2. *n.* 42. *&* 43. *Roſa cit. cap.* 17. *n.* 63. *Argel.*
dict. cap. 18. *n.* 23. *Adden. ad Gregor. deciſ.* 251.
ſub n. 15. *verſic. Hinc eſt.*

Quid autem dicendum, ſi defunctus ſpoliatus
28 fuerit poſſeſſione, an eo caſu competat immiſſio
ſubrogato? Negative reſpondet *Caſtropal. Oper.*
moral. tom. 2. *tract.* 13. *diſput.* 2. *punct.* 31. *n.* 8.
29 *in fin.* Sed contrarium eſt verius, quando defun-
ctus non habuit ſe pro ſpoliato, ſed animo reti-
nuit civilem poſſeſſionem, *Roſa dicto cap.* 17. *nu-*
mer. 67. *Azor. Inſtit. moral. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 32.
quæſt. 5. *la* 2. *Rota cor. Ludoviſ. deciſ.* 307. *& de-*
ciſ. 208. *numer.* 5. *cor. Pamphilio, & Adden. ibi-*
dem.

Defunctum vero obiiſſe in poſſeſſione Benefi-
30 cii, ſatis evincitur, ſi probetur illius antecedens
poſſeſſio, quia poſſeſſio ſemel capta, præſumitur
continuata uſque ad obitum, vel dimiſſionem Be-
neficii, *Roſa dicto cap.* 17. *n.* 70. *Rota deciſ.* 126.
n. 5. *&* 6. *part.* 5. *Recen.* Et eſt communis opinio:
quidquid in contrarium cenſeat *Amayden. de Stylo*
Datar. dicto cap. 24. §. 2. *n.* 21. *&* 46. nam Do-
ctores per eum laudati non inficiantur, ſed ultro
hanc præſumtionem admittunt, ſolumque eam
ceſſare autumant, quando concurrat alia vehe-
mentior præſumtio in contrarium, vel interceſſe- 31
rint actus interruptionis.

At quæ diximus in ordine ad ſubrogationem
etiam quoad poſſeſſionem defuncti Colliriganti*s*, 32
ita locum ſibi vindicant, ſi ad eam expreſſe indul-
ta fuerit ſubrogatio. Triplex enim eſt ſubjectum 33
ſubrogationis; lis, jus, & poſſeſſio defuncti, *Lot-*
ter. de Re Benefic. lib. 2. *quæſtion.* 20. *n.* 154. *&*
ſeqq. & lib. 3. *quæſt.* 13. *numer.* 59. *& ſeqq.* ubi,
quod Literæ ſuper his omnibus ſimul, aut ſuper 34
ſingulis eorum poſſunt expediri, nempe ad jus de-
functi, ad litem, ejuſque proſequutionem, nec-
non ad poſſeſſionem, in quo ultimo conſiſtit ma-
ximum iſtius gratiæ commodum; itaut, ſi ad om-
nia hæc ſimul non fuerit facta ſubrogatio, ſed 35
ad unum, vel alterum tantum, perfectio gratiæ
non ſe extendat ad omiſſum. Sed pro clariori
præmiſſorum dilucidatione, quatuor caſus diſtin-
guit *Lotter. dicto lib.* 3. *quæſt.* 13. *numer.* 60.

Primus eſt, quando quis ſubrogatur ad jus de-
functi; & in hoc caſu non cenſetur ſubrogatus 36
ad poſſeſſionem, ſed ſolum ad omne jus, quod
defunctus habebat ſive *in re*, ſive *ad rem*, dum-
modo ſit conſiderabile. Dari enim ſubrogationem,
quando defuncto jus tantum ad rem competebat, 37
non ambigitur, cum de facto videamus, quod,
mortuo Coelecto, vel Compræſentato, in jure il- 38
lius, quod erat ſolum *ad rem*, ſuperſtes ſubroga-
tur, & firmant *Gomeſ. ad Regul. de ſubrogan.*
quæſt. 6. *Lotter. dicto lib.* 2. *quæſt.* 20. *num.* 169. *&*
171. *& libro* 3. *quæſt.* 13. *numer.* 59. *& ſeqq. Rota*
cor. Seraphin. deciſ. 596. Eſt tamen neceſſarium,
quod omnino juſtificetur jus defuncti, cum po- 39
tuerit is nullum jus habere, *Lotter. dicta quæſt.*
20. *numer.* 172. *& ſeqq.* Inſuper, ſi defunctus non
poſſidebat, ſubrogatus in jus illius debet totam 40
gratiam per viam ordinariam juſtificare, *Rota in*
Carthaginen. Portionis apud Marcheſan. de Com-
miſſ. part. 1. *fol.* 472. ubi ponit differentiam inter
jus Auctoris non poſſidentis, & poſſidentis; nam
in hoc ſecundo caſu, per aſſequutionem Benefi-
cii nemini fit injuria, cum nihil interſit Actori ſua
jura experiri cum uno, vel altero Poſſeſſore; in
primo vero caſu non modicum ſuperſtiti irroga-
retur præjudicium, *Roſa de Executor. dicto cap.*
17. *ſub numer.* 64. *& numer.* 168. *Rota deciſ.* 595.
numer. 35. *cor. Bichio, & deciſ.* 514 *numer.* 14.
cor. Dunoz. Niſi ageretur cum ſuperſtite intruſo: 41
tunc enim ſubrogatus in jus Auctoris, etiam non
poſſidentis, non tenetur, totam gratiam juſtifica-
re, *Rota apud Marcheſan. part.* 1. *fol.* 385. *nu-*
mer. 11.

Secundus caſus eſt, quando quis non ſubro-
gatur ad jus, neque ad poſſeſſionem defuncti, 42
ſed ad jus proſequendi litem in eiſdem ſtatu, &
terminis, in quibus reperiebatur, & tunc ſubro-
gatus gaudet privilegio exequutivo eodem modo,
quo competebat defuncto; itaut, ſi defunctus erat
in procinctu obtinendi immiſſionem virtute Bre-
vis de capienda poſſeſſione nomine Cameræ, aut
vigore judicati, eodem modo ſubrogatus poterit
judicium proſequi, probando proprium Clerica-
tum, & ſtatum litis, *Lotter. dicto lib.* 3. *quæſt.* 13.
n. 67. *Roſa de Execut. cap.* 17. *numer.* 167. *Rota*
dec. 405. *numer.* 6. *cor. Bichio, & in Romana Cap-*
pellaniæ 14. *Junii* 1680. §. *Prout non obſtante,*
coram Cardinali Vicecomite. Neque hoc caſu in- 43
quiritur, an defunctus eſſet in poſſeſſione, nec
ne: id enim inſpiciendum eſt, ubi quis ſubroga-
tur ad jus proſequendi litem, *Roſa dicto cap.* 17.
numer.

num. 168. Argel. de acquir. poſſeſſ. quæſt. 18. n. 40.
Rota in Toletana Beneficii apud Marcheſan. part. 1.
fol. 1. 385. ſub n. 9. cor. Dunoz. deciſ. 514. n. 15.
& ſeqq. & dec. 886. n. 3. cor. Buratt. dec. 590. n. 6.
& ſeqq. cor. Bichio deciſ. 545. n. 36. & ſeqq. &
deciſ. 97. n. 6. part. 4. tom. 2. Recent.

Tertius caſus eſt, quando defunctus poſſide-
44 bat, neque tamen ſubrogatio facta ſit ad poſ-
ſeſſionem in ſpecie in parte diſpoſitiva, per ver-
ba ſubrogamus ad poſſeſſionem, ſed tantummodo
legatur in narrativa; & hoc caſu, quia Papa
eam ſatis cognovit. ideo ſemel ac iodulſit provi-
ſo de Beneficio ſubrogationem ad omne jus de-
functi, cenſetur quoque eum ſubrogaſſe ad poſ-
ſeſſionem, Lotter. dicto lib. 3. quæſt. 13. num. 63.
Bellamer. deciſ. 351. n. 1. Put. deciſ. 220. num. 2.
lib. 2.

Quartus demum caſus eſt, quando quis ſubro-
45 gatur ad poſſeſſionem defuncti, quæ tamen in
promovendo judicio non juſtificatur, & hoc ca-
ſu, licet ſubſiſtat ſubrogatio quoad alia expreſſa,
ceſſat tamen privilegium viæ exequutivæ, & opus
eſt, quod antequam ſubrogato decernatur immiſ-
ſio, canonizetur in Judicio ordinario omne jus
defuncti, ut ex Mobedan. deciſ. 5. num. 1. & 2.
ut lit. pend. Lotter. dicta quæſt. 13. n. 65. & ſeqq.
Roſa dicto cap. 16. numer. 64. cum aliis ſupra ad-
ductis.

An autem ſubrogatus etiam ad poſſeſſionem
46 defuncti, poſſit eam propria auctoritate adipiſci?
Et in hoc Regula ſit, quod non prohibetur pro-
pria auctoritate abſque attentatorum vitio poſſeſ-
ſionem capere. Non enim poſſeſſio, quam vigo-
47 re ſubrogationis gratioſæ adipiſcitur, dicitur no-
va, ſed potius contiouatio antiquæ, quam præ-
deceſſor habebat; Unde ſicuti is, ſi viveret, con-
tinuando ſuam poſſeſſionem lite pendente, non at-
teotaret: ita nec attentat ſubrogatus, in quem,
miniſterio Principis, fuit eadem poſſeſſio trans-
fuſa, ſi lite pendente poſſeſſionem naturalem ca-
pit propria auctoritate; dummodo poſt obtentam
ſubrogationem non fuerit inhibitus, ex plene re-
latis per Roſ. de Executor. dicto cap. 17. n. 140. &
ſeqq. Rot. cor. Mantic. deciſ. 71. n. 3. cor. Coccin.
deciſ. 72. n. 1. cor. Bichio dec. 276. n. 14.

Id, quod procedit etiam reſpectu intruſi, qui
48 poſtea ſubrogationem obtinuit, nam per hanc pur-
gatum cenſetur omne vitium, & ex novo titolo
mutatur cauſa poſſidendi etiam abſque nova de-
claratione; unde attentare non dicitur continuan-
do in poſſeſſione, Lotter. de Re Benefic. dicto lib. 2.
quæſt. 20. n. 214. Roſa dicta cap. 17. n. 142. ubi
49 ait, id procedere, quando fuerat Papæ narratum
vitium antecedentis poſſeſſionis, Rota deciſ. 71. nu-
mer. 2. cor. Mantic. deciſ. 276. n. 19. & dec. 300.
n. 27. & ſeqq. cor. Bichio.

Verum, quod diximus, poſſe ſubrogatum Be-
neficii poſſeſſionem propria auctoritate adipiſci
pluribus modis declaratur, & primo id locum ſi-
50 bi vindicat, ubi agitur de ſubrogatione gratioſa,
ſecus de rigoroſa; Hoc enim poſteriori caſu debet
adiri Judex, & debent diſcuti jura tam ſubro-
gandi, quam ejus Auctoris, juxta tamen legale il-
lud moderamen, quod expoſuimus ſupra n. 10. &
obſervant Rota dec. 11. ut lit. penden. cor. Mobed.
deciſ. 208. & deciſ. 423. lib. 1. cor. Puteo, & deciſ.
135. n. 7. & ſeqq. deciſ. 449. n. 4. & ſeqq. part. 4.
tom. 2. Recent. deciſ. 276. n. 17. dec. 300. num. 1.
& ſeqq. & dec. 645. numer. 16. & ſeqq. & n. 40.
cor. Bichio.

Secundo procedit, quando poſſeſſio erat va-
51 cans; ſecus; ſi poſt mortem prædeceſſoris fuerit ab
alio medio tempore obtenta, nam eo caſu poſſeſ-
ſio civilis, quæ in ſubrogatum continuatur, inter-
vertitur per poſſeſſionem naturalem ab alio ade-
ptam, Roſa de Exequut. dicto cap. 17. n. 144.
Rot. cor. Bich. dec. 300. n. 5. & ſeqq. Dummodo
tamen poſſeſſio medio tempore ab alio capta, non
fuerit attentata, vel infecta a Decreto irritante, 52
quia tunc habetur pro vacua; Unde ſicuti non
impediretur effectus ſubrogationis gratioſæ, ſi poſ-
ſeſſio eſſet vacua: ita impediri non poteſt, quan-
do eſt quidem plena, ſed improba, vel infecta,
late Roſa dicta dec. 300. n. 17. & ſeqq. & n. 26.
& ſeqq. cor. Bichio.

Tertio præpeditur ſubrogatus poſſeſſionem adi-
piſci, & obtenta eſſet attentata, quando ſubro-
gatio fuit judicialiter producta, & lis eſſet ſuper 53
ipſa ſubrogatione gratioſa, Lotter. de Re Benefic.
lib. 2. quæſt. 20. n. 213. & 215. Rota dicta dec. 300.
n. 31. & 38. cor. Bichio.

Quarto ſimiliter eſſet atteotata, ſi Literæ A-
poſtolicæ ſubrogationis præſeferrent in ventre clau- 54
ſulam -- ſine præjudicio litis pendentia -- Roſa dicto
cap. 17. n. 143. Rota in Illerden. Canonicatus 17.
Novembris 1634. §. Non obſtat, coram Ghislerio,
ubi, quod per dictam clauſulam cenſentur præſer-
vata omnia jura competentia ratione litis penden-
tiæ, & omne præjudicium etiam minimum.

Quinto eſſet attentata ſtante ſequeſtro Rota-
li; & licet foret Pontifici narratum tale ſeqoe- 55
ſtrum: tamen hujuſmodi narrativa excuſat a ſub-
reptione, ſed non tribuit facultatem capiendi poſ-
ſeſſionem propria auctoritate, Rota deciſ. 545. n. 1.
& 2. cor. Bichio.

Sexto committerentur attentata, ſi defunctus
numquam poſſedit, vel tempore mortis deſiit poſ- 56
ſidere: hoc enim caſu non eſt locus continuatio-
ni poſſeſſionis defuncti in ſubrogatum: quæ ratio
excuſat a vitio attentatorum; & ſicuti defunctus,
ſi ſupervixiſſet, expectare debuiſſet immiſſionem
a Judice, mediante gratiæ juſtificatione, ita quo-
que ſubrogatus: alias illud ſequeretur abſurdum,
quod plus juris concederetur ſubrogato, quam 57
habebat defunctus, Caſtropal. Oper. moral. tom. 2.
tract. 13. diſput. 2. punct. 31. ſub num. 8. Amayd.
de Stylo Datar. dicto cap. 24. §. 2. ſub numer.
35. late Rota dec. 545. numer. 32. & ſeqq. cor.
Bichio.

Id, quod locum ſibi vindicat, etiamſi ſubro-
gatio conceſſa fuiſſet ad jus proſequendi litem in
ſtatu, & terminis &c. nam, licet hoc caſu ſubro- 58
gatus haberet viam exequutivam, ſicuti defun-
ctus, tamen ingredi non poſſet poſſeſſionem pro-
pria auctoritate, & evitare juſtificationem gratiæ,
Rota dicta dec. 545. n. 36. & ſeqq. cor. Bichio.

Si tamen ſuperſtes Collitigans non poſſideret,
tunc, quia nulla ei fieret injuria, poſſet ſubroga- 59
tus abſque attentatorum vitio Beneficii poſſeſſio-
nem propria auctoritate adipiſci, Rota dicta dec.
545. n. 39. cor. Bichio; & admittit Amayden. lo-
co citato, ubi, quod tunc attentatur, quando mor-
tuus non poſſidebat, & aderat poſſeſſor Colliti-
gans.

Ceterum, ſi quis fuerit ſubrogatus ad jus, &
poſſeſſionem duorum, non prohibetur capere jus 60
ab uno, & poſſeſſionem ab alio, Roſa de Exe-
cutor. part. 1. cap. 17. n. 69. Rota dec. 83. n. 21.
part. 8. Recent. deciſ. 352. n. 18. dec. 514. n. 1. 16.
& 19. cor. Dunozet.

Quemadmodum ſubrogatus in litem, & poſ
ſeſſionem alterius, cenſetur quoque ſubrogatus in 61
jus petendi ſpolium, hoc eſt ad jus recuperandæ
poſſeſſionis, nam ſubrogatus in poſſeſſionem,
ſubroga-

ſubrogatus intelligitur ad omnem poſſeſſionem ;
& proinde ad eam quoque, qua defunctus frue-
batur, ante ſpolium, ratione cujus præcedentis
poſſeſſioois remedium poſſeſſorium jura conce-
dunt, *Azor. Inſtitution. moral. part. 2. libr. 7. cap.*
62 *32. quaſtion. 5. la 2.* Et in hoc caſu non tenetur
ſubrogatus totam gratiam juſtificare, ſed ſufficit
probare ſpolium, quod defunctus paſſus fuit,
Rota dec. 514. n. 17. cor. Dunozet.

An autem per ſubrogationem cenſeatur quis
63 ſubrogatus etiam ad fructus inexactos per defun-
ctum, ſeu qui competebant cedenti ante ceſſio-
nem? Recepta diſtinctio eſt, quod aut ſubroga-
tio ſolum data fuit ad poſſeſſionem defuncti, ſeu
cedentis, & hoc caſu ſubrogatus fructus inexa-
64 ctos petere non poteſt. Aut conceſſa legitur
etiam ad litem, vel ad omne jus defuncti, aut
cedentis, & vigore hujuſmodi ſubrogationis non
prohibetur ſubrogatus pro recuperatione fructuum
agere. Potiſſimum, ſi lis verſabatur etiam ſuper
fructibus, ut poſt *Puteum deciſ. 220. lib. 2.* bene
*Lotter. libr. 2. quaſtion. 20. n. 185. & 186. Pariſ.
de Reſign. lib. 2. quaſt. 3. n. 83. Francet var. reſolut.
cap. 5. numer. 36. Argel. de acquir. poſſeſſ. quæ-
ſtion. 18. n. 43.*

Mortuo vero Collnigante intruſo, qui fructus
65 indebite perceperat, non prohibetur ſuperſtes,
qui ſubrogationem in illius juribus obtinuit, fru-
ctus præfatos nulliter a defuncto perceptos, recu-
perare, quia per ſubrogationem aut non cenſetur
approbatum jus defuncti, aut talis approbatio non
ſe protendit ad tempus præteritum, ut late pro-
bat *Frances var. reſol. cap. 5. per tot.* ubi in fine
ait, ita obtinuiſſe contra allegata per *Svelves
conſ. 48. ſemicentur. prima.*

Pro coronide remanet inſpicieodum, quis di-
catur legitimus contradictor pro impedienda exe-
quutione Literarum Apoſtolicarum ſubrogationis
gratioſæ? Communis ſententia eſt, quod ille di-
66 citur contradictor legitimus, qui habet titulum
parem, ſeu ſimilem, & provenientem ab eodem
ſonte, nempe immediate a Papa, adeout non ſuf-
ficiat, quod proviſus poſſideat vigore Literarum
Apoſtolicarum, ſed neceſſe eſt, quod habeat pa-
rem titulum, & ejuſdem ſpeciei, hoc eſt ſimi-
lem ſubrogationem gratioſam ; alioquin debet qui-
dem de ejus titulo cognoſci, ſed non impeditur
immiſſio, aut via exequutiva a ſubrogatione gra-
tioſa proveniens ; *Lotter. de Re Benefic. libr. 3.
quaſt. 13. n. 75.* late *Rot. deciſ. 154. per tot. cor.
Otthobon.* in qua declarantur contrariæ Deciſio-
nes, & *deciſ. 208. n. 7.* & ibi *Adden. n. 11. co-
ram Pamphil. dec. 846. num. 7. & dec. 862. n. 1.
cor. Cerro, & deciſ. 254. num. 7. deciſ. 322. nu-
mer. 11. & 12. & dec. 367. n. 1. & 2. part. 13.
Recent. deciſ. 161. n. 11. part. 18. & in Mutinen.
Parochialis 1. Decembris 1687. §. Quintmo, cor.
Rondinino.* Et utraque ſubrogatio debet eſſe pura;
nam ſi una eſſet pura, altera conditionalis, tunc 67
effectus ſubrogationis puræ non poteſt retardari a
conditionali, *Lotter. dicta lib. 3. quaſt. 13. n. 77.
Roſa dicto cap. 17. n. 54. Rota deciſ. 846. n. 8.
& deciſ. 862. n. 5. cor. Cerro.*

Utque Contradictor dicatur habere gratioſam
ſubrogationem, non ſufficit ſola ſupplicatio ſigna- 68
ta cum clauſula -- *quod deſuper Literæ expediri
poſſint in forma ſubrogationis gratioſa* -- ſed neceſ-
ſaria eſt expeditio Literarum ad partes, quia per
illam clauſulam cenſetur data facultas expedieodi
Literas in potentia, quæ non prius, quam ſit fa-
cta expeditio, reducitur ad actum ; illiſque non
expeditis, nihil juris tribuit, *Roſa de Executor.
in Addit. ad cap. 17. numer. 28. Rota deciſ. 254.
numer. 11. & ſeqq. & deciſ. 367. num. 5. part. 18.
Rec. & cor. Dunoz. deciſ. 514. numer. 4.* Quini-
mo nec per expeditiooem Literarum efficitur legi- 69
timus Contradictor, ſi ejus titulus ſit invalidus
*Rota dec. 154. numer. 32. & ſeqq. cor. Otthoben. &
dec. 254. numer. 17. dec. 322. numer. 13. par. 13.
Recentior.*

At quod diximus, Contradictorem habentem
titulum etiam Apoſtolicum non impedire immiſ-
ſionem gratioſe ſubrogato, niſi titulus ſit ſimilis,
locum ſibi non vindicat, quando Proviſus Apo-
ſtolicus poſſidet ex facto Exequutoris rite proce- 70
dentis, hoc enim caſu, quia Exequutor ad exe-
quutionem Literarum Apoſtolicarum procedere
nequit, niſi iiſdem Literis juſtificatis, ex illius fa-
cto reſultat præſumtio juſtificationis gratiæ, & ti-
tuli poſſeſſorii. Juſtificata vero Gratia, licet non 71
ſit conſimilis, impedit nihilominus viam exequu-
tivam, debetque tunc procedi via ordinaria, ut
late diſtinguit *Roſa dicta cap. 17. numer. 56. &
57. & in addit. ad idem cap. 17. ſub numer. 27.
Rota cor. Otthobon. dicta dec. 154. numer. 22. cum
pluribus ſeqq. cor. Cerro dec. 862. numer. 2. & in
Recent. deciſ. 254. numer. 15. & dec. 367. part. 13.*

Idque etiam procederet in proviſo ab Ordina-
rio, qui, reportata poſtmodum Apoſtolica pro- 72
viſione, mutaſſet ſibi cauſam poſſidendi, & no-
vam poſſeſſionem apprehendiſſet facto Exequuto-
ris. Impediret enim vigore hujuſmodi novi ti-
tuli Literarum ſubrogationis exequutionem, *Roſa
dicto cap. 17. ſub n. 57. Rota deciſ. 154. n. 29. &
ſeqq. cor. Otthobon.*

REGULA XXX.

De Veroſimili Notitia.

ITem voluit, & ordinavit, quod omnes Gratiæ, quas de quibuſvis Beneficiis cum cura, vel ſine cura Secularibus, vel Regularibus per obitum quarumcumque Perſonarum vacantibus, in antea fecerit, nullius roboris, vel momenti ſint, niſi poſt obitum, & ante Datam Gratiarum

rum hujuſmodi tantum tempus effluxerit, quod interim vacationes ipſæ de locis, in quibus Perſonæ prædictæ deceſſerint, ad notitiam ejuſdem Sanctiſſimi Domini Noſtri veroſimiliter potuerit pervenire.

ARGUMENTUM.

IRritat Regula, quæ eſt una ex receptis in Gallia, Beneficiorum omnium Proviſiones ante veroſimilem Notitiam obitus Beneficiatorum, expletas, eumdemque reſpicit finem, ac Regula XXI. Regula an ſit Juri communi conformis, & favorabilis: quibus innitatur rationibus: quis illius Auctor fuerit: & veroſimilis Notitiæ tempus, quando currere incipiat? Comprehendit Cenſura Regulæ Beneficiorum Proviſiones a Pontifice factas, etiam Motu proprio, & in Commendam, nec non expletas ab Ordinariis, & Legatis Apoſtolicis, ac itidem Gratiam pro præſentato cum derogatione medietati Vocum Patronalium, quam ante veroſimilem Notitiam obitus Beneficiati a Sede Apoſtolica reportavit præſentatus ab altera medietate Patronorum; ita quidem, ut in his caſibus, nec Regula de Triennali ſuffragetur. At vero Regula *de Veroſimili* non afficit Beneficia vacantia per mortem civilem, nec præſentationem Patronorum ante veroſimilem obitum Beneficiati factam, minuſque Beneficiorum Proviſiones a Pontifice expletas jure devoluto, ob non peractam intra legitimum tempus, ſive a Patronis præſentationem, ſive ab Ordinariis collationem. Quemadmodum ejuſdem Regulæ diſpoſitioni non ſubjacent Proviſiones Beneficiorum, quas Galliæ Reges vigore prætenſæ Regaliæ explent, nec Officia ſecularia, de quibus Princeps ante veroſimilem Notitiam obitus Officialium diſpoſuit. Probatio vero inveroſimilis Notitiæ obitus Beneficiati de tempore Proviſionis Beneficii, ad eum ſpectat, qui Regulæ diſpoſitioni innixus, Proviſionem ipſam irritare ſatagit, dictaque Probatio prudentis Judicis arbitrio remittitur, penſata præ ceteris longitudine, vel brevitate itineris, nedum terreſtris, etiam per Curſores peragendi, verum, & maritimi a loco obitus Beneficiati ad locum expletæ Proviſionis. Et ad effectum, ut elidatur cenſura Regulæ, haud neceſſe eſt oſtendere, quod notitia obitus Beneficiati ad notitiam Collatoris veroſimiliter devenerit, ſed exuberat ſola poſſibilitas, quod devenire potuerit. Regulæ diſpoſitioni, licet poſſint, non conſuevere Pontifices derogare, & quid in Gallia?

SUMMARIUM.

1 *Proviſiones Beneficiorum expletæ ante veroſimilem notitiam obitus Beneficiariorum, nullæ prorſus, & irritæ ſunt.*

2 *Papa a Curia recedente, ſi ibibi* Signatorem *relinquat, ſufficit pro validitate Gratiæ, quod notitia obitus Beneficiati ad ejuſdem* Signatoris *notitiam veroſimiliter pervenire poſſit.*

3 *Regula* de Veroſimili *Notitia eſt appendix, & ſequela Regulæ XXI. eumdemque ſinem reſpicit.*

4 *Et eſt deprompta ex viſceribus Juris communis.*

5 *Contrarium, quod exorbitet a jure præfato.* & n. 23.

Et explicantur contraria jura. n. 7.

6 *Suſtinetur de jure proviſio Beneficii vere vacantis, etiam ante notitiam illius vacationis.*

8 *Regulæ ratio ignota nonnullis viſa fuit.*

9 *Sed ea depromitur ex Proœmio, quod antiquitus Regulæ præfigebatur, quodque exſcribitur.* & n. 10.

11 *Ponderantur geminæ aliæ rationes Regulæ; Altera, quod per eam tollitur votum captandæ mortis Beneficiati.*

12 *Altera vero, quod impetrantes Beneficia ante veroſimilem Notitiam eorum vacationis, ſupplantant alios Concurrentes magis dignos, qui ſincere vacationem expectant.*

13 *Regula ob rationes prædictas eſt favorabilis, lateque interpretanda,* & n. 25.

14 *Et quis primus ex Pontificibus eam edidit?* & n. 15. 16. & 17.

18 *Regula* de Veroſimili *Notitia eſt una ex receptis in Gallia, regiſtrata in Parlamento, & Lex Regni effecta.*

19 *Et ne illi fraus fieret, quid Edicto ſuo mandaverit Franciſcus I. Galliarum Rex?*

20 *Tempus veroſimilis Notitiæ currere incipit a momento obitus Beneficiati.*

21 *Et, ſi mors occultata fuerit, computatur a die quo revelatur.*

22 *Regula non procedit in Proviſionibus Ordinariorum, quæ expletæ etiam ante veroſimilem Notitiam obitus Beneficiatorum, jure ſubſiſtunt.*

Et ponderantur rationes. n. 23.

24 *Contrarium, quod Regula, ſi non in Litera, in ſpiritu tamen Proviſiones præfatas comprehendat.* & n. 25.

26 *Quemadmodum afficit Regula Proviſiones Beneficiorum ante eorum veroſimilem vacationis Notitiam expletas a Legatis.*

27 *Papa non cenſetur Legatis ſuis indulgere voluiſſe, ut collationem Beneficiorum alio modo expleant, quam ipſe eſſet facturus.*

28 *Proviſio*

28 *Proviſio Beneficii, quod Apoſtolica Sede viduata Paſtore vacaverat in Menſe alias eidem Sedi reſervato, ab Ordinario expleta ante veroſimilem Notitiam obitus Pontificis, rite ſuſtinetur.*

29 *Regula non extenditur de caſu ad caſum, in quo ejus ratio non viget.*

30 *Regula comprehendit Gratiam proviſionis Beneficii etiam motu proprio a Pontifice factam ante veroſimilem illius vacationis Notitiam.*

31 *Quamvis conſtet de bona fide illius, qui Gratiam obtinuit.*

32 *Subjacent cenſuræ Regulæ etiam Beneficiorum proviſiones expletæ in Commendam, quæ hodie nil differt a Proviſione in titulum.*

33 *Et quid dicendum, ſi agatur de Commenda temporali?* Remiſſive.

34 *Regula afficit Proviſiones Beneficiorum quorumcumque etiam Regularium, & Curatorum, nec non Dignitatum, & Officiorum Eccleſiaſticorum. Et redditur ratio.*

35 *Regula* de Triennali *non ſuffragatur Proviſo de Beneficio ante veroſimilem illius vacationis Notitiam.*

36 *Regula* de Veroſimili Notitia *comprehendit Beneficia vacantia per mortem civilem, contractum nempe Matrimonii, aſſequutionem incompatibilium, privationem, depoſitionem &c.*

37 *Contrarium, quod afficiat ſolum Proviſiones Beneficiorum reportatas ante veroſimilem Notitiam mortis naturalis Beneficiati.*

38 *Mors civilis non æquiparatur morti naturali, niſi in caſibus a jure expreſſis.*

39 *Regula non comprehendit præſentationem Patroni expletam ante veroſimilem notitiam obitus Beneficiati, ſi re vera præſentationis tempore obitus præfatus ſequutus erat.* & numer. 45.

40 *Contrarium, & redduntur rationes.* num. 41. & 42.

43 *Sed a priori Sententia non recedendum.*

44 *Regula locum non habet in Gratia derogationis medietati Vocum Patronalium a præſentato per alteram medietatem reportata ante veroſimilem Notitiam obitus Beneficiati.* & numer. 46.

47 *Contrarium, & redditur ratio.* n. 48.

49 *Et aſſignantur plures diſcriminis rationes inter præſentationem, quæ expleta ante veroſimilem notitiam obitus Beneficiati, valida eſt, & Gratiam pro præſentato cum derogatione medietati vocum Patronalium.* & numer. 50. 51. & 52.

53 *Regulæ diſpoſitioni non ſubjacet proviſus de Beneficio ex cauſa Reſignationis, cum clauſula,* ſive præmiſſo, ſive quovis alio modo, *ſi Reſignatione effectum non ſortita, decedat Reſignans.*

54 *Contrarium, & redditur ratio.*

55 *Regula non comprehendit Proviſiones Beneficiorum a Pontifice expletas jure devoluto, ob non factam tempore a jure præfixo ab Ordinariis collationem, vel a Patronis præſentationem.*

56 *Nec Proviſiones Beneficiorum, quæ a Galliarum Regibus explentur jure prætenſæ Regaliæ.*

57 *Quemadmodum locum non habet in Gratia delinquenti a Principe præmature facta antequam veroſimilem Notitiam delicti haberet.*

58 *Nec in Beneficiis temporalibus, & Officiis Regiis ante notitiam obitus poſſeſſorum impetratis.*

59 *Quamvis, ut ambitio, votumque captandæ alienæ mortis compeſcantur, æquum eſſet, ut Officia præfata cenſuræ Regulæ ſubjacerent.*

60 *Probatio, quod tantum tempus non effluxerit, ut veroſimilis Notitia obitus Beneficiati ad Pontificem pervenire valuerit, ad eum ſpectat, qui Regulæ innixus, Gratiam infringere contendit.*

61 *Reprobatur* Gomeſius, *qui autumat, veroſimilem Notitiam probandam eſſe a Proviſo, quando Regulæ non fuit derogatum.*

62 *In dijudicando, an notitia obitus Beneficiati veroſimilis eſſe potuerit, Judicis arbitrio certis penſatis circumſtantiis, quæ recenſentur, remittitur.*

63 *Itineris computatio pro eruenda veroſimili Notitia fieri debet non a fine Diœceſis, ſed a loco, in quo Beneficiatus obiit.*

64 *Nec attenditur differentia inter maritimum, & terreſtre iter, nam quocumque modo Notitia veroſimilis reddatur, ſemper attenditur.*

65 *Ab Hiſpaniis ad Urbem ſex dierum ſpatio per iter maritimum Notitia obitus Beneficiati veroſimiliter pervenire poteſt.*

66 *Et a Civitate* Barchinonen. *ad Urbem in octo, vel novem diebus.*

67 *Notitia obitus Beneficiati ad effectum Regulæ neceſſe non eſt, quod habeatur per Tabellarios, ſed admittitur probatio, etiam per Curſores.*

68 *Eorumque Curſorum depoſitioni, quod iter intra tantum tempus expleri poſſit, plene deferendum eſt.*

69 *De nonnullorum incredibili velocitate in currendo exemplis.* Remiſſive.

70 *A Civitate* Ameriæ *poteſt eadem die obitus Beneficia haberi in Urbe illius notitia.*

71 *Quemadmodum a Civitate* Senarum *ſpatio pariter unius diei.*

72 *Et a Civitate* Piſtorii *intra decem, & ſeptem, aut decem, & octo horarum ſpatium.*

73 *A Civitate* Valentiæ *poteſt Curſor ſex diebus Romam pervenire.*

74 *A* Leodio *Romam ſpatio novem, vel decem dierum.* & n. 75.

A Tholoſa *ſeptem.* dict. n. 74.

A Pariſiis *ſex, vel ſeptem.* ibidem, & n. 75.

A Lugduno *quinque.* dict. n. 74.

76 *A Civitate* Mediolani, *etiam tempore hyemali, ſexaginta horarum ſpatio poteſt veroſimilis Notitia ad Urbem pervenire.*

77 Cato *ab* Hydrunto *Romam quinto die pedeſtri itinere pervenit.*

78 *Pro evitanda cenſura Regulæ neceſſe non eſt, quod veroſimilis Notitia obitus Beneficiati ad Collatoris Notitiam tempore Proviſionis Beneficii de facto pervenerit, ſed exuberat poſſibilitas, quod devenire potuerit.* & n. 83. & 84.

79 *Hinc, qui Regulæ innititur, oſtendere tenetur inveroſimilitudinem Notitiæ, nedum per probationem actualem, ſed etiam habitualem, nempe, quod notitia non pervenit, nec pervenire potuerit.*

Et reprobatur Tondutus *contrarium exiſtimans.* n. 82.

80 *Dies, etiam in terminis* Regulæ de Veroſimili *computatur a media nocte ad mediam noctem.*

81 *Sup-*

81 *Supplicationes Grutiurum, licet de ſtylo ſignu-*
ri ſoleant a Pontifice de mane, impoſſibile ta-
men non eſt, quod Supplicatio ul qua hora in-
ſolita ab ipſo ſignetur.
85 *Regulæ* de Veroſimili *poteſt Pontifex derogare,*
licet reguluriter huc non utatur facultate.
86 *Sed in Gullia hujuſmodi derogatio non udmit-*
titur, & quure? & num. 87.
Jus naturale ubique ſervari debet. ibidem.

1 ANnullantur per hanc Regulam Gratiæ de
quibuſcumque Beneficiis factæ, niſi poſt
obitum Beneficiarii, & ante Datam, tantum
tempus effluxerit, quod vacatio de loco, in quo
Beneficiarius ipſe deceſſit, veroſimiliter ad noti-
2 tiam Papæ devenire potuerit. At, ſi Papa ab
Urbe abeſſet, & inibi *Signatorem* deſtinaret, ſa-
tisfactum erit huic Regulæ, ſi poſt obitum Be-
neficiarii congruum tempus decurreret, in quo
vacationis notitia devenire valeret ad dictum *Si-*
gnatorem, etiam, ſi ad notitiam ejuſdem Ponti-
ficis devenire non poſſet. Ita declaravit *Clemens*
VII. die 23. Decembris 1533. Pontificatus ſui
anno decimo.
3 Eſt hæc Regula de *Veroſimili notitiu* appendix,
& ſequela *Regulæ XXI. De non impetrando Be-*
neficium per obitum viventis. Ambæ enim ſibi
invicem mutuam opem ferunt, eundem reſpi-
ciunt finem, & altera alteri majorem addit intel-
ligentiam, ut inquiunt *Bengeus, & Pinſon. in Tract.*
de Beneſic. pag. mihi 391. *num.* 34. Quodque ma-
gnam inter ſe connexitatem habeant, tradit *Tondut.*
Reſolution. Beneficiul. part. 3. cap. 170. *in princip.*
Hinc, ſunt qui autumant Regulam extractam
4 eſſe ex viſceribus juris communis, nempe *ex Cap.*
Nullam, de Conceſſ. Præbend. & *ex Cap. Dete-*
ſtanda, eodem tit. in 6. Rip. in Cap. Ex parte num.
85. *de Reſcript. Rebuff. in Prux. in hanc Regul.*
gloſſ. 1. num. 6. Van Eſpen. in Jus Ecclеſ. univer-
ſal. tom. 2. purt. 2. tit. 23. cap. 7. num. 10. Bou-
chel. in Biblioth. Canoniq. verb. de Veriſimili notit.
5 *in princip.* At contrarium, quod Regula ſit a
jure communi exorbitans, tradunt *Mandoſ. hic*
quæſt. 1. Sot. ibidem num. 2. & 3. Cravet. conſil.
88. *num.* 16. *Gonzal. in Regul. 8. §. 5. Proœmial.*
num. 122. *Rot. deciſ. 30. de Præbend. coram Mo-*
bedau. & in Mediolanen. Priorutus 11. *Junii* 1728.
§. Conſtabilitu, cor. R. P. D. Cornelio. De jure enim
6 proviſio Beneficii vere vacantis, etiam ante no-
titiam illius vacationis rite ſuſtinetur *Jo. Andr. in*
cap. 2. de Elect. in 6. Lap. ulleg. 6. num. 89. Mandoſ.
dict. quæſt. 1. ſub num. 2. Rot. dict. deciſ. 30. coram
Mobedan. Et Canones in *Cap. Nulla, & Cap. De-*
7 *teſtanda* loquuntur de Proviſionibus ad Beneficia
vacatura, in quibus merito cadit votum captandæ
mortis, ut proſequitur *Mandoſ. dict. quæſt. 1. num.*
3. *Rot. deciſ. 272. num. 4. lib. 2. cor. Puteo.*
8 Regulæ vero finalem rationem, etſi ignorari
dicat, *Rot. deciſ. 30. num. 1. coram Mohedau. de*
Præbend. & deciſ. 246. lib. 1. coram Puteo; Nihilo
9 minus ea apprime colligitur ex Proœmio, quod
antiquitus legebatur in Regula *Martini V.* ac Suc-
ceſſorum Pontificum, uſque ad *Nicolaum V.* quod-
que ita conceptum erat -- *Item, ut in habendis Be-*
neficiis Eccleſiaſticis fraudes evitentur, ſervetur
Conſcientiæ puritas, & umbitioſis viu præcludatur
10 *ambitionis* -- Quod Proœmium, licet a *Nicolao*
V. primum, deinde a Succeſſoribus Pontifici-
bus, in eorum Regulis, forſan brevitatis gratia
fuerit omiſſum, ex eo tamen colligitur, qualis
fuerit ratio, & finis Regulæ, nempe evitare
fraudes, & viam ambitioni inhiantium Beneficiis,

quorum vacatio ignoratur, præcludere, *Gomeſ.*
in præfat. in hanc Regul. Rebuff. ibidem verſic.
Ratio ſolebat, Van Eſpen. in Jus Eccleſ. univer-
ſal. purt. 2. tit. 23. cap. 7. num. 7. Faber in Codice
definition. 8. ibique Scopp. Explanat. 8. num. 2. Pe-
leus in Comm. Anulytic. ad Regulum Cancellariæ
cap. 33. §. Mens, & ratio, Louet ſuper huc Re-
gul. num. 5. Rot. deciſ. 238. num. 1. & deciſ. 246.
num. 1. libr. 3. coram Puteo.
Geminæ aliæ perpenduntur a Doctoribus Re-
gulæ rationes, altera, quod per eam tollitur vo- 11
tum captandæ mortis Beneficiarii, quem veriſimi-
liter non conſtat viam univerſæ carnis tempore
impetrationis Beneficii ingreſſum adhuc fuiſſe,
Rip. in cap. 2. in fine, de Reſcript. Rebuff. in
Concord. Francia in Proœm. verb. Facti pag. mihi
16. *colum. 2. Peleus dict. cap. 33. §. Mens, & ra-*
tio, Bengeus, & Pinſon. de Beneſic. pag. mihi 391.
num. 36. Gregor. Tholoſan. Syntugm. Jur. purt. 2.
lib. 17. cap. 12. num. 3. Gonzul. in Reg. 8. §. 5.
Proœm. num. 123. Rot. deciſ. 272. num. 1. lib. 2.
coram Puteo. Altera vero, quod expiſcantes Be- 12
neficia, antequam eorum vacationis notitia ha-
beatur, decipiunt Papam, ejuſque Officiales,
ita ſupplantando alios Concurrentes magis dignos,
probabiliter præferendos, qui ſincere notitiam va-
cationis expectare voluerunt. Et hanc rationem
probabiliorem exiſtimat *Card. de Luc. de Jurepatr.*
diſcurſ. 71. num. 15. Gonzalez loco mox laudato,
Amayden. de Styl. Datar. cap. 31. num. 12. ubi,
quod nulla Cancellariæ Regula eſt magis neceſſa-
ria ad tollendas fraudes, quam iſta, *Rot. deciſ. 272.*
num. 1. corum Penia lib. 2.
Atque ex hiſce rationibus, quæ bonos mores
reſpiciunt, viam fraudibus, ac ambitioni præclu-
dunt, ac votum captandæ alienæ mortis adimunt,
Regulam eſſe favorabilem, & late interpretan- 13
dam, fatentur *Gomeſ. in hunc Regulam in præfat.*
verſus finem, & quæſt. 1. Sot. ibidem num. 4. Pu-
ſtor. de Beneſic. lib. 3. tit. 2. num. 5. Van Eſpen. in
Jus Eccleſ. univerſal. tom. 2. part. 2. tit. 23. cap. 6.
num. 1. 5. Franciſc. Marc. deciſ. Purlam. Delphinal.
quæſtion. 449. num. 3.
Regulam hanc, primo editam fuiſſe a *Benedi-*
cto XII. ait *Puſtor. de Beneſic. dict. tit. 2. num. 4.* 14
Tyerri eodem Tract. ſect. 26. pag. 296. Sed *Joan-*
nem XXIII. in illius Auctorem agnoſcit *Gomeſ.* 15
in præfat. in hanc Regul. quem ſequuntur *Rebuff.*
ibidem gloſſ. 1. num. 3. Peleus in Comment. in Re-
gul. Cancellur. cap. 33. in princip. Gregor. Tholo-
ſan. Syntagm. Jurium part. 2. lib. 17. cap. 12. num.
3. *Bouchel. in Biblioth. Canoniq. verb. de Veriſimi-*
li Notitia pag. mihi 648. §. Cette Regle. Et quam-
vis Regula præfata inſerta non legatur inter Re-
gulas per eundem Pontificem publicatas in Civi-
tate Boroniæ *die 19. Julii* 1410. & impreſſaa
penes *Hermannum Wonderhartd. in Hiſtor. Concil.*
Conſtant. tom. 1. purt. 2. pag. 954. id ex eo eve-
nit, quia Regulam hanc edidit anno 1414. ſui 16
Pontificatus quarto, ut ait *Gomeſ. loc. citat.* Ve-
rum Nos eam primo legimus inter Regulas *Mar-* 17
tini V. Conſtantiæ, altero poſt electionem die,
nempe 12. *Novembris* 1417. conditas, & inibi
publicatas *die 26. Februarii* 1418. ut apud *Won-*
derhartd pag. 966. a tergo.
Eſt hæc Regula de *Veroſimili notitia* una ex 18
receptis in Gallia. Fuit enim regiſtrata in Parla-
mento Pariſienſi *anno* 1492. & affecta Lex Regni,
Rebuff. in Prax. in hanc Regulam gloſſ. 1. num.
2. *Peleus dict. cap. 33. §. Lex Regni pag. 99. Huſ-*
ſon Charleteau in libro cui titulus *Abregé des Ma-*
tiéres Beneſicial. pag. mihi 106. *Bouchel in Biblioth.*

Canoniq. verb. de Veroſimili notit. Gregor. Tholoſ.
Syntagm. Jur. part. 2. lib. 17. cap. 12. num. 3.
Amayden. de Styl. Datar. lib. 1. cap. 31. num. 1.
Van Eſpen. dict. cap. 7. num. 9. Caſabut. in Theor.
Jur. Canon. lib. 2. cap. 20. num. 23. Et, ne Re-
gulæ fraus ulla fieret, cautum fuit Edicto *Fran-*
ciſci I. Regis Chriſtianiſſimi anno 1539. publica-
to, ut in Eccleſiæ Tabulario conſcribatur dies
defuncti Beneficiarii, cui ſubſcribat Parochus,
aliuſve Superior Eccleſiæ, nec non publicus No-
tarius, indicta pœna corporis afflictiva ipſius
Beneficiarii hæredibus, ſi Eccleſiæ ſincere non
ſignificent diem, ac horam obitus. De quo Edi-
cto meminimus etiam in *Comment. in Regul. XIX.*
illudque paſſim referunt Doctores Galli præſertim
Cabaſſut. loco cit. Paſtor. de Benefic. part. 3. tit. 2.
num. 6. & ibi Solier. Louet. in hanc Regul. litt. R.

Tempus autem veroſimilis notitiæ currere inci-
20 pit a die obitus, ſive a momento illo, quo de-
ceſſit ultimus Beneficii poſſeſſor, nec attenditur
falſus rumor mortis, ſed veritas ipſa, *Rebuff.*
in Prax. in hanc Regul. gloſſ. 4. verſic. Secundus,
& gloſſ. 7. in princip. Loüet ibidem num. 21. Pa-
pon. lib. 3. tit. 4. Arreſt. 4. Paſtor. de Benef. lib.
3. tit. 2. num. 5. Quod ſi mors fuerit occulta,
21 tempus computabitur a die, quo revelata, & ma-
nifeſta reddita fuit, quia ante tempus illud, ceſſat
veroſimilis notitia, *Peleus dict. cap. 33. pag. mihi*
102. a tergo §. Demitur, Papon. dict. Arreſt. 4.
& tit. 10. Arreſt. 1. Gregor. Tholoſan. Syntagm. Jur.
part. 2. lib. 17. cap. 12. num. 10. Tondut. Reſolut.
Beneficial. part. 3. cap. 170. num. 24. Scopp. ad Cod.
Fabr. Explanat. 8. num. 9.

Sed, an diſpoſitio Regulæ locum ſibi vindicet
22 in Proviſionibus Beneficiorum expletis ab Ordi-
nariis ante veroſimilem notitiam obitus Beneficia-
riorum? *Negative* reſpondent *Bertrand. conſil. 128.*
tom. 1. Garc. de Benefic. part. 5. cap. 1. num. 47. &
49. Mandoſ. hic quæſt. 1. a num. 2. Rot. deciſ. 30.
de Præbend. coram Mohedan. Duplici innixi ra-
tioni; Alteri, quod Regula eſt a jure communi
23 exorbitans, ut dictum eſt ſupra. Alteri vero,
quod illius verba ſolum conveniunt proviſionibus
faciendis per Papam, non autem per Ordinarios,
ibi -- *In antea fecerit* (id eſt ipſe Papa) & ibi --
Notitiam Sanctiſſimi Domini Noſtri &c. & ulte-
rius, quia loquitur de Beneficiis, etiam Regu-
laribus, quæ ad Ordinariorum ſecularium collatio-
nem non ſpectant. Proindeque, ſi verba Regulæ
non adaptantur Proviſionibus Beneficiorum ab
Ordinariis explendis, nec ipſi adaptari poteſt ejuſ-
dem Regulæ diſpoſitio, ad *Text. in leg. Nos accu-*
ſare §. Omnibus ff. de Accuſat.

Verum, etſi in hac quæſtione nil certi firma-
re voluerit *Rota deciſ. 344. num. 8. part. 5. Re-*
24 *centior.* magis tamen communis, & recepta opi-
nio eſt, quod Regula, ſi non in litera, in ſpiritu
ſaltem comprehendat Beneficiorum proviſiones fa-
ctas ab Ordinariis ante veroſimilem notitiam obi-
tus Beneficiariorum. Licet enim Regula ſit a jure
communi exorbitans, jus tamen expreſſum non
habemus, quod contrarium ejus diſpoſitioni de-
25 cernat. Cumque emanaverit ad occurrendum frau-
dibus, & ſemitam ambitioni, ac voto captandæ
mortis præcludendam, reſpiciatque Animarum
favorem, æquum eſt, ut latam recipiat interpre-
tationem, comprehendatque etiam Collationes
Beneficiorum, quas Ordinarii ante veroſimilem
notitiam eorum vacationis præpropere explent,
Sot. hic num. 3. & ſeqq. Gomeſ. ibid. quæſt. 1. per
tot. Van Eſpen. in Jus Eccleſ. univerſ. tom. 2.
part. 2. tit. 23. cap. 7. num. 16. Renat. Choppin.
de Sacr. Polit. cap. 3. num. 16. Tondut. reſolut. Be-
neficial. part. 2. cap. 3. §. 6. num. 8. & part. 3. cap.
170 num. 17. Bouchel. in Biblioth. Canon. tom. 2.
verb. de Veroſimil. Notit. §. En quatriême lieu, Ben-
geus, & Pinſon. de Benefic. pag. mihi 391. num.
37. Franciſc. Marc. deciſ. Parlam. Delphinal. quæſt.
494. num. 29. & quæſt. 381. per tot. Peleus in Com-
ment. in Regul. Cancell. cap. 33. pag. mihi 98. Loüet
in hanc Regulam num. 5. Rebuff. in Prax. in ean-
dem gloſſ. 5. & 9. & in addit. verſic. In antea
fecerit, & in Concord. Franc. in Proœm. verb. Fa-
cti pag. 16. colum. 2. Paſtor. de Benefic. lib. 3. tit.
2. num. 4. & in nov. Notit. addit. ad dict. num.
4. Tyrri eodem tract. ſect. 26. pag. 269. Scopp. ad
Cod. Fabr. lib. 1. tit. 2. explanat. 8. num. 2. Cabaſſut.
in Prax. Jur. Canon. lib. 2. cap. 20. num. 23. Ricc.
Collect. 3397. circa med. part. 8. Ac ita in *Rota* fuiſſe
judicatum *die 22. Januarii, & 12. Junii 1549. in*
una Barchinonen. Præpoſituræ coram Novato, teſta-
tur *Bell. conſil. 147. num. 7.* Et in Senatu Pariſienſi
Papon. lib. 3. tit. 4. Arreſt 6. Et in Senatu Tholo-
ſano *Gregor. Tholoſan. Syntagm. Jur. part. 2. libr.*
17. cap. 12. num. 4. Et in Senatu Pedemontano
Faber in Codic. lib. 1. tit. 2. deffinit. 8.

Idem jus ex eodem ſpiritu Regulæ conſtituen- 26
dum eſt quoad proviſiones Beneficiorum a Lega-
to Summi Pontificis ante veroſimilem eorum va-
cationis notitiam, reportatas, ut nullæ ſcilicet,
& irritæ ſint. Hac inſuper addita ratione, quod
non cenſetur Pontifex Legato ſuo conferendi Be- 27
neficia poteſtatem aliter indulſiſſe, quam eo mo-
do, quo ipſe collationem eſſet expleturus, poſt-
quam videlicet ad ejus notitiam Beneficiariorum
obitus veroſimiliter pervenire poſſet, argumento
Text. in leg. Univerſorum ff. de Pignoratit. act.
ut proſequuntur mox laudati Doctores, & præ-
cipue *Scopp ad Cod. Fabr. dict. explanat. 8. num. 3.*
Franciſc. Marc. dict. quæſt. 381. & quæſt. 494. num.
29. & ſeqq. & quæſt. 1000. Papon. adnot. ad dict.
Arreſt. 6. Charond. lib. 1. Reſponſ. artic. 15 Gre-
gor Tholoſ. dict cap. 12. ſub n. 4. Ricc. collect. 3397.
in fine, Tondut. Reſolut. Benefic. part. 2. cap. 170.
num. 18. Peleus dict. cap. 33. pag. 98. Van Eſpen.
dict. cap. 17. num. 16.

Sed, licet nulla ſit proviſio Beneficii ab Ordi-
nario expleta ante veroſimilem notitiam obitus
Beneficiarii, aliter tamen dicendum eſt, ſi aga-
tur de Beneficio, quod vacaturum Sede Apoſtolica 28
viduata Paſtore in Menſe, alias Sede plena re-
ſervato, fuerit ab Ordinario collatum ante habi-
tam veroſimilem notitiam obitus Pontificis; Suſti-
netur enim tali caſu proviſio non obſtante hac Re-
gula, quæ non extenditur de caſu ad caſum, in 29
quo non militat eadem ratio fraudis, nec voti cap-
tandæ mortis, *Gonzal. in Regul. 8. §. 5. Proœm.*
num. 122. & ſequentib. Tondut. Reſolut. Beneficial.
dict. cap. 170. num. 30. & 31.

Similiter locum ſibi vindicat cenſura Regulæ 30
in Gratia Proviſionis Beneficii *Motu proprio* a
Pontifice facta *Gomeſ. hic quæſt. 2. Kochier num. 15.*
Loüet num. 11. Rebuff. in Prax. in hanc Regul. gloſſ.
2. & 3. Peleus in Comment. in Regul. Cancellar.
cap. 33. §. Regula procedit pag. 99. Bouchel Bi-
blioth. Canon. tom. 2. Verb. de Veroſimili Notit. §.
La Regle, Van Eſpen, in Jus Eccleſ. univerſal. tom.
2. part. 2. tit. 23. cap. 7. num. 13. Tondut. Reſolut.
Beneficial. part. 3. cap. 170. num. 34. ubi ampliat
etiam, ſi conſtet de bona fide Proviſi, quia *Motus* 31
proprius non operatur in iis, in quibus Princeps
concedens non eſt bene informatus.

Rurſus procedit etiam in Commenda; Hæc 32
enim eſt titulus Canonicus, & juxta modernum ſty-
lum

lum parum, vel nihil differt a Proviſionibus in titu-
lum, *Gomeſ. hic quæſt. 4. Kochier num. 16. Man-*
33 *doſ. quæſt. 3.* ubi quid in Commendis temporalibus?
Rebuff. in Prax. in hanc Regulam gloſſ. 5. in fin.
& in additione verb. antea fuerit in fine, Peleus
dict. cap. 13. verſic. Regula habet pag. 99. Bouchel
loco cit. Caſſador. dec. 30. ſuper Regul. Cancellar.
Comprehendit quoque Regula Beneficia quæ-
34 cumque, ſive Secularia, ſive Regularia, ſive Cu-
rata, ſive non, ac inſuper Dignitates, & Officia
Eccleſiaſtica, quæ, licet in Regula non expriman-
tur, nihilo minus cum in ea ſermo habeatur de *qui-*
buſvis Beneficiis Eccleſiaſticis, horum appellatio-
ne veniunt Dignitates, & Officia; Potiſſimum,
quia agitur de materia ſavorabili, ipſiſque etiam
Proviſionibus Dignitatum, & Officiorum, ante
veroſimilem eorum vacationis notitiam, expletis,
applicabiles ſunt rationes Regulæ, *Kochier hic*
num. 9. Rebuff. in Prax. in eandem Regul. gloſſ. 3.
& in addit. verb. de Quibuſvis, Van Eſpen. dict.
cap. 7. num. 15. Bouchel loc. citat. §. la Regle,
Tondut. Reſolut. Beneſ. part. 3. cap. 170. num. 35.
Adeo autem nullæ ſunt Beneficiorum Proviſio-
nes expletæ ante veroſimilem notitiam obitus Be-
neficiarii, ut nec Proviſis ſuffragetur Regula de
35 Triennali; Hæc enim requirit titulum ſaltem co-
loratum, qui non producitur ex collatione facta
ante tempus veroſimilis Notitiæ vacationis Bene-
ficii, *Kochier in hanc Regulam num. 17. Rebuff.*
in Prax. in eandem gloſſ. 6. & in addit. verb. Nullius
roboris, Bouchel. Bibliotb. Canon. verb. de Vero-
ſimili Notit. pag. 658.
Ceterum, etſi Regula loquatur de Beneficiis
vacantibus per obitum naturalem, cujus notitia
veroſimiliter tempore Proviſionis haberi non po-
terat, adhuc illius diſpoſitionem comprehendere
etiam Beneficia vacantia per mortem civilem,
36 nempe per ingreſſum in Religionem, contractum
Matrimonii, aſſequutionem aliorum incompatibi-
lium, Privationem, depoſitionem &c. tradunt
nonnulli Doctores Galli, nempe *Rebuff. in hanc*
Regul. verb. Per obitum in fine, Loüet ibidem num.
64. & 65. Pinſon. lib. 3. tit. 4. Arreſt. 2. & tom.
3. Sur l'Edit des Coutroles, in Reflex. ad hanc
Regulam pag. mihi 33. num. 6. ubi, quod hæc
Quæſtio ſans problematica nunquam deciſa fuit,
Paſtor. de Beneſic. libr. 3. tit. 2. num. 4. ibique So-
lier. litt. A. Tyerri eodem Tractat. ſect. 26. pag. 269.
Cabaſut. in Prax. Jur. Canon. lib. 2. cap. 20.
num. 23.
37 Sed verior eſt, & in praxi recepta contraria
opinio, quod Regula ſolum infringat Proviſio-
nes Beneficiorum obtentas ante veroſimilem No-
titiam mortis naturalis Beneficiarii. Tum quia in
omnibus aliis vacationibus, quam per obitum,
auſertur votum captandæ mortis alterius. Tum
38 quia mors civilis non æquiparatur, nec venit ap-
pellatione mortis naturalis, niſi in caſibus a jure
expreſſis. Ita *Sot. hic num. 11. Kochier num. 22. &*
24. late *Mandoſ. quæſt. 7. Papon. lib. 3. tit. 4. num.*
2. Bouchel Bibliotb. Canoniq. verb. de Veroſimil.
Notit. §. La Regle, & §. La quatrième pag. mihi
656. Auctor nov. Addit. ad Paſtor. de Beneſic. lib.
3. tit. 2. ad num. 4.
Recepta itidem in foro eſt opinio, quod Re-
39 gula non comprehendit præſentationem Patroni,
quæ etiam ante veroſimilem Notitiam obitus Be-
neficiarii, expleta, rite ſuſtinetur, ſi revera Bene-
ficiarius ipſe tempore præſentationis mortuus erat,
& ſic Beneficium vacabat, ut ex pluribus ratio-
nibus, quas perpendunt, *Mandoſ in hanc Regul.*
quæſt. 8. Kochier ibidem num. 22. Gonzal. in Re-
gulam 8. §. 5. Proæm. num. 122. Tondut. reſol.
Beneſic. tom. 3. cap. 170. num. 21. & 22. Card. de
Luc. de Jurepatron. diſcurſ. 71. num. 16. Rub. Sin-
gul. tom. 1. circa Deciſ. Antonii Auguſtini Regul.
28. num. 4. pag. mihi 219. late *Rot. deciſ. 238. &*
249. coram Puteo lib. 1. & in Deciſionibus co-
ram eodem per Titulos diſtributis *ad Regul. de*
Veroſimil. deciſ. 3. pag. mihi 81. & deciſ. 30. in
princip. de Prabend. cor. Moledan.
Sententiam tamen hanc carpit *Pinſon. tom. 3. ſur* 40
l'Edit des Controles tit. Reflexion ſur la Regle de
Veroſimil. Notit. §. La huitième queſtion pag.
mihi 27. ubi inquit, quod opinio *Rotæ*, & *Man-*
doſii recipi non debet propter præſentati ambitio-
nem; & in margine hæc notat -- *Fallitur Man-*
doſius: Eadem ratio in præſentatione, quæ in col-
latione -- idemque repetit *pag. 33. §. 7.* ſubdens,
quod cum Regula utatur verbis *omnes Gratiæ*, 41
ſub illis comprehenduntur præſentatio, nomina-
tio, inſtitutio, & quælibet alia proviſio. Et fa-
vet opinioni *Pinſonii* Concilium Nationale *Lon-*
dinenſe celebratum anno 1268. ſub *Ottobono* Dia- 42
cono Cardinali Sedis Apoſtolicæ Legato, in quo
cum Sanctiſſimæ Conſtitutiones pro Eccleſiaſticæ
diſciplinæ reſtauratione conditæ fuerint, illa præ
ceteris *Canon. 10. & 11.* præſcripta legitur -- *Ne*
Patroni quemquam ad Eccleſias præſentent, niſi
probabilem habeant de illarum vacatione noti-
tiam. Prælatus autem, ad quem inſtitutio pertinet,
præſentatum non admittat, vel inſtituat, niſi de
morte Rectoris, vel Reſignatione, aut ceſſione om-
nino conſtet, ut apud *Natal. Alexand. in Hiſtor.*
Eccleſ. ſecul. 13. & 14. part. 1. cap. 6. art. pag. mi-
hi 716. Verum a priori Sententia recedendum non 43
eſt, cum re vera rationes illæ, quæ militant in
proviſione Beneficii facta ante veroſimilem Noti-
tiam obitus Beneficiarii locum ſibi non vindicent
in præſentatione, ut oſtendunt ſupra laudati Do-
ctores, & præſertim *Rot. in citat. deciſ. coram*
Puteo, & Nos mox dicemus. *Canones* vero 10.
& 11. Concilii *Londinenſis* ſalutare quidem exhi-
bent Patronis, & Epiſcopis conſilium, ne quem-
piam ad Beneficia præſentent, & reſpective inſti-
tuant, niſi de illorum vacatione iis certo conſtet,
ſed nec præſentationem a Patronis expletam, nec
Inſtitutionem præſentato ab Epiſcopo impertitam,
hujuſmodi non habita certitudine, & Beneficio
revera vacante, irritant, & infringunt.
Similiter non videtur, quod Regula locum ha-
bere poſſit in Gratia derogationis medietati Vo- 44
cum Patronalium, quam præſentatus ab alia me-
dietate, a Pontifice reportare ſolet: Proviſio enim,
quæ tali caſu fit a Dataria, non eſt voluntaria,
& pro illius libito, ſed neceſſaria, proindeque
non intrat ratio fraudis, vel ſupplantationis al-
terius compræſentati, ſed ſolum præjudicium Or-
dinarii, cui tollitur facultas gratificandi alterum
ex coæqualiter præſentatis. Et quemadmodum 45
Regula non procedit in præſentatione ad Benefi-
cia de Jurepatronatus ex motivo ceſſantis ratio-
nis, cui ipſa innititur, ita nec procedere debet in
Gratia derogationis medietati Vocum, quæ vide- 46
tur actus diligentiæ abſque indagine majoris, vel
minoris benemerentiæ, cum indefinite detur cui-
cumque petenti, ut ratiocinatur *Card. de Luc. de*
Jurepatr. diſc. 71. num. 17.
At ratiocinium iſtud neglectum fuit a Rota in
Cauſa *Piſtorien. Beneficii*, in qua laudatus Au- 47
ctor ſcripſit, ut ex *deciſ. coram Emerix Jun.* con-
firmata 23. *Martii* 1672. *coram Taya.* Et merito,
cum vere tali caſu intret fraus, quæ committitur,
ſi non reſpectu Ordinarii, ſaltem reſpectu alte-

rius coæqualiter præſentati, cui nulla imputari
poteſt oegligentia, ſi notitiam obitus Beneficia-
rii veroſimiliter habere non potuit. Et licet Pro-
48 viſio non ſit voluntaria, nihilo minus certum eſt,
quod collatio, quam explet Papa cum derogatio-
ne medietati Vocum, & gratificatio, quam elar-
giıur favore potius unius, quam alterius ex præ-
ſentatis, Gratia eſt, & vocatur *Gratia pra præ-
ſentato*, unde ſubjacet diſpoſitioni Regulæ, quæ
omnes Gratias comprehendit, *Rebuff. in Prax. ad
hanc Regul. gloſſ. 2. num. 1. & in addit. verſie. Quod
omnes Gratia.*

Nec ſubſiſtit paritas inter præſentationem, &
49 Gratiam pro præſentato. Plures enim inter utrum-
que caſum vigent diſcriminis rationes. Præſenta-
tio enim non tribuit, niſi jus *ad rem*, Gratia
vero pro præſentato jus *in re*, & de hujuſmo-
di Gratiis jus *in re* tribuentibus loquitur Regu-
la, *Tondut. reſolut. Beneſic. dict. quaſtion.* 170.
50 *num.* 21. Secundo præſentatio non eſt Gratia *Man-
doſ. in hanc Regulam quaſt.* 8. At proviſio Bene-
ficii, quam explet Papa favore præſentati a me-
dietate Patroootum cum derogatione alteri medie-
tati Vocum, Gratia eſt, nuncupaturque, ut di-
51 ximus *Gratia pro præſentato.* Inſuper in præſen-
tatione ceſſat nedum ratio ambitionis, ſed etiam
Voti captandæ mortis Beneficiarii, ex quo Pa-
tronus non ad propriam, ſed alterius, præſentati
nempe utilitatem, præſentat, & præſentando nul-
lum acquirit, ſed antiquum jus conſervat. At in
Gratia pro præſentata, præſentatus ipſe compa-
ret, ſupplicat pro inſtitutione, & novum jus ac-
quirere intendit, *Tondut. dicta quaſt.* 170. *num.*
21. *Rot. dict. deciſ.* 338. *lib.* 1. *coram Puteo.* Et de-
52 mum in præſeotatione non conſideratur præven-
tio, quia Patroni non ſolent præveniri per Pa-
pam, ſed in *Gratia pro præſentata* intrat ratio
præventionis reſpectu alterius coæqualiter præ-
ſentati, in cujus ſupplantationem ob non adhuc
habitam veroſimilem Notitiam vacationis Benefi-
cii, illius proviſio reportatur, *Tondut. & Puteus
ubi ſupra.*

Illud quoque inter Doctores olim receptum
53 erat, quod Regula non afficeret Proviſum de Be-
neficio ex Cauſa reſignationis cum clauſula, *ſive
præmiſſo, ſive quovis alio modo &c.* ſi Beneficium
conſenſu non adhuc Reſignationi præſtito per Re-
ſignantem, vacaſſet per illius obitum, antequam
de eo veroſimilis Notitia haberi valuiſſet; Provi-
ſio enim hoc caſu ſuum validum ſortiri poterat
effectum vigore ſupra dictæ clauſulæ comprehen-
dentis etiam vacationem per obitum; Niſi Reſi-
gnans deceſſiſſet poſt revccatum re integra con-
ſenſum, quo caſu, cum nulla eſſet Gratia Reſi-
gnationis, clauſulæ in ea contentæ nullius rema-
nerent efficaciæ, & operationis, *Cravet. conſil.*
88. *num.* 9. *Gomeſ. in hanc Regul. num.* 54. *Loüet
ibidem num.* 36. *& Mandoſ. quaſt.* 2. *per tot. Pa-
pon. lib.* 3. *tit.* 4. *Arreſt.* 2. *Paſtor. de Beneſic. lib.* 3.
tit. 2. *num.* 7. *ibique Solier litt. D. Tondut. reſolut.
Beneſic. part.* 2. *cap.* 3. *§.* 6. *num.* 9. *Gregor. Tholoſan.
Syntagm. Jur. part.* 2. *lib.* 17. *cap.* 12. *Bouchel Bi-
bliotb. Canon. tom.* 2. *verb. de Veraſimil. Notit. §.
54 Par Arreſt.* Verum hodie aliter ſe res habet, dum
ex notorio ſtylo Cancellariæ in omnibus Literis
Reſignationum ad favorem, poſt clauſulam, *ſive
præmiſſo, ſive alio quovis modo* apponuntur ver-
ba, *non tamen per obitum vacet &c.* & de hoc
ſtylo præ ceteris teſtatur *Corrad. in Prax. Beneſic.
lib.* 5. *cap.* 1. *ſub num.* 55. *& ſeqq.*

Ut etiam locum ſibi non vindicat diſpoſitio Re-
55 gulæ in proviſione Beneficiorum jure devoluto,
nam, ſi vix elapſo tempore Patronis ad præſen-
tandum, vel Ordinariis ad conferendum a lege
præfixum, Pontifex jure præfato de Beneficio
diſponat, Proviſio rite ſuſtinetur. Ceſſant enim
hoc caſu rationes Regulæ, oam juſte potuit Pro-
viſus jure devoluto ſibi providere infra quatuor,
aut ſex menſes, ut iter pararet, & poſtea impe-
traret, *Rebuff. in Prax. in hanc Regul. gloſſ.* 51. *in
fine, Blondeau in Biblioth. Canon. verb. de Veri-
ſimil. Notit. §. Ex. quatriéme.*

Minuſque procedit in proviſione Beneficiorum,
quæ fieri ſolent per Reges Galliæ jure prætenſæ 56
Regaliæ. *Huſſon Charleteau in lib. cui tit. Abregé
des Matiéres Beneficial. pag. mihi* 107. *Charond.
lib.* 1. *Reſponſ. cap.* 5. *Salier ad Paſtor. de Beneſic.
lib.* 3. *tit.* 2. *litt. B. Tondut. Reſolut. Beneſic. dict.
quaſt.* 170. *num.* 19. *& ſeqq.* ubi declarat *Papon.
lib.* 3. *tit.* 4. *Arreſt.* 1. *in addit.*

Et demum, cum Regulæ diſpoſitio ſolum pro-
cedat in Beneficiis, & materiis Eccleſiaſticis, 57
hinc locum non habet in Gratia delinquenti præ-
mature facta, antequam Princeps veroſimilem
Notitiam delicti haberet, *Rebuff. in Prax in hanc
Regul. gloſſ.* 2. *num.* 3. *& in addit. ad eandem §.
Requiritur ergo.* Et ex eadem ratione non com- 58
prehendit Beneficia temporalia, & Officia Re-
gia, unde non ex hoc, quod fuerit a Principe
impetratum Officium ſeculare ante veroſimilem
Notitiam obitus illius Poſſeſſoris, impetratio erit
nulla, ut ait *Rebuff. in Prax. in hanc Regul. gloſſ.*
3. *§. Tertio*, ubi refert Arreſtum Curiæ Pariſien-
ſis; Subdit tamen, non eſſe malum, quod diſpo- 59
ſitio Regulæ ſervetur etiam in Officiis Regiis pro-
pter magnas ambitiones currentium ante tempus,
qui alienæ morti inhiare videntur, *& in addit. ad
eandem Regul. §. Et ſic non habet locum.*

Ceterum, cum Gratia Proviſionis Beneficii
præſumatur valida, & legitimo tempore facta;
Hinc, qui ſe fundat in diſpoſitione Regulæ, ob- 60
ſtringitur tanquam ſuæ intentionis fundamentum
demonſtrare, quod non effluxerit tantum tem-
pus, ut Beneficiarii obitus ad veroſimilem Noti-
tiam Pontificis, aut inferioris Collatoris perve-
nire valuerit, quemadmodum, reprobata opinio-
ne *Gomeſii* autumantis veroſimilem Notitiam pro-
bandam eſſe a Proviſo, quando huic Regulæ non 61
fuit derogatum, communiter firmant *Rebuff. in
Prax. ad hanc Regul. gloſſ.* 8. *Mandoſ. ibidem quaſt.*
9. *& Kochier num.* 23. *Garc. de Beneſic. part.* 5.
cap. 1. *num.* 45. *Rubeus Singular. Rot. part.* 3.
pag. 223. *§.* 16. *Card. de Luc. de Jurepatr. diſ-
curſ.* 71. *num.* 8. *Rot. deciſ.* 423. *num.* 3. *coram
Puteo deciſ.* 52. *num.* 2. *cor. Emerix*, confirmata
23. *Martii* 1672. *in princip. coram Taya, & in
Mediolanen. Prioratus* 11. *Junii* 1728. *§. Conſta-
bilita cor. R. P. D. Cornelio.*

Judicis vero arbitrio remittitur, an obitus Be-
neficiarii Notitia ſit veroſimilis, nec ne, perpen- 62
ſo ſpatio itineris a loco, ubi mortuus eſt, ad
locum, ubi expleta fuit collatio; itidemque con-
ſiderato tempore æſtivo, vel hyemali, qualita-
te, & opulentia Proviſi, & an in loco detur fa-
cultas currendi mutatis, ſeu citatis Equis, *Sot. in
hanc regul. n.* 14. *& ibid. Gomeſ. quaſt.* 5. *Kochier
num.* 24. *Mandoſ. quaſtion.* 4. *num.* 7. *Menoch. de
Arbitr. caſ.* 106. *Paſtor. de Beneſic. lib.* 3. *tit.* 2. *ſub
num.* 4. *Gregor. Tholoſan. Syntagm. Jur. part.* 2. *lib.*
17. *cap.* 12. *num.* 5. *& 6. Van Eſpen. in Jus Ec-
cleſ. univerſal. tom.* 2. *part.* 2. *tit.* 23. *cap.* 7. *num.*
12. *§. Antiquus, Tondut. dict. cap.* 170. *num* 28.
ubi, quod itineris computatio fieri debet non a fine 63
Diœceſis, ut exiſtimat *Menoch.* ſed a loco obitus

Benefi-

Beneficiarii, Rat. deciſ. 285. num. 5. part. 18.
Recent. & in Piſtorien. Beneficii 23. Martii 1672.
§. Ita ut cor. Taya.
Nec conſtituenda eſt differentia inter iter ma-
64 ritimum, & terreſtre, nam quoquo modo vero-
ſimiliter pervenire poteſt notitia obitus Beneficia-
rii, ea ſemper attendi debet pro ſuſtioenda va-
liditate collationis Beneficii, Gameſius dict. quæ-
ſtion. 5. in fine, & in addit. ad eandem Regul.
pariter in fine, Mandoſ. dict. quæſtion. 4. num. 6.
verſic. Et ſi per Marc, Kochier in fine Regul.
Bouchel in Biblioth. Canon. tom. 2. verb. de Vero-
ſim. Not. pag 657. §. D'ailleurs, Gregor. Tholoſan.
dict. cap. 12. num. 8. in fine, Card. de Luc. de Ju-
65 repatr. diſcurſ. 71. num. 11. ubi, quod Notitia
ab Hiſpaniis ad Urbem, ſex dierum ſpatio per
iter maritimum pervenire valuerit, & de eodem
temporis ſpatio, Rot. deciſ. 313. ſub num. 24. part.
11. Recent. ubi allegatur Deciſio in Derthuſen. Be-
neficii apud Gomeſ. in hanc Regul. dict. quæſt. 5.
66 ubi de itinere a Civitate Barchinonen. ad Ur-
bem in octo, vel novem diebus, & in Romana
Aſſecurationis 23. Maii 1633. §. Quibus non ob-
ſtat, coram Pauzirola.
Quemadmodum neceſſe non eſt ad effectum
Regulæ, quod notitia obitus Beneficiarii habea-
tur per Tabellarios ordinarios, ſed admittitur
67 etiam probatio per Curſores, quorum depoſi-
tioni, quod iter intra tantum tempus expleri poſ-
68 ſit, tanquam de re ad eorum officium ſpectan-
te, plena fides adhibenda venit, Rebuff. in Prax.
ad hanc Regul. Gloſſ. 1. & ibidem Mandoſ. dicta
quæſt. 4. num. 4. Sarnen. quæſt. 5. Lovett. num.
28. & in Regul. de Infirm. Reſignan. num. 139.
Card. de Luca de Jurepatr. diſc. 71. num. 9. Gregor.
Tholoſan. Syntagm. Jur. part. 2. lib. 17. cap. 14. ſub
69 num. 8. & ibi Gloſſ. litt. I. ubi refert exempla de
nonnullorum mira, & incredibili celeritate in
currendo, Scop. in Cod. Fabr. explanat. 8. Peleus
in Commentar. Analyt. in Regul. Cancell. cap. 33.
pag. 100. §. Inveriſimilitudo, Rota in Mediola-
nen. Prioratus 10. Junii 1728. §. Talis, cor. R.
P. D. Cornelio.
Hinc a Civitate Ameriæ poteſt haberi notitia
70 obitus in Urbe eadem die, quia parum Civitas
præfata diſtat a Civitate Narniæ, ubi ſunt Poſtæ,
& Equi diſpoſiti, Mandoſ. dict. quæſt. 4. num. 7.
71 ubi etiam a Civitate Sutarum ſpatio unius diei.
Necnon a Civitate Piſtorii ſpatio decem & ſep-
72 tem, aut decem & octo horarum, Rota in Pi-
ſtorien. cor. Emerix deciſ. 52. confirmata 23. Mar-
tii 1672. coram Taya. Et a Civitate Valentiæ in
73 Hiſpaniis ad Urbem, Curſorem ſex diebus per-
veniſſe, ſuo tempore probatum fuiſſe teſtatur Sot.
in hanc Regul. n. 13. Quemadmodum a Leodia
74 Romam ſpatio novem dierum; Tholoſa ſeptem:
Lutetia ſex: & a Lugduno quinque, tradunt
Kochier. in hanc Regul. ſub num. 24. Rebuff. ibi-
dem Gloſſ. 1. num. 5. Tondut. dict. cap. 170. num.
29. ubi a Leodio decem, a Pariſiis ſeptem diebus,
75 poſſe Romam notitiam pervenire, Peleus dicto
cap. 33. pag. 103. §. Dies ſeptem, ubi pariter de
Curſoribus, qui ſeptem dierum ſpatio a Pariſiis,
76 Romam pervenire poſſunt. Et a Civitate Medio-
lani, etiam hyemali tempore, poſſe intra ſexa-
ginta horarum ſpatium ad Urbem veroſimiliter
notitiam pervenire, dixit Rota in Mediolanen.
Prioratus 10. Junii 1728. §. Talis, cor. R. P.
D. Cornelio. Et ab Hydrunto Romam quinto die
77 Catonem pedeſtri itinere perveniſſe, & ante lucem
ingreſſum Urbem, ſcribunt Livius lib. 36. num.
21. & Plutarch. in Catone Majori.

Illud tamen in hac materia præcipue obſervan-
dum eſt, neceſſarium non eſſe, quod præciſe
Beneficiarii obitus intra veroſimile tempus cum 78
effectu devenerit ad notitiam Collatoris, ſed
exuberare poſſibilitatem, quod devenire potuerit,
quia Regula non conſiderat quod eſt, ſed quod
potuit eſſe, Gomeſ. in hanc Regulam quæſt. 5. per
tot. Card. de Luca de Jurepatr. diſc 71. num. 8.
ubi, quod ille, qui de Regula opponit, proba-
re debet veroſimilitudinem, nedum per proba- 79
tionem actualem, ſed etiam habitualem, quod
ſcilicet notitia non pervenerit, nec pervenire po-
tuerit, Garc. de Beneficiis part. 5. cap. 1. num.
46. Rot. cor. Puteo deciſ. 427. lib. 3. & cor. Eme-
rix deciſ. 52. num. 2. & in Mediolanen. Priora-
tus 11. Junii 1728. §. Conſtabilita, cor. R. P. D.
Cornelia.
Hinc, cum in Civitate Piſtorii vacaſſet Bene-
ficium die 15. Junii inter horam nonam, & de-
cimam, & eadem die fuiſſet a Papa ſignata Sup-
plicatio illius proviſionis favore Julii Panciatici,
Rota in laudatis Deciſionibus Piſtorien. Beneficii,
cor. Emerix, & Taya, reſolvit, non obſtare hanc
Regulam, quia a momento mortis Beneficiati,
uſque ad mediam noctem diei, prout in hac ma-
teria dies computandus eſt, L. g. More Romano 80
ff. de Feriis, tantum tempus interceſſerat, ut ad
notitiam Pontificis devenire potuerit. Nec obſta-
re ait, Card. de Luca in eadem Cauſa ſcribens
dict. diſc. 71. n. 12. quod de ſtylo Supplicationes
ſignari ſoleant per Papam de mane, quia, licet
talis ſit ſtylus, impoſſibile tamen non eſt, quod
Papa potuerit hora inſolita Supplicationem illam 81
ſignare, quæ poſſibilitas ſufficit ad excludendum
delictum, & cenſuram Regulæ. Maxime quia
in eo caſu agebatur de Gratia proviſionis Bene-
ficii cum derogatione medietati vocum Patrona-
lium, in quibus terminis adnotari ſolet præciſum
momentum comparitionis coram Datariæ Officiali
deputato, & proinde incongruum non erat, ut
adnotata per Officialem hora comparationis in
ipſa die 15. Junii, ſub eadem Data de mane
diei ſequentis Supplicatio ſignata fuerit, atten-
dendo tempus petitionis.
Ex his inſubſiſtens dignoſcitur aſſertio Tondut.
Reſolut. Benef. part. 3. cap. 170. num. 28. exiſti- 82
mantis, probandam eſſe Curſoris in individuo di-
ligentiam, quod nempe Curſor eodem die obitus
Beneficiati a loco mortis profectus fuerit, & ve-
re in loco Collationis Beneficii, eodem etiam die,
quo collatio expleta eſt, præſens fuerit. Hanc
enim probationem neceſſariam non eſſe, firma- 83
vit præ ceteris Rota in dicta Mediolanen. Prio-
ratus cor. R. P. D. Cornelia, in cujus themate,
etſi probatum fuiſſet nullum Curſorem die obi-
tus Beneficiarii ſequuti in Civitate Mediolani,
& duobus ſequentibus e Civitate ipſa diſceſſiſſe,
adhuc quia a dicto die uſque ad tempus Colla-
tionis tantum temporis effluxerat, quod notitia
ad Urbem veroſimiliter devenire potuerat, ex hoc
ſolum deciſum fuit pro validitate Gratiæ, quia
Regula nec præciſam delationem notitiæ, nec 84
modum illam deferendi requirit, ſed exigit ſo-
lum decurſum tanti temporis, intra quod notitia
pervenire valeat ad Collatorem, nec quærendum,
an, & quomodo notitia ad locum Collationis fue-
rit delata, ut ratiocinatur Rota in dicta Mediola-
nen. Prioratus §. finali, cor. R. P. D. Cornelio, &
11. Februarii 1729. §. finali, cor. Reverendiſſimo
Calcagnino.
An autem huic Regulæ poſſit Papa derogare,
affirmant Gomeſ. in hanc Regul. quæſt. 4. & ibidem 85

Kochier. num. 18. *& Mandoſ. quæſt.* 5. *Bertrand. conſ.* 292. *num.* 7. *Amayd. de Styl. Datar. lib.* 1. *cap.* 31. *num.* 14. *Tondut. dicta quæſt.* 170. *num.* 26. Licet id fieri non ſoleat, niſi ex magna cauſa, & favore Perſonarum, quæ ſint de Apoſtoli-
86 ca Sede bene meritæ. In Gallia tamen non admittitur derogatio huic Regulæ, ſive ex quo publicam reſpicit utilitatem, ſive quia, ut diximus, effecta fuit Lex Regni, cui proinde Papa derogare nequit, *Benedictus in cap. Raynutius, verb. Si abſque, num.* 42. *de Teſtam. Rebuff. in prax. in hanc Regul. Gloſſ.* 1. *num.* 1. *&* 2. *Loüet ibid. n.* 6. *Peleus dict. cap.* 33. *pag.* 103. *a tergo §. Non poteſt Papa, Gregor. Tholoſan. Syntagm. Jur. part.* 2. *lib.* 17. *cap.* 12. *ſub num.* 3. *Bengæus, & Pinſon de Beneſ. pag. mihi* 391. *num.*
17. ubi aliam reddunt rationem, quia nempe hæc 87
Regula effluxit ex fonte Juris naturalis, quod ubique ſervari debet, *Tyerri eod. Tract. Section.* 26. *pag.* 270. *§. Sed poteſt, Tondut. dicto cap.* 170. *nu.* 27. *Paſtor. de Beneſic. libr.* 2. *tit.* 2. *n.* 1. *Papon. lib.* 3. *tit.* 4. *Arreſt.* 1. *&* 5. *Amayden. de Styl. Datar. lib.* 1. *cap.* 31. *n.* 12. *Bouchel. Biblioth. Canon. tom.* 2. *verb. de Veriſimil. Notit. pag.* 656. *§. Cette Regle.*

R E G U L A XXXI.

Non valeant Commiſſiones Cauſarum, niſi Literis expeditis.

ITem quod omnes, & ſingulæ Commiſſiones Cauſarum, quas in antea fieri contigerit, obtentu, vel occaſione Conceſſionum dumtaxat Apoſtolicarum, de Beneficiis Eccleſiaſticis Gratiarum, ſuper quibus Literæ Apoſtolicæ confectæ non fuerint, ac Proceſſus deſuper habendi nullius ſint roboris, vel momenti.

A R G U M E N T U M.

NUllius roboris, & momenti declarat Regula Cauſarum Commiſſiones, Proceſſuſque deſuper habendos ſuper Gratiis Beneficiorum, earum Literis non expeditis, & aſſignantur rationes hujuſce diſpoſitionis, quæ nedum Collitigantium, verum & Sedis Apoſtolicæ, Ordinariorum, ac Patronorum favorem reſpicit. Priſcis temporibus Regulæ ſub certis præſcriptis clauſulis derogari conſueverat, ſed non amplius derogationem hanc indulgeri, mandavit ſan. mem. *Innocentius XII.* Litteris Apoſtolicis non expeditis, lis non dicitur juſtificata nec pro exequutione Gratiæ *Si neutri*, nec pro ſubrogatione in juribus defuncti Collitigantis obtinenda, quamvis defunctus ipſe comparuiſſet, & judicium inſtruxiſſet, nec pro interrumpenda poſſeſſione Triennali; & facta in Commiſſione derogatione Regulæ cum clauſula -- *dummodo intra terminum ad articulandum Literæ expediantur* --, ſi Actor differat terminum præfatum ſervare, & interim Reus efficiatur Triennalis poſſeſſor, obſtabit cenſura Regulæ, quemadmodum obſtat petenti revocationem Attentatorum, Literis non expeditis. Regulæ diſpoſitioni, ut ſatisfactum ſit, neceſſe non eſt, quod Literæ producantur; ſed ſufficit, quod expeditæ fuerint tempore Commiſſionis, & quid ſi expediantur poſt duos, aut tres dies a Commiſſione obtenta? Recenſentur varii caſus, in quibus locum ſibi non vindicat diſpoſitio Regulæ, quæ ceteroquin nil officit, niſi de ea opponatur, hæcque oppoſitio quandocumque fieri poteſt etiam poſt rem judicatam, niſi oppoſitionis tempore reperiantur Literæ expeditæ; & ad quem ſpectet onus probandi, Literas fuiſſe debito tempore, vel extra illud expeditas? Verbum, *obtentu*, quod priſcis temporibus in Regula legebatur, & poſtea expunctum, ejuſque loco appoſitum alterum *obtentæ*, Regulæ reſtitutum fuit a Sſño D. N. *Clemente XII.*

S U M M A R I U M.

1 *Commiſſiones Cauſarum ſuper Gratiis quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum facta nullius ſunt roboris, niſi Literæ Apoſtolicæ ſuper Gratiis iiſdem expeditæ fuerint.* & numer. 13.
Et ante expeditas Literas examen Teſtium nullum eſt. num. 3.
Regula reſpicit, nedum favorem Collitigantium, verum etiam Sedis Apoſtolicæ, Ordinariorum, & Patronorum. num. 21. & 26.
2 *Regula hæc in quo differat a Regula XXVII.*
4 *Aſſignatur* a Mandoſio *ratio Regulæ.*
5 *Sed ea rejecta, alteram tradit* Louerius.
6 *Regulæ diſpoſitioni derogari poteſt.*

7 *Et paſſim per Signaturam ſive Gratiæ, ſive Juſtitiæ derogari conſueverat, clauſulis tamen adjectis* -- Dummodo Literæ Apoſtolicæ expediantur intra terminum ad articulandum, & interim non cenſeatur vera lis, nec ſit locus Regulæ de ſubrogandis.
De ratione, ob quam Clauſulæ præfatæ adjiciebantur. ibidem.

8 *Literæ quando dicantur expeditæ intra terminum ad articulandum?*

9 *Derogatio Regulæ operatur validitatem Proceſſus.*

10 *Et aliquando expedita fuit ſine ſupra dicta clauſula* -- Dummodo Literæ Apoſtolicæ expediantur &c.

11 *Commiſſio cum clauſula* -- Literis non expeditis -- *operatur, ut iis non expeditis, diſputari poſſit Dubium in Rota.*
Sed non eximit partem ab onere exhibendi in Actis Supplicationem a Pontifice ſignatam. ibidem.

12 *A tempore Innocentii XII. non amplius derogatio huic Regulæ indulgetur.*
Et Commiſſiones, quæ manu Pontificis hodie ſignantur, non aliter expediuntur, quam cum expreſſione, quod Literæ Apoſtolicæ expeditæ jam fuerunt. ibidem.

13 *Lis in terminis Regulæ* de Annali *non cenſetur introducta, Literis Apoſtolicis non expeditis.*

14 *Nec lis requiſita pro exequutione Gratiæ* ſi Neutri *dicitur juſtificata per ſolam Commiſſionem abſque Literarum expeditione.*

15 *Gratia* ſi Neutri *contentatur ſola lite de facto.*
Sed literis non expeditis, neque lis de facto vigore Regulæ introducta dicitur. ibidem.

16 *Judicium eſſe non poteſt ſine juriſdictione in Judice.*

17 *Gratia* ſi Neutri *non requirit ad ſui perfectionem Literarum expeditionem, quando jam fuerunt expeditæ Literæ ſuper Gratia principali.*
Quemadmodum nec Gratia Perinde valere. num. 18.

19 *Sed ſufficit, quod Literæ expediantur, quando petitur illarum exequutio.*

20 *Lis neceſſaria ad effectum gratioſæ ſubrogationis in juribus defuncti Collitigantis, non dicitur introducta Literis non expeditis.*

21 *Lis, Literis non expeditis, introducta non dicitur, quamvis pars altera compareat, & Proceſſum inſtruat.*

22 *Intellige in favorem negligentis Literas expedire, ſed in illius odium Beneficium efficitur litigioſum.*

23 *Contumacia in expediendis Literis præſtat impedimentum perpetuum, nedum in odium illius, contra quem Cauſa committitur, verum & ſucceſſorum in Beneficio.*

24 *Stante identitate Cauſæ, clauſula* -- dummodo Literæ Apoſtolicæ expediantur &c. -- *in prima Commiſſione appoſita, innovata, & repetita cenſetur in omnibus aliis poſterioribus Commiſſionibus, & Inſtantiis.*

25 *In odioſis non fit repetitio.*

26 *Limita, quando diſpoſitio reſpicit favorem S. Sedis, & Collatorum Ordinariorum.*

27 *Literis Apoſtolicis non expeditis, non cenſetur interrupta Poſſeſſio Triennalis. Et redditur ratio.*

28 *Amplia, etiamſi in Commiſſione adeſſet derogatio Regulæ cum ſolita clauſula* -- dummodo intra terminum ad articulandum &c. -- *nam ſi Actor differret ſervare terminum, & interim Reus efficiatur Triennalis poſſeſſor, obſtabit Regula.*

29 *Exceptio Literarum expeditarum rite opponitur contra petentem revocationem Attentatorum.* & num. 31.

30 *Attentata non dantur ſine lite.*

32 *Literæ, ad effectum ut Regulæ ſit ſatisfactum, ſufficit, quod ante commiſſam Cauſam fuerint expeditæ, nec neceſſe eſt, quod producantur.*

33 *Ampliæ, etiamſi in pluribus eſſent defectuoſæ, quia poſtquam ſunt expeditæ, veræ Literæ dicuntur.*

34 *Regulæ cenſura obſtat, ſi Literæ ſint expeditæ poſt duos, aut tres dies ab obtenta Commiſſione.*

35 *Contrarium.*

37 *Sed a priori ſententia non recedendum.* Et explicatur Deciſio 3. alias 128. de Judic. cor. Creſcentio. num. 36.

38 *Regulæ diſpoſitio non procedit in Reo, qui non tenetur expedire Literas pro ſe tuendo in poſſeſſione, & obtinenda abſolutoria.*

39 *Nec afficit eum, qui commiſit Cauſam Jactationis, & moleſtiarum, quia tali caſu eſt Reus.*

40 *Cenſuræ Regulæ XXVII.* de non judicando juxta formam Supplicationis *non ſubjacet Reus, & poſſeſſor agens pro abſolutoria, & excludendo jure Actoris.*

41 *Regulæ XXXI. diſpoſitio locum ſibi non vindicat, ubi agitur ad alium effectum, quam Canonizationis Gratiæ; ſed ſufficit tali caſu ſola Supplicatio ſignata.*

42 *Aut ſi agatur ad effectum docendi de Jure tertii.*

43 *Et traditur exemplum.*

44 *Regulæ diſpoſitio ſolum procedit, ſi de ea, ab illo, cujus intereſt, opponatur.*
Et interim lis bona eſt. ibidem.

45 *Opponi vero poteſt de Regulæ diſpoſitione quandocumque, etiam poſt rem judicatam, redditque oppoſitio Judicium retro nullum ex defectu juriſdictionis.*

46 *Limita, ſi tempore, quo de Regula opponitur, Literæ eſſent jam expeditæ.*

47 *Probatio, quod Literæ congruo tempore, vel extra illud expeditæ ſint, an ſpectet ad opponentem de Regulæ cenſura, ſeu potius ad illum, qui aſſerit, Literas congruo tempore expediviſſe?* & num. 48.

49 *Verbum* obtentu, *quod in antiquis Regulis legebatur, poſteaque expunctum, & ejus loco adjectum alterum* obtentæ, *Regulæ reintegratum fuit a SSño D. N. Clemente XII.*

DIſponit hæc Regula, quod Commiſſiones
Cauſarum factæ occaſione Gratiarum ſu- 1
per quibuſcumque Beneficiis Eccleſiaſticis, nul-
lius ſint roboris, & momenti, niſi ſuper iiſ-
dem Gratiis Literæ Apoſtolicæ confectæ fue-
rint. Et differt a *Regula XXVII.* in eo, quod 2
illa reſpicit exercitium Juriſdictionis in judican-
do, ita ut Judex non poſſit judicare ad formam
Supplicationis, ſed Literarum; iſta vero reſpicit
exercitium Juriſdictionis in procedendo, ita ut,
Literis non confectis, Proceſſus ſint nulli, &
nulla a principio tribuatur Juriſdictio, *Quæſad.*
in Not. in hanc Regul. Lotter. de Re Benefic. lib.
3. quæſt. 2. ſub num. 50. Monet. de Commut. ul-
tim. volunt. cap. 6. num. 119. Molin. de Juſtit. &

Jur. diſput. 599. *num.* 1. *Ubert. de Citat. cap.* 13.
3 *num.* 674. ubi, quod ante expeditas Literas exa-
men Teſtium eſt nullum.

In indaganda ratione hujus Regulæ, multum
ſe involvit *Mandoſ. hic quæſt.* 1. ubi poſt repro-
4 batas quatuor alias ſententias, cenſet, veram ra-
tionem in eo conſiſtere, quod Reus conventus
debet clare inſtrui de jure ſui Adverſarii, hæc
vero perſpicuitas reſultare nequit ex ſola Suppli-
catione, tanquam informi, & rudi, ſed haberi
tantum poteſt ex Literis expeditis, per quas Gra-
tia ſuum habet eſſe perfectum. Sed *Lotter. dict.*
lib. 3. *quæſt.* 2. *n.* 50. & 51. rejecta *Mandoſii* ra-
5 tione, exiſtimat, eam conſiſtere in motivo ob-
viandi malitiis Impetrantium. Reſpicit enim Re-
gula Gratias, ſeu conceſſiones de Beneficiis poſ-
ſeſſis ab altero, cum quo lis debet neceſſario in-
ſtrui. Cumque, ut plurimum, hujuſmodi Impe-
trationes temere fiant, ad vexandos videlicet Poſ-
ſeſſores, ideo huic temeritati non leviter occurri
videtur, gravando tales Impetrantes, ut prius in-
commodum aliquod ſentiant, pecunias nempe ero-
gando pro Literis expediendis; id, quod eſt de
mente *Caſſador. dec.* 12 *num.* 5. *ſuper Regulis Can-
cellariæ*, & ſequitur *Quaſad. hic in fine.*

Huic Regulæ derogari poſſe non ambigit *Go-
6 meſ. in Compend. utriuſq. Signaturæ pag. mihi* 158.
§. *Secunda.* Et paſſim per Signaturam ſive Gra-
7 tiæ, ſive Juſtitiæ derogari conſueverat ſub eo
temperamento -- *dummodo Literæ Apoſtolicæ ex-
pediantur intra terminum ad articulandum, &
interim non cenſeatur vera lis, nec ſit locus Re-
gulæ de ſubrogandis* -- *Rebuff. in hanc Regul.* ubi
rationem aſſignat, ob quam hujuſmodi clauſulæ
apponebantur, *Mandoſ. ibidem quæſt.* 13. *num.* 1.
& *ſeqq. Kochier. num.* 17. *Gomeſ. ubi ſupra pag.*
160. §. *Ad propoſitum*, & *pag.* 163. §. *Eſt ad-
8 vertendum* explicat, quando dicantur expeditæ
Literæ intra terminum ad articulandum, *Lotter.
de Re Benefic. dicto libro* 3. *quæſt.* 2. *num.* 16. *Ubert.
de Cit. cap.* 13. *num.* 675. & *ſeqq. Rota cor. Ottho-
9 bon. dec* 130. *num.* 11. ubi, quod derogatio ope-
ratur validitatem Proceſſus, & *deciſ.* 534. *num.* 9.
part. 4. *tom.* 3. *Recent.* Licet quandoque expedita
10 fuerit talis derogatio abſque ſupra dicta clauſula --
dummodo Literæ &c. -- ut in *Mediolanen. Prioratus*
7. *Junii* 1681. §. *Et quamvis cor. Paulutio*, ubi,
quod tali caſu cenſeatur introducta vera lis.

Commiſſio vero cum clauſula, etiam *Literis
11 non expeditis*, operatur quidem, ut iis non pro-
ductis, poſſit diſputari Dubium in Rota, ſed non
relevat partem ab onere exhibendi in Actis Sup-
plicationem a Pontifice ſignatam. Hinc, cum in
quadam Cauſa *Corduben. Beneficiorum* propoſita
in Rota ſub *die* 29. *Novembris* 1694. per bon.
mem. *Emerix* Decanum, animadverſum eſſet,
quod fuerat diſputatum Dubium, *An Gratia Apo-
ſtolica eſſet exequenda*, abſque eo quod prius fuiſ-
ſet ſignata Supplicatio, & in Actis producta, fuit
dicto Ponenti a Datariæ Miniſtris inſinuatum,
quod *Deciſionem* non extenderet, niſi prius ſi-
gnata, & producta Supplicatione, prout exe-
quutum fuit.

Sed, quidquid ſit de his, hodie non indul-
12 getur amplius hujuſmodi derogatio; Fuit enim
de mandato ſanctæ memoriæ *Innocentii XII.* in-
junctum Reviſoribus Supplicationum, ut *Regu-
lam* ad unguem ſervari curent; imo Commiſſio-
nes, quæ manu Sanctitatis Suæ ſignantur, non
aliter expediuntur, quam cum expreſſione, quod
Literæ Apoſtolicæ fuerint expeditæ. Et clar. mem.
Cardinalis *Panciaticus* ſub eodem Pontifice Pro-
Datarius, Decano Rotæ inſinuavit, quod Cau-
ſam quamdam *Meſſanen.* a Dataria ad Rotam
pro voto remiſſam, non proponeret, niſi prius
Litetæ Apoſtolicæ fuiſſent expeditæ.

Literis igitur Apoſtolicis non expeditis, Com-
miſſiones Cauſarum non valent, & lis induci 13
non poteſt propter defectum juriſdictionis in ipſo
Judice, adeo ut omnes Actus, quamvis judicia-
les, nihil prorſus relevent ad hunc effectum, *Lan-
cellott. de Attent. part.* 3. *cap.* 24. *quæſt.* 11. *per
tot. Rot. deciſ.* 330. *num.* 10. *coram Pan. deciſ.* 1.
num. 16. *cor. Bichia*, & in *Recent. deciſ.* 329. *num.*
4. & 5. *part.* 15. ubi ad effectum Regulæ de An-
nali *deciſ.* 205. *n.* 30. & 31. *part.* 17. *deciſ.* 401.
num. 27. & *ſeqq. part.* 19. & *in Leodien. Præpo-
ſitura* 16. *Januarii* 1685. §. *Nec ad excluden-
dum, cor. Albergata*, confirmata *deciſ.* 112. *cor.
Benincaſa.*

Hinc deducitur, quod lis requiſita pro exe-
quutione Gratiæ *ſi Neutri* non dicitur juſtificata 14
per ſolam Commiſſionem abſque Literarum ex-
peditione. Licet enim Gratia præfata contenta ſit
lite *de facto*, Literis tamen non expeditis, lis 15
neque *de facto* adeſſe dicitur propter hanc Regu-
lam, quæ omnia annullat, & aufert Judici ju-
riſdictionem, proindeque ceſſare facit litem, cum
Judicium eſſe non poſſit ſine juriſdictione, *Man-* 16
doſ. in hanc Regul. quæſt. 15. *Adden. ad Gregor. de-
ciſ.* 94. *ſub num.* 10. *Rota cor. Pænia deciſ.* 330. *num.*
8. & 18.

Ipſa tamen Gratia *ſi Neutri* non requirit Lite-
rarum expeditionem, quando fuerunt jam expe- 17
ditæ Literæ ſuper Gratia principali; Cum enim
dicta Gratia *ſi Neutri* non expoſcat aliam litem
novam, & diverſam a prima, ſufficit, quod Li-
teræ expediantur, quando petitur illarum exequu- 18
tio, *Rota cor. Gregor. deciſ.* 94. *num.* 6. repetit. *in
Recent. deciſ.* 8. *part.* 2. Et in terminis Gratiæ *Pe-* 19
rinde valere eadem Rota *in Wormatien. Cuſto-
dia* 11. *Decembris* 1684. *Multoque minus, cor.
Urſino.*

Sic etiam ad effectum ſubrogationis gratioſæ
in juribus defuncti Collitigantis, Literis non ex- 20
peditis, lis non poteſt dici introducta propter ob-
ſtaculum hujus Regulæ, quæ ut diximus, tollit
juriſdictionem, & notavimus *in Comm. in Reg.
XXIX.* §. *II. num.* 120. Quod locum ſibi vindi- 21
cat, etiamſi defunctus in Judicio comparuiſſet,
ac Proceſſum inſtruxiſſet. Cum enim Regula præ-
dicta concernat nedum favorem Collitigantium,
verum etiam S. Sedis, Ordinariorum, & Patro-
norum; hinc eſt, quod per compatitionem alte-
rius Partis efficitur quidem Beneficium litigioſum 22
in odium non expedientis Literas Apoſtolicas,
ſed non quoad ipſius favorem, *Rebuff. in hanc
Regul. num.* 15. *Lancellot. de Attent. part.* 3. *cap.* 4.
quæſt. 11. *a num.* 8. *ad* 26. *Rota in dicta Leodien.
Præpoſituræ* 16. *Februarii* 1685. §. *Hinc vana,
coram Albergata.*

Contumacia autem in expediendo Literas, præ-
ſtat impedimentum reale perpetuum, nedum reſ- 23
pectu illius, contra quem Cauſa committitur, ve-
rum etiam reſpectu Succeſſoris in Beneficio, *Lan-
cellot. dict. quæſt.* 11. *ſub num.* 19. 20. & 21. *Rota
cor. Caſſador. deciſ.* 5. *ſuper Regul. Cancellar.* & *in
dict. Leodien. Præpoſituræ cor. Albergata* §. *Et hac
itidem*, & *cor. Benincaſ. dec.* 85. *num* 3. & 4. ubi
redditur ratio, quod hujuſmodi contumacia in
non expediendo Literas, de per ſe inducit vitium
reale perpetuum in odium negligentis.

Idque ſine dubio procedit ſtante identitate Cau-
ſæ, & clauſula -- *dummodo Literæ Apoſtolicæ* 24
&c.

&c. – in prima Commiſſione appoſita, quæ in-
novata, & repetita cenſetur in omnibus aliis
poſterioribus Commiſſionibus, & Inſtanniis, du-
rante etiam ratione odioſitatis ob Literas non
expeditas. Licet enim in odioſis non fiat repe-
25 titio, *ad text. in leg. Præcipimus in fine Cod. de
Appellat. Rot. coram Emerix deciſ. 795. num. 15.
& deciſ. 796. num. 42.* tamen ſecus eſt, quan-
do diſpoſitio reſpicit favorem nedum Sanctæ Se-
26 dis, ſed etiam quorumcumque Ordinariorum Col-
latorum, *Rota in dicta Leodien. cor. Albergata
§. Et hoc itidem cum ſeqq. & cor. Bennncaſ. dec.
112. num. 5.*

Pariter, Literis non expeditis, non cenſetur
27 interrupta poſſeſſio Triennalis, nam qualeſcum-
que actus etiam judiciales ſine dictis Literis Juriſ-
dictionem non tribuunt, ex plene relatis per
*Rot. deciſ. 401. num. 27. & ſeqq. part. 19. Recent. &
cor. Verall. deciſ. 37. num. 2. & ſeqq. part. 3.* & di-
cemus infra in *Comm. in Regul. de Triennali.* Imo,
28 ſi in Commiſſione adſit derogatio Regulæ cum
ſolita clauſula – *dummodo intra terminum ad ar-
ticulandum &c.* Et Actor diu differat ſervare ter-
minum præfatum, & interim Reus efficiatur
Triennalis poſſeſſor, obſtabit hæc Regula, quia
medio tempore non datur, unde convaleſcat Com-
miſſio, & nihil impedit, quin ſemper æſtimetur
poſſeſſio rei pacifica, ac ſine lite, & ſic poſſit
effici Triennalis Poſſeſſor, *Lotter. de Re Beneficiar.
dicto lib. 3. quæſt. 2. num. 58. Rota dict. dec. 37. part.
3. cor. Verallo.*

Rurſus contra petentem revocationem Atten-
29 tatorum opponi poteſt exceptio Literarum non
expeditarum, nam cum eo caſu ceſſet Juriſdictio,
& lis, ceſſant quoque Attentata, quæ non dan-
30 tur ſine lite, *Lancellot. dicto cap. 24. quæſt. 11. per
tot.* ubi plures ad hanc Concluſionem affert am-
pliationes, & limitationes apud ipſum videndas.
Licet enim reſpectu ipſius Actoris, & Commit-
31 tentis non impediatur lis, nihilo minus reſpectu
Rei, & Poſſeſſoris, id eſt impoſſibile, nec ideo
poſſunt pro illius parte conſiderari Attentata, ut
poſt *Lancellot. Lotter. de re Benefic. dict. libr. 3.
quæſt. 2. num. 53. & ſeqq.*

Ceterum, ad effectum ut Regulæ ſatisfiat, Li-
teræ Apoſtolicæ non debent neceſſario produci,
32 ſed ſufficit, quod ante commiſſam cauſam fue-
rint expeditæ, *Mandoſ. in hanc Regulam quæſt. 8.
per tot. Lotter. dicto lib. 3. quæſtion. 2. nu. 51.* Etiamſi
33 mille defectibus infectæ eſſent, quia, poſtquam ſunt
expeditæ, dicuntur veræ Literæ, & ſic ſatisfactum
remanet Regulæ, ut poſt *Gomeſ.* tradit *Alter. de
Cenſur. diſput. 7. lib. 5. cap. 4. circa finem.*

An autem, ſi Literæ non ſint expeditæ tempo-
34 re Commiſſionis, ſed illinc ad duos, vel tres dies
obſtabit cenſura Regulæ? Affirmative poſt late
diſcuſſam materiam reſpondet *Mandoſ. hic quæſt.
9.* Sed contrariam tuetur ſententiam *Lancellot. de
35 Attentat. dict. cap. 24. quæſt. 11. num. 23.* ubi, quod
ſi Literæ expediantur poſt duos dies poſt ſervatum
terminum ad articulandum, licet de rigore vi-
deri poſſet, Judicem carere Juriſdictione, nihi-
lo minus pro validitate reſponſum fuiſſe in *Rota
cor. Creſcentio dec. 3. de Judic. alias* 128. Sed
caſus dictæ Deciſionis eſt diverſus, cum ibi non
36 fuerit actum de expeditione Literarum poſt ter-
minum, ſed de earum productione, & diceba-
tur, quod, cum fuerint productæ poſt breve tem-
pus, præſumebatur earum expeditio antea facta,
tum ad ſuſtinendum actum, tum quia mens Re-
gulæ erat, ut citius Literæ expediantur. Sed quan-
37 do conſtat, Literas fuiſſe expeditas poſt terminum
(licet in dubio id non præſumatur; idem *Creſcent.
deciſ. 4. de Judic.*) tunc videtur eſſe locus Regulæ,
juxta rationes perpenſas a *Mandoſ.* loco citato.

Regula tamen non procedit in Reo, qui non
tenetur expedire Literas ad ſe tuendum in poſſeſ- 38
ſione, & pro abſolutoria, *Rota in Compſana Ab-
batiæ 28. Junii 1688. §. Secundum, coram Ma-
nuel.* Et ſic locum ſibi non vindicat in eo, qui 39
commiſit cauſam Jactationis, & moleſtiarum,
nam tali caſu eſt Reus, ut poſt *Rotam in Bur-
gen. Canonicatus, coram Oradini* tradit *Garc. de
Benef. part. 4. cap. 2. num. 25. Corrad. in Prax.
diſpenſ. lib. 2. cap. 3. num. 36.* Et confert cenſura 40
Regulæ XXVII. *de non judicando juxta formam
Supplicationis*, quæ locum ſibi non vindicat, ubi
a Reo, & Poſſeſſore deducitur ad effectum ab-
ſolutoriæ, & excludendi jus Actoris, *Corrad. in
Prax. diſpenſat. lib. 2. cap. 3. num. 36. Ludovſ. de-
ciſ. 540. numer.* ibique *Adden. num. 8.* & diximus
in *Comment. in eandem Regul.*

Quemadmodum ceſſat Regulæ diſpoſitio, ubi
non agitur de canonizatione Gratiæ, ſed ad alium 41
effectum, tunc enim ſola Supplicatio ſufficit abſ-
que Litterarum expeditione, *Corrad. loco citat.
Rota deciſ. 775. num. 3. cor. Seraphin.* Vel ſi aga-
tur ad effectum docendi de jure tertii, quia nem- 42
pe ultimus Poſſeſſor, per cujus obitum vacavit
Beneficium, fuerat Protonotarius; Non enim
qui Beneficium illud, uti reſervatum vigore *Ex-
travag. ad Regimen* innovatæ in *Regula I.* impe- 43
travit, docere tenetur de Literis expeditis ſuper
Gratia Protonotariatus, ſed ſufficit illam proba-
re per Supplicationem manu Papæ ſignatam, &
regiſtratam, ob quam orta fuit reſervatio perſo-
nalis, ut fuiſſe per Rotam deciſum in una *Bur-
gen. Abbatiæ de Salas* teſtatur *Corrad. loco citato
numer. 37.*

Rurſus eatenus Regula locum ſibi vindicat,
quatenus de ea opponatur per ipſum Poſſeſſorem,
tunc enim fit retrotractio, *Lotter. de Re Bene- 44
fic. lib. 3. quæſt. 2. num. 55. Gameſ. in Compend.
utriuſq. Signat. pag. mihi 158. §. Servanda cauſa,
Lancellot. de Attentat. dicta cap. 24. quæſt. 11.
num. 26. & ſeqq.* ubi, quod interim lis ſit bona,
& allegat Deciſionem *Mohedani* 110. quam non
procedere in terminis Gratiæ *ſi Neutri*, ait *Pania
deciſ. 330. num. 12.* Et poteſt de ea opponi quan-
documque, etiam poſt rem judicatam, redditque 45
Judicium retro nullum ex defectu Juriſdictionis,
*Ubert. de Citat. cap. 13. num. 674. Lotter. ubi ſu-
pra, Lancellot. dict. quæſt. 11. num. 37. Rot. dec. 38.
part. 3. cor. Verall.* Quod tamen non procedit,
quando tempore, quo de Regula opponitur, Li- 46
teræ eſſent jam expeditæ, quia tunc defectus Ju-
riſdictionis, & illa retrotractio ſublata videntur,
Lancellot. dict. quæſt. 11. num. 27.

Ad quem vero ſpectet onus probandi Literas
fuiſſe debito tempore, nec ne expeditas, an ſci- 47
licet ad opponentem de hac Regula, ſeu potius
ad illum, qui aſſerit Literas in tempore expedi-
viſſe? *Mandoſ. hic quæſt. 14. ſub num. 15.* plures
facit diſtinctiones, ſed ea magis juridica videtur,
quod aut Literæ apud Acta productæ reperiun-
tur, & tunc præſumuntur in tempore expeditæ, 48
aut non ſunt productæ, & præſumtio ſtat in con-
trarium, & aſſerenti Literas fuiſſe in tempore
expeditas onus ineſt id probandi, ſequitur *Lan-
cellot. dict. quæſt. 11. num. 28. & 29.* Et quomodo
probatio hujuſmodi haberi poſſit, tradit *Rota dict.
3. cor. Mohedan. de Probat.*

Atque hæc in terminis hujus Regulæ mihi viſum
fuit adnotare, tanquam in praxi magis recepta;

Qui

Qui plura deſiderat, adeat *Rebuff. Mandoſ. & Kochier. in Comment. in eamdem Regulam.* Sed il-
49 lud prætermittendum non eſt, quod verbum, *obtentu*, reintegratum primo fuit Regulæ a Sſmo D. N. Clemente XII. legebatur enim in antiquis Regulis Cancellariæ *Sixti IV. & Innocentii VIII.* Sed in illis editis a *Leone X.* & Pontificibus Succeſſoribus uſque ad ſan. mem. *Innocentium XIII.* loco dicti verbi *obtentu*, aderat verbum, *obtentæ*, quod rectum, ſanumque ſenſum non efformabat, prout animadvertit etiam *Mandoſ. in hanc Regul. in Proœm.*

REGULA XXXII.

De Impetrantibus Beneficia per obitum Familiarium Cardinalium.

ITem voluit, quod impetrans Beneficium vacans per obitum Familiaris alicujus Cardinalis, teneatur exprimere nomen, & Titulum ipſius Cardinalis, & ſi ille in Curia fuerit, ipſius ad id accedat aſſenſus, alias deſuper Gratia ſit nulla, & idem ſervari voluit, ſi Cardinales quomodolibet ab ipſa Curia abſentes, & ubilibet, etiam in locis infra duas Dietas vicinis degentes, Familiamque, & Lares in eadem Curia retinentes, ab ipſa Curia receſſerint, ad eandem illico reverſuri, & infra decem, vel ad ſummum quindecim dies vere, & perſonaliter reverſi fuerint. Ita quod Cardinalibus, alias, quam ut præfertur, ex quacunque cauſa quantumlibet neceſſaria, & hic neceſſario exprimenda abſentibus, facultas præſtandi conſenſum hujuſmodi non competat, ſed Beneficia hujuſmodi ad liberam Sanctitatis Suæ, & Sedis Apoſtolicæ proviſionem, & diſpoſitionem pertineant. Declarans, Regulas, & Conſtitutiones ſuorum Prædeceſſorum, etiam a die earum editionis, & publicationis ſuper aſſenſu hujuſmodi præſtando ſic intellectas, & intelligendas fuiſſe. Irritumque &c. attentari decernens. Quodque, ſi prædicti Familiares eorundem Cardinalium, Familiares eſſe deſierint, ſeu ad aliorum Cardinalium familiaritatem ſimilem tranſierint, quoad Beneficia, quæ, familiaritate priori durante, obtinuerint, & in quibus, vel ad quæ priori ipſa familiaritate durante jus eis competierit, Cardinales, quorum prius Familiares fuerint, ſuum habeant adhibere conſenſum. Declarans, præſentem Conſtitutionem locum non habere in illis Beneficiis, quæ Familiares ipſi, tempore obitus eorum in dicta Curia, vel extra eam obtinerent, aut antea obtinuiſſent, & ratione Officiorum per eos obtentorum dictæ diſpoſitioni generaliter reſervata, vel affecta fuiſſe apparerent. Nec non illos quoad effectum dictæ Conſtitutionis Familiares eorundem Cardinalium cenſeri, qui ipſorum Cardinalium Familiares continui Commenſales ad minus per quatuor Menſes, computato etiam tempore ante promotionem ad Cardinalatum, fuiſſe probarentur. Decernens irritum &c.

ARGUMENTUM.

REgula quid diſponat, quis fuerit illius Auctor, ob quas rationes edita, & an favorabilis ſit? Impetrans Beneficium Familiaris Cardinalis, ejuſdem nomen, & Titulum, etiamſi abſens a Curia fuerit, non autem Cognomen, exprimere tenetur, ac inſuper reportare debet ejuſdem Cardinalis conſenſum, qui debet eſſe expreſſus, & vim collationis habet, licet reſpectu Parochialium ſit tantum honorificus, cum præſtari debeat favore approbati in Concurſu; Eſt tamen in libertate Cardinalis Patroni con-

conſenſum præſtare, vel non, licet eidem nunquam Papa derogare ſoleat, & quo modo antiquitus, quo modo vero hiſce temporibus præſtari conſuevit? Procedit diſpoſitio Regulæ in Impetrationibus tum Beneficiorum omnium, quæ Familiares obtinebant, tum Officiorum, quæ in titulum conferri ſolent, etiamſi eorum proviſio expleatur a Papa Motu proprio, & in Commendam, & quamvis Beneficia vacaverint *apud Sed.m*, & Familiares fuerint Curiales. An vero in caſibus, in quibus Cardinalis Patronus conſenſum præſtare debet, poſſit Proviſum Penſione gravare, plene examinatur. At econtra locum ſibi Regula non vindicat in Impetrationibus Beneficiorum de Jurepatronatus laicali, ſeu mixto, etiamſi contingat illi derogari ob vacationem Beneficii *apud Sed.m*, nec Beneficiorum alio modo, quam per obitum naturalem Familiarium vacantium, minuſque in Coadjutoriis, ac permutationibus, & Reſignationibus, niſi Reſignans infra viginti dies deceſſerit; & quid dicendum in ſubrogatione gratioſa ſuperſtiti Colligitanti debita in juribus defuncti Familiaris? Ceſſat inſuper diſpoſitio Regulæ tum in Gratiis *Perinde valere*, *ſi Neutri*, aliiſque ſecundariis a litis eventu dependentibus, tum in Impetratione Beneficii, ex quo Proviſus de conſenſu Cardinalis verum Illius valorem non expreſſit, tum ſi Beneficium Familiaris eſſet alicui Reſervationi Perſonali, (realis enim, aut localis præſtationi conſenſus non officeret) obnoxium, aut Familiaris ipſe fuiſſet, dum viveret, Apoſtolicæ Sedis Officialis, aut Familiaris Papæ, etſi fictus, & ex Privilegio pro Beneficiis tamen obtentis ante, vel durante Familiaritate; & quid dicendum, ſi Familiaris Cardinalis fuerat Subſecretarius Congregationis S. Officii, aut Protonotarius creatus a Cardinali Legato, vel Conclaviſta, ſeu Dapifer? Examinatur celebris quæſtio, an conſenſus Cardinalis Patroni requiratur in proviſione Beneficiorum, quæ Familiaris obtinebat, quæque ſpectant ad ordinariam collationem Papæ, uti Urbis Romæ Epiſcopi, nec ſunt ſub ullo Titulo Cardinalitio? Et reſolvitur pro excluſione conſenſus, qui nec neceſſarius eſt in proviſione Beneficii Eccleſiæ Titularis vacantis per obitum Familiaris tempore, quo Eccleſia eſt viduata Titulari, licet requiratur, ſi Titularis adſit, & a Curia abſit. Præſtari vero debet conſenſus, nedum in Proviſione Beneficiorum, quæ durante Familiaritate, ſed etiam quæ antea Familiaris obtinuerat, quamvis tempore illius obitus diſſoluta eſſet Familiaritas, & quid, ſi Familiaris unius Cardinalis, eo vita functo, tranſierit ad alterius Cardinalis familiaritatem, ſeu duobus Cardinalibus inſervierit, & utroque ſuperſtite, decedat, aut ſe tranſtulerit ad Familiaritatem Cardinalis, poſtquam fuerat Familiaris Papæ? Decedente vero Beneficiato, qui eodem tempore inſervierat Cardinali, & Magnati Seculari, an in proviſione illius Beneficii requiratur Cardinalis conſenſus, pluribus caſuum diſtinctione quæſtio dirimitur. Cardinalis Patroni conſenſus præſtari debet etiam in Proviſionibus Beneficiorum ſui Familiaris, qui deceſſit, Sede Apoſtolica vacante, cum dicto tempore Regulæ Privilegium non expiret; ſed dicto Privilegio locus non eſt, ſi Cardinales Patroni tempore obitus Familiarium a Romana Curia abſint etiam de licentia Papæ, & ex quacumque cauſa, quamvis neceſſaria, & Sedis Apoſtolicæ ſervitium reſpiciente, aut ob reſidentiam apud ſuas Eccleſias Epiſcopales, niſi Indulto gaudeant Apoſtolico præſtandi conſenſum etiam in abſentia, ſeu Familiam, & lares in Curia retinentes, ab ea receſſerint ad eandem illico reverſuri, & infra decem, aut quindecim dies, a die receſſus numerandos, vere, & perſonaliter reverſi fuerint animo in eadem Curia permanendi; Et quid, ſi quis duobus Cardinalibus inſerviit, & tempore obitus, eorum alter ſit abſens, an Beneficia, quæ obtinebat, libere a Papa, ſeu potius de conſenſu alterius Cardinalis præſentis conferri debeant? Tandem Privilegio conſenſus non gaudet Cardinalis, niſi defunctus fuerit Familiaris, ſaltem per quatuor Menſes, & quidem continuos, & completos, licet in tempore præfato computari poſſit tempus ante promotionem ad Cardinalatum; & an intret conſenſus, ſi Familiaris decedat Sede Apoſtolica vacante, non adhuc completo quadrimeſtri Familiaritatis?

SUMMARIUM.

1 *Impetrans Beneficium vacans per obitum Familiaris Cardinalis tenetur exprimere nomen, & Titulum*

Titulum Cardinalis, ac ejuſdem quoque conſenſum, ſi præſens in Curia ſit, reportare.

2 *Temporibus Joannis XXIII. & Martini V. Regula hæc non adhuc edita erat.*

3 *In illius auctorem alii Nicolaum V. agnoſcunt.*

4 *Alii vero Gregorium XI.* & num. 227.

5 *Sed Gregorius præfatus fuit Auctor partis, & non integræ Regulæ.* & num. 272.

6 *Pontifices ab antiquiſſimo tempore conſueverunt Beneficia vacantia per obitum Familiarium DD. Cardinalium de eorundem conſenſu providere.* & num. 7.

8 *Aſſignantur quamplures Regulæ rationes.* & num. 119. 371. & 372.

9 *Regula eſt favorabilis, lateque interpretanda reſpectu Cardinalium contra Papam concedentem; Exorbitans vero, & odioſa, ubi agitur in præjudicium tertii.* & num. 10. 37. 135. 224. & 338.

Contrarium, quod ſit etiam exorbitans reſpectu Cardinalium. num. 88. & 324.

11 *Impetrans Beneficium Familiaris Cardinalis, præter nomen, & Titulum ejuſdem Cardinalis, cognomen exprimere non tenetur.*

12 *Et nomen, ac Titulus Cardinalis exprimi debent, quamvis fuerit ille abſens a Curia.* & nu 275.

13 *Conſenſus a Cardinali Patrono in Proviſione Beneficiorum ſui Familiaris vigore Regulæ præſtandus, debet eſſe expreſſus, nec ſufficit tacitus.*

14 *Et, an ſufficiat, quod Cardinalis penes Pontificem intercedat alicujus favore pro Beneficio ſui Familiaris?* ibidem. Remiſſive.

15 *In libertate Cardinalis eſt conſenſum præſtare, vel non in proviſione Beneficiorum ſuorum Familiarium.*

16 *Et, nolente Cardinali præſtare conſenſum, Pontifex libere de dictis Beneficiis diſponit, cum derogatione Regulæ.*

17 *Secluſo hujuſmodi caſu, Papa fere nunquam Cardinalium Patronorum conſenſui derogare ſolet.*

Et ſemel tantum ei derogatum vidiſſe teſtatur Sotus.

18 *Conſenſus Cardinalis in proviſione Beneficiorum ſuorum Familiarium quomodo olim præſtari conſueverat.* & num. 19.

20 *Et quomodo hodie præſtari ſoleat.*

21 *Decedente Cardinali poſt præſtitum conſenſum, ſed ante porrectam ab eo, qui illum obtinuit, Pontifici Supplicationem pro Beneficii proviſione, illius collatio ad liberam ejuſdem Pontificis diſpoſitionem pertinet.*

22 *Regulæ diſpoſitio locum ſibi vindicat etiam in Proviſionibus Beneficiorum Familiarium a Pontifice expletis* Motu proprio.

23 *Nec non in Proviſionibus Officiorum quorumcumque ſpiritualium, quæ in titulum conferri ſolent; ſecus, ſi Officia ſint mere temporalia, ſeu mixta.*

24 *Comprehendit Regula Proviſiones Beneficiorum Familiarium in Commendam expletas, ac ita reſolutum.* num. 27.

25 *Reprobatur* Sotus *contrarium exiſtimans, & illius rationi reſpondetur.*

26 *Commenda per obitum Commendatarii ceſſante, Beneficium, licet non vacet de jure, vacat tamen de facto.*

28 *Conſenſus Cardinalium Patronorum præſtandus eſt vigore Regulæ in Proviſionibus omnium, & quorumcumque Beneficiorum ſuorum Familiarium.*

29 *Et quoad Beneficia, quæ non ſunt curata, redolet conſenſus præfatus ſpeciem Proviſionis; & de ratione.* & num. 235.

30 *Reſpectu vero Eccleſiarum Parochialium conſenſus eſt tantum honorificus, cum præſtari debeat favore Perſonæ praelectæ in Concurſu.*

31 *Conſenſus Cardinalium præſtari debet, etiamſi Beneficia Familiarium vacent in Curia. Et redditur ratio.* num. 32. 116. 178. 229. & 261.

33 *Limita, ſi Familiaris fuerit etiam Curialis.* & num. 42. & 117.

34 *Contrarium, quod conſenſus præſtari debeat, etiamſi Familiaris moriatur in* Curia, *& fuerit* Curialis. *Redduntur rationes.* num. 36. & ſeqq.

Et ita alias ſervatum. num. 41.

35 *Familiares Cardinalium ſunt etiam Curiales.*

39 *Reſervatio, quæ oritur ex vacatione Beneficii* in Curia, *ſeu* apud Sedem, *eſt localis.*

40 *Perſonalis vero, quæ inſurgit ex Familiaritate Cardinalitia.* & num. 69.

Hæcque proinde, tanquam dignior, prævalet. Ibidem, & num. 69.

45 *Regula locum ſibi non vindicat in Proviſionibus Beneficiorum de Jurepatronatus laicali, vel mixto, vacantium per obitum Familiarium. Intellige, ſi Juſpatronatus competat ex fundatione, ſeu dotatione, ſecus, ſi ex Privilegio, aut præſcriptione.*

46 *In proviſione Beneficii de Jurepatronatus per obitum Familiaris in* Curia *vacantis, & a Pontifice cum derogatione eidem Juripatronatus expleta, conſenſus Cardinalis non requiritur.* & num. 247.

Redditur ratio, quia non eſt reſervatum ex capite Familiaritatis. num. 248.

47 *Neque requiritur in proviſione Beneficii non per obitum naturalem Familiaris, ſed civilem vacantis.*

48 *Aut Beneficii, de quo Familiaris ſit ipſo jure privatus.*

49 *Seu vacantis* juxta Decretum *in proviſione alterius incompatibilis adjectum.*

50 *In Reſignatione Beneficii a Familiari alterius favore expleta, Regulæ diſpoſitio locum ſibi non vindicat.*

Et quid, ſi Familiaris reſignans decedat infra viginti dies? num. 54. & 55.

51 *Minuſque in illius permutatione.*

52 *Nec in libera Ceſſione expleta in manibus Ordinarii.*

53 *Quemadmodum nec Regula procedit, ſi Familiaris Coadjutorem in Beneficio, quod obtinet, deputari obtineat.*

56 *Regulæ diſpoſitio non afficit Beneficia Familiarium, quæ vacant per Promotionem; & de ratione.* num. 57.

58 *Nec Proviſiones Beneficiorum eorundem Familiarium, ſuper quibus antè vacationem lis aderat.*

59 *Regula non procedit in ſubrogatione gratioſa conceſſa ſuperſtiti Collitiganti in juribus Familiari defuncto competentibus ſuper Beneficio litigioſo.* & num. 231. & 276.

60 *Requiritur tamen conſenſus Cardinalis, ſi ſubrogatio non Collitiganti, ſed tertio concedatur.* & num. 231. & 277.

Et redditur ratio. num. 278.

61 *Gratiæ ſuper Beneficiis Familiarium, quæ ſecundariæ vocantur, nempe* Perinde valere, *ſi Neutri, & ſimiles, diſpoſitioni Regulæ non ſubjacent.*

Et

Et ita olim conſulti, reſponderunt Abbreviatores de Parco. n. 62.

62 *Impetrans Beneficium Familiaris, ex quo proviſus de conſenſu Cardinalis Patroni, verum illius valorem non expreſſit, non tenetur exprimere Nomen, & Titulum Cardinalis, nec illius conſenſum exquirere.*

64 *Redditur ratio, quia conſenſus Cardinalis requiritur in primæva Beneficii ſui Familiaris proviſione, ſecus, ſi prima vacatione conſumta, impetretur ex alio capite, quam Familiaritatis Cardinalitiæ.*

65 *Aſſignatur & altera ratio.*

66 *Regulæ diſpoſitio locum ſibi non vindicat, ſi defunctus Familiaris Cardinalis erat Papæ Officialis, ut in Regula diſponitur.* & numer. 108.

67 *Redditur ratio.*

68 *Nec procedit, ſi una cum Familiaritate Cardinalitia concurrat altera reſervatio perſonalis, quæ, veluti dignior, ſuffocat alteram minus dignam Cardinalis.* & n. 143. & 176.

69 *Licet locus ſit conſenſui, ſi altera reſervatio ſit realis, nam tunc prævalet Familiaritas Cardinalis, tanquam perſonalis, & dignior.* & n. 249.

70 *Cardinalis conſenſus requiritur in proviſione Dignitatis majoris in Cathedrali, aut principali in Collegiata per obitum ſui Familiaris vacantis.* & n. 161.

Et ita reſolutum. n. 72. & 138.

Redditur ratio, quia Dignitates præfatæ ſunt obnoxiæ reſervationi reali, quæ ſuperatur a reſervatione perſonali exoriente a Familiaritate Cardinalitia.

73 *Limita, ſi prima Dignitas vacaverit in Menſe reſervato, nam tunc, concurrentibus duabus reſervationibus realibus, altera ratione primæ Dignitatis, altera ob illius vacationem in Menſe reſervato, ceſſat conſenſus.*

74 *Regula non procedit in Proviſione Beneficii vacantis per obitum illius, qui fuerat Familiaris Papæ, & Cardinalis, quia familiaritas Papæ offuſcat, & ceſſare facit illam Cardinalis.* & n. 95. 169. 181. 182. 249. 250. & 313.

75 *Etiamſi Familiaris Papæ non fuerit Officialis.* & n. 113.

Et quamvis per obitum Papæ diſſoluta eſſet familiaritas, nam, licet tunc extinguatur reſervatio, remanet tamen affectio, quæ ejuſdem eſt efficaciæ. n. 77. 78. 169. 183. 313.

Amplia itidem, quamvis Familiaritas Papæ non eſſet vera en mente, & dente, *ſed ficta & ex Privilegio.* n. 79. 100. & 108.

Et ita pluries reſolutum fuit. numer. 81. & 82.

Et qui ſint iſti Familiares. n. 80.

76 *Intellige in Beneficiis obtentis ante, vel durante familiaritate Papæ, ſecus in iis poſt diſſolutam familiaritatem acquiſitis, eorum namque reſpectu intrat conſenſus Cardinalis* & n. 170. 174. 315. & 316.

83 *Beneficia Urbis non ſubjacent reſervationibus, & affectionibus Apoſtolicis.*

84 *Intellige, quando ſpectant ad proviſionem Pontificis tanquam Epiſcopi, & Ordinarii particularis Urbis, ſecus, ſi collatio ex illius conceſſione pertineat ad inferiores Urbis Collatores. Et de ratione.*

85 *Archipresbyteri trium Baſilicarum Patriarchalium Urbis, non ſunt Ordinarii, ſed gerunt figuram primæ Dignitatis Capituli, ſeu Collegii.*

86 *Qui regulam habet pro ſe, habere dicitur intentionem fundatam contra illius limitationem.*

87 *Et habenti intentionem fundatam, ſufficit offuſcare, ſeu dubiam reddere contrariam probationem.* & n. 121.

89 *Indulta conferendi Beneficia reſervata, quæ Pontifex Epiſcopis, aliiſque Ordinariis Collatoribus elargitur, ſunt favorabilia, lateque interpretanda.*

90 *Exorbitantia vero ea, quæ conceduntur non habentibus originariam conferendi facultatem.*

91 *Indulta concedi ſolita Cardinalibus conferendi Beneficia Eccleſiarum, quas dimittunt, ſunt exorbitantia.*

92 *Diſpoſitio Regulæ XXXII. majorem continet exorbitantiam, quam Indulta præfata. Et de ratione.*

93 *Jus, quod Cardinalibus vigore Regulæ præfatæ competit, debilius eſt jure, quod ad illos vigore Indulti conferendi Beneficia reſervata, ſpectat. Et aſſignantur rationes.* & numer. 151.

94 *Regula ex quo locum habet etiam in Beneficiis vacantibus per obitum familiarium* apud Sedem, *non exinde efficacior eſt Indulto Cardinalium, ſub quo Beneficia* apud Sedem *vacantia, non comprehenduntur, & de ratione?*

96 *Scriptor Literarum Tribunalis Sanctiſſimæ Inquiſitionis Urbis, eſt Papæ familiaris.* & numer. 113.

97 *Quemadmodum familiares ſunt Officiales omnes eidem Tribunali inſervientes.* & numer. 114.

98 *Nec non Officiales Tribunalis Sacræ Pœnitentiariæ.*

99 *Familiaritati non officit, quod quis extra Domum Domini vivat, ſi ei Dominus congruam mercedem in pecunia præſtet.*

101 *Auditores Rotæ, Theſaurarii, Nuncii, & alii Officiales recenſiti* in Extravag. Ad regimen, *qua ratione, & ad quos effectus dicantur Papæ familiares?* & n. 103.

102 *Vicarius Generalis, Oeconomus, & Officiales Epiſcopatus, vel Abbatiæ, obtentæ per Cardinalem, non ſunt ad effectum Regulæ XXXII. illius familiares, quamvis Victum, vel Salarium a Cardinali recipiant. Et redditur ratio* n. 116.

Limita, ſi munus Vicarii, Oeconomi, vel alterius Miniſterii ſit circa Eccleſiam Cardinalitiam ipſi Dignitati annexam, puta Eccleſiam Titularem, vel Suburbicariam. numer. 107.

104 *Familiaritas vera Pontificis duplex, altera privata, & domeſtica, quæ reſpicit particularem illius Perſonam, altera publica, ſive officiativa, quæ verſatur circa ſervitium Papæ, uti Papæ ratione Dignitatis, & Sedis Apoſtolicæ.*

105 *Monaſteria, Collegia, Loca Pia, Tribunalia, aliaque id genus corpora inanimata ſuos habere poſſunt familiares, eorumque reſpectu termini veræ familiaritatis verificantur.*

106 *In claris, & expreſſis ceſſant quæſtiones, & argumenta.*

115 *Mandatum* expediendi gratis *alicui conceſſum,*

ſum, non evincit, illum eſſe Papæ familiarem.

Deſervit tamen pro adminiculo probandæ familiaritatis, ſi alia concurrant circumſtantiæ eam ſuadentes. ibidem.

118 Lex, vel diſpoſitio aliqua, præſertim exorbitans, loquens de caſu ſimplici, non comprehendit mixtum. & n. 326.

120 Qualitas aliqua Reſervationis inductiva, etſi in eadem Perſona multiplicetur, non multiplicat tamen reſervationes. Et ponuntur exempla. & n. 163.

123 Obſervantia eſt rerum ambiguarum optima interpres, & primario attendenda, etiam ubi verborum proprietas repugnat.

124 Doctorum auctoritati quomodo in cauſis judicandis ſit deferendum?

125 Conſenſus Cardinalis an requiratur in Proviſione Beneficii ſui familiaris, qui fuit etiam Protonotarius creatus a Cardinali Legato? Proponitur Sententia affirmativa.

126 Regula dum excludit conſenſum Cardinalis a Beneficiis Officialium, relationem habet ad Officiales numeratos in Extravagant. Ad regimen. & n. 110.

127 Sub dicta Extravaganti comprehenduntur ſolum Notarii Participantes, non autem honorarii, qui tunc temporis non aderant. & num. 144.

128 Dictique Protonotarii honoris ſolum dici poſſunt comprehenſi ſub Extravaganti per quandam extenſionem, & interpretationem a Doctoribus factam.

Et nuncupari Officiales Apoſtolicæ Sedis improprie, & abuſive. ibidem.

129 Hæcque extenſio, & interpretatio procedit ſolum in præjudicium Ordinariorum habentium de jure originariam facultatem conferendi.

130 Secus aliorum, quibus competit conferendi facultas, vel ex Privilegio.

131 Vel ex pacto, veluti ex Concordatis Germaniæ, quorum reſpectu, Protonotarii honoris non ſunt comprehenſi ſub Extravag. in iiſdem Concordatis præſervata.

132 Cardinalis Epiſcopus, vel qui alias ſit ordinarius Collator, poteſt vigore Indulti conferre Beneficia Protonotariorum honoris. & numer. 137.

133 Protonotarii creati a Cardinalibus Legatis ſunt familiares ficti, & non veri Pontificis. & num. 155.

134 Familiaritas Cardinalis vera, vincit familiaritatem fictam erga Pontificem.

136 Ex compacto inito in Conclavi Innocentii VIII. permiſſum erat Cardinalibus præſtare conſenſum in Proviſionibus Beneficiorum ſuorum familiarium, qui eſſent etiam Protonotarii Apoſtolici, vel Scriptores Literarum Apoſtolicarum.

140 In Quæſtione, de qua ſupra num. 125. proponitur Sententia Negativa.

Et ita deciſum a Congregatione particulari, cujus Reſolutio approbata fuit a ſa. me. Innocentio XII. num. 164.

141 Protonotarii, etiam creati a Cardinalibus Legatis, ſunt Apoſtolicæ Sedis Officiales, ac proinde excludunt ratione Officialatus conſenſum Cardinalium Patronorum a proviſione Beneficiorum, quæ obtinebant. & numer. 156.

Et comprehenduntur ſub Extravag. Ad regimen, quæ amplectitur omnes, & quoſcumque Officiales, etiam poſt illius editionem creatos. & n. 111. & ſeqq. & n. 149.

142 Secluſo Officialatu, adhuc Beneficia dictorum Protonotariorum ſunt reſervata reſervatione perſonali. & n. 150.

145 Regula dum excludit Cardinales a præſtando conſenſu in Proviſione Beneficiorum ſuorum Familiarium Officialium, indiſtincte loquitur abſque ulla differentia inter veros, & fictos Officiales.

146 Hac ratione eodem Cardinales excludit a conſenſu præſtando in proviſione Beneficiorum ſuorum familiarium, qui obtinuerant officium Militis pii, aut Lilii.

147 Seu officium Militis S. Petri, aut ſi eſſent Cubicularii. & n. 112.

151 Comprehenſio Protonotariorum honoris ſub reſervatione Extravag. Ad regimen afficit nedum Ordinarios habentes de jure facultatem conferendi, ſed etiam, qui tali facultate potiuntur ex Privilegio.

152 Facultas, qua jure proprio quis gaudet, potentior eſt ea, quam jure alieno habet.

153 Beneficia Protonotariorum honoris ſunt immunia vigore Concordatorum Germaniæ a reſervatione ob ſpeciale pactum cum illa Natione initum.

154 Afficit tamen reſervatio ex capite Protonotariatus honoris Beneficia Eccleſiarum Germaniæ, quæ ſub Concordatis comprehenduntur per viam extenſionis.

157 Officialium Beneficia ſunt Papæ reſervata, etiam ex ſolo Officialatu, præciſive ab eorum familiaritate.

159 Compactum initum in Conclavi Innocentii VIII. de quo ſupra n. 136. Succeſſores Pontifices non obſtringit.

160 Et nocet potius, quam favet Cardinalibus; Et de ratione.

163 Beneficia illius, qui pluribus Cardinalibus ſucceſſive inſervit, unicæ tantum ſubjacent reſervationi, cum multiplicitas familiaritatis reſervationem non multiplicet. & numer. 120.

165 Cardinalis an poſſit præſtare conſenſum in Proviſione Beneficii vacantis per obitum ſui familiaris, qui fuerat Conclaviſta?

166 Proponitur Sententia affirmativa, & redditur ratio, quia Conclaviſtæ non ſunt Officiales. & n. 173.

Proindeque, eſto eorum Beneficia ſint reſervata, adhuc ſubjacent diſpoſitioni Regulæ, quæ ſolum excipit reſervationem ratione Officialatus.

167 Beneficia Conclaviſtarum ex Conſtitutione LIX. Urbani VIII. ſunt reſervata nova reſervatione, ratione ſcilicet Conclaviſtatus, quæ eſt diſtincta ab illa, quæ promanat a familiaritate Pontificia.

Sed nova hæc reſervatio æquiparatur ex eadem Conſtitutione reſervationi inſurgenti ex vacatione apud Sedem, quæ conſenſum Cardinalium non excludit. ibidem.

168 Æquiparatorum eadem eſt ratio.

171 Conclaviſtæ, licet ſint etiam Protonotarii, Protonotariatus tamen non ſtat de per ſe, ſed dependenter a Conclaviſtatu, nec conſtituit reſervationem ab ipſo Conclaviſtatu diſtinctam, & aptam excludere Cardinalem a conſenſu. & n. 191.

173 In Sententia, de qua ſupra num. 166. proponitur,

nitur, & ampleſtitur contraria opinio, quod nempe Cardinalis praſtare nequeat coaſenſam in Proviſione Beneficii ſui familiaris, qui ſuerat Conclaviſta.

Et ita pluries ſervatum n. 202.

Ac reprobatur Cardinalis de Luca. num. 199. & 200.

175 *Beneficia Couclaviſtarum ratione novæ, & perpetuæ reſervationis ob* Conclaviſtatum *inducta ex Conſtiatione Urbana ſemper ſunt reſervata reſervatione perſonals, infixa oſſibus Conclaviſtarum, etiam poſt obitum Pontificis, in cujus Conclavi inſervierunt.* & numer. 319.

Et nova hæc reſervatio ratione Conclaviſtatus, *alteram reſervationem perſonalem ex familiaritate Papæ reſultantem, ceſſare non facit.* num. 184.

177 *Explicatur, in quibas terminis reſervatio ratione Conclaviſtatus ſit ab* Urbano *æquiparata reſervationi ob vacationem* apud Sedem, *& oſtenditur, æquiparationem hanc non favere Cardinalibus Patronis pro conſenſu præſtando.*

180 *Argumentum ab æquiparatis locum non habet, ubi diverſa militat ratio.*

182 *Conclaviſtæ ſunt familiares Papæ.* & n. 188.

185 *Uaam, idemque Beneficium poteſt eſſe pluribus reſervationibas obnoxium.*

186 *Reſervatio ratione ſolius* Officialatus *ab Alexandro VII. inducta in Beneficiis Officialium, aon excludit alteram reſervationem promanantem ex familiaritate, & Protonotariatu, iiſdem Officiis infixam.*

187 *Et, concurrentibus in eadem Perſona duobus Officiis, ex uno deſumi poteſt reſervatio ratione familiaritatis, ex altero reſervatio ratione Protonotariatus.*

192 *Protonotariatus, taue dicitur conſeqaativus, & adnexas certo muneri, vel officio, quando eo ipſo, quod munus, aut officium ipſum aſſequitur, efficitur quis abſqae aliquo extrinſeco facto Protonotarius.*

Exemplificatur in Militibus Piis, de Lilio, Referendariis &c. qui Protonotarii efficiuntur, ſtatim ac Referendarii creantur, vel aliquod ex dictis Officiis conſequuntur. ibidem.

193 *Conclaviſta non evadit Protonotarius, niſi, poſtquam talis creatus fuerit a Cardinalibus, qui ſunt* Capita Ordinum, *vel a novo Pontifice.*

194 *Et poteſt qais eſſe Conclaviſta, abſque eo, quod ſit Protonotarius.*

196 *Protonotariatas ſemper inducit reſervationem perſonalem, ſive ſtet de per ſe, ſive ſit adnexus alicui muneri, vel officio.*

197 *Ex Conclaviſtatu, & Protonotariatu, an geminæ reſultent reſervationes?*

198 *Pro excludendo Conſenſa Cardinalis, neceſſe non eſt, quod Beneficium familiaris ſit duplici alteri reſervationi obnoxium, ſed altera ſufficit præter illam familiaritatis.*

201 *Beneficiis Dapipherorum ſuperinducta non fuit a Conſtitatione Urbani nova reſervatio ratione* Dapipheratus, *ut in Beneficiis Conclaviſtarum, ratione* Conclaviſtatus.

203 *Cardinalis præſtare nequit conſenſum in proviſione Beneficiorum ſuorum familiarium, qui fuerunt Dapipheri, ſi Beneficia obtenta fuerint ante, vel darante familiaritate Pontificis, in cujus Conclavi inſervierunt.*

204 *Competit vero Privilegium conſenſus quoad Beneficia obtenta poſt obitum ejuſdem Pontificis.*

205 *Limita, ſi Dapipher fuerit creatus Protonotarius a tribus Cardinalibus* Ordinum Capitibus, *quo caſu, etiam quoad Beneficia poſt obitum Pontificis obtenta, ceſſat Cardinalis conſenſus. Et redditur ratio.* n. 206.

207 *Conſenſus Cardinalis, an requiratur in Proviſione Beneficiorum Urbis, quæ ſpectant ad liberam collationem Pontificis, tanquam Urbis Romæ Epiſcopi, nec ſubjacent alicai titulo Cardinalitio?*

208 *Proponitar Sententia affirmativa. Et redditur ratio, quia Regula indefinite loquitur de omnibus Beneficiis per familiares obtentis, nec conſenſum Cardinalium Patronorum coarctat ad proviſionem Beneficioram, quæ pertineat ad collationem inferiorum.* & numer. 222.

209 *Generalis diſpoſitio ad certam ſpeciem non reſtringitur, ſed omnes ſpecies comprehendit.*

210 *Ratio Regalæ aqae adaptatur Beneficiis ad collationem inferiorum, & ad Pontificis ordinariam diſpoſitionem ſpectantibus.*

211 *Ratio regulat dictum, non dictum rationem.*

212 *Deformitatem haud redolet, quod Cardinalis conſenſum præſtet proviſioni Beneficiorum, quæ ſint de libera Pontificis collatione.*

213 *Cardinales conſtitaunt cum Papa unum corpus univerſalis Eccleſiæ, quemadmodum Capitula inferiora particularium Eccleſiarum cum ſuo Prælato.*

214 *Et dicuntur habere cum Papa non tantum unitatem, ſed quandam identitatem.*

215 *Privilegia Cardinalibus conceſſa benigna potius ſunt interpretatione amplianda, quam reſtringenda.* & n. 225.

216 *Regula, excipiendo a conſenſu Cardinalium Beneficia familiarium, qai erant Officiales, cenſetur illum præſervaſſe quoad omnia Beneficia etiam Urbis.*

217 *Exceptio firmat Regulam in contrarium.*

Eſt tamen de Regula, & declarat quid ſab ea comprehendatar. n. 269.

218 *Beneficia Urbis ſpectantia ad ordinariam Pontificis diſpoſitionem, obnoxia eſſe conſenſui Cardinalis, probatur ex verbis Regula.*

219 *Ex pluribus oſtenditur, Regulam XXXII. intelligendam non eſſe ad tramites Regulæ IV. ut ſcilicet ea ſolum Beneficia comprehendat, quæ ſunt reſervata ratione familiaritatis.*

224 *Reſervatio contenta in Regala IV. eſt odioſa, proindeque ſtricte interpretanda.*

226 *A Regula IV. argamentum deſumi nequit ad Regulam XXXII.*

228 *Beneficia Urbis ad ordinariam Pontificis collationem ſpectantia, exemta dici non poſſunt a conſenſu Cardinalium, ex motivo, quod eorum collatio eſt Pontifici magis chara, quam aliorum, quæ ſunt reſervata. Et redditur ratio.*

230 *Beneficia litigioſa non ſunt proprie reſervata.*

232 *In Quæſtione, de qaa ſupra* num. 207. *proponitur contraria Sententia, quod Cardinali non competat Privilegium conſenſus in pro-*

viſione Beneficiorum Urbis, quæ ſpectant ad collationem Papæ, uti Urbis Romæ Ordinarii.

Et ita pluries deciſum tam reſpectu Canonicatuum Eccleſiarum S. Mariæ ad Martyres, quam S. Celſi. num. 241.

233 Papa, conferendo Beneficia Urbis jure ſuo ordinario, uti Epiſcopus Romæ, non cenſetur jus iſtud lædere voluiſſe per conſenſum Cardinalis, qui vim collationis habet.

234 Papa nunquam venit ſub quacumque generali diſpoſitione, præſertim, ubi de proprii juris læſione agitur. & n. 257. & 268.

235 Regula XXXII. declarationem recipit a Regula IV. reſervatoria Beneficiorum familiarium Cardinalium, quæ eſt ad illam præparatoria. & n. 301.

Proindeque, ut locum ſibi vindicet Cardinalium Patronorum conſenſus, neceſſe eſt, quod Beneficia ſint reſervationi Regulæ IV. obnoxia. ibid. & n. 238. & 252.

Idque comprobatur, etiam ex ſtylo Datariæ, qui ſervari ſolet in impetrationibus Beneficiorum, quæ ſunt reſervata ratione familiaritatis. n. 239. & 252.

236 Beneficia Urbis pertinentia ad collationem Papæ, uti Epiſcopi Romæ, a quacumque reſervatione immunia ſunt. & n. 253. & 270.

Eaque vacantia per obitum familiarium Cardinalium, Papa confert, non uti reſervata ratione familiaritatis, ſed jure proprio ordinario. ibid. & n. 257.

237 Reſervatio, tunc adeſſe dicitur, quando Papa avocat collationem ab Ordinariis, aliiſque habentibus poteſtatem conferendi, eamque ſibi appropriat. & n. 297.

240 Cancellaria Apoſtolica eſt organum mentis Papæ.

241 In Regulis antiquiorum Pontificum de præſtando conſenſu expreſſe ſupponebatur reſervatio ratione familiaritatis.

242 At in modernis Regulis omiſſa fuit mentio hujuſmodi reſervationis, tanquam ſuperflua, & de ratione. & n. 252.

243 Lex vetus declarat novam.

244 Cardinales non præſtant conſenſum in proviſione Canonicatuum trium Baſilicarum Urbis vacantium per obitum ſuorum familiarium.

245 Redditur ratio, quia eorundem Canonicatuum collatio ſpectat ad Papam jure proprio, tanquam Ordinarium Urbis Romæ.

246 Reſervatio dictorum Canonicatuum contenta in Regula VIII. non eſt, niſi impropria Reſervatio, & qua ratione inducta?

248 Derogatio Juripatronatus ob vacationem Beneficii apud Sedem, operatur validitatem Pontificiæ collationis, ſed non inducit reſervationem.

253 Regula, etiamſi indiſtincte loqueretur de omnibus Beneficiis familiarium Cardinalium, & indiſtincte accipienda eſſet, id tamen ſemper intelligi debet cum ſuppoſito reſervationis ex capite familiaritatis.

254 Ex diverſitate caſuum, & quæſtionum, nequit fieri illatio ab una ad alteram.

255 Probatur, Regulam, nec indiſtincte, nec indefinite loqui.

256 Oratio indefinita non æquipollet univerſali, nec etiam in lege indiſtincte loquendo, quando non militat eadem ratio in omnibus.

258 Regula, licet late interpretari debeat contra Papam, hæc tamen interpretatio protendi nequit ad Beneficia non reſervata ratione familiaritatis ultra ſenſum verborum Regulæ.

259 Et lata interpretatio fieri poteſt intra terminos Beneficiorum reſervatorum ex capite familiaritatis, ſi nempe concurrat altera reſervatio localis, aut realis.

260 Explicantur verba illa Regulæ -- declarans præfatam Conſtitutionem &c. quod non comprehendant Beneficia Urbis.

262 Beneficia Urbis obnoxia eſſe poſſunt conſenſui Cardinalium Patronorum, quando ſpectant ad collationem Cardinalium, Capitulorum, aliorumque inferiorum Collatorum. & numer. 271.

264 Quod meum eſt, amplius meum fieri non poteſt.

265 In materia Privilegiorum non valet argumentum, nec de majori ad minus.

266 Conceſſa facultate conferendi Beneficia vacantia in Curia, non exinde cenſetur indulta facultas conferendi alia minoribus reſervationibus obnoxia.

267 Reſervatio, quæ oritur ex vacatione Beneficii in Curia, licet aliis Reſervationibus fortior, talis tamen non eſt reſpectu Beneficiorum, quæ ſunt de ordinaria collatione Papæ. Et de ratione.

268 Veroſimile non eſt, quod Papa ſub generalitate verborum indulgere voluerit, quod magis ſibi charum, & æſtimabile eſt, quando minus charum, & æſtimabile expreſſe conceſſit.

273 Conſenſus Cardinalis reſtringit libertatem Pontificis in conferendo Beneficia familiarium.

274 Sed libertatem hanc non coarctat expreſſio familiaritatis, Nominis, & Tituli Cardinalis, quæ ſolum honorat Cardinalem.

279 Non implicat, quod Beneficium ſit litigioſum, & alteri reſervationi obnoxium.

280 Cardinalis Patroni conſenſus non requiritur in proviſione Beneficii exiſtentis in Eccleſia Titulari, & vacantis tempore, quo Titularis defunctus erat. Et ita ſervatum. num. 290.

281 Redditur ratio, quia non exiſtente Titulari, Papa Beneficia Eccleſiæ Titularis confert jure proprio, & uti Epiſcopus Urbis Romæ. & n. 292.

282 Diſpoſitio Regulæ II. qua reſervantur Beneficia vacantia poſt obitum eorum Collatorum afficit ſolum Beneficia Eccleſiarum inferiorum.

Secus Beneficia, quæ exiſtunt in Eccleſiis Urbis, quæque non cadunt proprie ſub reſervatione, ſed providentur a Papa jure ordinario. & n. 283.

284 Jus præſtandi conſenſum in proviſione Beneficiorum ſuorum familiarium acquiritur Cardinalibus ab inſtanti contractæ familiaritatis.

286 Sed jus iſtud eventuale eſt, ſi nempe Familiari ante obitum, qualitas aliqua non superveniat, quæ apta ſit impedire conſenſum Cardinalis Patroni.

288 Conſenſus Cardinalis Patroni requiritur in proviſione Beneficii ſui Familiaris exiſtentis in Eccleſia Titulari, quod vivente Cardinali Titulari vacaverat, & poſt ejus obitum confertur.

289 Beneficium ſemel reſervatum, ſemper remanet reſervatum, donec fuerit conſumta vacatio.

291 Præ-

291 Præſtari itidem debet conſenſus pro Beneficio exiſtente in Eccleſia Titulari, ſi Cardinalis Titularis abſit a Curia. Et redditur ratio. num. 293.

Ac ita alias ſervatum n. 298.

294 Cardinali Titulari a Curia abſente, Pontifex non confert Beneficia Eccleſiæ Titularis, uti Ordinarius, & Epiſcopus Romæ; ſed uti reſervata vigore Regulæ VIII.

295 Reſervatio contenta in Regula VIII. eſt impropria reſervatio.

296 Intellige quoad reſervationem Canonicatuum Baſilicarum Urbis, quæ in prima ejus parte continetur, ſecus de reſervatione contenta in altera parte, per quam Papa ſibi reſervat collationem Beneficiorum in Eccleſiis Titularibus exiſtentium, & vacantium, dum Cardinales a Curia abſunt.

299 Cardinalis conſenſus requiritur, nedum in proviſione Beneficiorum, quæ Familiaris durante familiaritate, ſed eorum quoque, quæ antea obtinebat. & n. 311. & 314.

300 Hujuſmodi Beneficia ſubjacent reſervationi Regulæ IV. & n. 314.

302 Reſervatio Regulæ IV. eſt inducta non tantum favore Pontificis, quam in gratiam Cardinalium.

303 Diſſoluta etiam Familiaritate, conſenſus Cardinalis, qui fuit Patronus, requiritur in proviſione Beneficiorum, quæ Familiaris obtinebat ante, vel durante familiaritate.

Et ita alias ſervatum. n. 306.

305 Reſervatio dictis Beneficiis infixa per Regulam IV. non extinguitur per diſſolutionem familiaritatis.

307 Defuncto Cardinali, ſi Familiaris ad alterius Cardinalis familiaritatem tranſeat, requiritur iſtius conſenſus tam in proviſione Beneficiorum, quæ ante primam familiaritatem, quam eorum, quæ ea durante obtinebat. & n. 384. 309.

Redditur ratio. n. 308.

310 Si Familiaris unius Cardinalis ad alterius tranſeat familiaritatem, &, utroque ſuperſtite decedat, reſpectu Beneficiorum, quæ prima durante familiaritate obtinebat, requiritur conſenſus primi Cardinalis, & conſenſus ſecundi in proviſione aliorum, quæ poſtea obtinuerat.

312 Familiari Papæ ſe transferente ad ſervitium Cardinalis, & in ejus familiaritate decedente, Cardinalis poteſt præſtare conſenſum in Proviſione Beneficii, quæ obtinuerat diſſoluta Familiaritate Papæ, ſecus quoad obtenta ante, vel ea durante. & numer. 315. & ſeqq.

317 Tranſeunte Conclaviſta ad inſerviendum Cardinali, diſſolvitur juxta Sententiam Spadæ familiaritas ratione Conclaviſtatus contracta erga Papam, & in proviſione illius Beneficiorum requiritur conſenſus Cardinalis Patroni.

318 Contrarium; Et opinio Spadæ procedere poterat ante Conſtitutionem LIX. Urbani VIII. & n. 319. & 375.

320 Cardinalis nequit præſtare conſenſum in proviſione Beneficiorum Familiaris, quæ tempore familiaritatis obtinebat, ſi poſtea ad Pontificis familiaritatem tranſierit.

321 Cardinalis conſenſus requiritur in proviſione Beneficiorum ſui Familiaris, qui etiam Magnati ſeculari eodem tempore ſervitium ſuum præſtabat.

Contrarium n. 324. & ſeqq. & 329. & ſeqq.

Sed plurium caſuum diſtinctione utraque Sententia conciliatur. n. 335. & ſeqq.

322 Quemadmodum requiritur conſenſus in proviſione Beneficii Familiaris, qui ſciente, & tolerante Cardinali Patrono, licet non mandante, alteri illius Familiari inſerviebat.

323 Relicto a Cardinali Legato ſuis Familiaribus, ad illius participationem admittuntur Familiares, qui etiam inſerviebant Matri, & Fratri Cardinalis, & ab illis recipiebat Salarium.

327 Ex duabus qualitatibus in caſu mixto concurrentibus, attendi debet illa, quæ nocet, non quæ juvat allegantem.

Præſertim, quando fit reditus ad jus commune. ibidem.

328 Ad Pontificem de jure communi libera Beneficiorum omnium diſpoſitio pertinet.

331 Conſenſus Cardinalis in proviſione Beneficiorum ſui Familiaris non requiritur, niſi familiaritas fuerit continua.

332 Duobus Dominis ſervire, & quidem continuo, moraliter impoſſibile eſt.

333 Duo ſpecialia circa idem de jure concurrere non poſſunt.

334 Si Familiaris Cardinalis per modicum tempus alteri inſerviat, non exinde cenſetur diſſoluta familiaritas.

340 Beneficium vacans per obitum familiaris, qui familiaritatis tempore alteri Magnati ſeculari, etiam inſervierat, eſt reſervatum vigore Regulæ IV.

341 Familiari, Sede vacante decedente, adhuc Cardinali competit Privilegium conſenſus in proviſione illius Beneficiorum.

342 Aſſignantur plures rationes. Prima, quia conſenſus præſtandus eſt tempore proviſionis a novo Papa facienda, quo tempore vigent Regulæ Cancellariæ.

343 Impugnatur hæc ratio, quia ad effectum, ut ſit locus Privilegio conſenſus, attenditur tempus vacationis Beneficii, & non illius proviſionis. & n. 344. & 345.

346 Secunda, quia Regula XXXII. eſt declaratoria effectus Regulæ IV. reſervationis nempe Beneficiorum Familiarium, quæ, ſicuti familiaritate ſemel contracta, durat Sede vacante, ita & Privilegium Conſenſus.

Apoſtolica Sede vacante non ceſſant diſpoſitiones Regularum de Annali, & de Triennali. n. 347.

348 Oſtenditur nec rationem iſtam ſubſiſtere, quia Sede vacante durat effectus Regulæ IV. non quia tunc ipſa vigeat, ſed propter diſpoſitionem Extravag. Ad Romani, de Præbend. quæ per viam affectionis perpetuat reſervationem ex Regulis extinctis inductam. & n. 349. & ſeqq.

352 Tertia, quia tam hæc Regula XXXII. quam ſubſequens Regula XXXIII. fuerunt redactæ in Conſtitutionem perpetuam a Julio III.

353 Sed nec rationem iſtam ſubſiſtere oſtenditur.

354 Traditur vera ratio Concluſionis, de qua ſupra num. 341. quia Privilegium conſenſus competit hodie Cardinalibus, etiam vigore Conſtitutionum Gregorii XIV. & Pauli V. quæ Sede Apoſtolica vacante non expirant. & n. 355.

356 Reprobatur Cardinalis de Luca exiſtimans, per eaſdem Conſtitutiones præſervari dictas Regulas in ſuis terminis, quatenus ſcilicet locum habeant, ſed jus novum non induci circa Privilegium conſenſus Cardinalibus elargitum. & n. 357.

358 Decedente illo, qui inter Familiares Cardinalis receptus fuerat tempore Conclavis, ſed ante Pontificis electionem ſervitium dimiſerat, non competit Cardinali conſenſus in proviſione Beneficiorum, quæ antea obtinebat.

359 Sede Apoſtolica vacante ceſſat reſervatio Regulæ IV. & n. 348.

360 Cardinalis, qui conſenſum præſtare debet in proviſione Beneficii vacantis per obitum ſui Familiaris, non poteſt ſuper eo Penſiones imponere, ſed illæ Pontificis arbitrio reſervandæ ſunt.

Exemplo Parochialis vacantis in Menſe reſervato, ad quam, licet Ordinario competat prælectio Perſonæ ex approbatis in Concurſu, non exinde ei permittitur, ut ſuper ea Penſiones imponat. n. 361.

362 Contrarium, quod Cardinali permitti debeat Penſione gravare illum, ad cujus favorem præſtat conſenſum in proviſione Beneficii ſui Familiaris.

Traditur ratio. n. 366.

Et reſpondetur exemplo Parochialis. numer. 367.

363 Patronis Eccleſiaſticis permittitur, ut ad eorum inſtantiam ſuper Beneficio Juriſpatronatus Penſiones reſerventur.

364 Quemadmodum, & ſuper XI. Vicarius Urbis ad inſtantiam Capitulorum, quibus competit jus ad illas nominandi.

365 Conſenſus Cardinalium præſtandus ſuper proviſionibus Beneficiorum ſuorum Familiarium, ſi non præponderat, ſaltem æquipollet Præſentationi Patronorum, & nominationi Capitulorum.

368 Praxis Dataria in permittenda, aut deneganda Cardinalibus facultate, ut Penſionibus gravare poſſint Beneficia Familiarium, in quorum Proviſione conſenſum præſtant, non eſt uniformis. & n. 369.

370 Cardinalis Patronus abſens a Curia non gaudet Privilegio conſenſus. Et quare? n. 371.

Et quid ſi præſens ſit tempore obitus familiaris, ſed abſens tempore proviſionis Beneficii. num. 372.

373 Amplia, etiamſi a Curia abſit ex quacumque Cauſa quantumvis neceſſario, & neceſſario exprimendo, ut legitur in Regula.

374 Declarationem hanc a Paulo V. primo editam, Succeſſores Pontifices in eorum Regulis inſeruerunt.

375 Cardinalis abſens ex cauſa Legationis, aut Reſidentiæ apud ſuam Eccleſiam Epiſcopalem, aut de licentia Papæ Privilegio conſenſus non gaudet. & n. 379. & 380.

376 In Regula XXXII. edita ab Alexandro VII, exquirebatur conſenſus Cardinalis præſentis in Curia, vel ſi ob ſervitium Sedis Apoſtolicæ cum licentia Sanctitatis Suæ abſens fuerit, vel apud ejus Eccleſiam reſideat.

377 Sed poſtea verba præfata, reclamantibus Dataria Miniſtris, mandavit idem Pontifex a Regula deleri.

378 Et deletio hujuſmodi hucuſque a Succeſſoribus approbata fuit.

380 Cardinales abſentes a Curia non participant de media Annata, quæ a noviter promotis ad Eccleſias Epiſcopales perſolvitur.

381 Regula VIII. Cancellariæ, qua ſancitur, Cardinales a Curia abſentes conferre non poſſe, abſentia durante, Beneficia ad eorum diſpoſitionem quomodolibet ſpectantia ratione ſuorum Epiſcopatuum Cardinalatus, ac ipſorum Titulorum, locum ſibi vindicat, etiam ſi abeſſent ex cauſa Legationis, aut ob reſidentiam apud Eccleſias Epiſcopales ſibi commiſſas.

382 Alexander VII. dictam Regulam edidit adjunctis verbis -- Non tamen ob ſervitium Sedis Apoſtolicæ, & cum licentia Sanctitatis Suæ, vel apud eorum Eccleſias reſidentium — Sed verba præfata poſtea a Regula expungi mandavit.

383 Regulæ Cancellariæ ad inſtar legum, una alteram declarat.

384 Regulæ VIII. & XXXII. eundem finem reſpiciunt, allicere nempe Cardinales ad reſidendum in Curia pro ſervitio Papæ, & Sedis Apoſtolicæ.

385 Cardinales abſentes a Curia gaudent Privilegio conſenſus, ſi Papa illud ex gratia indulgeat.

386 Vel ſi ubilibet degentes, Familiamque, & Lares in eadem Curia retinentes ab ipſa Curia receſſerint, ad eamdem illico reverſuri, & infra decem, vel ad ſummum quindecim dies vere, & perſonaliter reverſi fuerint.

387 Verba mox exſcripta primo Regulæ addita fuerunt a Gregorio XV.

388 Et præſeferunt imaginem quandam illius extenſionis, quam circa reſervationem Beneficiorum apud Sedem vacantium fecit Bonifacius VIII. in Cap. Præſenti 34. de Præbend. in 6.

389 Sed etiam ante additionem præfatam, Cardinales parum a Curia diſtantes, ſed cito ad eam reverſuri, Privilegio conſenſus gaudebant.

390 Decem, vel quindecim dies, intra quos Cardinalis abſens ad Curiam reverti debet, ut Privilegio conſenſus gaudere poſſit, numerantur a die ejus receſſus a Curia.

391 Et reditus fieri debet animo in Curia permanendi, alias pro non reverſuro habebitur.

392 Veniſſe non dicitur, qui non ſtetit.

393 Si quis duobus Cardinalibus inſerviit, & tempore ejus obitus, primus ſit abſens a Curia, proviſio Beneficii in prima familiaritate obtenti, non libere a Pontifice, ſed de conſenſu alterius Cardinalis præſentis expleri debet. & n. 394.

395 Redduntur rationes. & n. 396. & ſeqq.

398 Primo Cardinali Patrono in Curia præſente, & ſecundo abſente, primus conſenſum præſtare poteſt ſolum in proviſione Beneficiorum, quæ defunctus Familiaris, durante priori familiaritate obtinebat, ſecus quoad alia poſtea acquiſita.

399 Conſenſus Cardinalis Patroni, ut locum ſibi vindicet, requiritur, quod familiaritas duraverit ad minus per quatuor menſes, ut Regula præſcribit.

Et Regula in hac parte exorbitans non eſt, ut minus recte exiſtimat Mandoſius. num. 401. & 402.

400 Sed

400 *Sed pro indueenda reſervatione vigore* Regulæ IV. *ſufficit, quod quis momento temporis fuerit Familiaris.*

403 *Familiaritas* quadrimeſtris *ad effectum Regulæ debet eſſe continua.*

404 *Qui Cardinalis familiaris fuit per duos menſes, & deinde receſſit, ſi poſtea revertatur, & duobus aliis menſibus inſerviat, non dicitur Familiaris* quadrimeſtris *ad effectum Regulæ.*

405 *Quatuor menſes debent eſſe completi.*

406 *Poſſunt tamen computari uti in Kalendario poſiti ſunt.*

407 *In tempore* Quadrimeſtri *computari poteſt tempus ante Promotionem ad Cardinalatum, ut Regula decernit.*

408 *Idque fuit Regulæ additum ab* Alexandro VII.

409 *Triennale ſervitium requiſitum in Familiari non ſubditi Epiſcopi ad effectum, ut ab eo Ordinibus initiari poſſit, currere incipit, etiam ante obtentum Epiſcopatum.*

410 *Legato a Cardinali ſua Familia relicto, pro majori, vel minori illius participatione, reſpectus, etiam habetur ad tempus familiaritatis ante Cardinalatum contractæ.*

411 *Decedente Familiari Sede Apoſtolica vacante, tempore quo non adhuc completum erat quadrimeſtre familiaritatis, an in Proviſione illius Beneficiarum requiratur conſenſus Cardinalis Patroni?* & n. 412.

HAc Regula ſancitur, quod Impetrans Bene-
1 ficium, uti vacans per obitum familiaris alicujus Cardinalis, teneatur exprimere Nomen, & Titulum ejuſdem Cardinalis, & ſi ille præſens in Curia fuerit, debeat obtinere ipſius conſenſum, alias Gratia erit nulla.

Regula hæc non legitur inter editas a *Joan-*
2 *ne XXIII.* & *Martino V.* impreſſas apud *Hermannum Wonderhart in Hiſtor. Concil. Conſtant. tom.* 1. *pag.* 954. *& pag.* 967. Et in antiquo *Notabili* Cancellariæ infra *n.* 18. tranſcribendo adnotatum
3 reperitur, quod ejus Auctor fuerit *Nicolaus V.* Verum ſunt qui exiſtimant, Regulam originem duxiſſe a quadam Conſtitutione *Gregorii XI.* ad Pontificatum aſſumti *die* 30. *Decembris* 1370.
4 quæ amplior erat, & habebat exordium -- *Ut honori DD. Cardinalium deferatur &c.* -- ut tradunt *Sarnen. in Proœm. Regul. & Mandoſ. ibidem Peleus in Comment. ad hanc Regul. quæſt.* 40. *in princip. Bellamer. conſil.* 19. *num.* 2. *verſic. Quinto*, ibi -- *Quinto quia Cardinales habent hoc Privilegium a Papa, quod Beneficia ſuarum Familiarium per Papam, aliter, quam ad eorum voluntatem conferri non poſſunt: Saltem, quod collationes de familiaritate mentione non facta, ſunt ſubreptitia, & nulla. Patet aſſumtum per Conſtitutionem Gregorianam &c.* idem *Bellamer. deciſ.* 631. *in princip.* ibi -- *Suppoſita nova D. N. Gregorii Papæ XI. moderna Conſtitutione, qua habet, quod, ut honori DD. Cardinalium deferatur, gratiæ facta per Papam de Beneficiis vacantibus, per ceſſum, & deceſſum, vel alias Familiarium DD. Cardinalium, de familiaritate hujuſmodi mentione non facta, tanquam conceſſa per inadvertentiam Papæ ſunt ſubreptitia, & nulla ipſo jure &c.* Verum ex hac *Bellamera* Deciſione colligitur ſolum, quod *Gregorius* honoravit Cardinales, gravando impetrantes ad faciendam mentionem familiaritatis Cardinalitiæ, ut in principio Regulæ, non quod indulſerit Cardinalibus prærogativam *Con-*
ſenſus, qui ceteroquin, ut ex eadem Deciſio- 5
ne patet, tunc etiam requirebatur, & ſic Pontifex ille dici poteſt Auctor partis, & non totius Regulæ.

Sed, quidquid ſit de vero Auctore Regulæ, hoc unum certum videtur, quod ab antiquiſſimo
tempore conſuevere Pontifices Beneficia vacantia 6
per obitum familiarium DD. Cardinalium, ad eorundem inſtantiam, ut plurimum, providere, & Perſonis per eos commendatis gratiam facere. De hac conſuetudine teſtis eſt, *Clemens* in ſua Obedientia dictus *Papa VII.* qui poſt obitum *Gregorii XI.* adverſus *Urbanum VI.* a nonnullis Cardinalibus electus fuit. Ille enim in Litteris ad Com. *Armaniacenſem* datis Avenioni ſub Anulo Secreto die 17. Novembris 1379. hæc ait -- *Mais devant la reception de tes Lettres, & que nous puſſions ſavoir ta volonté, & intention ſur le fait de l'Abbaye de Saint Gille, nous en avions déja donné eſperance à l'inſtance du Cardinal d'Albane, duquel le mort Abbé était Compagnon, & familier de ſon propre hôtel, & de ſon lignage, & bonnement ſans faire contre nôtre honneur, & dudit Cardinal,*
& les coûtumes anciennement gardées entre les Car- 7
dinaux, nous n'en pouvions autrement ordonner -- ut ex epiſtola, quam ex Archivo Regio *Ruthenen.* edidit laudatiſſimus Vir *Balutius* in Collectione veterum Actorum poſt Vitas Pontificum Avenionenſium *tom.* 2. *pag.* 887. *epiſtol.* 205.

Propter tres rationes fuit edita Regula, ut ajunt *Sarnen. hic quæſt.* 17. *verſic. Poſtremo, & Germon de Indult. Cardinal. §. Tibi quoad vixeris*
num. 26. Prima, ut honori Cardinalium defera- 8
tur, quam rationem præ oculis habuit *Gregorius XI.* in ſupra laudata Conſtitutione. Secunda, ut Pontificis lateri aſſiſtant. Tertia propter onera, & expenſas, quas ſubeunt in alendis familiaribus; quam poſtremam rationem perpendunt etiam *Sot. hic in princip. Rebuff. in addit. ad hanc Regul. verſic. Et ſi ille, Lotter. de Re Benefic. lib.* 2 *quæſt.* 32. *num.* 106. *Anton. Auguſtin in Epitom. ſuper hac Regul. n.* 13. *verſic. Regula fuit inducta, Piton. diſcept.* 105. *num.* 32. *Rot. deciſ.* 414. *num.* 2. *ſuper Regul. Cancellar. coram Caſſador & deciſ.* 414. *n.* 5. *cor. Millino.* Addit, & quartam *Peleus in Commentar. in hanc Regulam pag.* 149. *§. Hæc Regula, poſt Gomeſ. ibidem quæſt.* 8. Ut conſenſus hujuſmodi ſit Cardinalibus in ſolatium familiarium amiſſorum.

Atque hinc, attentis his rationibus, Regula di-
citur favorabilis, quando non agitur in præjudi- 9
cium Tertii, ſed ſolum contra Pontificem Concedentem, ſicque late eſt interpretanda, *Spad. conſ.* 36. *n.* 5 *lib* 3. *Piton. diſcept.* 505. *n.* 32. *Lotter. de Re Benefic. lib.* 2. *quæſt.* 32. *num.* 118 *Gonzal. ad Regul.* 8. *gloſſ.* 51. *num.* 63. *Sarnen ad hanc Regul. quæſt.* 1. *verſic. Quid dicendum, & quæſt.* 15. *Rot. deciſ.* 378. *coram Achill. & deciſ.* 414. *n.* 5. *& ſeqq. coram Merlin. & deciſ.* 454. *num.* 4. *part.* 1. *diverſ.* Et juxta hanc diſtinctionem videtur intelligendus, *Mandoſ. hic Quæſt.* 1. *& in Tractat. de Signatur. Grat. verb. Derogationes Regular. §. Regula de*
Impetrau. qui exiſtimat, hanc Regulam eſſe odio- 10
ſam, & exorbitantem, ut ſcilicet verum ſit reſpectu Impetrantium, & quando adeſt tertii præjudicium, ſecus vero reſpectu Cardinalium contra Papam concedentem.

Tenetur igitur Impetrans Beneficium familiaris alicujus Cardinalis ejuſdem exprimere nomen, & titulum: Neceſſe tamen non eſt, quod exprimat
quoque Cardinalis Cognomen, ut ait *Rebuff. in ad-* 11
dit. ad hanc Reg. verſ. Teneatur exprimere. Imo, ſi

 neſci-

neſcitur nomen proprium Cardinalis, ſatis eſt,
quod exprimatur defunctum Beneficiatum fuiſſe
familiarem Cardinalis *Vice-Cancellarii*, vel Epi-
ſcopi *Sabinen.* aut *Portuen. &c. Sot. hic n.* 16.

Et Nomen, & Titulus debent exprimi, etiam,
12 ſi Cardinalis Patronus fuerit abſens a Curia, nam
verba Regulæ -- *Si ille in Curia fuerit* -- referuntur
ad conſenſum a Cardinali præſtandum, non ad
Titulum, & Nomen, quorum expreſſio facienda
eſt, tametſi Cardinalis non fuerit in Curia præ-
ſens, *Sot. hic n.* 17. *&* 27. *Kochier n.* 44. *Gomez
num.* 16. *Mandoſ. quæſt.* 21. *Peleus dict. quæſt.* 40.
§. Si Cardinalis abſens pag. 145.

13 Debet etiam in proviſione Beneficii obtenti per
familiarem Cardinalis intervenire ejuſdem Cardi-
nalis conſenſus, qui debet eſſe expreſſus, nec
ſufficit tacitus, *Gomeſius hic quæſt.* 11. ubi exami-
14 nat, an ſufficiat, quod Cardinalis impetret, vel
intercedat pro alio, & *quæſt.* 26. *&* 28. *Mandoſ.
ibidem quæſt.* 26. *&* 27. ubi pariter eandem exami-
nat quæſtionem, *Peleus in Comment. in dict. Regul.
cap.* 40. *pag.* 150. *§. Non videtur*, *Pariſ. de Re-
ſignat. lib.* 8. *quæſt.* 10. *Rot. dec.* 15. *de Offic. legat.
in Novis*, cum aliis in *dec.* 2272. *num.* 15. *&* 16.
cor. Coccin.

In libertate tamen Cardinalis eſt conſenſum præ-
15 ſtare, vel non, in Proviſione Beneficiorum vacan-
tium per obitum ſuorum familiarium, quia con-
ſenſus aliud non eſt, quam Privilegium Cardinali-
tiæ Dignitati conceſſum, cui renunciari poteſt *Pe-
leus in Comment. in hanc Regul. pag.* 150. *a terg.
Sarnen. ibidem quæſt.* 30. *Rot. dec.* 2272. *num.* 14.
coram Coccin. idem Coccin. adnot. 40. *n.* 14. Et, ſi
16 Cardinalis nolit ſuum conſenſum præſtare, tunc
Pontifex conferre ſolet cum derogatione huic Re-
gulæ, *Sarnen. dict. quæſtion.* 30. *Rot. deciſ.* 2272.
n. 14. *&* 18. *coram Coccin.* Præciſive tamen a ca-
ſu, quo Cardinalis conſenſum præſtare nolit, fere
17 nunquam Pontifices huic Regulæ derogare ſolent,
ne quod merito Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardi-
nalibus conceſſum eſt ob ſupradictas rationes Pri-
vilegium, inane, & eluſorium reddatur, *Kochier
in hanc Regul. n.* 56. *Gomeſ. ibidem quæſt.* 3. *verſic.
Quod ſi vellem*, ubi, quod ſemel tantum viderit
derogatum, *Mandoſ. in hanc* pariter *Regulam
quæſt.* 32. *n.* 6. *verſic. Demum*, *& in Tractat. de
Signat. Grat. pag. mihi* 52. *a terg.*

Olim conſenſus exhibebatur per Scripturam, ſeu
18 Schedulam in Cancellaria, ut ait *Hieronymus Pau-
lus in Prax. Cancellar. titul. Notabilia ſuper va-
cantibus reſervat.* his verbis -- *Item, quando con-
fertur Beneficium vacans per mortem familiaris
Cardinalis, licet in hoc debeat accedere voluntas
ipſius Cardinalis ſecundum Regulam Nicolai V. ta-
men de dicta voluntate non debet fieri mentio in Li-
teris Apoſtolicis, ſed de dicta voluntate per ſcriptu-
ram fieri debet fides in Cancellaria* -- ſequitur *Go-
meſ. hic quæſt.* 11. *verſic. Concludo*, *& quæſt.* 28.
Kochier ibidem num. 54. *Mareſcott. var. reſolut.
lib.* 2. *cap.* 94. *num.* 14. ubi inhærendo dictæ anti-
19 quæ praxi, ait, non ſufficere, quod in Supplica-
tione ſuper proviſione Beneficii reperiatur ſub-
ſcriptio, ſeu appoſitio manus Cardinalis, ſed ne-
ceſſe eſt, quod conſenſus ponatur in Cancellaria
per Cedulam Cardinalis, *Rot. deciſ.* 28. *part.* 3.
coram Verallo.

Hodie tamen, ex quo, ut infra dicemus, Cardi-
nales conſenſum præſtare non poſſunt, niſi ſint in
20 Curia præſentes, praxis inolevit, quod fiat adno-
tatio a tergo Supplicationis his verbis -- *Poteſt ſig-
nari, ſi Sanctiſſimo Domino Noſtro placuerit* -- poſt
quæ Cardinalis Patronus ſubſcribit, & Supplicatio
defertur ad Officialem, vel Datarium, ad effe-
ctum, ut ſignetur a Papa.

Hinc, ſi vacante Beneficio per obitum familia-
ris, Cardinalis Patronus præſtaret favore alicujus 21
conſenſum, & poſtea decederet, antequam Pon-
tifici porrigeretur Supplicatio, pro ejuſdem Be-
neficii proviſione, conſenſus ille evaneſceret, &
collatio libere ſpectaret ad Papam, ut contigit
caſus in familiari Cardinalis *Hiſpalen.* qui obti-
nuit Schedulam conſenſus a Cardinali, cum qua
fuit impetratus Canonicatus, ſed quia tempore
proviſionis, & in actu expeditionis Cardinalis e-
rat mortuus, *Rot. coram Puteo deciſ.* 268. *lib.* 3.
declaravit, gratiam ſubreptitiam non obſtante bo-
na fide impetrantis, & nil valuit conſenſus ante-
cedens.

Locum vero ſibi vindicat Regulæ diſpoſitio,
etiam in Proviſionibus Beneficiorum familiarium
Cardinalium a Papa *Motu proprio* factis, nam 22
quamvis *Sot. hic n.* 4. contrarium exiſtimare videa-
tur, verior nihilominus, & magis æqua eſt opi-
nio affirmativa, pro qua ter Rota judicavit, ut
apud *Sarnen. dict. quæſt.* 1. *verſic. Quid dicendum*,
ubi multis eam comprobat rationibus, *Kochier ad
hanc Regulam n.* 48. *Peleus dict. cap.* 40. *§. Regula
pag.* 178.

Procedit etiam in Officiis mere ſpiritualibus,
& in titulum conferri ſolitis, quæ cum Beneficiis 23
fraternizant, ut diximus in *Comment. in Regul. IX.
§.* 2. *num.* 411. ubi quampluriina hujuſmodi ge-
neris Officia numeravimus; Secus vero in officiis
mere temporalibus, ſeu mixtis *Mandoſ. ad hanc
Regul. quæſt.* 1. *Gomez ibidem quæſt.* 2. *& Kochier
num.* 32. *Peleus dict. cap.* 40. *§. Regula non ha-
bet locum.*

Quemadmodum locum habet in Proviſione Be- 24
neficii, quod Familiaris obtinebat in Commendam
Sarnen. quæſt. 6. *Mandoſ. ibidem quæſt.* 7. qui ta-
men nimium ſe involvit, dum in fine contrarium
aſſerit *cap.* 40. *pag. mihi* 149. *verſic. Regula*, *Re-
buff. in addit. ad eamdem verſic. Item iſta Regula.*
Commendæ enim noſtri temporis ſunt vere Eccle-
ſiaſtica Beneficia, & ab iiſdem in nihilo differunt.
Nec obſtat, quod Regula requirat vacationem 25
per obitum, quæ nequit concurrere in Beneficiis
commendatis, cum, ceſſante Commenda, dican-
tur vacare, ut prius, ob quam rationem *Gonzal.
in Regul.* 8. *gloſſ.* 5. *§.* 8. *n.* 49. *verſic. Unde*, exi-
ſtimat hanc Regulam non procedere in Commen-
dis. Reſpondetur enim, quod licet per obitum 26
Commendatarii non concurrat vacatio juris, con-
currit tamen vacatio largo modo, & de facto, quæ
ſufficit ad effectum, ut verificetur vacatio per Re-
gulam deſiderata, *Sarnen. ad hanc Regulam quæſt.*
6. *Rot. deciſ.* 596. *n.* 42. *part.* 5. *Recent.* & conſe-
runt, quæ late ſcripſimus in *Commentar. in Regu-
lam I. & ſeqq.* At ita ſervatum vidi de anno 1692. 27
re prius diſcuſſa in Congregatione Datariæ; Fuit
enim admiſſa Supplicatio pro *Joanne d'Etrées* ad
Prioratum *Atrebaten.* in Commendam concedi ſo-
litum, & vacantem per obitum familiaris clar. mem.
Cardinalis *d'Etrées*, qui pro dicto *Joanne* ejus Ne-
pote conſenſum præſtiterat.

Et generaliter locum ſibi vindicat cenſura Re-
gulæ in proviſione omnium, & quorumcumque 28
Beneficiorum, quæ per obitum familiarium DD.
Cardinalium vacant, *Rot. coram Achill. deciſ.*
378. *& coram Millin. deciſ.* 314. *num.* 10. *& co-
ram Coccin. deciſ.* 1632. *n.* 19. Etiam in proviſio- 29
ne Parochialium, cum hoc tamen diſcrimine,
quod in Beneficiis non Curatis conſenſus Cardi-
nalis, redolet ſpeciem proviſionis; Cum enim poſſit
ille

ille eligere magis unam, quam alteram Perſonam,
implicite per hanc Regulam confert Perſonæ, cu-
jus favore conſenſum præſtat, *Gomeſ. ad hanc Re-
gul. quæſtion.* 8. *§. Adde*, & *§. Accedat. Amayden.
de Styl. Datar. cap.* 15. *§.* 6. *num.* 49. *Card. de
Luc. de Beneſic. diſcurſ.* 141. *n.* 4. *Rot. in Burgen.
Archipreſbyteratus de Bribieſco* 4. *Decembris* 1705.
§. Aut in fine, coram bon. mem. Anſaldo. In Paro-
30 chialium vero proviſione conſenſus eſt tantum ho-
norificus, & præſtari debet ad favorem præelecti
in Concurſu, *Cardinal. de Luc. de Beneſic. diſ-
curſ.* 141. *num.* 4. *Rot. deciſ.* 2272. *per tot. coram
Caccin.* Et reſolvit Congregatio particularis in
Cauſa *Fulginaten. Parochialis*, de qua infra *nu-
mer.* 204.

Requiritur itidem conſenſus Cardinalium Patro-
norum in proviſione Beneficiorum ſuorum Fami-
31 liarium, quæ vacant in *Curia*, & apud *Sedem*,
licet ex hujuſmodi vacatione inſurgat reſervatio
clauſa in corpore juris, quæ major eſt, & qua-
cumque alia reſervatione potentior. In hoc enim
Papa ſibi legem imponit in eadem *Regula XXXII.
verſic. Declarans &c.* & clare etiam præſupponi-
tur in ſequenti *Regula XXXIII.* ibi -- *Et ſi apud
Sedem Apoſtolicam Beneficia hujuſmodi per obitum
dictorum familiarium vacaverint &c.* -- deciden-
do ſolum quæſtionem Concurſus inter Cardinales
32 ordinarium Collatorem, & Patronum. Et cetero-
quin id valde rationabile eſt, ne alias inanis, &
fruſtratoria eſſet Regula, cum fere ſemper fami-
liares moriantur in *Curia* addicti ſervitiis Cardi-
nalium Patronorum, qui in ea reſident, & com-
muniter firmant *Sot. ad hanc Regul. n.* 1. ubi quod
ita ſervatur, *Gomez ibid quæſt.* 15. *Mandoſ. Quæſt.*
14. *num.* 9. & *quæſt.* 29. *in fine*, *Rebuff. in addit.
ad Regul.* 33. *in fine*, *Piton. diſcep.* 105. *num.* 31.
Gonzal. ad Regul. 8. *gloſſ.* 51. n. 63. *Rot. deciſ.* 23.
n. 8. *tit. de Præbend. coram Caſſador. deciſ.* 1251.
n. 11. *in fine cor. Seraphin. deciſ.* 414. n. 10. *cor.
Millino.*

33 At quid dicendum, ſi Familiaris ille moriatur
in Curia, & fuerit etiam Curialis? *Card. de Luc.
de Beneſ. diſc.* 142. cenſuit, quod hoc caſu Car-
dinalis conſenſum præſtare non poſſit. Licet enim
per ſolum obitum in *Curia* Privilegium conſenſus,
ut mox diximus, non ceſſet, nihilominus, quan-
do concurrit vera ſpecies Curialitatis, reſultans ex
neceſſitate ſequendi Curiam, Privilegium præfa-
tum ceſſare debet eodem modo, quo dicitur de
Beneficiis Urbis, quæ non comprehenduntur ſub
Indulto Cardinalium, ſi ultimus Poſſeſſor obierit
in *Curia*, & fuerit etiam Curialis.

Sed in contrarium urget ſtylus Datariæ, ad cu-
34 jus tramites quoties contigit vacatio Beneficiorum
Urbis Romæ per obitum Curialium, de illis Pon-
tifex diſponit, uti de vacantibus *apud Sedem*, &
ſic tanquam de reſervatis vigore *cap.* 2. *de Præbend.
in* 6. Unde, ſicuti, dum Beneficium vacat *apud
Sedem* per obitum ſimplicis familiaris requiritur,
ut diximus conſenſus Cardinalis Patroni, ita etiam
35 requiri debet, quando vacat per obitum Curialis,
cum familiares Cardinalium dicantur quoque Cu-
riales, ut diximus in *Comment. in Regul. I.* eadem-
36 que in utroque caſu ſit reſervatio, nec una eſt alia
potentior, nullaque aſſignari poteſt congrua ratio,
cur adhiberi debeat conſenſus quoad unam, & non
quoad alteram reſervationis ſpeciem.

Accedit, quod, ut diximus, Papa per Regu-
37 lam favere voluit Cardinalibus, unde illius diſpo-
ſitio ampliari debet, & extendi ad omnes caſus,
qui ab eadem Regula, aliiſque Apoſtolicis Con-
ſtitutionibus non ſunt expreſſe excepti, cum talis
ſit ſemper mens, & intentio impertientis gratias,
& favores, ut iſti, quo fieri poſſit modo, am-
plientur *Cap. Odia de Regul. Jur. in* 6.

Rurſus Regula indulget Cardinalibus, ut con- 38
ſenſum præſtare valeant in proviſione omnium Be-
neficiorũ ſuorum familiarium præter quam in illis,
quæ familiares, qui inſimul Officiales extiterant,
obtinebant, ergo exceptio iſta firmat regulam in
contrarium, & operatur, ut cetera omnia Bene-
ficia aliter, quam ratione *Officialatus* reſervata,
Cardinalium Patronorum conſenſui ſubjacere de-
beant, *Rot. deciſ.* 414. *numer.* 10. & 16. *coram
Millino*, & *deciſ.* 1251. *numer.* 11. *coram Sera-
phin.*

Et demum reſervatio ob vacationem *in Curia*,
ſeu apud *Sedem* eſt localis, nempe ratione ipſius 39
Curiæ, *Rot. dec.* 169. *numer.* 25. & *ſeqq. coram
Priolo*, & diximus in *Commentar. in Regulam I.
§.* 1. unde attendi non meretur è conſpectu reſer-
vationis promanantis a familiaritate Cardinalitia, 40
quæ tanquam perſonalis, & dignior ei prævale-
re debet, juxta diſtinctionem, de qua infra *nu-
mer.* 68.

Et ita ſervatum fuit anno 1691. in Proviſione
Beneficiorum *Cathacen.* Diœceſis, quæ in *Curia* 41
vacaverant per obitum *Jacobi Petri* Auditoris
clar. mem. Cardinalis *Carpinei*, & prius ejuſdem,
dum Rotæ Auditoris munere fungebatur, Stu-
diorum Coadjutoris, atque ex his capitibus Cu-
rialis, quæque collata fuerunt prævio conſenſu
laudati Cardinalis. Et, cum anno 1696. vacaſ-
ſet per obitum *N. Bonepartis* familiaris clar. mem.
Cardinalis *Barberini*, indemque Curialis Benefi-
ciatus in Baſilica Sancti Petri, de eo, acceden-
te conſenſu dicti Cardinalis proviſus fuit *N. Mar-
tarellus*, examinato prius articulo inter Miniſtros,
& Advocatos Datariæ, qui ita unanimiter cen-
ſuerunt.

Sed, cum iterum articulus iſte fuerit in con-
troverſiam revocatus anno 1727. occaſione vaca-
tionis Canonicatus in Collegiata S. Mariæ *in Via
lata* per obitum Advocati *Mangalli* familiaris clar.
mem. Cardinalis *Pamphilii*; Cauſa non fuit deci- 42
ſa, ſed Canonicatus ſine conſenſu Cardinalis col-
latus fuit Perſonæ ab ipſo volitæ, nempe *D. Taya*
ejus Auditori cum Penſione ad favorem alterius
familiaris ejuſdem Cardinalis, & in Supplicatione
ſignata de menſe Januarii 1728. appoſita fuit clau-
ſula -- *Sine præjudicio conſenſus D. Cardinalis, qua-
tenus de jure requiratur.*

Ceterum non comprehendit Regula Beneficia
de Jurepatronatus Laicorum, ſeu mixto, quæ 43
reſervationibus, & Regulis Cancellariæ non ſub-
jacent, *Mandoſ. hic quæſt.* 4. *Kocbier. num.* 23. & 44
diximus in *Comm. in Reg. IX. §.* 2. *n.* 333. & 359.
Quod intellige de Jurepatronatus ex fundatione,
vel dotatione competente, ſecus ex Privilegio, 45
ſeu præſcriptione, quod ſub Cancellariæ Regu-
lis comprehendi oſtendimus in *Comm. in dict. Re-
gul. IX. §.*2 *num.* 335. *Mandoſ. hic quæſt.* 4. *num.*8.
Rot. coram Puteo deciſ. 306. *lib.* 3. ubi in fine limi-
tat ſtantibus clauſulis derogatoriis in Privilegio ap-
poſitis.

Sicuti, dum Beneficium de Jurepatronatus va-
cat in *Curia*, & Papa illud confert, derogando 46
de ſtylo Juriſpatronatus, quamvis competenti ex
fundatione, vel dotatione, ut diximus in *Comment.
in Regul. I. §.* 1. in tali collatione conſenſus Cardi-
nalis Patroni non adhibetur, quia ceſſat reſervatio
ex capite familiaritatis, & derogatio Juripatro-
natus operatur validitatem collationis, ſed non in-
ducit reſervationem, *Rota deciſ.* 769. *n.* 4. & 5.

&

& deciſ. 491. num. 2. & 3. coram Burat. & dixit
Armindus Riccius in Allegat. edita in Cauſa Ro-
mana Canonicatus Rotundæ, quæ incipit Canoni-
catus, §. final. & in altera in eadem Cauſa,
quæ incipit Cum hodie, §. Magis vera.

Neque Regula comprehendit Beneficia alio mo-
47 do, quam per mortem naturalem Familiarium va-
cantia. Utitur enim verbis per obitum Familia-
ris, quæ veram, & naturalem mortem denotant,
nec ſub iis comprehenditur mors civilis, unde ſi
Familiaris aſſequatur Beneficium incompatibile,
Uxorem ducat, in aliqua Religione Profeſſionem
emittat, aut alio modo civiliter moriatur, ceſſabit
Regulæ diſpoſitio, Sot. hic n. 2. & 3. Kochier. ſub
n. 34. Mandoſ. quæſt. 5. a n. 5.. ubi plures perpen-
dit rationes, Peleus dict. cap. 40. pag. 152. a ter-
go §. In Regula, Rot. deciſ. 165. de Præb. cor. Caſ-
ſador. & deciſ. 1177. n. 13. cor. Puteo, & in Fer-
rarien. Cappellania 10. Maii 1694. §. Ejuſdem,
48 coram Urſino. Idemque dicendum, ſi Familiaris
fuerit ipſo jure privatus aliquo Beneficio, Gomez
ad hanc Reg. quæſt. 7. Mandoſ. ibid. quæſt. 8. Pe-
leus in Comm. ad hanc Reg. cap. 40. verſ. Impe-
trans pag. mihi 149. Et in proviſione Beneficio-
49 rum, juxta Decretum vacantium pluries ſervatum
vidimus in Dataria, & præſertim anno 1694. quo
tempore fuit a Pontifice collatus Cannnicatus Ca-
thedralis Nuceriæ vacans, ex quo illius poſſeſſor
Familiaris clar. mem. Cardinalis Franzoni obti-
nuerat ab Epiſcopo Parochialem, nullo deſuper
requiſito dicti Cardinalis conſenſu.

Eademque ratione ceſſat diſpoſitio Regulæ, ſi
50 Familiaris reſignaverit Beneficium, ut firmant Ko-
chier. Sot. & Mandoſ. mox laudati, Rebuff. in ad-
dit. ad hanc Regul. in princip. Peleus dicto cap. 40.
in fine, pag. mihi 153. Pariſ. de Reſignat. lib. 7.
quæſt. 28. numer. 8. & lib. 8. quæſt. 10. Caſſador.
51 deciſ. 16. de Præben. Idemque dicendum in ter-
minis Permutationis, Kochier. de Permutat. Bene-
fic. part. 3. cap. 19. Et quod collatio Beneficii li-
bere dimiſſi in manibus Ordinarii a Familiari clar.
52 mem. Cardinalis Nerlii ſpectaret ad Pontificem
abſque conſenſu dicti Cardinalis, deciſum fuit in
53 Congregatione Datariæ anno 1696. Prout etiam
Regulam non habere locum, ſi Familiaris Cardi-
nalis Coadjutorem ſibi a Papa deputari obtineat
ſuper Beneficio, quod obtinet, poſt Gomeſ. in hanc
Reg. quæſt. 14. tradit Peleus dicto cap. 40. pag. 150.
a tergo, §. Regula, Mandoſ. in hanc Regulam quæſt.
30. a n. 7. & ſeqq. Gonzal. in Regul. 8. Gloſſ. 5. §. 9.
n. 16. & 81.

Quod ſi Familiaris reſignans Beneficium mo-
54 riatur intra viginti dies, an tali caſu, cum Bene-
ficium non vacet per reſignationem, ſed per obi-
tum, requiratur conſenſus Cardinalis? Negative
reſpondet Gomez hic quæſtion. 5. ea ratione, quia
vacatio per obitum inducta per Regulam de In-
firmis eſt ficta, & non vera, ſequitur Rebuff. ad
hanc Regulam in princip. Contrariam tamen ſen-
55 tentiam rectius firmant Mandoſ. hic quæſt. 7. ajens,
ita fuiſſe in Rota reſolutum, Kochier. ibidem n. 35.
Peleus dict. cap. 40. pag. mihi 152. a terg. verſ.
Regula. Et rationi adductæ per Sarnenſem plene
reſpondet Rota deciſ. 335. numer. 4. & pluribus
ſeqq. cor. Emerix Jun. & Nos in Comm. in Regul.
XIX. de Infirmis late oſtendimus, vacationem,
de qua in eadem Regula, eſſe veram, & non fi-
ctam.

An autem cenſura Regulæ comprehendat Be-
56 neficia vacantia per Promotionem Familiaris ad
Epiſcopatum? Plures caſus diſtinguunt Mandoſ.
hic quæſt. 15. & 16. Gomeſ. quæſt. 24. Rot. deciſ.
1177. numer. 12. & ſeqq. cor. Pænia. Ego autem
cenſeo, quod ſi Familiaris promoveatur ad Epiſco-
patum, locus non ſit Privilegio conſenſus, ſive
retentionem Beneficiorum obtinuerit, ſive non, 57
cum, juxta modernam praxim, & formulam Ce-
dulæ Conſiſtorialis, Beneficia Promoti ſtatim va-
cent, & ſolum prorogatur vacationis effectus uſ-
que ad ejus obitum. Unde cum Beneficia Fami-
liaris vacent per Promotionem, locum ſibi non
vindicat Regula, quæ loquitur de vacatione per
obitum, ut mox diximus, & in his terminis Ro-
ta dec. 1177. n. 13. verſ. Præterea, cor. Pænia,
Caccin. adnot. 50. n. 2. & ſeqq.

Rurſus conſenſus Cardinalis non requiritur, nec
eſt facienda mentio de familiaritate, ubi agitur de 58
Proviſione Beneficii, ſuper quo ante vacationem
lis aderat, ut poſt Lotter. de Re Benef. lib. 2. quæſt.
54. numer. 85. & Adden. ad deciſ. 24. numer. 4.
de Reſcript. in Nov. firmavit Rota in Ferrarien.
Cappellaniæ 10. Maii 1694. §. Et optime, cor. Ur-
ſino.

Et hinc Regula non procedit, quando Colli-
tigans petit ſubrogationem gratioſam ad Benefi- 59
cium litigioſum, ſuper quo jus competebat Fami-
liari Cardinalis, Sot. hic n. 22. Kochier. n. 47. in
fine, Gomeſ. quæſt. 8. Rebuff. in prax. ad hanc Re-
gul. Mandoſ. ibidem quæſtion. 9. Rot. dec. 414. nu-
mer. 17. cor. Millino, & deciſ. 715. numer. 8. cor. 60
Manzanedo. Licet neceſſarius ſit conſenſus, quan-
do ſubrogatio conceditur non favore Collitigan-
tis, ſed tertii, ut dicemus infra, & firmant Go-
meſ. in hanc Regul. quæſt. 8.

Pari ratione Regula locum ſibi non vindicat in
Gratiis Perinde valere, ſi Neutri, & ſimilibus im- 61
petrationibus, quæ dicuntur Gratiæ ſecundariæ,
& dependentes a litis eventu. Proindeque earum
reſpectu non intrat conſenſus Cardinalis Patroni,
qui ſolum requiritur in Gratiis primævis & prin-
cipalibus, Gomeſ. dict. quæſt. 8. n. 5. Mandoſ. dicta
quæſt. 9. n. 7. Rot. in dicta Ferrarien. Cappellania
10. Maii 1694. §. Ejuſdem, coram Urſino, ubi ex
Mandoſio refertur, articulum fuiſſe diſputatum in
Rota coram Puteo, cumque mandatum extitiſſet,
quod conſulerentur Abbreviatores de Parco, ipſo-
rum votum fuiſſe, in hiſce Gratiis ſecundariis non 62
requiri conſenſum Cardinalis Patroni, unde re-
propoſita Cauſa, Rotam receſſiſſe a deciſ. 84. cor.
eadem Puteo.

Prout itidem ceſſat Privilegium conſenſus, 63
quando quis impetrat Beneficium, ex quo Provi-
ſus de conſenſu Cardinalis non expreſſit verum
illius valorem. Licet enim tali caſu impetretur
Beneficium vacans, ut prius, ſtante nullitate gra-
tiæ alteri conceſſæ, non tenetur tamen impetrans
adhibere Cardinalis conſenſum, qui ſolum requi-
ritur prima vice, & in primæva, & principali Be-
neficii proviſione, ſecus, quando conſumta prima 64
vacatione, quis impetrat primum Beneficium,
quod licet dicatur vacare, ut prius, non tamen
providetur ex priori reſervatione, ſed ex altero di-
verſo modo, nempe ob non expreſſum verum va-
lorem; & talis erat caſus diſputatus in Rota in lau-
data Ferrarien. Cappellaniæ cor. Urſino. Confert
etiam ratio, quam in proximis terminis perpendit
Gomeſ. dicta quæſt. 8. quod ſcilicet in hiſce caſibus
numquam Cardinalis præſtaret conſenſum, cum 65
ſimiles impetrationes certo modo fieri non ſoleant,
niſi a Perſonis ignotis ipſi Cardinali, unde vero-
ſimile non eſt, quod impetrationibus iiſdem ſuum
eſſet impertiturus conſenſum, qui conceſſioni quo-
dammodo æquipollet.

Similiter ceſſat diſpoſitio Regulæ, ſi defunctus
Fami-

66 Familiaris fuiſſet *Officialis*; Quando enim concur-
rit reſervatio ratione Officii, tunc Beneficii colla-
tio libere ſpectat ad Papam, ut clare diſponitur
in Regula, ibi -- *Declarans, præſentem Conſtitu-
tionem locum non habere in illis Beneficiis, quæ Fa-
miliares ipſi &c. & ratione Officiorum per eos ob-
tentorum dictæ diſpoſitioni generaliter reſervata,
vel affecta fuiſſe apparerent.* -- & tradunt *Kochier.
ad hanc Regul. num.* 42. *Gomeſ. quæſt.* 5. *Mandoſ.
quæſt.* 14. *n.* 9. & 10. *Spad. conſ.* 24. *lib.* 3. *per tot.
Coccin. ad not.* 50. & in eadem Cauſa *Rota dec.*
1177. *n.* 13. *verſ. Poſtremo, coram Pænia*, qui lo-
quuntur de Beneficiis obtentis per Nuncium A-
poſtolicum, & *deciſ.* 414. *n.* 8. *cor. Millino.* Et
67 ratio eſt, quia Officialium Beneficia ſæpe a com-
munibus regulis præſervantur, cum, ut plurimum
ipſi ſint Familiares Papæ, & decens, congruum-
que viſum fuit, quod hæc familiaritas ergo Sum-
mum Pontificem, familiaritatem Cardinalitiam
offuſcaret, *Mandoſ. ad hanc Reg. quæſt.* 14. *nu-
mer.* 10.

Quinimo, ſecluſo etiam *Officio*, ſufficeret pro
68 excluſione Conſenſus Cardinalitii concurſus alte-
rius reſervationis perſonalis. In illa enim quæſtio-
ne, an ſcilicet, ſi cum familiaritate Cardinalis con-
currat alia reſervatio, ſit locus conſenſui, diſtin-
guendum eſt, quod aut concurrit aliqua reſervatio
perſonalis, & hoc caſu, cum dignior reſervatio
favore Papæ trahat ad ſe minus dignam Cardina-
69 lis, ceſſat Privilegium conſenſus; Aut altera re-
ſervatio, quæ concurrit, eſt realis, & tunc præ-
valet familiaritas Cardinalis, quæ eſt perſonalis,
& dignior, ut diſtinguit *Sarnen. ad hanc Regul.
dict. quæſtion.* 15. *Rota deciſ.* 1177. *num.* 11. *coram
Pænia*, & *deciſ.* 414. *cor. Millino.* Ex quo fit,
quod, ſi Beneficium vacans per obitum Familia-
ris ſit reſervatum, ex quo ſit prima Dignitas, in
70 Cathedrali, vel Collegiata, locus erit Privilegio
conſenſus a Cardinali præſtandi, quoniam reſer-
vatio primæ Dignitatis eſt realis, & ſuperatur a
71 Perſonali, ut quidquid dixerit *Rebuff. in addit. ad
hanc Regul.* tradunt *Gomeſ. dict. quæſtion.* 15. *Ru-
beus ſingular. Rot. circa Deciſ. Anton. Auguſtini
pag. mihi* 220. *num.* 2. *Garc. de Benefic. part.* 5.
c. p. 1. *ſub num.* 275. & poſt hæc ſcripta *Piton.
diſcept.* 105. *num.* 8. licet *num.* 9. & *ſeqq.* fir-
met non requiri conſenſum Cardinalis, ſi concur-
72 rant duæ Reſervationes reales, altera nempe ra-
tione primæ Dignitatis, & altera ratione Men-
ſis, quia nempe Dignitas præfata vacaverit
in Menſe vigore Regulæ IX. reſervato, *Pelcus
in Comment. in hanc Regul. quæſt.* 40. *pag. mihi*
152. *Coccinus dict. adnot.* 50. *Rot. deciſ.* 1177. *cor.*
73 *Pænia*, & *deciſ.* 414. *per tot.* Ac ita reſolutum
fuit in Congregatione Datariæ anno 1698. &
ſervatum in *Decanatu*, Dignitate poſt Pontifica-
lem majori in Cathedrali *Calaguritana*, quem,
uti vacantem per obitum Joannis *Montiel* Fami-
liaris clar. mem. Cardinalis *Judice* contulit Data-
ria, prævio conſenſu ejuſdem Cardinalis, *Antonio
Bravo.*

Atque ex eadem ratione, ſi quis fuerit Familia-
74 ris Papæ, & Cardinalis, non requiritur in pro-
viſione Beneficiorum per ejus obitum vacantium
conſenſus vigore hujus Regulæ, quia familiaritas
Papæ, tanquam lumen majus offuſcat familiarita-
tem Cardinalis, *Sot. hic num* 9. *Kochier. ibidem
num.* 41. *Sarnen. dicta quæſtion.* 15. *Mandoſ. pa-
riter ad hanc Regulam quæſt.* 14. *circa finem*, ubi
75 quod hæc eſt Curiæ Romanæ obſervantia, etiamſi
non fuerit Officialis, *Rebuff. in addit. in hanc
Regul. n.* 5. *Gonzal. in Regul.* 8. *Gloſſ.* 51. *num.* 65.
& *ſeqq. Mareſcott. var. libr.* 2. *cap.* 94. *ſub n.* 17.
Card. de Luca de Benefic. diſc. 142. *n.* 12. *Rota de-
ciſ.* 414. *n.* 16. *cor. Millino*, & *deciſ.* 1251. *n.* 5.
cor. Seraphin. & *dec.* 1177. *n.* 9. *cor. Pænia.* In-
telligendo tamen in Beneficiis obtentis ante, vel 76
durante Familiaritate Papæ, nam quoad Benefi-
cia poſt diſſolutam Papæ familiaritatem obtenta lo-
cus erit conſenſui Cardinalis, ut declarando Deci-
ſionem *Seraphini*, conſuluit *Spad. conſ.* 36. *per tot.
lib.* 3. *Card. de Luca de Benef. diſc.* 141. *in ſupplem.*
& fuit reſolutum a *Rota in Comen. Beneficii* 13.
Martii 1595. *cor. Orano.*

Idque procedit etiamſi Papa eſſet mortuus,
nam licet tunc extincta ſit reſervatio, attamen re- 77
manet affectio, quæ eſt ejuſdem efficaciæ, ac cau-
ſa, a qua provenit, eundemque operatur effe-
ctum, ut nec etiam poſt obitum Pontificis poſſit
Cardinalis præſtare conſenſum in proviſione Bene-
ficiorum, quæ Familiaris Papæ, eo vivente, ob-
tinuerat, *Felin. in cap. in noſtra num.* 20. *de Præ-
ſcript. Mareſcott. var. lib.* 2. *cap.* 94. *n.* 17. *Lotter.
de Re Benefic. lib.* 2. *quæſt.* 32. *a num.* 122. *ſeqq.
Coccin. adnot.* 50. *n.* 17. *Rot. dec.* 31. *de Præbend. in
antiq.* & *dec. ultim. de Præben. cor. Caſſador. deciſ.*
154. *n.* 19. *cor. Durano dec.* 1251. *num.* 20. *cor.* 78
Seraph. Et fuit reſolutum a Congregatione par-
ticulari quamplurium Prælatorum in *Romana
Canonicatus S. Mariæ in Via lata* 8. *Decembris*
1681. ſuper qua adeſt plenum Votum mſ. Cardi-
nalis *de Luca.*

Rurſus locum ſibi non vindicat diſpoſitio Re-
gulæ, tametſi familiaritas Papæ ſit ficta, & ex 79
Privilegio, non vero ex *Mente*, & *Dente*, quando
Papa eos creat veros, & proprios Familiares, nam
etiam in his Familiaribus creatis in veros Familia-
res ex Privilegio, majus lumen offuſcat minus,
Barboſ. de Epiſcop. allegat. 57. *ſub n.* 107. *Caſtro-
pal. Oper. moral. tom.* 1. *part.* 2. *tract.* 13. *diſput.*
19. *ſub n.* 6. *Mandoſ. ad hanc Regulam quæſt.* 14.
ubi in fine exemplificat in Cubicularis, Abbre- 80
viatoribus de Parco, Scriptoribus Apoſtolicis &c.
Mareſcott. var. lib. 2. *cap.* 94. *num.* 17. *Kochier.
ad hanc Regul. num.* 41. *Rot. dec.* 101. *numer.* 1.
& *dec.* 131. *lib. part.* 3. *diverſ.* & *dec.* 1251. *per
tot. cor. Seraphino.* Et notavit *Armindus Riccius*
in Allegat. edita in Cauſa *Romana Canonicatus
S. Marci* §. *fin.* & *in altera Romana Beneficiatus
S. Petri*, ubi teſtatur ita ſervatum in Beneficio- 81
in S. Petri, quem vacantem per obitum *Ferra-
rii*, qui fuerat Subſecretarius Congregationis S.
Officii, & ſic Familiaris fictus Papæ, ſan. mem.
Alexander VII. contulit *N. Trullio* abſque con-
ſenſu Cardinalis *Barberini*, cujus dictus *Ferra-
rius* erat Familiaris; Et iterum ſervatum ſub Pon-
tificatu ſan. mem. *Innocentii XI.* in alio ejuſdem
Baſilicæ Beneficiatu vacante per obitum *Joannis
Baptiſtæ Huſſoni* Congregationis præfatæ itidem
Subſecretarii, & ab eodem Pontifice collato Ab-
bati de *Magiſtris* ſine conſenſu dicti Cardinalis
Barberini prævio Voto Congregationis particula-
ris, de qua meminimus in *Comment. in Regul. I.*
§. 1. *num.* 125. & *in Regul. IV.* §. *V. n.* 95. Et in
qua Cauſa duo Vota edidit cl. mem. Cardinalis *de
Luca* alterum, ex quo efformavit *diſc.* 142. *num.*
11. *de Benefic.* & alterum, quod impreſſum non
reperitur, quodque ad ornatum materiæ exſcribe-
re operæ pretium ducimus, & eſt, tenoris qui ſe-
quitur.

„ Poſt multorum Menſium ſilentium, convo-
„ cata de ordine SSmi Congregatione deputata
„ juxta facti ſeriem, de qua *Diſcurſu* 142. *de Be-
„ nefic.* ſub *die* 23. *Decembris* 1678. prodiit Reſo-
„ lutio

„ lutio Datariæ favorabilis -- *Proviſionem nempe*
„ *Cardinalis Indultarii non ſuſtineri ab vacatio-*
„ *nem apud Sedem* -- juxta jam deducta in dicto
„ alio *Diſcurſu*; Super alio vero motivo con-
„ ſenſus in vim *Regulæ XXXII.* ob aliquam Vo-
„ torum diſcordiam, dilata fuit Reſolutio ad a-
„ liam Congregationem habendam die 29. ejuſ-
„ dem Menſis, in qua pariter ad favorem Data-
„ riæ pro majori parte Votorum, trium nempe ex
82 „ quatuor, fuit reſolutum, *quod non intraret Re-*
„ *gula.*
„ Super primo puncto Indulti modica fuit ha-
„ bita difficultas, dum iidem Scribentes ad fa-
„ vorem Proviſi per Indultarium, agnoſcendo
„ vim motivi, dabant manus, reſtringendo ſe ad
„ aliud fundamentum *Regulæ XXXII.* Et licet ille
„ ex Congregatis, qui motivaverat in contra-
„ rium, juxta jam inſinuata, non obſtante clara
„ litera *Textus in Cap. Præſenti de Præben. in 6.*
„ & indubitata Curialitate defuncti perſiſtere vi-
„ deretur in priori ſenſu, adeout deſcenderet in
„ reſolutionem, eo quia Pars cedebat; nihilomi-
„ nus adhuc viſum eſt, quod ejus rationes dubi-
„ tandi nullam haberent ſubſiſtentiam: Admitte-
„ bat ſiquidem ipſe, quod ſtante incontrovertibi-
„ li Curialitate Defuncti, ſaltem ratione familia-
„ ritatis Cardinalis, ac obitu in Curia, intraret
„ exceptuata vacatio *apud Sedem*, ſed dicebat, id
„ procedere in Beneficiis aliorum locorum, in
„ quibus contingeret adeſſe Curiam Papæ, non
83 „ autem in Beneficiis Urbis, eo quia in iſtis non
„ cadunt reſervationes, & affectiones quæ affi-
„ ciunt alios Ordinarios, non autem ipſum Pa-
„ pam, in quo hæc diſcretio reſervatorum, &
„ non reſervatorum non datur, dum ipſe, tan-
„ quam Epiſcopus, & Ordinarius particularis Ur-
„ bis confert omnia Beneficia ex illa eadem diſ-
„ poſitione Juris communis, quæ omnibus aliis
„ Epiſcopis, & locorum Ordinariis aſſiſtit. Acci-
„ dentalis autem ſuperventa Reſervatio Apoſtoli-
„ ca redolens ſpeciem ſervitutis non eſt in ipſo ve-
„ rificabilis ob incompatibilitatem ſervitutis in re
„ propria, dum etiam Epiſcopi, aliique Ordina-
„ rii Collatores, ſecluſa illa delegatione, quæ pro-
„ venit a Conſtitutione LIX. *Urbani VIII.* quan-
„ do obtinent Indultum Apoſtolicum, conferre
„ potius dicuntur Jure ordinario ob remotionem
„ obſtaculi, ut in ſpecie ratiocinatur inter Benefi-
„ cialiſtas melius *Gonzalez ad Regul. 8. Gloſſ. 13.*
„ *n. 6. & ſeqq.* referens *Gomez*, & alios, atque
„ cum eo pertranſit *Lotter. de Re Benef. lib. 2.*
„ *quæſt. 27. n. 25. cum ſeqq.*
„ Admittebam Ego e converſo veritatem aſ-
„ ſumti, negabam vero applicationem. Id etenim
84 „ recte procedit in Proviſionibus, quæ per ipſum-
„ met Papam fiunt; quoniam in eis non verificatur
„ contradiſtinctio reſervatorum, & non reſerva-
„ torum, atque intrat dicta ratio, quod non de-
„ tur ſervitus in re propria; ſecus autem in illis
„ Beneficiis, quæ ſint ad collationem inferiorum,
„ quibus ipſe Papa conceſſit, & quos, tanquam
„ ejus Vicarios, vel ſubalternos Ordinarios con-
„ ſtituere voluit, illos aſſimilando Epiſcopis,
„ aliiſque locorum Ordinariis, juxta ponderatio-
„ nes, de quibus *in Albanen. Canonicatus diſ-*
„ *curſ. 145. tit. de Benef.* quoniam iſto caſu re-
„ cte verificabilis eſt contradiſtinctio præfata, ita
„ tamen, quod in reſervatis Papa conferre vide-
„ tur etiam eodem Jure Epiſcopali nativo, &
„ primævo, tanquam per reſtrictionem dictæ
„ Conceſſionis, potius, quam auferendo ab E-
„ piſcopis, & veris Ordinariis cum ſuprema Pa-
„ pali auctoritate id, quod illorum erat pleno ju-
„ re, adeout iſti ſint Ordinarii improprii, vel ſub-
„ alterni Urbis, ejuſque Diœceſis conſtitutæ ex
„ ſex Epiſcopatibus Cardinalitiis juxta deducta
„ *dict. diſc.* 145. longeque minus jus habere dican-
„ tur, quam Epiſcopi, aliique Ordinarii in eo-
„ rum Diœceſibus, & Territoriis, ideoque ab-
„ ſonum eſſet dicere, quod in hoc adeo melioris
„ conditionis eſſe deberent iſti Vicarii, ſeu Præ-
„ lati inferiores, quam ſint Epiſcopi, aliique Or-
„ dinarii; Ponderando, quod, ſi id verum eſſet,
„ nunquam darentur reſervationes, vel affectio-
„ nes in Beneficiis, & Clericatibus trium Baſili-
„ carum, & in Canonicatibus, & Beneficiis alia-
„ rum Collegiatarum Urbis, & tamen inconcuſ-
„ ſa notoria Praxis docet contrarium.
„ Atque ſi id procedit in illis Collatoribus, qui
„ Eccleſiarum Prælati, & Ordinarii improprii,
„ vel ſubalterni ſunt, quales dici poſſunt præfati
„ ſex Epiſcopi Cardinales in eorum Epiſcopatibus,
„ ac etiam alii Cardinales in eorum Titulis, vel
„ Diaconiis juxta deducta *diſc. 34. de Juriſdict.*
„ ac etiam alibi eodem *titulo*, multo magis id pro-
„ cedere debet in hujuſmodi Archipresbyteris 85
„ Trium Baſilicarum Patriarchalium, qui faciunt
„ ſolum figuram primæ Dignitatis Capituli, ſeu
„ Collegii, adeout eorum jus ita per quandam
„ Turnariam diviſionem cum Canonicis diſtribu-
„ tum, provenire potius dicatur ab illa facultate,
„ quæ ex diſpoſitione Juris communis in Collegia-
„ tis reſidet penes ipſum Collegium, juxta dedu-
„ cta in *Nuſcana diſc. 17. de Beneficiis*, & alibi,
„ & habetur ſupra in *Romana Beneficiatus S. Joan-*
„ *nis diſc. 5. eod. tit.* adeoque longe facilius intrat
„ contradiſtinctio reſervatorum; Idque bene com-
„ probatur a *Regula VIII.* reſervatoria omnium
„ Canonicatuum iſtarum Baſilicarum, quocun-
„ que tempore, & ex quacunque Perſona vacent,
„ unde liquet, quod iſtis Prælatis aliquid minus
„ Papa concedere voluit, quam competat Epiſco-
„ pis, aliiſque Ordinariis.
„ Atque, ut præmiſſum eſt, ſufficit ex his rem
„ dubiam reddi, ut obſervantiæ, & communi Be-
„ neficialiſtarum interpretationi deferendum ſit;
„ Conſiderando potiſſime, quod quando prodiit
„ Decretalis in *Cap. Præſenti de Præb. in 6.* Reſi-
„ dentia Papæ, ejuſque Curiæ erat, atque a no-
„ tabili tempore inerat in Urbe, in qua impoſte-
„ rum eſſe debere, tunc probabiliter credebatur,
„ dum poſtea contigit inſperata tranſlatio in Gal-
„ liam, & poſt reditum, ſequutum fuit omnium
„ longius, & teterrimum Schiſma initiatum ſub
„ *Urbano VI.* & terminatum per Concilium Con-
„ ſtantienſe ſub *Martino V.* ideoque de Curia in
„ Urbe probabiliter actum potius fuit.
„ Neglecto itaque iſto motivo, quod revera
„ negligi merebatur, atque firmato, quod In-
„ dultum non ſuffragaretur, adeout proviſio fa-
„ cta per Indultarium nullatenus eſſet ſubſtenta-
„ bilis, cardo diſputationis vere ad ſolum moti-
„ vum *Regulæ XXXII.* reſtringebatur, circa quod
„ advertebam, inſpiciendum in primis eſſe, cui-
„ nam aſſiſteret regula, ob quam ille habere di-
„ ceretur intentionem fundatam, adeout alter
„ Contendentium veniret jure limitationis. Siqui-
„ dem effectus regulæ ſub diverſis materiis fre-
„ quenter inſinuatus, & præſertim *diſc. 22. de* 86
„ *Judic.* eſt, quod illam habenti, ſufficit eam al-
„ legare, ut fundatam habere dicatur intentio-
„ nem abſque aliquo probationis onere, quo pre-
„ mitur ille, qui ſe fundat in limitatione perfecte
„ probanda; ut propterea in dubio contra iſtum ſit
reſponden-

„ reſpondendum, ex altero vero, ac recepto axio-
„ mate pariter inſinuato *dict. diſc.* 22. *de Judic.*
„ & alibi frequenter, quod babenti ſundaiam
„ intentionem, ſufficit offuſcare, dubiamque
87 „ reddere probationem contrariam, impediendo,
„ ne attingat metam perfectionis.

„ Omnino autem veriorem cenſendam eſſe
„ advertebam opinionem *Mandoſii* ad hanc Regu-
„ lam *quæſt.* 1. *& quæſt.* 14. quidquid in contra-
88 „ rium dicat *Gomeſ.* ut illa *Regula XXXII.* ut-
„ pote continens Privilegium exorbitans, ac li-
„ mitativum illius regulæ generalis, quæ, poſi-
„ ta reſervatione, vel affectione, aſſiſtit Papæ,
„ ejuſque Datariæ, quoniam, ut advertitur *diſc.*
„ 2. *num.* 6. *& ſeqq. tit. de Beneſ.* & alibi occa-
„ ſione agendi de Indultis, an favorabilia, vel
„ odioſa cenſenda ſint, illa videtur germana di-
„ ſtinctio, quod aut agitur de Indultis, quæ con-
89 „ ceduntur Epiſcopis, aliiſque Ordinariis Col-
„ latoribus habentibus univerſalem Juriſdictio-
„ nem, vel facultatem conferendi omnia Bene-
„ ficia ſuæ Diœceſis, vel Territorii ex diſpoſitio-
„ ne Juris communis, priuſquam introduceretur
„ uſus Reſervationum, vel Affectionum Apoſto-
„ licarum, & tunc Indulta cenſenda ſint favora-
„ bilia, large, ac benigne interpretanda, utpote
„ removentia novam, & exorbitantem legem
„ inductivam Reſervationum, ac reſtituentem an-
„ tiquam legem, ſeu libertatem, juxta diſtin-
„ ctionem, quæ in propoſito Statutorum, ſeu
„ novarum Legum exorbitantium ab antiquo Ju-
„ re communi, habetur ſub titulo *de Succeſſione*
„ *ab inteſtato diſc.* 1. & in aliis pluries, ac etiam
„ *diſc.* 35. *de Judic.* & alibi; ac etiam ob regu-
„ lam generalem excludentem ſervitutem, ac aſ-
„ ſiſtentem libertati, ejuſque conſervationi. Aut
90 „ vero agitur de Indultis extraordinariis, non
„ quidem remotivis obſtaculi, vel reſtitutivis
„ antiqui Juris, & facultatis, ſed mere privi-
„ legiativis adverſus reſervationes, vel affectio-
„ nes, concedentibus rem, alias de Jure non
„ competentem, prout antiquitus erant illa Indul-
„ ta, quæ concedi ſolebant Cardinalibus, vel aliis,
„ conferendi Beneficia reſervata, vel affecta ali-
„ cujus Diœceſis, cujus non erant, nec unquam
„ fuerunt Epiſcopi, atque hodie ſunt illa Indul-
91 „ ta, quæ concedi ſolent Cardinalibus dimitten-
„ tibus Eccleſias per quandam ſpeciem retentio-
„ nis illius facultatis, quam prius ex Indulto or-
„ dinario habebant, & tunc cenſenda ſint exor-
„ bitantia. utpote mere privilegiativa, & inducen-
„ tia limitationem illius Regulæ, quæ ſine mixtu-
„ ra, & concurſu Ordinarii in reſervatis, vel affe-
„ ctis aſſiſtit Papæ, ejuſque Datariæ, ut latius
„ *dict. diſc.* 2.

„ Multo vero magis id dicendum eſt in iſta
92 „ *Regula XXXII.* utique majoris exorbitantiæ,
„ quam ſit dictum Indultum, quod conceditur
„ univerſaliter dimittentibus Eccleſias, dum iſtud
„ revera, & inſpecta veritate naturali, non conce-
„ dit rem novam, quæ prius non haberetur, ſed
„ potius præſervat, ne amittatur illud jus, quod
„ jam obtinebatur, tanquam per retentionem, ſi-
„ ve continuationem, ut advertitur eodem *diſc.*2.
„ & in aliis; dum id, quod conceditur per
„ hanc Regulam, continet rem particularem om-
„ nino novam, nunquam prius competentem, ex
„ quadam mera gratia, & benignitate origina-
„ ta à quadam lege congruentiæ, & æquitatis.
93 „ Longe ſiquidem debilius eſt Jus Regulæ, quam
„ ſit illud Indulti, potiſſime vero ubi agitur de
„ Indulto, quod conceditur Ordinario Col-

„ latori, & magis de eo Indulto pleniori, & ex-
„ traordinario concedi ſolito Nepotibus Pontificum
„ ex pluribus: Primo quia *Regula XXXIII.* id
„ expreſſe determinat, ut advertitur apud *Coccin.*
„ *dec.* 948. *repetit. dec.* 53. *part.* 6. *Rec.* Secundo,
„ quia Indultum ſuffragatur ubicumque ſint Car-
„ dinales; Regula vero ſolum præſentibus. Ter-
„ tio, quia Indultum continet cauſam univerſa-
„ lem, Regula vero cauſam particularem vacatio-
„ nis ex certa perſona. Quarto quia ex Indulto ſit
„ collatio, quæ non ſit ex Regula. Et quinto,
„ quia hoc Indultum magis amplum complectitur
„ etiam Beneficia Officialium, quæ in Regula
„ excipiuntur, cum pleriſque ſimilibus conſide-
„ rationibus. Et licet in eo majoris efficaciæ ſit 94
„ Regula, quia capit etiam Beneficia vacantia
„ *apud Sedem*, quæ non cadunt ſub Indulto; At-
„ tamen id provenit à ratione contrarietatis, vel
„ ſatuitatis, non autem ex majori privilegio, vel
„ robore Regulæ; & per conſequens poſita exor-
„ bitantia, de plano reſultat conſequentia, ut
„ ſufficiat, punctum reduci ad terminos probabi-
„ lis dubietatis, ut iſta concurrente, pro excluſio-
„ ne Privilegii, ſeu limitationis, veniat reſpon-
„ dendum.

„ Et nihilominus videbatur, quod verſaremur
„ potius in claris ad favorem Datariæ pro exclu-
„ ſione hujus Privilegii ex duobus motivis, quo-
„ rum unum ſubſiſtere ſufficit, adeout opus non
„ ſit utrumque verificari, vel utrumque placere,
„ quoniam ſufficit, quod unum placeat, prout
„ de facto ſequutum eſt, quod uni ex tribus
„ Concurrentibus in eandem Reſolutionem pla-
„ cuit ſolum primum, non autem poſterius, quam-
„ vis mihi, & alteri utrumque placeret, ex eo,
„ quod, licet illa ſint inter ſe diverſa, nihilomi-
„ nus habere videntur quandam annexionem,
„ quod unum influat in alterum, illudque coad-
„ juvet, vel corroboret.

„ Primum itaque, ac ſolidius motivum erat
„ illud deficientis præſuppoſiti, vel requiſiti ne-
„ ceſſarii Regulæ, nempe familiaritatis Cardina-
„ lis, utpote ſuffocatæ a familiaritate majori Pa-
„ pæ, ut in ſpecie iſtius Regulæ advertitur apud 95
„ *Pen. deciſ.* 1177. *n.* 8. & apud *Seraphin. deciſ.*
„ 1251. quæ videntur Deciſiones circa iſtam
„ Regulam magiſtrales, & generaliter de ſuffo-
„ catione familiaritatis Cardinalitiæ reſultante a
„ majori familiaritate Pontificia, habetur in *Bo-*
„ *non. diſcurſ.* 3. *nu.* 7. *tit. de Beneſic.* & in aliis
„ pluries.

„ De familiaritate autem Pontificia ſatis con-
„ ſtare videbatur, dum verificantur duo ejus re-
„ quiſita *mentis*, & *dentis*, quoniam munus ſcri-
„ bendi literas univerſalis *Inquiſitionis*, eſt tale, 96
„ quod retinet perſonam perpetuo, vel pro ma-
„ jori parte Vitæ adjectam ſervitio, atque pro
„ eo præſtatur menſtruum ſalarium ſcutor. 17. ſuf-
„ ficiens ad Vitæ ſuſtentationem; ideoque veræ
„ familiaritatis Pontificiæ requiſita verificaban-
„ tur, de quibus in materia Beneficiali eodem
„ *Titul. de Beneſic. diſcurſ.* 6. & alibi pluries, &
„ generaliter ad alios effectus *diſc.* 33. *de Juriſd.*
„ & alibi.

„ Neque dubitandum videbatur, quod iſtud eſ-
„ ſet ſervitium Papæ, a quo ſtipendium ſolveba-
„ tur; Quoniam Tribunal univerſalis *Inquiſitio-*
„ *nis* immediate regitur ab ipſo Papa, qui pro
„ ejus conſilio adhibet Congregationem, cui præ-
„ ſidet perſonaliter; juxta inſinuata *diſcurſ.* 14. 97
„ *in Relatione Curiæ*, ipſeque ſolvit Officialium,
„ & Miniſtrorum ſtipendia, quoniam licet iſta

„ non ſolvantur per Miniſtros Camerales me-
„ diante Banco Depoſitarii Cameræ, ut ſol-
„ vuntur alia ſtipendia Miniſtrorum, & Officia-
„ lium Papæ, & Sedis Apoſtolicæ, minuſque
„ ſolvantur per Præfectum Palatii Apoſtolici eo
„ modo, quo ſolvuntur ſtipendia Familiarium, &
„ Domeſticorum, ac Miniſtrorum Palatii, ſed
„ ſolvantur per Bancum Sancti Spiritus ex reditì-
„ bus particulariter aſſignatis pro ſuſtentatione
„ hujus Tribunalis; Attamen iſta eſt quædam
„ diverſitas Burſarum, & Miniſtrorum, quæ non
„ tollit ſubſtantiam veritatis; Si enim Pater fa-
„ milias habens plura Prædia, pluraque negocia,
„ generaliter pro illis colendis, vel reſpective ad-
„ miniſtrandis, retineat Domus Præfectum, vel
„ alium Adminiſtratorem generalem, pro aliqui-
„ bus vero deputet diverſos Adminiſtratores par-
„ ticulares, quibus aliquos reditus, vel effectus
„ aſſignet, ex quibus merces Operariorum, &
„ ſalaria famulorum, aliæque impenſæ ſuppe-
„ ditari debeant, id non tollit famulatum, &
„ ſervitium; Et hic eſt caſus, quoniam gene-
„ raliter quidem Papa pro expenſis, & negociis
„ S. Sedis, & Cameræ Apoſtolicæ utitur opera
„ Depoſitarii Cameræ, aliorumque Miniſtrorum
„ Cameralium, & pro expenſis Palatii in Sala-
„ riis, & victualibus familiarium domeſticorum
„ utitur opera Præfecti, aliorumque Miniſtro-
„ rum inferiorum ejuſdem Palatii, ſed hoc non
„ operatur, quod, ſi pro aliis negociis concernen-
„ tibus ejus ſervitium utitur opera aliorum Mi-
„ niſtrorum, & Officialium, quibus certos redi-
„ tus, vel effectus aſſignet, illi, qui in hujuſ-
„ modi negociis particularibus inſerviunt, atque
„ ſervitii, ac famulatus mercedem a diverſo par-
„ ticulari Adminiſtratore recipiunt, dicendi non
„ ſint ejus famuli, & ſervientes, dum Papa ma-
„ joris commoditatis cauſa ad hunc effectum aſſi-
„ gnavit reditus Tenutæ Conchæ, alioſque effe-
„ ctus, quibus tamen non ſufficientibus, ſupplet
„ ex aliis juribus, & effectibus, ac redditibus Ca-
„ meræ, & ſic eſt ſervitium Papæ. Eodem mo-
„ do, quo praxis docet in Tribunali Pœniten-
„ tiariæ Apoſtolicæ, quoniam pro ſuſtentatione
98 „ Summi Pœnitentiarii, Regentis, Sigillatoris,
„ Datarii, Reviſoris, Theologi, Canoniſtæ,
„ trium Procuratorum, & trium Scriptorum,
„ aliorumque Miniſtrorum per Papam aſſignata
„ fuerunt emolumenta illarum Diſpenſationum,
„ quæ dicuntur *minoris gratiæ*, forteque alia, quæ
„ exiguntur, & ſolvuntur per Miniſtros particu-
„ lares ad id deputatos ab eodem Cardinali Sum-
„ mo Pœnitentiario independenter a Depoſitario
„ Cameræ, aliiſque Miniſtris Cameralibus, &
„ tamen iſti dicuntur Officiales, & Familiares
„ Papæ, ut in fortioribus terminis Notarii, vel
„ Scriptoris Pœnitentiariæ, apud *Bellamer. deciſ.*
„ *655.* quam refert, & ſequitur *Mandoſ. ad Re-*
„ *gul.* 1. *quæſt.* 5. *n.* 7. *&* *Lotter. lib.* 2. *quæſt.* 32.
„ *n.* 29. cum ſimilibus.
„ Nihil etenim quoad familiaritatem refert,
99 „ an vivat quis in domo Domini, ibique ſumat
„ alimenta in pane, vino, & obſoniis, vel e con-
„ verſo vivat extra domum, ſuaque cura, & ſum-
„ tu neceſſaria ad victum emat, & paret, ſi Do-
„ minus in pecunia ſuppetat congruam merce-
„ dem, ut expreſſe declaratur à *Conſtitutione III.*
„ *Pauli III.* ac etiam probat ipſa ratio, quod
„ ſcilicet non attenditur materialitas loci, vel
„ rerum, neque deſuper habetur præſcripta certa
„ forma, ſed attenditur ſubſtantia veritatis in
„ verificatione duorum requiſitorum *mentis*, &
„ *dentis*, dum e converſo frequenter datur ca-
„ ſus in Conjunctis, ac etiam benevolis Cardi-
„ nalium, & Prælatorum, quod materialiter vi-
„ vant in Domo Cardinalis, vel Prælati, & ſint
„ continui Commenſales, ac etiam aliqua præ-
„ ſtent ſervitia, vel obſequia, & tamen non ſunt
„ famili res, quia deficit requiſitum *mentis*, ut
„ latius advertitur *Tiul. de Beneſic. diſcurſ.* 6.
„ *&* 11.
„ Non negabantur hæc per illum, qui fami-
„ liaritatem Papæ excludere intendebat ſuffocati-
„ vam familiaritatis Cardinalitiæ, ſed inſiſtebat
„ in eo, quod attendenda ſolum veniat Papa-
„ lis familiaritas domeſtica, ideſt quæ verſatur
„ circa ſervitium perſonæ Papæ, non autem il- 100
„ la (quam ipſe fictam, & privilegiativam po-
„ tius dicebat) quæ verſatur circa ſervitium Pa-
„ pæ uti Papæ, & ſic Dignitatis potius, vel
„ officii, quam Perſonæ, dum Auditores Ro- 101
„ tæ, Theſaurarii, Gubernatores, Nuncii, & alii
„ Officiales recenſiti in *Extravaganti Ad regi-*
„ *men*, & in *Conſtitutione Pauli III.* de quibus
„ *diſcurſ.* 3. *de Beneſic.* ſunt addicti ſervitio Pa-
„ pæ, a quo recipiunt partem Panis, & Vini,
„ & pecuniarum pro obſoniis, ac etiam aliqui re-
„ cipiunt certum ſalarium menſtruum, ut præſer-
„ tim ſunt Auditores Rotæ, & tamen iſtis non
„ conveniunt ea, quæ diſponuntur de familiaribus
„ Papæ, ut firmatur in altero *diſcurſ.* 142. iſtius
„ Cauſæ. ac etiam quia illi, qui inſerviunt Car-
„ dinali in munere Vicarii Generalis, ſive Oe- 102
„ conomi, & Officialis Epiſcopatus, vel Abba-
„ tiæ, quamvis obtineant victum, vel ſalarium,
„ non per hoc dicuntur familiares, ad effectum
„ Reſervationis, ut alibi.
„ Verum, & in hoc procedi videbatur cum
„ æquivocis in applicatione aſſumtorum, quæ in
„ ſuis caſibus vera ſunt, ad rem autem non fa- 103
„ ciunt. Siquidem Auditores Rotæ, aliique præ-
„ fati Officiales non veniunt ſub nomine fami-
„ liarium Papæ, non quia vere non ſint tales,
„ dum in eis verificantur dicta requiſita *mentis*,
„ & *dentis*, ſed ſolum non veniunt ad certum
„ effectum, ut ſcilicet non cadant ſub exceptua-
„ tione Indulti, ex ea ratione, quod cum in eo-
„ dem Indulto expreſſe caveatur, ut ſub eo ca-
„ dant etiam Beneficia vacantia per obitum iſto-
„ rum, qui vel ſunt familiares veri, vel ſaltem fi-
„ cti, & privilegiativi, hinc ſequitur, quod ad e-
„ vitandam contradictionem, ac repugnantiam
„ dare oportet hunc intellectum conciliativum, ut
„ intelligatur exceptuatio de Familiaribus dome-
„ ſticis, ut in dicto *Diſcurſ.* 192. *de Beneficiis*,
„ & ſic in iſto caſu, vel ad iſtum effectum parti-
„ cularem, cui congruit dicta ratio neceſſaria,
„ non autem, ut exinde inferri valeat ad regulam,
„ ut iſti non ſint Familiares, niſi ficti, & privi-
„ legiativi, quia ſic diſponatur per dictam *Extra-*
„ *vagant. Ad regimen*, vel per *Conſtitutionem*
„ *Pauli III.* quoniam fictio excludit veritatem,
„ iſtiuſque deficientiam de facto præſupponit, cu-
„ jus contrarium certum eſt de facto, dum reci-
„ piunt a Papa ſalarium in pecunia, & portionem
„ panis, & vini, & per conſequens ubi adeſt præ-
„ exiſtentia veritatis de facto, non intrat fictio,
„ vel Privilegium.
„ Hinc dicebam, quod licet communiter Be-
„ neficialiſtæ diſtinguant duas ſpecies familiarita-
„ tis, unam nempe, quæ dicitur *vera*, & alte-
„ ram, quæ dicitur *ficta*, & *privilegiativa*, nihi-
„ lominus prima ſpecies familiaritatis veræ ad cer- 104
„ tos effectus, quibus, ut ſupra, aliqua peculiaris
ratio

„ ratio congruat, diſtinguenda eſt in duas alias
„ ſpecies ſubalternas, quarum una eſt privata,
„ vel domeſtica, quæ verſatur circa ſervitium,
„ vel obſequium Perſonæ particularia ipſius Pa-
„ pæ, & altera eſt publica, ſive officiativa,
„ quæ verſatur circa ſervitium ejuſdem Papæ,
„ uti Papæ in genere, ratione Dignitatis, & Se-
„ dis Apoſtolicæ; non per hoc tamen hæc poſterior
„ dicenda eſt ficta, ſed potius vera, dum de facto
„ verificatur utrumque requiſitum ſervitii, & mer-
„ cedis.

„ Nil obſtante replicatione, quæ fiebat, ut in
„ Papa, uti Papa, & in Sede Apoſtolica, non
„ ſit verificabilis terminus famulatus, vel fami-
„ liaritatis, qui præſupponit certum Patremfami-
„ lias, cui ſervitium præſtatur, ideoque non con-
„ gruat niſi ſervitio, quod præſtetur Perſonæ,
„ non autem Dignitati; Quoniam, ſi ita eſſet,
105 „ Eccleſiæ, Monaſteria, Collegia, Loca pia, Tri-
„ bunalia, & alia hujuſmodi corpora ficta, vel in-
„ tellectualia, non poſſent habere familiares, ne-
„ que in eis verificaretur terminus familiaritatis, &
„ tamen contrarium paſſim receptum eſt in Tri-
„ bunalibus S. Officii, ac etiam in Tribunalibus,
„ vel Curiis Epiſcopalibus, atque habetur ſupra
„ de Tribunali Pœnitentiariæ, & in dicto *Diſ-
„ curſ.* 22. *de Juriſdict.* de Alma Domo Laureta-
„ na, cum ſimilibus; Quoniam etiam corporibus
„ fictis, & intellectualibus, utpote conſtituenti-
„ bus perſonam formalem recte adaptabilis eſt,
„ atque congruit terminus *Domini*, & Patrisfa-
„ milias, ideoque ex his familiaritas Papalis vide-
„ tur irrefragabilis.

„ Ea vero, quæ habentur de Vicariis Gene-
„ ralibus, & Oeconomis, aliiſque Miniſtris, &
„ Officialibus Cardinalium in Epiſcopatibus, &
106 „ Abbatiis ad rem facere non videntur quoniam
„ hujuſmodi Miniſtri, & Officiales non dicuntur
„ inſervire Cardinali, uti Cardinali, ſed potius
„ dicuntur inſervire Epiſcopo, vel Abbati, quam-
„ vis accidentaliter ille Epiſcopus, vel Abbas
„ ſit etiam conſtitutus in Dignitate Cardinali-
„ tia, dum ita finguntur duæ Perſonæ omnino
„ diverſæ, & per conſequens familiaritas Epiſ-
„ copalis dicenda non eſt familiaritas Cardina-
„ litia, dum Epiſcopatus obtinetur accidentaliter,
„ & tanquam quid omnino diverſum, & ſepara-
„ tum a Cardinalatu; Adeout, ſi munus Vicarii,
„ vel Oeconomi, vel alterius conſimilis Miniſterii
107 „ ſit circa Eccleſiam Cardinalitiam ipſi Dignitati
„ annexam, puta in Titulo, vel Diaconia intra
„ Urbem, ſive in uno ex ſex Epiſcopatibus Car-
„ dinalitiis, tunc, poſito ſtipendio, adeout veri-
„ ficetur requiſitum *dentis*, verificari quoque vi-
„ detur alterum requiſitum *mentis*, ut Cardina-
„ litia familiaritas, quæ illam excludunt in Vica-
„ riis, & Oeconomis, aliiſque Officialibus, vel
„ Miniſtris Epiſcopatus, vel Abbatiæ percutiunt
„ illos Epiſcopatus, vel Abbatias, quæ acciden-
„ taliter poſſideantur per Cardinalem, non uti
„ Cardinalem ratione Dignitatis, cui annexæ ſint,
„ itaut in eis conſideretur Cardinalis tanquam
„ Perſona omnino diverſa, juxta adeo frequen-
„ ter inſinuatum compatibilem concurſum plu-
„ rium Perſonarum formalium, vel intellectua-
„ lium in una, eademque Perſona materiali,
„ etiam cum incompatibilitate alias in eadem per-
„ ſona omnino prohibita, puta debitoris, & cre-
„ ditoris, Superioris, & ſubditi, vel dominantis,
„ & ſervientis, & deductis ſub *Titul. de Juriſdict.
„ & ſub Titul. de Regularibus, & in Miſcell. Ec-
„ cleſ.* ac etiam in Relatione Curiæ, & alibi fre-
„ quenter occaſione agendi de pluralitate perſo-
„ narum formalium, quæ datur in una, eademque
„ Perſona Papæ, vel Epiſcopi, ſeu Principis, aut
„ Feudatarii, & ſimilibus pro diverſitate reſpe-
„ ctuum, ob quam etiam in privatis ceſſat ratio
„ incompatibilitatis, & repugnantiæ. Ideoque di-
„ cebam, quod aſſumta, quæ deducebantur in
„ puncto Juris erant vera in ſuis reſpective caſi-
„ bus, vel ad ſuos reſpective effectus, ſed falla-
„ cia erat in applicatione, ex cujus defectu pene
„ omnia manant inconvenientia, quæ hodie fre-
„ quenter experimur, juſtitiæ, ac Reipublicæ ad-
„ miniſtrationi nimium præjudicialia.

„ Alterum erat motivum exceptuationis re-
„ ſultans ex litera ejuſdem Regulæ, ut illa non 108
„ ſuffragetur in Beneficiis vacantibus per obitum
„ Officialium, ideoque, ubi etiam defunctus di-
„ ci non poſſet familiaris Papæ ob reſtrictionem
„ ad familiaritatem Perſonæ, non autem Digni-
„ tatis, negandum tamen non videtur, quod ex
„ præmiſſis clara probatio reſultet, illum eſſe
„ Officialem, ut propterea intret vulgaris regula
„ *Text. in leg. Ille, aut ille ff. de legat.* 3. quod
„ in claris, & expreſſis non intrant quæſtio- 109
„ nes, & argumenta. Quamvis enim ex parte
„ innitentis Regulæ replicaretur, quod iſta ex-
„ ceptuatio intelligenda veniat de illis Officiali-
„ bus, qui enunciantur in dicta *Extravag. Ad* 110
„ *regimen*, & in *Conſtitutione Pauli III.* quo-
„ rum Beneficia ſunt reſervata non localiter, ut
„ prius erat in quæſtione ex inſinuatis *dict. Diſc.* 3.
„ *de Benefic.* ſed generaliter, & ubicumque vaca-
„ tionem ſequi contingat, ratione familiaritatis
„ Pontificiæ, quam ex dicta Conſtitutione Pauli
„ III. annexam habent; Attamen iſta videbatur 111
„ divinativa reſponſio, cum dicta *Conſtitutio* nul-
„ lam contineat taxativam, ſed potius illam exclu-
„ dat, dum aliquibus Officiis enumeratis, ſubdit
„ verbum *alia*, neque unquam majoris operatio-
„ nis eſſe debet fictio, quam veritas, ideoque, ſi
„ Scriptores Apoſtolici, & Cubicularii, ac Mi- 112
„ lites, aliique Officiales Cancellariæ, quorum
„ nulla induſtria electa eſt ad certum grave, ac
„ fiduciarium ſervitium præſtandum, dum emun-
„ tur potius pro lucro pecuniario, ſive pro in-
„ veſtimento pecuniæ abſque neceſſitate exercitii
„ perſonalis per ſe ipſos, ex deductis *diſcurſ.* 2.
„ & in aliis *ſub titul. de Regal. & alibi*, nullum-
„ que habent menſtruum, vel annuum certum
„ ſalarium in pecunia, vel victualibus à Papa,
„ ſed ſolum participant de quibuſdam emolumen-
„ tis Cancellariæ, dicuntur familiares Papæ ra-
„ tione Dignitatis, unde propterea ſuffocata re-
„ manet familiaritas Cardinalitia, quæ in nulla
„ conſideratione habetur; molto magis abſque 113
„ dubio idem dicendum eſt de iſto Officiali, cu-
„ jus induſtria, & opera mere perſonalis electa
„ eſt ad certum adeo grave, & fiduciarium ſer-
„ vitium cum menſtruo ſalario, adeout, juxta de-
„ ducta in præcedenti motivo adeſſe dicatur fami-
„ liaritas per veritatem, quæ utique longe major
„ eſt, quam illa per fictionem.

„ Cum ea quoque clara comprobatione, quod
„ in ordinibus, qui in ſingulo quoque menſe di-
„ rigi ſolent Banco pro ſolutione ſalariorum alio-
„ rum Miniſtrorum Tribunalis, nempe Com-
„ miſſarii, Aſſeſſoris, Fiſcalis, & Notarii, quos 114
„ dubitandum non videtur venire ſub nomine,
„ vel genere Officialium, iſte Secretarius,
„ vel Scriptor literarum pariformiter quoque re-
„ cenſetur; Nimium quoque id comprobante ob-
„ ſervantia, quod eidem Secretario, vel Scriptori

Rigantii in Reg. Cancellariæ. Tom. III. K 2 „ ad

„ ad inſtar familiarium Papæ, & Officialium hu-
„ jus Tribunalis concedi conſueverunt Expedi-
115 „ tiones *gratis.* Quamvis enim iſta circumſtan-
„ tia ſola, & de per ſe non ſit ſufficiens ad pro-
„ bandam familiaritatem, & officialitatem, cum
„ aliquando ex benevolentia hujuſmodi gratiæ
„ fieri ſoleant, ut advertitur *decif.* 651. *part.* 4. *di-*
„ *verſ.* attamen, quando alia concurrunt, iſtud vi-
„ detur magnum adminiculum, vel argumentum
„ in aliorum comprobationem; Ideoque adver-
„ tebam, quod, quidquid ſit de quæſtione, an iſta
„ Regula intret, vel ceſſet, quando adſunt aliæ
„ Reſervationes ultra perſonalem, vel localem,
„ puta *realis* ratione primæ Dignitatis, vel *tem-*
„ *poris* ratione Menſium, & ſic, an exceptuatio,
„ quæ continetur in Regula, ſtet demonſtrative,
„ vel taxative, & ſuper quo *Mandoſ. ad hanc*
„ *Regul. quæſt.* 14. *n.* 5. *& ſeqq.* tres recenſet in-
„ tellectus, de quibus extraneum eſt diſputare;
„ quatenus pertinet ad reſervationem perſonalem
„ ratione familiaritatis Cardinalitiæ, & localem
„ ratione obitus *in Curia*, quamvis verius, ac
116 „ receptum ſit, quod iſtæ duæ ſpecies reſerva-
„ tionis non obſtant Regulæ, quæ alias pene fa-
„ tua, & nunquam, vel raro operativa remane-
„ ret, dum ſolum loquitur de Cardinalibus reſi-
„ dentibus *in Curia*, in qua juxta frequentiorem
„ contingentiam præſupponendum eſt eorum fa-
„ miliares vivere, ac decedere; nihilominus id
„ omnino intelligendum videtur in caſu ſimplici,
„ quando ſcilicet in defuncto poſſeſſore Benefi-
117 „ cii, alia non concurrit Curialitas, vel qualitas,
„ niſi illa familiaris Cardinalis, cujus figuram to-
„ talem, ac principalem ille faciat, tam ex vul-
„ gari axiomate, quod lex, vel diſpoſitio exor-
„ bitans loquens de caſu ſimplici non compre-
118 „ hendat mixtum, ex collectis per *Barboſ. axi-*
„ *om.* 39. cum aliis, de quibus *diſcurſ.* 3. *de Succeſ-*
„ *ſionibus ab Inteſtato*, & alibi pluries, & in his
„ ſpecialibus terminis *Rebuff. in addit. ad can-*
„ *dem Regul.* & generaliter in terminis benefi-
„ cialibus comprobatum remanet ex iis, quæ *ſu-*
„ *pradict. diſc.* 3. & alibi pluries habentur in pro-
„ poſito Indultorum loquentium de reſervatis,
„ ut intelligenda veniant de caſu ſimplici unius re-
„ ſervationis, non autem duplicis coæqualis, cum
„ ſimilibus; Tum etiam arguendo a ratione, cui
„ hæc Regula innixa videtur, cujuſdam ſcilicet
119 „ æquitatis exercendæ cum Cardinali, & commi-
„ ſerationis de eo habendæ, quod privatus aliquo
„ ejus familiari, deinde cogatur alium aſſumere,
„ ita iſtum, vel alium gratificari poſſit de illis Be-
„ neficiis, quæ probabiliter, ac juxta frequentio-
„ rem contingentiam defuncto familiari, a ſe ipſo,
„ vel a Papa in ejus gratiam collata fuerint, &
„ ſic, ubi defunctus faciat ſolam, & totalem figu-
„ ram *Corteſani*, ſeu familiaris illius Cardinalis,
„ ſecus autem ubi habeat aliquam majorem quali-
„ tatem, ob quam diverſam, ac majorem faciat fi-
„ guram, adeout quodammodo ſuffocata, & obſ-
„ curata remaneat qualitas, vel figura minor ſim-
„ plicis *Corteſani* Cardinalis.
„ Quamvis etenim, ut advertitur eodem *diſ-*
„ *curſ.* 3. *de Benefic.* & alibi, una, & eadem
120 „ qualitas non multiplicet reſervationes, quia
„ nempe una eſt familiaritas, unus eſt Prothono-
„ tarius, una eſt Collectoria cum ſimilibus; at-
„ tamen in eadem ſpecie datur magis, & mi-
„ nus, quodque qualitas major, vel præponde-
„ rans ſuffocat minorem, ut de familiaritate Pa-
„ pali ſuffocante Cardinalitiam ſupra advertitur,
„ & ſic reſpective de Cardinalitia ſuffocante Præ-
„ latitiam, vel de poſteriori ſuffocante priorem.
„ Ideoque, ſi quis creatus fuerit Prothonotarius
„ per Legatum, aut Nuncium, vel etiam per
„ Breve Apoſtolicum, poſtmodum vero efficiatur
„ Prothonotarius de numero participantium, uti-
„ que iſta poſterior, longeque major ſpecies, vel
„ qualitas attenditur, atque ſuffocat omnes alias
„ præcedentes minores; Idemque, ſi fiat Subcol-
„ lector alicujus Diœceſis deputatus a Theſaura-
„ rio Generali, vel a Nuncio Neapolis, deinde
„ vero deputetur per Papam Collector generalis
„ in aliqua Provincia, vel Principatu, cum ſimi-
„ libus. Ac propterea (applicando ad rem) quan-
„ do defuncto poſſeſſori controverſi Beneficii, qui
„ jam erat privatus Secretarius domeſticus Car-
„ dinalis Barberini deputatus ad ſcribendum ſo-
„ las Literas familiares ipſius Cardinalis, ſuperve-
„ nit iſtud munus publicum concernens ſervitium
„ Sedis Apoſtolicæ, & Eccleſiæ univerſalis, uti-
„ que iſta poſterior ſuperventa qualitas longe ma-
„ jor; ac dignior obſcuravit, & ſuffocavit dictam
„ priorem minorem qualitatem, amplius in con-
„ ſideratione non habendam, ne alias detur incon-
„ veniens ab omni jure, omnique ratione alie-
„ num, quod ſi quis (ex. gr.) in primis annis Cu-
„ rialitatis inſerviat alicui Cardinali, poſtmodum
„ vero, excreſcentibus ejus meritis, & idoneitate
„ obtinet munera pernecesse non Prælatitia, ſed
„ majora pro ſervitio Sedis Apoſtolicæ, puta, quia
„ deputetur Aſſeſſor S. Officii, vel Secretarius ali-
„ cujus Cardinalitiæ Congregationis &c. eo de-
„ cedente *in Curia*, in hoc ſtatu reputari debeat
„ tanquam ſimplex familiaris, vulgo *Corteſanus*
„ illius Cardinalis, cui ante inſervierat, ut clare ad
„ ſenſum.
„ Ac in omnem eventum dicebam, negari uti-
„ que non poſſe, quod ex præmiſſis punctus dicen-
„ dus veniret nimium dubius, idque ſufficere de-
„ beret, ut pro excluſione Regulæ judicandum
„ eſſet ad favorem Datariæ. Tum ex jam dedu-
„ ctis, ut in dubio reſponderi debeat contra il- 121
„ lum, qui innititur exorbitanti, ac privilegiati-
„ væ limitationi ad favorem illius, qui habet pro
„ ſe regulam. Tum clarius ratione obſervantiæ,
„ quoniam in alio conſimili, quinimo individuo 122
„ caſu formiter diſputato retroactis annis cum
„ eodem Cardinali, prodiit reſolutio ad favo-
„ rem Datariæ cum ſubſequuto effectu, ideo-
„ que adeſſe dicitur obſervantia, quæ duplici-
„ ter attendenda eſt; primo, quia in ambiguis
„ illa dicitur optima Interpres, & primario at- 123
„ tendenda, etiam, ubi verborum proprietas re-
„ pugnaret, ex deductis *diſcurſ.* 21. *de Judic.* &
„ alibi nimium frequenter. Et ſecundo quia ſic ad
„ favorem Datariæ adeſſe videtur ultimus ſtatus,
„ qui in Beneficialibus attendi debet, atque Da-
„ taria ita conſtituta eſt in quaſi poſſeſſione libere
„ conferendi, ideoque in ea manutenenda.
„ Ex his autem facta eorum comparatione, cum
„ iis, quæ leviter, ac ſuperficialiter ſuper iſta *Re-*
„ *gula XXXII.* inſinuantur in dicto altero iſtiuſmet
„ Cauſæ *Dirſcurſu* 142. ad evidentiam edocemur
„ id, quod nimium quidem frequenter, ſed ſemper
„ utiliter, & opportune inſinuatur in pleriſque lo-
„ cis, & præſertim *diſcurſ.* 35. *de Judic. diſcurſ.* 133.
„ *de Feud. & diſc.* 161. *de Regal.* & alibi, quod non 124
„ omnibus doctrinis pariformiter, ac indiſtincte
„ deferendum eſt, & conſiderari debet qualitas
„ Doctorum, ac etiam in eiſdem Auctoribus con-
„ ſiderandum eſt, an obiter, vel mature loquantur,
„ ut ibi latius, ac etiam in *Opuſculo ſtyli legalis.* „
Hactenus Votum *clar. mem. Card. de Luca.*

Sed quæro, an conſenſus Cardinalis Patroni
125 requiratur in proviſione Beneficii defuncti ſui Fa-
miliaris, qui fuerat etiam Prothonotarius creatus a
Cardinali Legato. Caſus diſputandus evenit occa-
ſione vacationis Beneficiatus Baſilicæ Principis
Apoſtolorum per obitum *Caroli Antei Vernini* fa-
miliaris clar. mem. Cardinalis *Nerlii*, & Protho-
notarii creati a clar. mem. Cardinali *Raſpono* Ur-
bini Legato, unde, cum quæſitum fuiſſet, an in
proviſione dicti Beneficiatus præſtandus eſſet con-
ſenſus a Cardinali Patrono, perpendebatur, quod
126 Regula excludens conſenſum Cardinalitium in Be-
neficiis Officialium, relationem habet ad officia,
& Officiales enumeratos in *Extravag. Ad regi-
men, de Prabend.* edita a Benedicto XII. anno
127 1335. Sub hac autem *Extravag.* comprehenduntur
ſolum Notarii participantes, non autem honorarii,
qui tunc temporis non aderant, cum eorum prima
mentio habeatur ſub *Sixto IV.* Pontifice renuncia-
to anno 1471.

Et licet hodie communis invaluerit Senten-
128 tia, quod cenſeantur reſervata, etiam Beneficia,
quæ obtinentur a Prothonotariis honoris, ſive a
Pontifice, ſive a Legatis creatis, id tamen eve-
nit per quamdam extenſionem, & interpretatio-
nem a *Rota*, & *Beneficialiſtis* factam; ſed reve-
ra Prothonotarii iſti honorarii non ſunt Officia-
les Sedis Apoſtolicæ, nec ſunt comprehenſi in di-
cta *Extravag. Ad regimen*, neque in Conſtitu-
tione III. *Pauli III.* ſolumque nuncupari poſſunt
Sedis Apoſtolicæ Officiales improprie, & abuſi-
ve, non quod vere tales ſint, *Mandoſ. in Regul.
I. Cancellar. quaſt. 7. nu. 2. Æneas de Falcon. de
Reſervat. quaſt. 4. effect. 6. num. 5. Faber de Pro-
thonot. cap. 12. n. 18. Card. de Luc. de Benefic. diſ-
curſ.* 107. *n.* 2. *verſic. Cum alii Prothonotarii, Rot.
deciſ.* 305. *n.* 3. *lib.* 1. *cor. Puteo dec.* 540. *n.* 24. *cor.
Buratt.*

At vero extenſio hæc, & interpretatio *Benefi-
cialiſtarum*, & *Rotæ*, ut ſcilicet *Extravag. Ad re-
129 gimen* porrigatur ad iſtos extraordinarios, & hono-
rarios Prothonotarios, quamvis locum ſibi vindi-
care poſſit in præjudicium Ordinariorum, qui pro
Beneficiorum collatione ſolum habent juris commu-
nis aſſiſtentiam, prout in eorumdem Ordinariorum
præjudicium loquuntur Doctores omnes, qui fir-
130 mant, reſervata eſſe Beneficia obtenta a Prothono-
tariis creatis per Cardinales Legatos, nunquam ta-
men admitti debet in præjudicium illorum, qui
facultate conferendi Beneficia gaudent, vel ex Pri-
vilegio, ut eſt præſens caſus, vel ex pacto, ut ex
Concordatis Germaniæ, tunc enim, ſi Pontifex
per aliud Privilegium, & multo magis Legatus a
Latere, creat Prothonotarios, iſti non æquiparan-
tur veris Officialibus ad effectum reddendi inane
Privilegium antecedenter conceſſum, vel irritandi
conceſſionem prius factam, quæ numquam per ſe-
cundam ſublata cenſetur, *Rot. deciſ.* 48. *n.* 8. *in fi-
ne part.* 1. *Recent.* Et in terminis, quod, ubi agi-
tur de præjudicando juri ex pacto cum Pontifice
acquiſito, ut in Concordatis Germaniæ, Protho-
131 notarii creati ex Privilegio non comprehendantur
ſub diſpoſitione *Extravagant. Ad regimen*, reſol-
vit *Rot. deciſ.* 303. *part.* 2. *diverſ.* Quemadmodum
ſi Ordinarius collator ſit Cardinalis habens ex Pri-
vilegio Pontificis Indultum conferendi, utique
132 non prohibetur conferre Beneficia obtenta per
Prothonotarios honorarios, ut tradunt *Germon.
de Indult. Cardinal. §. Præterquam ſub num.* 3. *&
ſeqq. Faber de Prothonot. cap.* 18. *n.* 18. *Rota dec.*
588. *part.* 3. *diverſ. lib.* 1. *Rot. dec.* 588. *part.* 3.
diverſ. lib. 1.

Accedit, quod Prothonotarii creati a Car-
dinalibus Legatis ſunt familiares ficti, & non ve- 133
ri Pontificis, ut diximus in *Commentar. in Regu-
lam I. §.* 2. necnon in *Regulam IV. §.* 5. *num.* 7.
20. 21. *&* 23. & per conſequens familiaritas Car-
dinalis, tanquam vera vincit fictam erga Pon- 134
tificem. Maxime quia Regula reputatur favo-
rabilis, tanquam emanata in honorem Cardi-
nalium, & propter expenſas, quas ipſi in alen- 135
da familia ſuſtinent, unde capienda venit in pro-
prio ſignificatu, ut ſcilicet comprehendat ſolum
Officiales, & Familiares veros, & non fictos,
ad *Text. in leg. final.* & ibi *Doctores Cod. de his,
qui ven. ætat. impetr. Gomez ad hanc Regul. quaſt.*
13. *num.* 1. *Rot. deciſ.* 274. *num.* 54. *part.* 12. *Re-
cent.*

Rationibus iſtis pondus addit declaratio facta
per Collegium Cardinalium in Conclavi *Innocen-
tii VIII.* quod in proviſione Beneficiorum, quæ 136
obtinerentur a Prothonotariis, & Scriptoribus Li-
terarum Apoſtolicarum, intercedere deberet Car-
dinalium Patronorum conſenſus, de qua declara-
tione teſtatur *Sot. ad hanc Regul. pag.* 23. *a tergo
in principio.*

Comprobatur itidem hæc Sententia auctoritate
Rotæ deciſ. 405. *lib.* 1. *coram Puteo*, ubi, licet pri-
mo admittatur, reſervata eſſe Beneficia Protho-
notariorum non participantium, concluditur ta-
men, quod in præjudicium Cardinalis *Tranenſis*, 137
neque ex Regulis generalibus, neque ex *Conſtitu-
tione Pauli III.* locum ſibi vindicare poterat re-
ſervatio, niſi ageretur de Prothonotariis partici-
pantibus, vel aliis, qui haberent Panem ex Pa-
latio, aut illi deſervirent. Favet etiam *deciſ.* 414.
coram Millino, in qua Rota reſervationem Digni-
tatum poſt Pontificalem majorum in Cathedrali-
bus vigore *Regulæ IV.* inductam, & indefinite
procedentem contra Ordinarios, diverſo modo ac-
cepit quoad Cardinales Patronos, ut nempe intelli- 138
gatur, exquiſito eorum conſenſu ad tramites hujus
Regulæ, quando Dignitates præfatæ ab eorum
Familiaribus obtinerentur. Et demum adſtipulatur
*Deciſio unica circa finem ſuper Regul. de Impetr. co-
ram Achill. de Graſſ.* ubi firmatur, nil implicare,
quod Beneficium ſit per aliquam Regulam Cancel-
lariæ Pontifici reſervatum, ad finem, ut Ordinarii 139
illud conferre non valeant, quodque adhuc ſit lo-
cus Regulæ de conſenſu præſtando a Cardinali Pa-
trono in proviſione ejuſdem Beneficii, quamvis re-
ſervationi obnoxii.

Sed rationibus hiſce non obſtantibus, contra-
ria ſectanda eſt opinio, quod Cardinalis Patroni 140
conſenſus requirendus non ſit in Proviſione Be-
neficii vacantis per obitum ſui Familiaris, qui ex
Privilegio Cardinalis Legati fuerat Prothonota-
rius. Cum enim Prothonotarii, etiam a Cardina-
libus Legatis creati, ſint Apoſtolicæ Sedis Offi-
ciales, ut legitur in facultatibus iiſdem elargiri ſo- 141
litis creandi, *in noſtræ, & dictæ Sedis Notarios
&c.* & tradunt *Lotterius de Re Benefic. lib.* 2.
quaſt. 29. *a num.* 8. *uſque ad finem, Francet reſo-
lut.* 3. *num.* 17. *&* 18. & diximus in *Comment. in
Regul. I. §. IV. n.* 51. Hinc eſt, quod in proviſio-
ne Beneficiorum per eorum obitum vacantium
Cardinales Patroni præſtare nequeant conſenſum,
utpote literaliter excluſi a Regula *verſ. Decla-
rans*, ut pluries diximus ſupra, & in terminis
Prothonotariorum tradunt *Sotus ad hanc Regulam
quaſt.* 10. *Gomeſ. ibidem dict. quaſt.* 15. *verſ. Se-
cundo uſque ad finem, Spad. conſ.* 24. *num.* 1. ubi
ita reſolutum in *Rota cor. Peregrin. Rubeus in ad-
dit. ad Deciſ. Anton. Auguſtin. ſingular.* 220.

Caſſador. deciſ. 23. *de Præben.* & facit *Deciſio* 104.
lib. 1. *part.* 3. *diverſ. repetit. deciſ.* 21. *lib.* 2. *part.*
3. *diverſ.* & notavit *Armindus Riccius in Alle-*
gat. edita in Cauſa *Romana Canonicatus S. Marci*
§. final.

Quinimmo, etiamſi contendi poſſet, Prothono-
tarios creatos a Cardinalibus Legatis non eſſe A-
poſtolicæ Sedis Officiales, adhuc non ambigitur,
142 eorum Beneficia obnoxia eſſe reſervationi, &
quidem perſonali, ut diximus in *Comment. in Reg.*
I. §. IV. nu. 47. & 51. Unde locum ſibi vindicat
principium illud, quod ubi cum familiaritate Car-
dinalitia concurrat alia reſervatio Perſonalis, hæc
143 uti major ſuffocat, & vincit familiaritatem Car-
dinalis, juxta communem ſententiam, de qua ſu-
pra *nu.* 68. proindeque ceſſare facit Privilegium
conſenſus.

Non obſtat, quod Regula intelligi debet de
veris Officialibus enumeratis in *Extravag. ad Re-*
gimen, & per conſequens apta non ſit comprehen-
dere Prothonotarios honorarios, præſertim crea-
144 tos a Cardinalibus Legatis, qui nec erant cogni-
ti de anno 1335. quo tempore emanavit lauda-
ta *Extravag. Ad regimen*, nec ſunt veri Offi-
ciales. Tum quia Regula indiſtincte loquitur abſ-
145 que ulla differentia inter veros, & fictos Offi-
ciales, & juxta auctoritatem *Armindi Riccii* mox
laudatam, necnon *Cardinalis de Luca*, de qua
146 ſupra *numer.* 112. comprehendit etiam *Milites*
Pios, & *Lilios*, qui nullum in Urbe habent of-
ficium, aut exercitium, neque in actu, neque in
potentia, *Rota deciſ.* 174. *part.* 12. *Recent.* ubi de
147 Militibus Sancti Petri, Cubiculariis &c. *Man-*
doſ. hic quæſt. 14. Tum quia, ut ſupra obſerva-
tum eſt, Prothonotarii a Cardinalibus Legatis
148 creati, ſunt veri Sedis Apoſtolicæ Officiales, &
comprehenſi ſub diſpoſitione *Extravag. ad Regi-*
men, etiamſi de tempore illius editionis cogniti
non eſſent, cum *Extravagans* præſata, enumeran-
do Officiales Sedis Apoſtolicæ, non loquatur *ta-*
149 *xative*, & proinde complectitur omnes, & quoſ-
cunque Officiales, quamvis longe poſt creatos,
ut, articulo pleniſſime diſcuſſo, oſtendimus in
Comment. in Regul. I. §. II. a num. 52. & *pluribus*
ſeqq. Tum demum quia ſemper urget, quod,
etiamſi eſſent Officiales honorarii, adhuc eorum
Beneficia ſubjacent reſervationi perſonali, juxta
150 Regulam Cancellariæ loquentem de Cubicula-
riis honoris, *Quæſad. ad hanc Regul. verſ. Etiam*
honoris, *Lotter. de Re Benefic. dict. libr.* 2. *quæſt.*
32. *num* 163. late *Coccin. deciſ.* 1059. & 1060. *per*
tot.

Nec ſubſiſtit, quod id procedat in præjudicium
Ordinariorum, qui poteſtatem habent conferendi
Beneficia de jure communi, non vero in præjudi-
cium Cardinalium, aliorumque tali facultate pol-
151 lentium ex Privilegio, ſeu Pacto. Quoniam pro-
cedere etiam contra Cardinales conſenſum præſta-
re volentes, probant *Auctoritates* ſupra laudatæ,
& jure quidem, meritoque; Si enim reſervatio
ratione Prothonotariatus honorarii locum habet in
præjudicium Ordinariorum, quibus potentius jus
aſſiſtit quia facultate conferendi Beneficia gaudent
jure proprio, & nativo; multo magis procedere
debet in caſu, de quo agitur, contra Cardinales,
qui neque ſunt Ordinarii Collatores, neque jus
habent conferendi Beneficia Familiarium, ſed tan-
tum præſtandi in eorum proviſione conſenſum ex
Privilegio Pontificis, quod eſt quid minus, *Car-*
dinal. de Luca de Benefic. 141. *n.* 3. & in *Voto*,
quod ſupra exſcripſimus *num.* 93. Semper autem
152 potentius habet jus, qui jure proprio, quam qui
alieno habet, *Gonzal. ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 5. §. 9.
num. 103.

Exemplum vero, quod ex Concordatis Ger-
maniæ depromitur, non applicatur, cum id pro- 153
veniat ex ſpeciali pacto inito cum illa Natione;
fuit enim in iiſdem Concordatis expreſſe declara-
tum, Reſervationem *Extrav. Ad regim.* locum ha-
bere tantum in Beneficiis obtentis per ſeptem No-
tarios participantes; Unde incluſio illorum fuit
aliorum excluſio, *Rot. deciſ.* 172. *nu.* 12. *part.* 4.
tom. 2. *Rec.* Cum ceteroquin quoad Beneficia illa-
rum Eccleſiarum Germaniæ, quæ ſub Concorda 154
tis comprehenduntur per viam extenſionis, & qua-
rum reſpectu non militat ratio pacti, reſervatio-
nem ex capite Prothonotariatus locum ſibi vindi-
care, firmat *Lotter. dicta quæſt.* 28. *nu.* 52. & *ſeqq.*
Frances var. reſolut. cap. 3. *n.* 21. & Nos diximus
in *Commentar. in Regul. I. §. II.*

Minuſque relevat, quod Prothonotarii a Car-
dinalibus Legatis creati ſint Familiares ficti Sum- 155
mi Pontificis, ut dictum eſt in *Comm. in dict.*
Regul. I. §. II. ac propterea ficta hujuſmodi fami-
liaritas offuſcata remaneat a familiaritate vera Car-
dinalis. Siquidem reſervatio Beneficiorum, quæ
Prothonotarii obtinent, nedum oritur a fami-
liaritate, ſed etiam a qualitate ſolius Officii, 156
Lotter. dict. quæſt. 29. *numer.* 16. *Frances dict.*
cap. 3. *nu.* 16. & *ſeqq.* & diximus in *Comment. in*
Regul. I. §. II. Et generaliter quoad omnes Offi-
ciales ſancitum fuit a ſ. m. *Alexandro VII.* in 157
celebri Conſtitutione edita *Sexto Idus Aprilis*
1666. impreſſa in *Bullar. Lugdunenſi*, de qua
ſæpe meminimus in *dict. Regul. I. §. II.* Unde ſub-
lata familiaritate, remanet ſemper reſervatio ra-
tione Officii excluſiva conſenſus Cardinalis ex ip-
ſa litera Regulæ. Accedit, quod familiaritas etiam
ficta Papæ, & ex Privilegio, excludit Cardina- 158
lem Patronum a præſtando conſenſu, ut diximus
ſupra *num.* 79. 110. & *ſeqq.* ea ratione, quod fa-
miliaritas Papæ, etſi ficta, reſervationem perſo-
nalem ſemper inducit, ex plene relatis per *Fran-*
ces dict. cap. 3. *numer.* 20. *Lotter. dict. quæſt.* 29.
num. 16. *Rot. dec.* 1059. *n.* 7. & *ſeqq. cor. Coccin.*
& *deciſ.* 706. *num.* 7. *cor. Buratt.* & confert *Rot.*
in Burgen. Archipresbyteratus de Bribieſca 4. *De-*
cembris 1705. §. *Aut inter cor. bon. mem. An-*
ſaldo.

Hinc quidquam non officiunt Auctoritates in
contrarium ſupra laudatæ. Etenim *Sotus* ad hanc
Regulam aperte firmat, de jure non eſſe locum
conſenſui Cardinalium Patronorum in Beneficiis
Familiarium, qui fuerant Prothonotarii. Quate-
nus vero ait, contrarium fuiſſe ſervatum ſub *In-*
nocentio VIII. id evenit ratione ſpecialis Com-
pacti initi in Conclavi, in quo *Innocentius* ad Pon-
tificatum aſſumtus fuit. Hodie vero neque adeſt
ſimile Compactum, nec illud initum in eo Con-
clavi obligat Succeſſores, quando forſan nec obli- 159
gabat ipſum *Innocentium*, ut reſpondet *Sarnen.*
ad hanc Regulam quæſt. 15. *Caſſador. deciſ.* 23.
n. 7. *in fine*, ubi, quod tale exemplum facit potius 160
contra, quam favore Cardinalium, *Kochier. ad*
hanc Regul. n. 43. & generaliter *Burſat. conſ.* 242.
a num. 13.

Rot. deciſ. 414. *cor. Millino* loquitur in terminis
primæ Dignitatis obtentæ a Familiari, & ſic de 161
reſervatione *reali*, quæ offuſcata remanet a fami-
liaritate Cardinalis, tanquam *perſonali*, & per con-
ſequens magis digna, ut dictum eſt ſupra *n.* 70. &
72. & declarando dictam Deciſionem, advertit
Coccin. adnot. 50. *n.* 8. *eadem Rota dec.* 1177. *n.* 9.
& *ſeqq. cor. Pania.*

In

In *Deciſ.* vern 314. *lib.* 1. *cor. Futeo* ſolum fuit
diſputatum, an Prothonotarii non participantes
162 dici poſſent continui Commenſales ad effectum
excludendi Indultum conferendi, quo fruebatur
Cardinalis *Tranen.* quod nil commune habet
cum præſenti quæſtione, in qua nec prætendi-
tur, Prothonotarios creatos a Legatis eſſe conti-
nuos Commenſales Pontificis, nec agitur de Car-
dinali Patrono habente Indultum conferendi, ut
bene dictam Deciſionem declarat *Frances dict. cap.
3. num.* 22.

Et demum *Achill. Deciſ. ultim. ſuper Regul. de
Impetran.* loquitur de Familiari, qui priori Do-
mino mortuo, tranſierat ad familiaritatem alterius
Cardinalis, quo caſu non concurrunt duæ contra-
diſtinctæ reſervationes perſonales, ſed una tantum,
163 cum ſemper unica ſit reſervatio, etiamſi quis mille
Cardinalibus inſervierit *Card. de Luc. de Beneſic.
diſc.* 3. *n.* 12. *& ſeqq. Rot. deciſ.* 266. *n.* 10. *part.*
13. *Recentior. deciſ.* 32. *n.* 3. *poſt Novar. in Summ.
Bullar.*

Atque ex his rationibus alias per me latius fa-
vore Datariæ deductis in dicta Cauſa *Romana Be-
neficiatus S. Petri* vacantis per obitum *Vernini*,
Congregatio particularis, cui interfuerunt clar. me.
164 Cardinalis *Panciaticus Pro-Datarius*, & *RR. PP.
DD. Sperellus Viceſgerens*, *Emerix Rotæ Decanus*,
Lancetta, *Fattinellus*, *& Sacripantes Sub-Data-
rius*, uno excepto *Emerix die* 12. *Aprilis* 1693.
cenſuit, *Collationem ſpectare ad Datariam*, *& non
eſſe locum Conſenſui.* Et per ſan. memor. *Inno-
centium XII.* Beneficiatus collatus fuit *Petro Fran-
ciſco Ciampè*, facta de dicta Congregationis reſo-
lutione ſpeciali approbatione, ut ex ſequenti Sum-
mariolo Supplicationis ſub Datum *Romæ apud S.
Mariam Majorem Quarto Kalen. Junii Anno ſe-
cundo.*

*Beneficiatus Baſilicæ Principis Apoſtolorum de
Urbe, per obitum Prothonotarii, & Familiaris
Cardinalis Nerlii vacans, cujus familiaritatis ra-
tione dicto Cardinale collationi dicti Beneficii aſ-
ſenſum præſtare debere prætendente, & ſuper præ-
tentione hujuſmodi deputata per S. V. Congregatione
particulari S. V. Pro-Datarii, & nonnullorum Præ-
latorum Romanæ Curiæ, ab eadem Congregatione
emanavit reſolutio liberam dicti Beneficii collatio-
nem ad Sanctitatem Veſtram ſpectare, & Conſen-
ſui præfato locum non eſſe* 24. *& cum diſtributio-
nibus* 250. *ducat. pro Petro Franciſco Ciampè Cle-
rico obtinente ſimplex &c. ſed cum confirmatione
dictæ Reſolutionis, & derogatione Statutorum Ur-
bis.*

Succedit altera quæſtio, an poſſit Cardinalis
165 præſtare vigore Regulæ conſenſum in Proviſione
Beneficii vacantis per obitum ſui Familiaris, qui
fuerat etiam Conclaviſta, *Cardin. de Luca diſ.* 141.
de Beneſic. in Supplem. affirmative reſpondit. Et
166 ratio eſſe videtur, quia *Conclaviſtatus* non eſt Of-
ficium Curiæ, nec Sedis Apoſtolicæ, cum conſi-
ſtat in mero ſervitio præſtito in Conclavi; Un-
de, licet Beneficia Conclaviſtatum ſint reſervata,
tamen non excluduntur ab hac Regula, quæ,
dum excipit ſolum reſervationes ratione Officio-
rum, ceteras omnes comprehendit, ut ſupra dictum
eſt.

Et quamvis reſpectu Beneficiorum Conclavi-
167 ſtarum inducta ſit ex *Conſtitut. LIX. Urbani VIII.*
nova, & diſtincta reſervatio ratione ipſius *Con-
claviſtatus*, ut diximus in *Comm. in Regul. IV. §. V.*
Nihilominus, cum nova iſta reſervatio ſit per
eandem Conſtitutionem æquiparata reſervationi
inſurgenti ex vacatione Beneficii *apud Sedem*,
quemadmodum hæc non impedit, quominus Car-
dinales præſtare valeant conſenſum in proviſione
Beneficiorum ſuorum Familiarium apud *ipſam* de-
cendentium, ut infra dicemus, ita nec conſenſum
præfatum apta eſt impedire ſpecialis reſervatio ra-
tione *Conclaviſtatus* noviter a Conſtitutione *Ur-
bana* inducta, ex regula æquiparatorum, de qua 168
Gloſſ. in cap. Si poſtquam de Elect. in 6. *& in leg. Si
quis Servo C. de Furtis*, *& in leg. quod verò ff. de
Legibus.*

Quin officere poſſit, quod Conclaviſtæ recen-
ſeantur inter Familiares Papæ, quorum Benefi-
cia non comprehenduntur ſub hac Regula *de
Conſenſu* etiam diſſoluta familiaritate per obitum 169
Pontificis, juxta celebrem Deciſionem 1251. *cor.
Seraphin.* quæ loquitur in terminis Conclaviſta-
rum, quam ſequitur *Mareſcott. var. lib.* 2. *cap.* 94.
ſub num. 17. & dictum eſt ſupra *num.* 77. *&* 78.
Siquidem, quidquid ſit, an hodie Conclaviſtæ di-
ci poſſint Familiares Papæ, cum ob novam reſer-
vationis ſpeciem, eorum reſpectu, ut diximus,
ſuperinductam a Conſtitutione *Urbana* ratione
ipſius *Conclaviſtatus*, ceſſare videatur Pontificis
Familiaritas alterius reſervationis perſonalis pro-
ductiva. Objectio procedit in iis Beneficiis, quæ, 170
durante familiaritate, Conclaviſta obtinuit, ſecus
quoad ea, de quibus proviſus fuerat, ea diſſolu-
ta, vel per obitum Pontificis, vel quia tranſiit ad
ſervitium Cardinalis; Reſpectu enim dictorum
Beneficiorum locus eſt præſtationi conſenſus vigo-
re Regulæ, ut firmat *Spad. conſ.* 36. *lib.* 3. & di-
ximus ſupra *n.* 76.

Quemadmodum momenti eſſe non videtur,
quod Conclaviſtæ vigore ſpecialis Privilegii effi-
ciantur etiam Prothonotarii, & vigore Prothono-
tariatus, Apoſtolicæ Sedis Officiales, proindeque 171
eorum Beneficia ſubjecta remanent exceptioni Re-
gulæ excludentis a conſenſu Cardinalium Patrono-
rum Beneficia reſervata ratione *Officialatus.* Quia,
cum hujuſmodi Prothonotariatus Officium non
ſtet de per ſe, ſed dependenter a *Conclaviſtatu*, 172
& ab uno, eodemque titulo promanet, non
habetur in conſideratione, nec conſtituit reſer-
vationem diſtinctam a *Conclaviſtatu*, ideoque
non operatur exceptuationem a Regula, ad
quem effectum opus eſt, quod Prothonotaria-
tus fuerit acquiſitus independenter a *Conclavi-
ſtatu*, ad firmata per *Rot. deciſ.* 169. *num.* 6. *&
ſeqq. cor. Priolo*, *& in Mediolanen. Beneficii* 5.
Martii 1703. *§. Minus relevat. cor. bon. mem.
Caſſarello.*

Sed his non obſtantibus, contrarium verius
eſſe exiſtimo, non quidem ex motivo, quod Con- 173
claviſta ſit Officialis, ut cenſuit *Tondut. quæſt.
Beneficial. part.* 3. *§.* 3. *num.* 5. Agnoſco enim,
& admitto, nullum poſſe conſiderari Officium in
Conclaviſta; Minuſque ex altero, quod ſit Fa-
miliaris Papæ, quia, ubi agitur de Beneficiis ob-
tentis poſt diſſolutam familiaritatem, hæc nulli 174
reſervationis vinculo ſunt obnoxia. Sed moveor
ex eo, quod reſpectu Beneficiorum Conclaviſta-
rum, vigore Conſtitutionis *la LIX. Urbani VIII.*
inducta fuit reſervatio perpetua a familiaritate 175
Pontificia diſtincta, ratione cujus novæ, & per-
petuæ reſervationis, Beneficia quocumque tem-
pore per Conclaviſtas obtineantur, etiam poſt
obitum Pontificis, in cujus Conclavi inſervierunt,
ſemper ſunt reſervata reſervatione perſonali infi-
xa oſſibus ipſorum Conclaviſtarum, ut diximus in
*Commentar. in Regul. IV. §. V. ex Rotæ Deciſioni-
bus* 303. *&* 308. *part.* 17. *& deciſ.* 476. *part.* 18.
Recent. repetit. poſt *Novar. in Summ. Bullar. deciſ.*

28. 29. & 32. Unde, cum reſpectu Beneficio-
176 rum Conclaviſtarum concurrat duplex reſervatio
perſonalis, altera favore Papæ depromta ex Con-
claviſtatu, altera favore Cardinalis Patroni dedu-
cta ex familiaritate, prævalere utique debet il-
la Pontificis, quæ, tanquam nobilior alteram fa-
vore Cardinalis elidit, & ſuffocat, ut dictum eſt
ſupra *n. 68.*

Nec juvat reflexio, quod in laudata Conſtitu-
tione LIX. *Urbani VIII.* reſervatio ratione *Con-
claviſtatus*, ſit æquiparata reſervationi inſurgenti
ex vacatione Beneficii *apud Sedem*, & ſicuti
Cardinales conſenſum præſtant in proviſione Be-
neficiorum ſuorum Familiarium *apud Sedem* va-
cantium, ita illum præſtare debent, non obſtan-
177 te Conclaviſtatu. Etenim *Urbanus VIII.* in Con-
ſtitutione præfata nil aliud diſpoſuit, quam, quod
Cardinales non poſſint vigore Indulti conferre qua-
tuor genera Beneficiorum, nempe deſcripta in
Libris Cameræ, reſervata ex Perſonis Familia-
rium Sanctitatis Suæ, Reſervata ex capite Con-
claviſtatus, & demum Reſervata ratione vacatio-
nis *apud Sedem.* Non igitur æquiparat in omni-
bus, & per omnia, & quoad omnes effectus Re-
ſervatiooem *apud Sedem*, & ex *Conclaviſtatu*, ſed
tantum prohibet Cardinalibus, ne vigore Indulti
conferre poſſint Beneficia reſervata ex dictis qua-
tuor contradiſtinctis Reſervationibus, quod nihil
commune habet cum noſtra quæſtione, in qua agi-
tur non de collatione facienda a Cardinali vigore
Indulti, ſed de conſenſu præſtando vigore *Regulæ
XXXII.* quæ eſt materia totaliter ſeparata, & di-
verſa, & in qua non licet arguere a reſervatione
apud Sedem ad reſervationem ex capite *Conclavi-
ſtatus* propter diverſitatem rationis, quæ inter
178 unam, & alteram intercedit. Ideo enim Cardi-
nales præſtant conſenſum in proviſione Beneficio-
rum, quæ ſui Familiares obtinebant, non ob-
ſtante eorum vacatione *apud Sedem*, quia Papa
hanc ſibi legem imponit in *Regul. XXXIII.* ibi --
*Et ſi apud Sedem Apoſtolicam Beneficia hujuſmodi
per obitum dictarum Familiarium vacaverint &c.*
decidendo ſolum in eadem Regula quæſtionem
Concurſus inter Cardinales Collatorem, & Patro-
num. Et, ne alias inanis, & fruſtratoria eſſet Re-
gula, cum fere ſemper familiares moriantur in Cu-
ria, in qua Cardinales reſident, ut diximus ſupra
n. 31. & 32. Cum autem ceſſet hæc ratio in Reſer-
179 vatione ex *Conclaviſtatu*, quia non omnes Fami-
liares ſunt Conclaviſtæ, hinc eſt, quod non poteſt
fieri congrua illatio ab una ab una ad alteram re-
ſervationem, etiam data hypotheſi, quod eſſent
æquiparatæ, quia argumentum ab æquiparatis lo-
180 cum non haber, ubi militat ratio diverſitatis, *Ro-
man. conſ.* 179. *n.* 12. *Surd. conſ.* 50. *n.* 25. *Vivius
deciſ.* 255. *ſub n.* 21. *lib.* 2. cum aliis apud *Barboſ.
loco cit. n.* 3.

Imo, ſi hoc genus argumenti procederet, poſ-
181 ſet Cardinalis præſtare conſenſum in proviſione
Beneficii vacantis per obitum ſui Familiaris, qui
etiam Familiaris fuiſſet Pontificis viventis, nam in
ea Conſtitutione æquiparantur etiam Beneficia va-
cantia *apud Sedem*, & vacantia per obitum Fami-
liaris Papæ viventis, & tamen receptiſſimum eſt,
ad hujuſmodi generis Beneficiorum proviſiones
non ſe protendere Privilegium Cardinalitii conſen-
ſus, ut dictum eſt ſupra *n.* 74.

Et hæc eſt altera ratio, ob quam Cardinali Pa-
trono præpedita eſt facultas præſtandi conſenſum
in proviſione Beneficiorum, quæ Concla viſta Fa-
miliaris obtinebat. Sunt enim Conclaviſtæ Fami-
liares Papæ, ideoque locum ſibi vindicat dicta fa-
migerata Concluſio, quod concurrente in eodem 182
ſubjecto familiaritate Papæ, & familiaritate Car-
dinalis, illa, tanquam major, & potentior confun-
dat, & ſuffocet familiaritatem Cardinalis, qui pro-
inde excluditur a præſtando conſenſu, ut præter
auctoritates ſupra laudatas *dict. nu.* 74. ex eadem
ratione firmat in terminis Conclaviſtæ *Rot. coram
Seraph. dec.* 1251. *per tot.* quam ſequitur *Mareſ-
cott. lib.* 2. *var. reſolut. cap.* 94. *nu.* 17. Quod lo-
cum ſibi vindicat, tametſi Papa eſſet mortuus, 183
nam licet per obitum Pontificis expiret reſerva-
tio, remanet tamen affectio ex illa proveniens,
quæ paris eſt efficaciæ, ejuſdemque effectus ope-
rativa, ac ſua cauſa, ut diximus ſupra *n.* 77. 78.
169. 183.

Et quamvis *Urbanus VIII.* in dicta ſua *Conſti-
tutione LIX.* ſuperinduxerit Conclaviſtis novam 184
reſervationem perſonalem contradiſtinctam a fami-
liaritate, non exinde eorum reſpectu ceſſavit altera
reſervatio ex familiaritate proveniens, cum novum
non ſit, quod unum, idemque Beneficium ſit mul- 185
tiplici reſervationi obnoxium, *Rot. cor. Millino dec.*
414. *n.* 14. Sic quando ſan. mem. *Alexander VII.*
declaravit, Beneficia *Scriptorum*, & aliorum *Offi-
cialium* eſſe reſervata ratione ſolius *Officii*, non
exinde ſuſtulit familiaritatem, & Prothonotaria- 186
tum iiſdem Officiis adnexum, ſed imo poſitis duo-
bus Officiis, ex uno poteſt deſumi familiaritas,
ex alio Prothonotariatus, *Card. de Luca de Bene-* 187
fic. diſc. 102. & diximus in *Comment. in Regulam
I. §. IV.* Id, quod clarius evincitur ex facto ip-
ſorum Summorum Pontificum, qui *Urbana* uſque
ad præſens ſucceſſerunt, nam omnes per Privile-
gium particulare elargiti ſunt familiaritatem Pon- 188
tificiam Conclaviſtis, itaut ſit prorſus inſubſiſtens,
quod hodie Conclaviſtæ non ſint Papæ Familiares.
Poſita autem familiaritate, qua etiam hodie ii
fruuntur, intrat reſervatio, aut affectio excluſiva
conſenſus.

Tertia ratio, ob quam Conclaviſtarum Bene-
ficia libere provideri debent a Papa, eſt, quod
Conclaviſtæ vigore ſpecialis Privilegii efficiuntur
Prothonotarii, unde locum ſibi vindicat Con- 189
cluſio, quod Cardinales præſtare non poſſint con-
ſenſum, quando defuncti Familiares erant Protho- 190
notarii, ut in præcedenti quæſtione late oſtendi-
mus. Nil relevante, quod Prothonotariatus ſit de-
pendens a Conclaviſtatu, & non conſtituat reſerva- 191
tionem ab eo diſtinctam, proindeque attendi non
mereatur pro excludendo Cardinali a præſtando
conſenſu, ex firmatis per *Rot. in Mediolanen. Be-
nef.* 5. *Martii* 1703. *§. Minus relevat, coram
Caſſarello.* Etenim tunc Prothonotariatus dicitur
eſſe conſequutivus, & dependens, quando eſt 192
ita adnexus de ſui natura certo muneri, vel Offi-
cio, ut eo ipſo, quod quis aſſequitur munus, aut
Officium illud, efficitur abſque aliquo extrinſeco
facto, Prothonotarius, ut contingit in *Milite
Pio, de Lilio, Referendario &c.* nam ſtatim ac
quis obtinet aliquod ex his Officiis, ſtatim nullo
alio expectato facto, Prothonotarius efficitur.
Non ita contingit Conclaviſtis, quia, non ſta- 193
timac quia efficitur Conclaviſta, Prothonotarius
evadit, ſed requiritur, vel quod talis creetur
a Cardinalibus, qui *Capita Ordinum* nuncu-
pantur, ut diximus in *Commentar. in Regul. IV.
§. V.* vel quod novus Pontifex per diſtinctum
Privilegium Conclaviſtam declaret Prothonota-
rium; Unde propterea ſtant bene ſimul, quod
quis ſit Conclaviſta, & adhuc non ſit Protho- 194
notarius, vel quia non creatus a Cardinalibus *Ca-
pitibus Ordinum*, vel quia adhuc facta non fuerit
con-

conceſſio Privilegiorum, quæ quandoque ſolet per
plures dies, & Menſes differri, adeout Conclavi-
ſtatus ſit quidem cauſa occaſionalis, ſeu impulſiva
conceſſionis iſtius gradus, ſed tamen iſte conſide-
randus veniat, tanquam ſeparatus, ex ſeparato actu
proveniens, & ſtans de per ſe non autem conſe-
quutiva, ut in fortioribus terminis, quod in veris
195 Familiaribus Pontificis Prothonotariatus non ſit
conſequutivus, ex præmiſſis rationibus reſolutum
fuit in Congregatione particulari in *Romana Ca-
nonicatus S. Mariæ in Via Lata* 8. *Decembris* 1681.
ſuper qua extat Votum mſ. *Cardinalis de Luca*,
teſtantis, nullam ſuper hoc puncto habitam fuiſſe
difficultatem.

Sed quando etiam Prothonotariatus ſtaret de-
pendenter a Conclaviſtatu, adhuc recepta eſt re-
196 gula, quod ſive Prothonotariatus ſtet de per ſe, ſi-
ve ſit adnexus alicui Officio, ſemper inducit re-
ſervationem, & quidem perſonalem, *Rot. coram
Buratt. deciſ.* 706. *nu.* 5. *& ſeqq.* ubi, quod nulla
adeſt inter eos differentia, nec fuiſſe de hoc in
Rota dubitatum, & in *Recent. dec.* 172. *num.* 1. *&
ſeqq. part.* 4. *tom.* 2. Poſita autem hujuſmodi reſer-
vatione, excluditur conſenſus Cardinalitius, ut in
terminis de Prothonotariatu conſequutivo, & de-
pendente a Referendariatu, tradit *Caccinus adno-
tat.* 50. *n.* 14.

Nec adverſatur Deciſio in *Mediolanen. Benefi-
cii cor. bon. mem. Caſſarello*, quia ibi quæſtio
197 erat, an ex Conclaviſtatu, & Prothonotariatu
duæ reſultarent reſervationes, ſeu potius unica,
reſolutumque fuit, unicam eſſe; quæ propoſitio
nec ſubſiſtit juxta ſuperius animadverſa, nec ap-
plicatur caſui noſtro, in quo nihil intereſt, an ſit
duplex; vel unica reſervatio, quia quæſtio dupli-
citatis locum ſibi vindicat, quando agitur de col-
latione facienda a Cardinali vigore Indulti de
Beneficiis ad ſui collationem ſpectantibus. At,
quando agitur de conſenſu præſtando vigore Re-
198 gulæ proviſioni Beneficii Familiaris Cardinalis fa-
ciendæ a Pontifice, tunc non eſt neceſſaria duplex
reſervatio, ſed ſufficit unica reſultans vel a Protho-
notariatu, vel a familiaritate Pontificis, vel a qua-
cumque alia reſervatione perſonali.

Atque ex his attendi non meretur auctoritas
199 Cardinalis *de Luca dict. diſc.* 141. *de Beneſic. in Sup-
plem.* quia loquitur ſine ulla ratione, & auctoritate
præter neceſſitatem illius Cauſæ, quæ fuit deciſa
ad favorem Cardinalis *Sabelli* Patroni ex alio mo-
200 tivo, quia nempe illius Familiaris non fuerat Con-
claviſta ſed *Dapipher*, vulgo *Scalco*, quorum Be-
201 neficiis ſuperinducta non fuit à *Conſtitutione LIX.
Urbani VIII.* nova, & particularis Reſervatio ra-
tione *Dapipheratus*, quemadmodum inducta fuit
quoad Beneficia Conclaviſtarum ratione ipſius *Con-
claviſtatus*, ut ait ipſemet Cardinalis *de Luca dicto
diſc.* 141. *n.* 2. & Nos diximus in *Comment. in Re-
gul. IV. §. V.*

Et ita praxis, & obſervantia Datariæ ſe ha-
202 bet, nam præter alios caſus, qui facillime inveni-
ri poſſent, cum tempore Pontificatus ſan. mem.
Innocentii XII. obiiſſet Marchio *Claudius Palla-
vicinus* Præfectus Cubiculo cl. mem. Cardin. *Cy-
bo*, & *Concláviſta*, de illius Beneficiis libere
Pontifex diſpoſuit abſque conſenſu laudati Car-
dinalis, qui acquievit, ſtatim ac Officiales Data-
riæ ei ſignificarunt, quod nec de jure, nec de
ſtylo præſtatur in his caſibus conſenſus. Et pra-
xis iſta in notabilibus caſuum deciſorum ſub *Ale-
xandro VII.* his verbis ab *Armindo Riccio* nota-
tur – *Familiaritatem rationem Conclaviſtarum im-
pertitam ſupprimere familiaritatem Cardinalium.
Fuit practicatum cum Cardinali Ginetto de anno
1664. ſuper Canonicatu S. Angeli in Foro Piſcium:
Et hoc anno* 1665. *Caſus iterum evenit in Bene-
ficiis Bononien. Diœceſis per obitum Auguſtini To-
relli Auditoris, & Conclaviſtæ Cardinalis Co-
lumnæ.* Et longe poſt hæc ſcripta pro veritate con-
ſultus ab Emo, & Rmo Dño Cardinali Fran-
ciſco *Barberino* ſuper hoc articulo, reſpondi, col-
lationem Beneficii in Diœceſi *Ravennaten.* vacan-
tis per obitum ejus Familiaris, qui fuerat etiam
Concláviſta, libere ſpectare ad Datariam. Et ita
ſervatum.

Stat igitur firmum principium, quod Regula
de Conſenſu locum non habeat in proviſione Be-
neficiorum vacantium per obitum Familiarium,
qui fuerant Conclaviſtæ. Sed quoad Beneficia
Dapipherorum, qui vigore Motus proprii expe-
diri ſoliti a Pontifice, in cujus Conclavi inſer- 203
vierunt, efficiuntur illius Familiares, ut diximus
in *Comm. in Regul. IV. §. V.* diſtinguendum eſt,
quod, aut agitur de Beneficiis obtentis ante, vel
durante familiaritate Pontificis, in cujus Concla-
vi inſervierunt, & Cardinalis Patronus excludi-
tur a præſtando conſenſu, dum concurrit familia-
ritas Papæ, quæ nobilior eſt, & potentior fa-
miliaritate Cardinalitia, & cujus effectus durat,
etiamſi poſtea obierit Pontifex ille, quoad Bene-
ficia, quæ eo vivente obtinebat, juxta *Deciſionem
Seraphini* 1251. ſupra laudatam, & diximus in
Comm. in Regul. IV. §. V. & extat Votum *Armin-
di Riccii* in *Bononien. Canonicatus.* Et ita fuit ſer-
vatum anno 1705. quoad Beneficia *Abbatis Taſſi*
Bergomenſis, qui fuerat Dapipher, & Familia-
ris clar. mem. Cardinalis *Pamphilii* in Conclavi,
in quo ad Pontificatus apicem evectus fuit ſan.
mem. *Alexander VIII.* quæque idem Abbas ob-
tinuerat antequam Dapipher fuiſſet. Idemque ſer-
vatum anno 1714. in proviſione Beneficiorum,
quæ vacarunt per obitum *N. Riſi* Dapipheri in
Conclavi ſan. me. *Clementis XI.* & Auditoris clar.
mem. Cardinalis *Sacripantes*, qui conſenſum non
præſtitit, ſed ea tanquam obtenta durante fami-
liaritate Pontificis, fuerunt libere per Datariam
collata.

Aut agitur de Beneficiis obtentis poſt obitum
Pontificis electi in Conclavi, in quo Dapipher 204
inſerviit, & ſic diſſoluta familiaritate, & in his
terminis poteſt Cardinalis Patronus in illorum
proviſione conſenſum præſtare; Non enim in Be-
neficiis præfatis conſiderari poteſt affectio ulla ra-
tione familiaritatis Pontificiæ, cum hæc per obi-
tum Papæ jam diſſoluta remanſerit, ut diximus in
Comm. in Regul. IV. §. V. Et reſolutum fuit favo-
re Cardinalis *Sabellii* in illa Cauſa, in qua ſcrip-
ſit *Card. de Luca dict. diſc.* 141. *de Beneſic.* ubi
agebatur de Parochiali ab eo, qui fuerat Dapipher,
obtenta poſt obitum Pontificis, & ſic diſſoluta fa-
miliaritate, & adnotatum reliquit bon. mem. *Fag-
nanus*, qui fuit unus ex Prælatis deputatis in Con-
gregatione particulari habita pro dicta Cauſa his
verbis – *Congregatio deputata à Sñio D. N. in Cau-
ſa Fulginaten. Parochialis inter Emum, & Rmum
Cardinalem Sabellum ex una parte, & Datariam
Apoſtolicam ex altera, auditis hinc inde Procura-
toribus, & Advocatis, eorumque Scripturis accu-
rate perpenſis, atque diſcuſſis, cenſuit, ab Emi-
nentia Sua præſtandum eſſe conſenſum vigore Regu-
læ Cancellariæ in ordine XXXII. ad favorem præ-
electi in Concurſu Parochialis Eccleſiæ S. Joannis
pro Flâmma Fulginaten. Diœceſis vacantis per obi-
tum Franciſci Germani, qui fuerat Familiaris ip-
ſius Cardinalis, & Dapipher durante Conclavi, in*

qua

quo ad Apoſtolatus apicem aſſumtus fuit ſa. me. Innocentius X. Dat. die 3. Julii 1677.

Sed, cum etiam Dapipheri ad inſtar Conclavi-
205 ſtarum creari poſſint Prothonotarii, ſi tres ex Car-
dinalibus in quolibet Ordine antiquiores, tali Di-
gnitate eos dignos judicaverint; hinc, ſi Protho-
notariatus in Dapipheris Cardinalium Familiari-
bus concurrat, tali caſu, etiam quoad Beneficia
206 poſt obitum Pontificis, in cujus Conclavi inſer-
vierunt, obtenta, ceſſabit conſenſus Cardinalium
Patronorum. Cum enim Prothonotariatus ſit per-
petuus, & perpetuo infixus oſſibus Perſonæ, quo-
cumque tempore Beneficia per Prothonotarium
obtineantur, erunt reſervata reſervatione perſona-
li ex capite Prothonotariatus, cujus proinde re-
ſervationis ratione locus non erit Privilegio Car-
dinalitii conſenſus, juxta Theoricas ſupra firma-
tas.

Famoſa nunc, & celebris occurrit examinan-
207 da quæſtio, an Conſenſus Cardinalium Patrono-
rum locum ſibi vindicet in proviſione Beneficio-
rum Urbis, quæ ſunt de ordinaria collatione Pa-
pæ, & ad illum ſpectant, tanquam Romæ Epiſ-
copum, nec ſubjacent alicui titulo Cardinalitio?
Et quod hujuſmodi generis Beneficia provideri
208 debeant de conſenſu Cardinalis Patroni ſuadetur
ex eo, quod Regula indefinite, & indiſtincte lo-
quitur de omnibus Beneficiis per Familiares de-
functos obtentis, nec Cardinalium conſenſum
coarctat ad Beneficia ſolum pertinentia ad Col-
latorum inferiorum diſpoſitionem, ergo indefinite
intelligi debet, & comprehendere ea quoque Be-
neficia, quæ ſpectant ad Collationem Papæ, uti
Urbis Romæ Ordinarii, ad tradita per *Sot. in hanc
Regul. n. 1. verſic. Et quia iſta Regula.* Generalis
209 enim diſpoſitio reſtringi nequit ad certam ſpeciem,
ſed omnes ſpecies comprehendit, *Federicus de
Sen. conſ. 85. nu. 2. verſic. Juſtificatio, Becc. conſ.
70. n. 7.*

Potiſſimum, quia reſpectu utriuſque generis
210 Beneficiorum militat eadem ratio Regulæ, quæ,
ut diximus, eſt fundata in prærogativa Dignitatis
Cardinalitiæ, & in recompenſam expenſarum,
quas ſubeunt Cardinales pro eorum Familiaribus
alendis; unde omnium quoque reſpectu vigere
debet Regulæ diſpoſitio, quia ratio regulat di-
211 ctum, non vero dictum rationem, *leg. Cum Pa-
ter §. Dulciſſimis ff. de Legat. 2. Bartol. in Leg.
Regula §. Si quis de Jur. & Fact. Ignorant. Rot.
dec. 174. n. 8. poſt Pacific. de Salv. Interd.* ubi,
quod non dicitur venire extenſive, ſed compre-
henſive, id quod eſt intra limites rationis. Et ce-
212 teroquin nulla adeſt deformitas, quod Cardinales
conſenſum præſtent in proviſione Beneficiorum,
quæ ad ordinariam Pontificis collationem ſpectant;
Conſtituunt enim ipſi cum Papa unum corpus
213 univerſalis Eccleſiæ, ſicuti inferiora Capitula par-
ticularium Eccleſiarum, cum ſuo Prælato, *Felin.
in cap. Ad audientiam n. 29. verſic. Nota tertio,
de Reſcript.* Et dicuntur habere cum Papa non
214 tantum unitatem, ſed quandam identitatem, ut
poſt *Joannem Andr.* & alios *Lotter. de Re Bene-
ficiar. lib. 1. quæſt. n. 82. & 40.* Proptereaque Jura
maxime illis faveant in hac materia Beneficiali,
215 omniſque capienda ſit benigna interpretatio, ut
Conceſſiones a Papa eis elargitæ amplientur po-
tius, quam reſtringantur, *Gomez ad Regulam
XXXII. quæſt. 1. verſic. Ratio, Lotter. libro 2.
quæſt. 32. n. 106.*

Accedit, quod in *Regula XXXII.* ſolum exci-
216 piuntur a Conſenſu Cardinalium Beneficia reſer-
vata ratione *Officialatus*, quæ Pontifex ad liberam
ſui diſpoſitionem ſpectare voluit, unde cenſetur
voluiſſe eorundem Cardinalium Conſenſui ſubji-
cere proviſiones omnes aliorum Beneficiorum,
quæ etiam in Urbe exiſtunt, quæque vacant per
obitum Familiarium, qui Officiales non fuerint.
Exceptio enim firmat Regulam in contrarium,
Leg. Quæſitum §. Denique ff. de Fund. Inſtruct. 217
cum concordantibus penes *Barboſ. Axiomat. 85.
n. 4.* & quemadmodum Papa excluſit a Privile-
gio conſenſus Beneficia Officialium, ita etiam
excluſiſſet Beneficia Urbis, ſi voluiſſet ea ſub
Regula non comprehendi, ad *text. in leg. unic.
§. Sin autem ad deficientis Cod. de Caduc. tol-
len. leg. Si Servus §. Prætor ait, verſic. non dixit
ff. de Acquir. Heredit. Cap. Ad Audientiam 2. de
Decim.*

Quinimo ſub Privilegio Conſenſus comprehen-
di etiam Beneficia Urbis, depromitur ex verbis il- 218
lis Regulæ -- *declarans, præfatam Conſtitutionem
locum non habere in illis Beneficiis, quæ Familiares
ipſi tempore obitus eorum in dicta Curia, vel extra
eam obtinerent &c.* -- Eo ipſo enim, quod in Re-
gula ſit mentio de *Curia*, neceſſario intelligenda
venit etiam de Beneficiis Urbis, ubi Curia mora-
tur, & ſic de Beneficiis, quæ ſpectant ad colla-
tionem Pontificis jure proprio, tanquam Urbis
Romæ Epiſcopi.

Non obſtat, quod hæc *Regula XXXII.* intelli-
gi debeat ad tramites *Regulæ IV.* quæ eſt illius 219
præparatoria, de Beneficiis nempe, quæ vigore
ejuſdem *Regulæ IV.* ſunt reſervata ob familiarita-
tem Cardinalitiam, unde, cum hujuſmodi reſerva-
tioni non ſubjaceant Beneficia Urbis ad Papæ
collationem jure ordinario ſpectantia, ſequitur ex-
inde, quod ſuper eorum proviſione intercedere non
poſſit Conſenſus Cardinalitius. Duplex enim oc-
currit reſponſio. Altera, quod *Regula IV.* indi- 220
ſtincte etiam loquitur de Beneficiis Familiarium,
nec ullum conſtituit diſcrimen inter Beneficia
pertinentia ad collationem ordinariam Pontificis,
vel Collatorum inferiorum. Altera vero, quod ubi
etiam *Regula IV.* reſtricta eſſet ad Beneficia, de
quibus inferiores Collatores diſponere poſſunt,
non inde ſequitur, quod Papa in ſequenti *Regu-
la XXXII.* dum ſe arctat ad conferendum Bene- 221
ficia Familiarium de conſenſu Cardinalium Patro-
norum, excludere voluerit Beneficia ad ſui colla-
tionem jure ordinario ſpectantia, cum hujuſmodi
interpretationi repugnent verba ejuſdem Regulæ,
diverſitas rationis, & veroſimilis ipſius Pontificis
mens.

Verba *Regulæ XXXII.* ſunt indiſtincta, & il-
limitata, ut diximus, apta comprehendere etiam 222
Beneficia, quæ ad ordinariam Papæ collationem
pertinent. Diverſitas rationis inter utramque *Re-
gulam IV.* & *XXXII.* eſt clara, nam in *Regula
IV.* agitur de Reſervatione, quæ eſt odioſa, & 223
ſtricte interpretanda, *Simonet. de Reſervat. quæſt.
5. num. 9. & quæſt. 13. num. 2. Spad. conſ. 27. lib.
3. Rota deciſ. 172. num. 23. part. 4. tom. 2. Recen-
tior.* At vero *Regula XXXII.* eſt favorabilis, 224
ut pluries ſupra dictum eſt, lateque contra Pon-
tificem interpretanda. Veroſimilis mens Papæ fa-
vet quoque Cardinalibus Patronis, quia, dum
voluit illos prærogativa conſenſus in proviſione
Beneficiorum, quæ ſui Familiares obtinebant,
condecorare, decet, quod talis prærogativa am- 225
plietur ad caſus omnes, qui non ſint a Regula
excepti.

Atque hinc non relevat, quod *Regula IV.*
reſervans Beneficia obtenta per Familiares Car-
dinalium ſit præparatoria ad *Regulam XXXII.*

Sive

226 Sivé quia ſumi non poteſt argumentum a *Regula*
IV. ad *Regulam XXXII.* ut ait *Rota deciſ.* 427. *n.*
2. *part.* 1. *diverſ.* quam ſequitur *Garc. de Beneſ.*
part. 5. *cap.* 1. *n.* 279. Maxime quia juxta quam-
227 plurium Doctorum ſententiam Auctor *Regulæ*
XXXII. fuit *Gregorius XI.* ut ſupra diximus, qui
nullam fecit Reſervationem familiaritiam, unde
eo minus dici poteſt, quod *Regula IV.* ſit præpa-
ratoria ad *Regulam XXXII.* Sive quia id ſolum
operari poteſt, quod ubi agitur de Beneficiis re-
ſervatis, *Regulæ IV.* & *XXXII.* valeant ad invi-
cem declarari; At ubi res eſt de aliis Beneficiis
non reſervatis, prout ſunt Beneficia Urbis ad col-
lationem ordinariam Papæ, uti illius Epiſcopi per-
tinentia, *Regula XXXII.* quæ eſt generalis, non
poteſt declarationem recipere ab antecedenti *Reg.*
IV. quæ eſt particularis, & ſpecialis; ſed intelligi
debet in ſui generalitate comprehenſiva etiam Be-
neficiorum Urbis non reſervatorum.

Quod, ſi dicatur collationem Beneficiorum Ur-
228 bis eſſe Pontifici valde charam, proindeque non
comprehendi ſub generali diſpoſitione; Reſpon-
detur, quod modo non agitur de facultate indul-
genda Cardinalibus ad effectum conferendi Bene-
ficia, quæ ad Papam ſpectant, tanquam ad Epiſ-
copum Urbis, & jure proprio; ſed agitur de quo-
dam favore Pontificis erga Cardinales, quo ſe ar-
ctat ad illa conferenda de conſenſu Cardinalis Pa-
troni in Curia præſentis, quod eſt valde diver-
ſum a collatione, quæ a Papa non aufertur. Exem-
plum habemus in proviſione Beneficiorum apud
Sedem vacantium, quæ pari paſſu ambulat cum
proviſione Beneficiorum Urbis, quæque nemini
indulgeri ſolet, ſed ſemper a quacunque, etſi
effrenata Apoſtolica facultate conferendi Benefi-
cia, intelligitur excepta, & nihilominus in termi-
229 nis hujus Regulæ Pontifex diſponit cum conſenſu
Cardinalis Patroni de Beneficiis per obitum ejus
Familiaris apud *Sedem* vacantibus, excepto ſolo
caſu, quo Beneficia præfata ſint obnoxia Reſer-
vationi ratione Officiorum, ut ſupra dictum eſt.
Unde dum æque unice ſpectant ad collationem
Papæ Beneficia Urbis, & vacantia apud *Sedem*,
nulla major ratio, ut voluerit ille magis adhibere
re Cardinalium Patronorum conſenſum quoad
unam Beneficiorum ſpeciem, quam reſpectu alte-
rius; Reſpicit enim Regula favorem Cardina-
lium, non ſpecies Beneficiorum, ut ſuperius di-
ctum eſt, & bene animadvertit *Mareſcott. var.*
lib. 2. *cap.* 94. *n.* 19. & 22.

Accedit, quod Beneficia litigioſa non ſunt pro-
230 prie reſervata, ut diximus in *Comm. in Regul.*
XXIX. §. II. n. 154. Et nihilominus, ſi tertio con-
cedatur ſubrogatio in Juribus defuncti Familiaris,
locus eſt conſenſui Cardinalis, ut ſupra adnotavi-
231 mus. Non eſt igitur, cur in proviſione Beneficio-
rum, quæ non ſunt reſervata, quæque vacant per
obitum Familiarium, conſenſus Cardinalium Pa-
tronorum adhiberi non poſſit.

Sed his non obſtantibus, verior eſt ſententia,
232 quod Beneficia Urbis ad Pontificis ordinariam
collationem ſpectantia, & per obitum Familia-
rium DD. Cardinalium vacantia, libere, & abſ-
que eorum conſenſu, provideri debeant. Primo,
quia hujuſmodi generis Beneficia confert Papa,
uti Epiſcopus Romæ, ſine alterius concurſu, &
jure ſuo proprio ordinario, unde non cenſetur
voluiſſe jus proprium lædere, & Cardinalibus in-
233 dulgere conſenſum, qui cæteroquin collationi æ-
quipollet, ut diximus, ſuper propriis Beneficiis,
quorum collatio eſt ſibi magis chara, quam alio-
rum, quæ ſunt reſervata etiam ratione vacationis
in Curia, ut bene obſervant *Gomez ad Regulam*
de Trienn. §. 3. *n.* 18. *Germon. de Indult. Cardi-*
nal. §. Tam ratione n. 7. & *ſeqq. Gonzal. ad Re-*
gul. 8. *Gloſſ.* 13. *n.* 13. & 14. *Gratian. diſcept.* 982.
n. 8. Papa enim nunquam venit ſub generali ſer- 234
mone, nec ſub quacumque verborum generalita-
te, præſertim ubi agitur de læſione proprii juris,
& liberæ Beneficiorum collationis ad ipſum ſpe-
ctantis, *Gonzal. ad Regul.* 8. *§.* 2. *Proœm. n.* 17.
Rota deciſ. 94. *nu.* 31. & *ſeqq. cor. Royas.* Et in
terminis Regulæ *de Familiaribus*, quod in concur-
ſu Familiaris Papæ, & Cardinalis, Perſona Papæ
loquentis cenſeatur ſemper excepta, per *text. in* 1.
cap. penultim. & *cap. Venientes de Jur. Jur.* tra-
dit *Sotus ad Regul.* 31. *n.* 7. *apud Kochier. pag.*
mihi 305.

Secundo, quia conſenſus vigore *Regulæ*
XXXII. non aliter a Cardinalibus præſtatur, niſi
cum præſuppoſito, quod Beneficia ſint reſervata 235
ratione familiaritatis Cardinalitiæ. Dependet enim
Regula præfata, & declarationem recipit a præ-
cedente *Regula IV.* reſervatoria Beneficiorum
Familiarium, quæ eſt præparatoria ad hanc
Regulam XXXII. dum edita fuit, veluti præ-
parando materiam pro effectu conſenſus a Car-
dinalibus præſtandi in proviſionibus Beneficiorum
ſuorum Familiarium, quæ ratione hujuſmodi fa-
miliaritatis eſſent reſervata, ut communiter fir-
mant *Mareſcott. variar. reſolution. libr.* 2. *cap.*
94. *num.* 18. & *ſeqq. Rot. deciſ.* 65. *coram Ac-*
corambono, & *deciſ. unic. num.* 2. *ſuper Regul. de*
Impetr. coram Achill. de Graſſis, *deciſ.* 414. *num.*
3. *verſic. Verba coram Millino*, *deciſ.* 2272. *n.* 4.
coram Coccino deciſ. 654. *num.* 23. & 24. *part.* 4.
tom. 3. *Recentior.* Unde, cum Beneficia Urbis
pertinentia ad collationem Papæ, uti illius Epiſco- 236
pi ſint a quacumque reſervatione penitus exemta,
& immunia, eaque per obitum familiarium Car-
dinalium vacantia conferat Pontifex non vigore
Regulæ IV. ſed jure proprio ordinario; Non enim,
quod tali jure ad Papam ſpectat, indiget reſerva- 237
tione, quæ tunc adeſſe dicitur, quando Papa avo-
cat collationem ab Ordinariis, aliiſque inferiori-
bus habentibus poteſtatem conferendi, eamque ad
ſe transfert, ut alibi diximus, & præ ceteris obſer-
vant *Gonzal. ad Regul.* 8. *gloſſ.* 31. *n.* 1. & 2. *Lot-*
ter. de Re Beneſic. lib. 2. *quæſt.* 26. *n* 1. *Rot. deciſ.*
94. *n.* 2. *coram Royas.* Sequitur exinde, quod Be-
neficia præfata comprehendi nequeant ſub privi-
legio conſenſus Cardinalibus competente vigore
Regulæ XXXII. quæ recipiendo interpretationem
a præcedenti *Regula IV.* ſupponit reſervationem in
Beneficiis, ſuper quibus conſenſus ipſe Cardina-
litius præſtari debeat.

Quodque revera, ad effectum, ut locum ſibi
vindicet conſenſus Cardinalium Patronorum, ne-
ceſſe ſit, quod Beneficia ſint reſervationi *Regulæ* 238
IV. obnoxia, clare etiam elicitur ex verbis initiali-
bus *Regulæ XXXII.* loquentis de Beneficio va-
cante -- *per obitum familiaris alicujus Cardinalis* --
quæ verba, perpenſo eorum effectu, & non ſo-
lo cortice, important, & ſupponunt reſervatio-
nem ex capite familiaritatis, ut in ſpecie, quod
ſola expreſſio *familiaritatis* præſeferat reſervatio-
nis mentionem, dixit, *Æneas de Falcon. de Re-*
ſervation. quæſt. 4. *principal. effect.* 4. *num.* 1. *cir-*
ca med. ibi -- *Requiritur, quod fiat mentio, qua-*
liter defunctus erat familiaris, quia ab expreſſione
familiaritatis reſultat reſervatio -- Et magis in
ſpecie, quod verba initialia *Regulæ XXXII.* in-
telligenda ſint de Beneficio reſervato, firmavit
Rot. cor. Achill. deciſ. unic. num. 4. *ſuper Regul.*
de

de Impetr. ibi -- *Et in ejus principio omnia Bene-*
ficia comprehendebantur, ut licet Pontifex tanquam
de Beneficio reſervato poſſit diſponere, tamen de
conſenſu Cardinalis &c. & ead. *Rot. deciſ.* 654. *ſub*
num. 24. *part.* 4. *tom.* 3. *Rec.* ibi -- *Et reſervatio*
(ſcilicet Regulæ IV.) *declaratur per Regulam hodie*
XXXII. in cujus principio omnia Beneficia com-
prehenduntur, ut Pontifex de illis tanquam de
reſervatis poſſit diſponere de conſenſu &c. -- Et
239 comprobatur ex ſtylo Datariæ; Siquidem impe-
trantes Beneficia reſervata ratione familiaritatis,
narrant ſolummodo, Beneficium vacaſſe per obi-
tum familiaris, & ſic nudum factum abſque
ſpecificatione effectus reſervationis, cum ille ſub-
intelligatur, uti reſultans ex *Regula IV.* quem
240 tamen effectum Cancellaria Apoſtolica, quæ
eſt organum mentis Papæ, poſtea explicat in
expeditione Literarum Apoſtolicarum, expri-
mendo in earum Proœmio -- *Dudum ſiquidem*
omnia Beneficia Eccleſiaſtica, quæ S. R. E. Car-
dinales familiares &c. collationi noſtræ reſervavi-
mus &c.

Et hæc ſuppoſitio reſervationis in Beneficiis,
ſuper quibus præſtari debet conſenſus vigore *Re-*
241 *gulæ XXXII.* continetur expreſſe in Regulis an-
tiquioribus *De conſenſu præſtando*, ut in illis *Pauli*
III. Julii III. & Sixti V. dum hujuſmodi con-
ſenſum limitant, & excludunt, quando ultra re-
ſervationem *ex capite familiaritatis*, concurrit
alia reſervatio ratione alicujus Officii, ut ex ver-
bis earumdem Regularum, nempe *Pauli III.* im-
preſſarum in parvo libello *pag.* 7. *a tergo*, *Julii*
III. apud *Kochier in Regul.* 30. *num.* 31. *pag.* 309.
& in Conſtitutione *Sixti V. Regul.* 27. in Bulla-
rio antiquo *pag. mihi* 1397. ibi -- *Declaravit,*
præſentem Conſtitutionem locum non habere in illis
Beneficiis, quæ non ſolum ratione familiaritatis
continuæ Commenſalitatis hujuſmodi, ſed etiam ra-
tione Officii. quæ familiares ipſi tempore obitus eo-
rum in dicta Curia, vel extra eam obtinerent,
aut antea obtinuiſſent, dictæ diſpoſitioni generali-
ter reſervata, vel affecta fuiſſe apparerent &c.--&
ſic ſupponit reſervationem ratione familiaritatis.
242 Et licet poſtmodum in Regulis modernis, ad
quarum tramites emanarunt Deciſiones *Rotæ co-*
ram Millino 414. & *coram Coccino* 1227. omiſſa
fuerit explicita mentio reſervationis *ex capite fa-*
miliaritatis, tamen id factum fuit, quia erat ſu-
perflua, nam eo ipſo, quod *Regula XXXII.* tam
in Rubrica, quam initio Nigri, loquitur *de im-*
petrantibus Beneficia per obitum familiarium Car-
dinalium, includit, ac ſupponit reſervationem ex
243 capite familiaritatis, ut ſupra dictum eſt. Et cete-
roquin lex vetus novam declarat.

Comprobantur hæc omnia tribus exemplis. Pri-
244 mo nempe Canonicatuum trium Baſilicarum Ur-
bis ad ordinariam collationem Papæ ſpectantium,
quos ſemper ipſe libere contulit, nec unquam au-
ditum eſt, quod Cardinales, præſertim Nepotes
Pontificum, quorum plures habere conſueverunt in
familiares Canonicos earumdem Baſilicarum, con-
ſenſum in proviſione præfatorum Canonicatuum
præſtiterint, quamvis in iiſdem tribus Baſilicis paſ-
ſim admittatur conſenſus quoad Beneficiatus, Cle-
ricatus, & alia Beneficia ſpectantia ad collatio-
nem Capitulorum, & Cardinalium Archipresby-
terorum. Hoc autem alia ratione evenire non po-
245 teſt, niſi quia ſupradicti Canonicatus ſpectant ju-
re proprio ad collationem Papæ, nec ſubjacent
Reſervationibus, ſicut Beneficia ſecundæ ſpeciei.
Et quamvis Canonicatus præfatos ſibi ſpecialiter
246 Pontifices reſervaverint in *Regula VIII.* Nihilomi-
nus illa non eſt reſervatio propria, ſed impropria,
& ſolummodo inducta ad abundantiorem cau-
thelam, nempe ad effectum, ut Cardinales Archi-
presbyteri habentes in dictis Baſilicis Indulta
conferendi Beneficia inferiora, non audeant eorum
prætextu ſe intromittere in collatione prædicto-
rum Canonicatuum, ut bene notant *Gonzal. in*
Regul. 8. *verſic. Omni, & verſic. Cui*, & ibidem
Kochier gloſ. 6. *n.* 2. & diximus in *Commentar. in*
eamdem Regulam VIII.

Secundo confert exemplum de Beneficiis Juriſ-
patronatus laicorum, quæ reſervationi Regulæ *de* 247
Familiaribus non ſubjacent, quæque, dum vacant
in Curia per obitum Familiarium DD. Cardina-
lium, conferuntur a Papa cum derogatione juri-
patronatus, quamvis competenti ex vera fundatio-
ne, & dotatione, & in hujuſmodi Pontificia col-
latione conſenſus Cardinalium Patronorum non ad- 248
hibetur, quia ceſſat reſervatio ex capite familiari-
tatis; & derogatio juripatronatus operatur validi-
tatem collationis, ſed non inducit reſervationem,
ut diximus ſupra *n.* 46.

Tertium demum exemplum eſt de Beneficiis
reſervatis ex familiaritate Papæ, quæ ſub Regula
XXXII. non comprehenduntur, quamvis jus re- 249
ſervationum ſit longe inferius jure ordinario con-
ferendi ejuſdem Pontificis, *Gomeſ. in Regul. de*
Triennal. quæſt. 31. *n.* 18. *Gonzal. in Regul.* 8. *gloſſ.*
13. *n.* 7. Idque non alia ratione, niſi quia, cum
hujuſmodi generis Beneficia non ſint reſervata vi-
gore Regulæ IV. in ea parte, qua reſervat Benefi- 250
cia per familiares res Cardinalium obtenta, quia fa-
miliaritas Papæ ceſſare facit familiaritatem Cardi-
nalis, ſequitur exinde, quod neque comprehen-
dantur ſub Regula *de Conſenſu.*

His omnibus accedunt Res judicatæ, nam pro
excluſione Conſenſus Cardinalium Patronorum,
& libera Pontificis diſpoſitione de Beneficiis Ur-
bis ad ejus ordinariam collationem ſpectantibus, 251
bis fuit deciſum tempore *Alexandri VII.* a Con-
gregatione particulari quatuor Prælatorum ſuper
Cannnicatu ſ. m. *Rotundæ* contra Cardinalem
Pallottum, & ſuper Canonicatu *S. Celſi* contra
Cardinalem *Barberinum*, ſcribente in utraque
Cauſa pro Dataria celebri Beneficialiſta *Armindo*
Riccio Subdatario. Et ſub Pontificatu ſan. mem.
Clementis X. Cappellania in eadem Eccleſia *S.*
Celſi, quæ vacaverat per obitum *Agapiti Colur-*
ſii familiaris clar. mem. Cardinalis *Barberini*, li-
bere, & abſque conſenſu ejuſdem Cardinalis col-
lata fuit a Dataria Petro *Maſſarino*, facta in Lite-
ris Apoſtolicis expreſſione, *quod Canonicatuum, &*
Præbendarum, & aliorum Beneficiorum in dicta
Eccleſia vacantium collatio, proviſio, & omnimoda
alia diſpoſitio ad Summum Pontificem pro tempore
exiſtentem, pleno, & ordinario jure ſpectat, & per-
tinet; ut ex Supplicatione ſub Datum *decimo Ka-*
lendas Octobris anno ſecundo. Et quamvis *Colur-*
ſius fuiſſet etiam Conclaviſta, itaut nec etiam ex
hoc motivo Cardinalis conſenſum præſtare va-
luiſſet, nihilominus proviſio ſequuta fuit non
ex capite reſervationis vigore Conclaviſtatus, ſed
ex quo Cappellania *pleno, & ordinario jure ſpe-*
ctabat ad Pontificem, ut ex eadem Supplicatione
apparet.

Atque hinc non obſtant argumenta in contra-
rium adducta. Et primo momenti non eſt, quod
Regula XXXII. indefinite, & indiſtincte loqua-
tur de omnibus Beneficiis per Cardinalium fami-
liares obtentis; quodque veluti Cardinalibus Pa-
tronis favorabilis, late interpretanda ſit contra
Papam hujuſmodi favorem indulgentem, ut com-
prehendat

prehendat etiam Beneficia ad illius ordinariam col-
lationem ſpectantia.

Siquidem duo caſus ſunt diſtinguendi; primus,
qui facit ad rem noſtram, eſt, an *Regulam XXXII.*
252 neceſſario requirat in Beneficiis, ſuper quorum
proviſione præſtandus eſt conſenſus, reſervationem
ex capite familiaritatis; Et ſuper hoc puncto ha-
bemus, ut diximus, verba initialia ejuſdem Re-
gulæ loquentis de *Beneficio vacante per obitum fa-
miliaris*, quæ verba ſupponunt reſervationem vi-
gore *Regulæ IV.* uti effectum familiaritatis; &
habemus etiam ſtylum Datariæ idipſum compro-
bantem; Alter caſus eſt, an ſuppoſita reſervatio-
ne ex capite familiaritatis, ſi cum illa concurrat
alia reſervatio, adhuc ſit locus privilegio conſen-
253 ſus, & in hoc bene dicunt *Sotus*, *& Rot. coram
Millino* in objectione laudati, quod, cum Regu-
la loquatur indiſtincte comprehendendo etiam Be-
neficia vacantia per obitum Familiaris in *Curia*,
& excipiendo ſolum reſervationem ratione Of-
ficii, indiſtincte pariter accipi debeat; ſemper
tamen *Sotus*, & *Rota* loquuntur cum ſuppoſito
præcedentis reſervationis ex capite familiaritatis.
Cum autem ex diverſis Quæſtionibus eadem non
254 poſſit fieri illatio, ſequitur, ut reſolutio hujus
ſecundi caſus non obſtet determinationi primi,
omnino diverſi, & cum eo nil commune haben-
tis.

Accedit, quod *Regula XXXII.* nec loquitur
255 indiſtincte, ſed diſtinctiſſime, cum loquatur de
Beneficiis impetratis *per obitum Familiaris Car-
dinalis*, & conſequenter de reſervatis vigore præ-
cedentis *Regulæ IV.* Nec itidem loquitur indefi-
nite, cum poſt verbum indefinitum *Beneficium*,
ſtatim ſubjungat alia verba, nempe *vacans per obi-
tum Familiaris*, quæ reſtringunt nedum loquu-
tionem indefinitam, ſed etiam generalem, & uni-
verſalem, ad tradita per *Surd. conſil.* 34. *n.* 42.
256 *& ſeqq. Rot. deciſ.* 24. *n.* 5. *coram Gregorio.* Ul-
tra quod indefinita non æquipollet univerſali, nec
etiam in lege indiſtincte loquente, quando non
militat eadem ratio in omnibus *Calderin. conſ.* 494.
circa finem, *Covarr. lib.* 1. *var. cap.* 13. *num.* 9.
Peregrin. de Fideicomm. artic. 7. *n.* 56. *Menoch.
de Præſumt. libr.* 4. *præſumt.* 21. *numer.* 5. cum
aliis penes *Barboſ. axiom.* 123. *numer.* 12. In ca-
ſu autem, non eadem in omnibus ratio viget,
257 quia Beneficiis ſpectantibus ad ordinariam Papæ
collationem, & obtentis a familiaribus Cardina-
lium, non applicatur reſervatio familiaritatis,
quam *Regula XXXII.* præſupponit; & quia non
præſumitur, Papam ſub generali ſermone voluiſſe
aliis propria Beneficia concedere, ut ſupra pro-
batum eſt.

Ampla vero interpretatio Regulæ contra Pa-
258 pam concedentem admitti nequit ultra ſenſum ver-
borum, quæ in *Regula* XXXII. ſunt reſtricta
ad Beneficia reſervata ex capite familiaritatis, alias
non eſſet Regulam interpretari, ſed extra ſuos ter-
minos illam trahere, ut in ſimilibus terminis dixit
Rot. deciſ. 632. *numer.* 18. *&* 19. *coram Dunozet.
& deciſ.* 883. *numer.* 35. *coram bon. mem. Molin.*
259 Et ſatis eſt *Regulam* XXXII. interpretari late in-
tra terminos Beneficiorum, quæ ſint reſervata ex
capite familiaritatis, admittendo nempe, quod
conſenſus Cardinalis Patroni exigatur, etiam,
quod concurrat alia reſervatio, vel *localis* ex Be-
neficii vacatione *in Curia*, vel *realis*, ſi nempe
agatur de Dignitatibus poſt Pontificalem majori-
bus in Cathedralibus, aut principalibus in Colle-
giatis, exceptuando ſolum reſervationem perſona-
lem *Officialitatis* ex limitatione contenta in ea-
dem Regula, juxta *Deciſionem* 414. *coram Mil-
lino.*

Nec ſubſiſtit, quod *Regula XXXII.* reſpexe-
rit etiam ad Beneficium Urbis in illis verbis 260
*Declarans, præfatam Conſtitutionem locum non
habere in illis Beneficiis, quæ familiares ipſi tem-
pore obitus eorum in dicta Curia, vel extra eam
obtinerent* -- Duplex ſiquidem occurrit reſponſio;
Prima eſt, quod verba illa *in Curia, vel extra
&c.* non referuntur ad Beneficia ſuperius expreſ-
ſa, ſed ad *obitum* cohærentem iiſdem verbis,
cum relatio ſemper fiat ad proximiora immedia-
ta, *Bartol. in leg. Quæſitum*, *§. Si quis fundum
numer.* 3. *&* 4. *de Fund. inſtruct. Cephal. conſil.*
734. *numer.* 8. *& ſeqq. Rot. deciſ.* 277. *numer.* 3.
coram Gregorio. Juſta vero ratione obitus *in Cu-* 261
ria, quamvis inductivus majoris, & principalis
reſervationis in corpore juris clauſæ, fuit in ea-
dem Regula expreſſus, quia, cum hæc reſerva-
tio requirat ſpecialem mentionem, juxta *Text. in
cap.* 2. *de Præbend.* & pluries alibi diximus, opor-
tebat præcidere dubitationem, quæ oriri poterat
ſuper hujuſmodi reſervationis comprehenſione ſub
diſpoſitione Regulæ, unde opus fuit, quod obi-
tus familiaris *in Curia* expreſſe ſpecificaretur;
Præſertim, quia Familiares Cardinalium, ut plu-
rimum moriuntur *in Curia*, ubi eorum Domi-
ni reſidere tenentur *Caſſador. deciſ.* 13. *numer.*
8. *verſic. Ex quo Familiares Cardinalium pro
majori parte moriuntur apud Sedem*, *de Præ-
bend.* cum aliis ſupra laudatis *numer.* 32. *&* 229.

Altera vero reſponſio eſt, quod nil prorſus
refert ad præſentis quæſtionis deciſionem, an Be-
neficia Urbis ſub diſpoſitione *Regulæ XXXII.*
comprehendantur, quia etiam illorum reſpectu 262
Privilegium conſenſus Cardinalium Patronorum
locum ſibi vindicare poteſt, quando pertinent ad
collationem inferiorum Collatorum, aliorum nem-
pe Cardinalium; Capitulorum &c. idque ſimili-
ter diſponit Conſtitutio LVIII. *Pauli V.* quan-
do eadem Beneficia ſint obnoxia reſervationi ex
capite familiaritatis; Sed nullatenus hinc ſequi-
tur, quod Regula extendi debeat ad illa Bene-
ficia Urbis, quæ ſpectant ad collationem ordi-
nariam Papæ, uti ejuſdem Urbis Epiſcopi, cum 263
ſuper Beneficiis prælatis, nec cadat reſervatio
ex capite familiaritatis per *Regulam XXXII.* de-
ſiderata, nec quævis alia reſervatio; quod enim 264
meum eſt, amplius meum fieri non poteſt, *leg.
Quivis* 18. *ff. de Verbor. obligat. Cap. inter di-
lectos §. Ex pluribus*, *de fid. Inſtrument.*

Minus relevat, quod dum Papa voluit ſub Re-
gula comprehendere Beneficia reſervata per obi-
tum *apud Sedem*, potiori ratione dicendum eſt
voluiſſe quoque comprehendere ea, quæ perti-
nent ad ipſius collationem ordinariam. Tum quia
in materia Privilegiorum, non valet argumentum 265
nec de majori ad minus, ut in ſpecie, quod con-
ceſſa facultate conferendi Beneficia reſervata ex
vacatione *in Curia*, non ideo cenſeri debeat im- 266
pertita poteſtas conferendi alia Beneficia minori-
bus reſervationibus obnoxia, firmant *Butr. in Cap.
Sane numer.* 1. *de Privileg. Caputaquen. deciſ.*
85. *part.* 2. Tum quia, licet reſervatio, quæ in-
ſurgit ex vacatione Beneficii *in Curia* ſit fortior
reſpectu ad alias reſervationes, nihilominus talis 267
non eſt reſpectu Beneficiorum, quæ ſunt de col-
latione ordinaria Papæ; iſta enim ſunt magis
chara, quippe ab eo, jure proprio conferuntur,
magiſque æſtimabilia, quam vacantia *in Curia*,
ut apunt *Gonzal. in Regul.* 8. *gloſſ.* 13. *numer.* 7.
Gameſ. ad Regul. de Triennal. quæſt. 3. *num.* 18.

Tum demum, quia ſicuti Papa expreſſe Cardina-
268 libus indulſit Privilegium conſenſus in proviſioni-
bus Beneficiorum vacantium *in Curia*, ita etiam,
ſi voluiſſet, hujuſmodi Privilegio eos honoraſſet
quoad Beneficia ſpectantia ad ipſius ordinariam
proviſionem; nec ceteroquin præſumendum, quod
ſub verborum generalitate jus adeo ſibi charum
vulnerare voluerit, quando minus charum, &
æſtimabile expreſſe conceſſit.

Paris eſt irrelevantiæ, quin imo retorquetur
altera objectio deſumta ab exceptione Beneficio-
rum, quæ ſint reſervata ratione *Officialatus*, a
privilegio Regulæ, quaſi quod exceptio iſthæc
præſeferat incluſionem aliorum Beneficiorum cu-
juſcumque naturæ, & qualitatis exiſtant. Siqui-
dem, cum exceptio ſit de regula, & declaret
269 quid in regula comprehendatur, *leg. Nam quod
liquide §. fin. de Penu legat. Surd. conſ.* 527. *n.* 6.
& 7. *Gonzal. in Regul.* 8. *gloſſ.* 13. *n.* 77. *& Gloſſ.*
14. *n.* 35. *& gloſſ.* 51. *n.* 2. cum aliis penes *Barboſ.
Axiomat.* 85. *n.* 6. *&* 7. *Rot. dec.* 257. *n.* 7. *car.
Gregoria XV.* Si reſervatio ratione *Officialatus*, &
270 quævis alia applicari non poteſt Beneficiis ſpe-
ctantibus ad collationem ordinariam Summi Pon-
tificis, *Sot. ad Regul.* 7. *ante finem verſic. Et iſta
Regula, Æneas de Falcon. de Reſervat. part.* 2.
ſub n. 9. *Gomeſ. ad Regul. de Triennal. quæſt.* 31.
n. 24. *Gonzal. in Regul.* 8. *gloſſ.* 13. *n.* 10. *& ſeqq.*
271 Sequitur exinde, quod Regula de conſenſu com-
prehendere nequeat, niſi ea ſolum Beneficia, quæ
ſpectant ad collationem inferiorum Collatorum,
quibus tantummodo terminus reſervationis con-
gruere poteſt.

Quod vero *Gregorius XI.* qui juxta nonnullo-
rum Sententiam fuit Auctor iſtius Regulæ, nullam
fecerit reſervationem ratione familiaritatis Cardi-
nalitiæ, nil protſus officit. Ut enim ſupra dixi-
mus *n.* 5. & patet ex *decif.* 632. *coram Bellamer.*
272 laudatus Pontifex fuit Auctor partis, & non to-
tius Regulæ; Impoſuit enim neceſſitatem expri-
mendi Nomen, & Titulum Cardinalis Patroni,
ſed non indulſit Cardinalibus Patronis Privilegium
conſenſus, cum tamen hæc duo longe inter ſe diſ-
273 ferant; quandoquidem conſenſus reſtringit pote-
ſtatem, & libertatem Summi Pontificis, qui Be-
neficium conferre tenetur ei, cujus favore conſen-
274 ſus præfatus accedit. Expreſſio autem familiari-
tatis, Nominis, & Tituli Cardinalis Patroni, li-
cet Cardinalem honoret, in nullo tamen Pontifi-
cem lædit, nec jus tribuit Cardinali, ſed tantum-
modo onerat impetrantem, ut notat *Mandoſ. in
hanc Regulam quæſt.* 21. *n.* 7. Et etiam hodie da-
tur caſus, quod Cardinalis Patronus careat con-
275 ſenſu, ſi nempe abſit a Curia, & tamen impetrans
Beneficium vacans per obitum illius Familiaris gra-
vatur onere exprimendi Nomen, & Titulum ejuſ-
dem Cardinalis, ut diximus ſupra *numer.* 12. &
ſic de uno ad alium caſum nulla fieri poteſt ju-
ridica illatio.

Demum non relevat exemplum Conſenſus præ-
ſtandi a Cardinali Patrono in ſubrogatione quæ
Tertio indulgetur in juribus defuncto Familiari
competentibus ſuper Beneficio litigioſo, quamvis
dictum Beneficium non ſit reſervatum: Siqui-
dem, ut ſupra diximus *n.* 60. Regula de *Conſenſu*
276 locum ſibi vindicat, quando ſubrogatio datur Col-
litiganti, quia, cum illi ſit de jure debita, Car-
dinalis Patronus impedire non poteſt, quin ipſe
ſuperſtes in juribus defuncti Familiaris ſubroge-
tur. In illis vero caſibus, in quibus ſuperſtiti Col-
277 litiganti competere nequeat ſubrogatio gratioſa,
vel quia fuit intruſus, vel calumnioſus litigator,
vel impetrator contra Triennalem poſſeſſorem, ut
diximus in *Commentar. in Regulam XXIX. de
Subrogandis Collitigantibus*, tunc, cum debeat ne-
ceſſario ſubrogari Tertius, æquum eſt, quod ad-
mittatur Cardinalis ad præſtandum conſenſum, non
ex quo Beneficium ſit litigioſum, ſed ex eo, quia 278
per obitum Familiaris Collitigantis, Beneficium
remanſerat obnoxium reſervationi *Regulæ IV.* ex
capite familiaritatis; Non enim implicat, quod
una cum lite concurrere poſſit ſuper Beneficio al-
tera reſervatio, ut rite obſervat *Rot. decif.* 68. *nu-* 279
mer. 5. *coram Durano*, *& decif.* 434. *n.* 44. *coram
Bichio*, unde ex hoc evincitur, tunc Cardinalem
præſtare conſenſum in Beneficio nedum litigioſo,
ſed etiam reſervato.

Stat igitur ex dictis firma Concluſio, quod
Cardinales Patroni non poſſint vigore Regulæ
præſtare conſenſum in proviſione Beneficiorum
Urbis, quæ ad diſpoſitionem Pontificis, tanquam
illius Epiſcopi jure proprio, & ordinario ſpectant:
Sed quid dicendum de Beneficio exiſtente in Ec-
cleſia Titulari, & vacante per obitum Familiaris 280
tempore, quo Eccleſia præfata Cardinalem Titu-
larem non habeat, quia nempe ſit defunctus? Et
videtur tali caſu pariter reſpondendum, quod non
requiritur Cardinalis Patroni conſenſus. Et ratio
eſt, quia, non exiſtente alio Collatore, Papa Be- 281
neficium præfatum confert jure proprio, & uti E-
piſcopus Urbis Romæ, & ſic, cum non ſit re-
ſervatum, neque Papa uti tale illud conferat, *Sot.
in Regul.* 7. *in fine*, excluditur conſenſus Cardi-
nalis Patroni ex rationibus in præcedenti quæſtio-
ne ponderatis.

Non obſtat, quod Beneficia vacantia in Eccle-
ſiis Titularibus poſt obitum Cardinalium Titula-
rium non ſpectent ad Papæ collationem jure ordi- 282
nario, ſed jure novo, vigore nempe *Regulæ II. Can-
cellariæ*, quæ, ſtatim ac a Pontifice noviter electo
promulgatur, injicit reſervationis vinculum Bene-
ficiis omnibus vacaturis poſt obitum ſuorum Col-
latorum, etiam antequam vacent, *Rot. decif.* 8. *nu-
mer.* 11. *&* 12. *coram Caſſador.* Objectio enim
procedit quoad Beneficia exiſtentia in Eccleſiis in- 283
ferioribus, & quorum reſpectu Papa eſt mediatus
Collator, tunc enim, defuncto eorum ordinario
Collatore, confert ex jure reſervato vigore *Regu-
la II.* Secus quoad Eccleſias Urbis, in qua eſt
Ordinarius immediatus, & particularis Epiſcopus,
qua ratione fit, ut in Beneficiis dictarum Eccleſia-
rum non cadat propriæ Reſervatio, *Gonzal. in
Regul.* 8. *gloſſ.* 13. *n.* 21. *in fine.*

Minuſque relevat, quod ab eo inſtanti, quo quis
contrahit familiaritatem, acquiritur Cardinali Pa- 284
trono jus conſenſus, quod lacto Tenü, ſeu per
qualitatem extrinſecam ſupervenientem non tolli-
tur, quemadmodum probat eadem Regula, diſ-
ponendo, quod Beneficia Familiaris, qui tranſiit
in familiaritatem alterius Cardinalis, aut qui a fami-
liaritate deceſſit, & obtenta ante, vel de tempore
familiaritatis primi Cardinalis, de iſtius conſenſu
conferantur. Reſpondetur enim non ſubſiſtere, quod
jus Cardinalis Patroni ob ſupervenientem quali- 285
tatem tolli non poſſit. Quia, ſi Familiaris poſt
contractam familiaritatem fiat Subcollector, Of-
ficialis, aut Familiaris Papæ, ceſſat in Provi-
ſione illius Beneficiorum conſenſus Cardinalis Pa-
troni. Unde aut nullum ab initio contractæ fa-
miliaritatis imprimitur jus favore Cardinalis Pa-
troni quoad Beneficia Familiaris, aut illud eſt 286
eventuale, quatenus nempe Familiari ante ejus
obitum nulla alia qualitas superveniat, quæ apta
ſit conſenſum præfatum impedire. Unde, cum de
tem-

287 tempore obitus Familiaris obtinentis Beneficium
in Eccleſia Titulari, quo tempore conſeoſus præ-
ſtari debet, ſuperveoerit mors Titularis, & ſic
Beneficium effectum fuerit de propria, & ordina-
ria collatione Papæ, adhiberi non debet in illius
proviſione conſenſus Cardinalis Patroni.

Bene verum eſt, quod, ſi Beneficium vaca-
288 verit vivente Cardinali Titulari, quamvis poſt ſe-
quutum ejus obitum a Sede Apoſtolica conferatur,
locus eſſe debet conſenſui Cardinalis Patroni, ea
ratione, quia Beneficium vacavit tempore habili,
quo adhuc in humanis degebat Cardinalis Titu-
laris, ſicque remanſit reſervatum a tempore obitus
Familiaris, unde locum ſibi vindicat vulgatum,
289 receptumque juris principium, quod Beneficium
ſemel reſervatum ſemper remaneat reſervatum,
donec reſervatio fuerit ex Proviſione conſumta,
ſicque ſuppoſita reſervatione intrat conſenſus Car-
dinalis Patroni. Et ita prn veritate conſultus reſ-
290 pondit *Carolus de Comitibus* inſignis Beneficiali-
ſta, ſuitque ſervatum. Cum enim in Eccleſia
Titulari S. Laurentii in Damaſo vacaſſet Cano-
nicatus per obitum *Laurentii Vallenii* familiaris
Cardinalis *Caroli Barberini* tempore, quo adhuc
in humanis degebat Cardinalis *Franciſcus Barbe-
rinus*, qui de dicto Canonicatu non diſpoſuerat,
fuit ille a Pontifice collatus *Coſmo Carboni*, præ-
vio conſenſu ejuſdem Cardinalis *Caroli* Patroni,
ut recognovi ex originali Supplicatione ſignata
17. *Kalendas Maii Pontificatus ſa. me. Innocentii
XI.* anno ſexto, quo tempore Titulus prædictus
vacabat.

Fuit itidem quandoque in dubium revocatum,
291 an adhiberi debeat conſenſus Cardinalis Patroni
in proviſione Beneficii obtenti per Familiarem,
& exiſtentis in Eccleſia Titulari, quando adeſt
quidem Titularis, ſed abſit a Curia? Et abſque
difficultate fuit affirmative reſponſum. Hic enim
caſus eſt longe diverſus a præcedenti, quando
292 nullus adeſt Cardinalis Eccleſiæ Titularis. Ubi
enim Eccleſia eſt ſuo viduata Titulari, tunc Pa-
pa illius Beneficia confert jure proprio, & ordi-
nario, tanquam Urbis Epiſcopus, ut ſupra dixi-
mus, ſed ubi Eccleſia habet ſuum Titularem, il-
293 la non eſt amplius Eccleſia Papæ, tanquam Ur-
bis Epiſcopi, ſed Titularis, qui in illa habetur
uti Ordinarius, & licet ſit abſens a Curia, & pri-
vetur jure conferendi, quod tranſit ad Papam, ta-
294 men iſte non confert Beneficium jure ordinario,
ſed uti reſervatum vigore *Regulæ VIII.* ob Car-
dinalis abſentiam, *Gonzal. in Regul. 8. gloſſ. 13.
numer. 20. Fragoſ. de Regimin. Reipubl. Chriſtian.
tom. 2. lib. 6. diſput. 15. §. 2. ſub numer. 3. &
in Prax. Cancell. Apoſtol. tit. Sequuntur Benefi-
cia reſervata generaliter, & in fine poſt prax. Re-
buff. pag. mihi 643. juxta impreſſ. Venet. anni*
1584.

Quin juvet reſponſio, quod reſervatio *Regulæ
295 VIII.* ſit impropria reſervatio, ut diximus in *Comm.
in eandem Reg.* Quia impropria reſervatio tantum-
296 modo verificatur reſpectu prioris partis ejuſdem
Regulæ, in qua reſervantur Canonicatus Baſili-
carum Urbis, ſecus vero in ſecunda, in qua fit
reſervatio Beneficiorum ad collationem Cardina-
lium Titularium ſpectantium, quando ipſi a Cu-
ria abſunt, cum reſervatio vera, & propria ſit,
297 quando Papa avocat collationem ab Ordinario,
& aliis inferioribus habentibus poteſtatem confe-
rendi, eamque ſibi appropriat, ut diximus ſupra
numer. 237. & in noſtris terminis advertit *Ar-
mindus Riccius in volum. mſ. Informat. ſub tit.
Romana Canonicatus Rotundæ* incipien. *Canoni-
catus duarum Collegiatarum*, ubi præciſe exem-
plificat in Cardinalibus ab Urbe abſentibus.

Atque ita de anno 1694. ſervatum in pro-
viſione Canonicatus Collegiatæ S. Marci vacan- 298
tis per obitum Familiaris *Card. de Alteriis*, tem-
pore, quo Cardinalis *Barbadicus* illius Eccleſiæ
Titularis erat abſens a Curia, & apud ſuam Ec-
cleſiam Patavinam reſideret. Fuit enim Canoni-
catus præfatus a Pontifice collatus *Antonino Man-
daſio* prævio conſenſu ejuſdem Cardinalis, ſe prius
per Miniſtros Datariæ examinata.

Ceterum Cardinalis conſenſus requiritur ne-
dum in proviſione Beneficiorum, quæ defunctus 299
Familiaris durante familiaritate, ſed etiam eorum,
quæ antea obtinebat, ut decernitur in Regula,
ibi -- *Et antea obtinuiſſent* -- pluresque hujuſmodi
ſanctionis ponderat rationes, *Mandoſ. in hanc
Regul. quæſt. 9. Mareſcott. var. lib. 2. cap. 94. nu-
mer. 13. Æneas de Falcon. de Reſervat. effect.* 22.
Et Nos aliam addimus, quod ſicuti Beneficia ob- 300
tenta ante familiaritatem ſubjacent reſervationi *Re-
gulæ IV. Rot. deciſ.* 1177. *numer.* 13. & diximus
in *Comment. in eand. Regul. IV.* Ita comprehen-
duntur ſub diſpoſitione *Regulæ XXXII.* Ut enim 301
pluries obſervatum eſt *Regul. IV.* eſt præparato-
ria ad *Regulam XXXII.* eique famulatur, unde
hæc trahit ad ſe Regulam præparatam, illam-
que continet, late *Rot. coram Coccin. deciſ.* 2272.
numer. 4. *& ſeqq.* ubi etiam conſideratur, quod
reſervatio *Regulæ IV.* non tantum eſt inducta fa- 302
vore Summi Pontificis, quam in gratiam Car-
dinalium, cum aliis ſupra allegatis.

Et ex eadem ratione Cardinalis conſenſus re-
quiritur, etiam ſi familiaritas fuerit diſſoluta, quo- 303
ad Beneficia obtenta ante, vel durante familiari-
tate, ut clare diſponitur in hac *Regula*, ac etiam
in ordine ad reſervationem eorundem Beneficio- 304
rum præſcribitur in *Regula IV.* illius præparatoria.
In ipſo enim puncto contractæ familiaritatis inji-
citur vinculum reſervationis, quæ, ſicuti non ex-
tinguitur per diſſolutionem familiaritatis, *Lotter.* 305
de Re Beneficiar. lib. 2. quæſt. 32. numer. 75. &
plene diximus in *Commentario in Regulam IV.
§. VI.* ita nec ceſſat conſenſus Cardinalitius ei-
dem reſervationi inhærens. Et ita obſervatum 306
fuit anno 1698. nam clar. mem. Cardinalis *No-
ris* conſenſum præſtitit in proviſione Beneficio-
rum *Aquilan.* Diœceſis, quæ vacaverant per
obitum ſui Familiaris, quamvis diſceſſiſſet a fa-
miliaritate, & Beneficia fuiſſent per ipſum ob-
tenta ante familiaritatem. Sic etiam clar. mem.
Cardinalis Franciſcus *Judice* anno 1698. conſen-
ſum præſtitit proviſioni Canonicatus *Calaguritan.*
vacantis per obitum *Joannis Montiel*, qui illum
obtinuerat ante familiaritatem, & tempore obi-
tus jam a ſervitio diſceſſerat.

Hinc infertur, quod, ſi Familiaris unius Car-
dinalis, iſto vita functo, tranſierit ad familiari- 307
tatem alterius Cardinalis, & in dicta familiarita-
te, vel extra eam moriatur, illius Beneficia etiam
tempore primæ familiaritatis, vel antea obtenta,
conferri debent cum conſenſu alterius Cardinalis,
quia ratio Regulæ conſtituta ſuper favorabili cau-
ſa Cardinalis Patroni, qui ſubſtinet expenſas, & 308
onera in alenda Familia, militat pariter reſpectu
ſecundi Cardinalis Patroni, ad cujus proinde fa-
vorem militare etiam debet ejuſdem Regulæ diſ-
poſitio, *Sat. hic n. 26. Mandoſ. quæſt. 29. Lotter.
de Re Benefic. lib. 2. quæſt. 32. numer. 117. Rub. in
Singular. Rot. Roman. part. 3. pag. mihi 125. verb.
Alphonſus, & in addit. ad deciſ. oran. 226. pag.
mihi 406. part. 1.* ubi, quod Dubium iſtud fuit

 de

309 de ordine ſa. me. *Clementis VIII.* propoſitum in
Rota, & deciſum favore ultimi Cardinalis, *Put.*
*in Apoſtill. ad deciſ.*226. *lib.* 3. *Rot. deciſ.* 378.
*coram Aebill. de Graſſ. & deciſ.*1072. *per tot. cor.*
Seraphin.

Quod ſi quis receſſerit a familiaritate unius
310 Cardinalis, & ad alterius Cardinalis familiarita-
tem ſe receperit, & moriatur utroque ſuperſtite,
hoc caſu diſponit Regula, quod reſpectu Benefi-
ciorum, quæ obtinebat prima familiaritate duran-
te, requiratur conſenſus prioris Cardinalis, reſpe-
ctu vero aliorum Beneficiorum poſtea acquiſito-
rum, intercedat conſenſus ſecundi Cardinalis,
*Mandoſ. hic quæſt.*29. ubi plures alios caſus diſtin-
guit *Lotter. de Re Beneficiar. quæſt.*32. *num.* 120.
lib. 2. *Piton. diſcept.* 105. *n.* 28. & 33. *Rot. deciſ.*
1251. *n.*21. *coram Seraphin.* Et proinde infert
311 *Rebuff. verſic. Et idem*, quod conſenſus requiri-
tur non ſolum quoad Familiares, qui moriuntur
in eodem ſervitio, ſed etiam, ſi deſierint eſſe Fa-
miliares, dummodo illa Beneficia obtinuerint du-
rante familiaritate.

An autem, ſi Familiaris Papæ ſe transferat ad
312 inſerviendum Cardinali, & moriatur in ejus fa-
miliaritate, poſſit Cardinalis præſtare conſenſum
in proviſione Beneficiorum? Diximus ſupra, quod
Cardinali Patrono facultas non competit præſtan-
313 di conſenſum in proviſione Beneficiorum, quæ
Familiaris durante familiaritate cum Pontifice de-
functo obtinebat, & inibi allegatis addimus *Lot-*
*ter. de Re Beneficiar. lib.*2. *quæſt.*32. *n.* 121. ubi
314 perpendit differentiam inter familiaritatem Papæ,
& familiaritatem Cardinalis, nam ſi Familiaris
Cardinalis, finita familiaritate per Cardinalis mor-
tem, tranſeat ad familiaritatem alterius, locus
315 erit diſpoſitioni Regulæ; At ſi Familiaris Papæ
tranſeat, illo defuncto, ad familiaritatem Cardi-
nalis, collatio Beneficiorum, quæ obtinuit du-
rante familiaritate Papæ, libere ad Sedem Apo-
ſtolicam ſpectabit. Reſpectu vero aliorum Be-
316 neficiorum, quæ obtinuit diſſoluta familiaritate
Papæ, eorum utique proviſio explenda erit de
conſenſu Cardinalis, in cujus familiaritatem tran-
ſierat, cum dicta Beneficia immunia ſint a reſer-
vatione ob cauſam familiaritatis Pontificiæ aptæ
offuſcare familiaritatem Cardinalitiam, illiuſque
effectum, conſenſum nempe Cardinalis Patroni,
de medio tollere, ut diximus ſupra, & tradit *Spad.*
317 *conſil.* 36. *lib.*3. ubi ponit caſum illius, qui fue-
rat Conclaviſta, & ſic familiaris *Pauli V.* dein-
de, eo vivente, ſe contulerat ad familiaritatem
Cardinalis *Burghesii*, in qua Beneficia obtinuit,
& in ea tandem obiit, & reſolvit, eſſe locum
huic Regulæ, quia Privilegium conceſſum priori
Domino ceſſat eo ipſo, quod Familiaris ſe trans-
fert ad familiaritatem alterius Cardinalis, & ideo
ad hunc effectum non eſt opus querere, an prima
familiaritas ceſſaverit, vel non, ſed ſatis eſt,
quod Familiaris, ſe ad aliam familiaritatem tranſ-
tulerit; ſubdens, quod hæc Regula locum ſibi
vindicat etiam in tranſitu Familiaris Papæ ad fa-
miliaritatem Cardinalis, quia in hac materia non
datur diverſitas in diſſolvenda familiaritate, ſed
utraque familiaritas quoad hoc æquiparetur, licet
in Concurſu una ſit potentior altera, & compro-
bat pluribus exemplis. Verum in caſu poſito per
318 *Spadam* aliter dicendum venit; Non enim ſub-
ſiſtit illius fundamentum, quod familiaritas ex
Conclaviſtatu acquiſita, diſſolvatur, Conclaviſta
tranſeunte ad familiaritatem Cardinalis, ſed du-
rat vivente Papa; Eo vero defuncto, quæ ſcripſit
Spada locum ſibi vindicare poterant ante *Conſt.*
LIX. Urbani VIII Sed cum, ut ſupra diximus *n.*175.
& ſequent. reſpectu Conclaviſtarum vigore Con- 319
ſtitutionis præfatæ, nova inducta fuerit perpetua
reſervatio diſtincta a reſervatione inſurgente ex
familiaritate; hinc Beneficia Conclaviſtarum, ſive
obtenta durante familiaritate Papæ, ſive eo mor-
tuo, ſemper ſunt obnoxia reſervationi perſonali,
ratione ipſius *Conclaviſtatus*, quæ reſervatio ope-
ratur, ut locus non ſit Privilegio conſenſus Cardi-
nalitii.

Ceterum, ſi Familiaris Cardinalis, in cujus 320
familiaritate obtinuit Beneficium, poſtea tranſie-
rit ad familiaritatem Papæ, locus non erit diſpo-
ſitioni Regulæ, quæ ſolum loquitur de tranſitu
ad familiaritatem alterius Cardinalis, *Bellencin.*
*de Charitat. Subſid. quæſt.*116. *Piton. diſcept.*105.
n. 30. *Sot. in hanc Regul. n.* 6. *& ſeqq. Caſſador.*
deciſ. 23. *n.*7. *de Præbend.*

Quid autem dicendum, ſi quis inſervierit Car-
dinali, & alteri Magnati, an in proviſione illius 321
Beneficiorum requiratur conſenſus Cardinalis vi-
gore hujus Regulæ? Et videtur affirmative reſ-
pondendum, juxta firmata per *Gomeſ. ad hanc*
Regulam quæſt. 13. *in fine*, ubi quod, ſi Cardi-
nalis reciperet aliquem in familiarem, & ille,
ſciente, & tolerante Cardinali, licet non man-
dante, ſerviret Magiſtro Domus, nihilominus 322
eſſet Familiaris, & continuus Commenſalis Car-
dinalis, *de Luca de Benefic. diſcurſ.* 11. *num.*6.
& 8. *Rot. deciſ.*645. *n.*4. *part.* 1. *Rec. & dec.*656.
part. 2. ubi de Familiari Cardinalis *Sabaudiæ*, qui
inſerviebat etiam *Sabaudiæ* Duci, & non exinde 323
diſſoluta remanſerat familiaritas. Et in terminis
Legati a Cardinalibus familiaribus relicti, quod
admitti deberet ad illius participationem *Secreta-*
rius, qui inſerviebat etiam Matri, & Fratri Car-
dinalis, & ab illis recipiebat ſalarium, reſpondit
Venturin. conſil. 62.

Sed, cum caſus iſte eveniſſet in obitu *Secreta-*
rii DD. *Columnenſium*, qui Cardinali, Comiti-
ſtabuli, ac etiam univerſæ Domui inſerviebat,
perpenſum fuit, quod hæc Regula, tanquam ſpe-
ciem ſervitutis inducens, & ligans manus Papæ, 324
ne libere conferre poſſit, eſt odioſa, juxta ſen-
tentiam *Mandoſ. ad hanc Regul. quæſt.* 1. *num.* 5.
verſ. Contrarium, *& n.* 6. *Cardin. de Luca in Diſ-*
curſu ſupra exſcripto *n.* 88. *Rot. dec.*454. *num.*4.
part. 1. *diverſ.* & propterea, tanquam odioſa, &
exorbitans ſtricte venit interpretanda, itaut per-
cutiat ſolum caſus, de quibus clare, & expreſſe
loquitur, *Mandoſ. in hanc Regulam quæſt.* 4. *nu-*
mer. 4. Dum igitur *Secretarius* ſervitium non præ-
ſtabat Cardinali ſolummodo, ſed univerſæ *Do-* 325
mui, non poterat dici proprie Famulus Cardi-
nalis, ſed totius *Domus*, ſub qua Cardinalis ipſe
comprehendebatur, & ſic familiaritas erat mix-
ta, reſpiciens Perſonas Eccleſiaſticas, & Secula-
res, non autem ſimplex, & Cardinalitia pura,
de qua ſolum loquitur Regula, & conſequenter
quoad Beneficia præfati Secretarii verificari non
poterat illius diſpoſitio. Caſus enim mixtus non
comprehenditur ſub ſimplici, præſertim in mate- 326
ria odioſa, ſtricteque interpretanda, qualis eſt il-
la, de qua agitur *Rota apud Caſſador. ſuper hac*
Regula dec. 35. *n.* 1. & conſonat *Gonzal. Gloſſ.* 9.
n. 20. & in terminis *Regulæ de Familiaribus* ob-
ſervat *Lotter. de Re Benef. lib.* 2. *quæſt.* 32. *n.* 103.
& 104.

Præterea huic mixturæ Eccleſiaſtici, & ſecula-
ris ſervitii adaptabilis videtur alia Juris regula,
quod nempe de duabus qualitatibus in mixto con-
currentibus, attendi debet illa, quæ nocet, non
autem

327 autem quæ juvat allegantem, *Roman. conſ.* 413.
num. 18. *verſ. Cum autem*, *Tiraquell. de Retract.*
Lign. §. 3. *Gloſſ.* 1. *n.* 29. *&* 30. Præſertim, quan-
328 do, prout in caſu, fit reditus ad jus commune,
ex cujus diſpoſitione Pontifex Beneficiorum om-
nium liberam collationem habet. Cum igitur ſer-
vitium, quod præſtabatur *Comitiſtabuli* poſſidenti
amplum Statum, nedum in Ditione Pontificia,
ſed etiam in Regno Neapolitano præponderaret,
& prævaleret ſervitio Cardinalia, in tali mixto
denominatio ſervitii fieri debebat a qualitate præ-
ponderante, quæ aliam Cardinalis minus præpon-
derantem ſuffocabat, *Alex. conſ.* 119. *numer.* 4.
lib. 3. *& conſ.* 108. *n.* 2. *& ſeqq. Gonzal. in Re-
gul.* 8. *Gloſſ.* 18. *n.* 5. *& ſeqq.*

Alias ſi contrarium diceretur, poſſet fieri de-
329 ceptio, & fraus Datariæ. Supponamus, quod ad-
ſint duo Cardinales Conſanguinei in eadem Do-
mo inſimul habitantes, Patruus nempe, & Ne-
pos, & Cardinalis Patruus ſtipendium traderet Se-
cretario inſervienti ſibi, & Cardinali Nepori, cer-
te, defuncto Cardinali Patruo, Dataria non poſ-
ſet libere conferre Beneficia dicti Secretarii, ſed
Cardinalis Nepos ſuperſtes, moriente poſtea Se-
cretario, poſſet prætendere Privilegium conſenſus
ſaltem quoad Beneficia per ipſum obtenta tempo-
re, quo duravit ſimultaneum ſervitium erga utrum-
330 que Cardinalem, quod tamen, cum ſit abſur-
dum, quacumque interpretatione Regulæ evitari
debet; maxime quando interpretatio reducit Be-
neficii diſpoſitionem ad ſemitam Juris communis,
& ſic ad liberam Pontificis collationem, *Gomeſ.
hic quæſt.* 5. *verſ. Et iſta.*

Accedit, quod familiaritas debet eſſe continua,
331 ut ſancitur in *Regula IV.* ibi -- *Familiares conti-
nui Commenſales* --, & firmant *Mandoſ. hic quæſt.*
10. *n.* 3. *Gomeſ. quæſt.* 13. *verſ. Et bene verum*,
Lotter. de Re Beneficiar. lib. 2. *quæſt.* 28. *num.* 58.
Rot. deciſ. 1251. *numer.* 6. *cor. Seraphin.* & dixi-
mus in *Comment. in eandem Regulam IV. §. VI.*
332 Moraliter autem non poteſt quis duobus Dominis
ſervire; & ſervire continuo, ſicuti dicta Regula
deſiderat, eſt phiſico modo impoſſibile. Imo, ſi
daretur iſte eodem tempore multiplicabilis famu-
latus, poſſet quis eodem tempore duobus Cardi-
nalibus inſervire, & ſic aut reddere incertum, qui-
nam ex Cardinalibus gaudere deberet privilegio
Regulæ, aut ex perſona unius Familiaris eſſet
neceſſarius duorum Cardinalium conſenſus, quod
eſt inauditum, cum inde inducerentur duo ſpe-
333 cialia; ut in ſimili de conſenſu Patroni laici, &
conſenſu Cardinalis, cujus defunctus erat Fami-
liaris, tradit *Mandoſ. in hanc Regulam quæſt.* 4.
numer. 6.

Nec obſtare videtur *Rot. dec.* 645. *part.* 1. *Rec.*
334 quia vera eſt Concluſio ibi firmata, quod non fue-
rat diſſoluta familiaritas, ex quo Familiaris Car-
dinalis *de Sabaudia* per modicum tempus inſer-
vierat etiam *Sabaudiæ Duci*, ſed non applicatur
præſenti caſui, in quo non agitur de diſſolutione
familiaritatis, neque negatur familiaritas Cardina-
lis, ſed ſolummodo dicitur, quod non fuit Car-
dinalitia ſimplex, ſed mixta, dum tam Cardinali,
quam aliis, unico ſtipendio *Secretarius* inſerviebat.

Similis caſus contigit in vacatione Beneficiorum
per obitum cujuſdam *Zappatæ*, qui Cardinali *Ur-
ſino*, & Ducissæ *Brachiani* inſerviebat. Quid au-
tem in hac facti ſpecie, & in præcedenti ſervatum
fuerit, incompertum mihi eſt.

Verum in caſu, quo quis Cardinali, & Ma-
335 gnati laico inſerviret; Ego exiſtimarem hoc modo
eſſe diſtinguendum. Aut quis fuerat acceptatus
ad ſervitium Laici, eique continuo ſervitium præ-
ſtabat, ſed quandoque inſerviit etiam Cardinali
eum aſſociando ad Cappellas, aſſiſtendo Antica-
meræ &c. & in hoc caſu cenſerem, requirendum
non eſſe in proviſione illius Beneficiorum Conſen-
ſum Cardinalis, quia non poterat ipſe dici vere
Familiaris Cardinalis, ut in præciſis terminis ob-
ſervat *Venturin. conſ.* 22. *num.* 67. *verſ. Quia etſi
quandoque*, & generaliter diximus in *Comm. in
Reg. IV. §. VI.* Et talis erat caſus dicti *Zappatæ*,
qui *Partem* accipiebat a Ducissa *Brachiani*, & ei
continuo inſerviebat, unde dici non poterat Fami-
liaris Cardinalis *Urſini*, etiamſi *Partem* ab eo re-
cepiſſet, & aliquando ad Conſiſtoria aſſociaſſet,
quia requiritur continuus famulatus, *Sot. ſuper Re-
gul.* 3. *num.* 8. *Gomeſ. ad hanc Regul. quæſt.* 13.
numer. 10.

Aut quis acceptatus fuerat pro ſervitio Cardi-
nalis, in Rotulo deſcriptus, eique continuo inſer- 336
viebat, & tunc, licet aliis quoque ſervitium præſti-
terit, non exinde in proviſione Beneficiorum, quæ
obtinebat, ceſſare debet Privilegium Conſenſus
Cardinalis, cum fuerit ipſe verus, & continuus
Familiaris, ut firmant *Gomeſ.*, *Venturin.* aliique ſu-
pra laudati, & diximus in *Comm. in Regul. §.
VI.*

Aut demum fuerat conductus pro ſervitio Do-
mus, in qua Cardinalis reperitur, & cui etiam 337
quandoque inſerviit, & tunc inſpiciendum eſt,
an præſtiterit Cardinali tale ſervitium, quod dici
valuiſſet ejus Familiaris, & continuus Commen-
ſalis, nam, hoc poſito, locus erit Privilegio con-
ſenſus, quod competit in proviſione Beneficiorum
Familiarium. Nil relevante, quod caſus mixtus
non comprehendatur ſub Regula odioſa. Tum
quia Regula iſta juxta veriorem ſententiam non 338
poteſt dici talis, ſed potius favorabilis, & contra
Papam concedentem late interpretanda, ut pluries
diximus. Tum quia tunc eſſet caſus mixtus, quan-
do quis haberet familiaritatem cum duobus Cardi-
nalibus, ſed quando quis inſervit Cardinali, &
Laico, tunc contrahit quidem familiaritatem cum
Cardinali, ſed reſpectu Laici nullum intrat vin-
culum ad effectum hujus Regulæ, cum ſit fami-
liaritas pure ſecularis, quæ in nulla eſt habenda
conſideratione. Et in omnem caſum, ſicuti fa-
miliaritas Papæ, tanquam lumen majus offuſcat 339
illam Cardinalis, ita, concurrente caſu mixto,
nempe familiaritate Cardinalis, & alterius non
Cardinalis, illa, tanquam lumen majus offuſca-
ret familiaritatem pure ſecularem, & minorem.

Accedit, quod etiam admiſſa hujuſmodi famu-
latus mixtura, Beneficium vacans per obitum 340
Familiaris, qui Cardinali, & Laico inſerviebat,
eſſet reſervatum vigore *Regulæ IV.* ut diximus in
Comm. in eandem Regul. §. VI. unde, cum illa
ſit præparatoria ad *Regul.* XXXII. debet pariter
in proviſione dicti Beneficii habere locum con-
ſenſus Cardinalis.

In dubium indem revocari poteſt, an Privile-
gium hujus Regulæ expiret, ſi Familiaris dece- 341
dat Sede Apoſtolica vacante? Et alias in contin-
gentia facti plures pro negativa perpenſæ fuerunt
rationes. Prima, quod Beneficii collatio fit Sede
plena, & de eo tempore præſtatur conſenſus, qui,
ſive ſit præſtandus in Cancellaria de tempore ex- 342
peditionis Bullarum, ſive adnotandus a tergo Sup-
plicationis, ſemper præſupponit, quod id fieri de-
beat Sede plena, & ſic tempore, quo viget nova
Regula Cancellariæ, qua Cardinalibus Privile-
gium conſenſus tribuitur. Sed hoc argumen-
tum ſubſiſtere non videtur, quia ad effectum 343

ut ſit locus Privilegio conſenſus, attenditur tem-
pus vacationis Beneficii, & non collationis, *Gon-
zal. in Regul.* 8. *Gloſſ.* 11. *numer.* 66. *& Gloſſ.* 43.
numer. 142. *& ſeqq. Antonell. de tempor legal.
lib.* 3. *cap.* 1. *numer.* 42. *Rota dec.* 774. *num.* 3.
& 20. *part.* 3. *diverſor.* Etiamſi vacatio duraverit,
344 & fuerit continuata non facta proviſione, quia,
nihilominus ad præfatum effectum attenditur tem-
pus vacationis Beneficii, *Gonzal. ubi ſupra Gloſſ.*
11. *n.* 66. *Garc. de Benef. part.* 10. *cap.* 3. *n.* 19.
345 Unde, cum tempore vacationis Beneficii, Sede
nempe Apoſtolica deſtituta Paſtore, ceſſent Re-
gulæ Cancellariæ, ut pluries diximus, ſequitur
exinde, quod ceſſare etiam debeat Privilegium
conſenſus competens vigore *Regulæ* XXXII.

Secunda, quod tam hæc Regula, quam ſubſe-
346 quens ſint declaratoriæ effectus *Regul.* IV. reſer-
vantis Beneficia vacantia per obitum familiarium
DD. Cardinalium; Unde ſicuti familiaritate ſe-
mel contracta, effectus dictæ reſervationis non
ceſſat Sede vacante, *Rota dec.* 192. *n.* 7. *&* 8. *cor.
Merlino*, & alibi plene diximus, ita ceſſare non
poteſt Privilegium *Regulæ* XXXII. Et ſimile
347 habemus exemplum Regularum *de Annali*, &
Triennali, quæ Sede Apoſtolica vacante non ex-
pirant, ut tradit *Card. de Luca de Beneſ. diſc.* 3.
circa fin. in Supplem. Sed hujuſmodi pariter ar-
gumentum eſt minus habens. Quod enim Sede
vacante duret etiam effectus *Regul. IV.* id non ex
348 eo evenit, quod dicto tempore non expirent Re-
gulæ Cancellariæ, & ſic vigeat etiam *Regula* IV.
familiaritiæ reſervationis inductiva, ſed procedit
propter diſpoſitionem *Extravag. Ad Romani de
349 Præb. inter Commun.* quæ, ſtante præcedente re-
ſervatione, ſtatuit, quod Beneficium ſemel reſer-
vatum, ſemper duret affectum, & ſic perpetuat
per viam affectionis dictam reſervationem ex Re-
gulis extinctis inductam, quæ affectio eſt tanquam
effectus ſuæ cauſæ, nempe reſervationis, ut bene
tradunt *Gonzal. in Regulam* 8. *§.* 5. *Proœm. nu-
mer.* 86. *& n.* 9. *verſ. Rurſus*, *Simonett. de Reſer-
vat. quæſt.* 58. *numer.* 15. *Rota dec.* 767. *numer.* 8.
350 *part.* 2. & ita procedit laudata Deciſio 192. *cor.
Merlino.* Quamobrem, licet defuncto Familiari
Apoſtolica Sede vacante, duret affectio favore ip-
ſius S. Sedis vigore dictæ *Extravag. Ad Roma-
351 ni*, nihilominus non durat Privilegium hujus Re-
gulæ, quæ tempore Sedis vacantis remanſit ex-
tincta.

Tertio perpendebatur, quod tam hæc, quam
352 ſubſequens *Regula* XXXIII. fuerunt redactæ in
Conſtitutionem perpetuam a *Julio III.* ut videre
eſt apud *Kaebier. in Regul.* 31. *n.* 31. quo tempo-
re iſtæ duæ Regulæ erant inſimul incorporatæ,
& ſub unica Rubrica, & numero legebantur,
& patet etiam ex *Mandoſ. ad Regulam* 32. Ve-
353 rum, ut ex lectura ejuſdem Conſtitutionis emer-
git, quidquam tale in ea non dicitur, ſed ſolum
refertur Regula ejuſdem *Julii III.* quæ per ejus
mortem expiravit. Ultraquamquod, quomodo *Re-
gula* XXXIII. relata in dicta *Conſtitutione Julii
354 III.* poteſt dici perpetua, ſi eſt abrogata per Con-
ſtitutiones *Gregorii XIV.* la XIX. & *Pauli V.*
la LVIII. ut dicemus infra in *Regulam ſequen.*

His igitur ſecluſis motivis, ex alio fundamento
cenſeo, Cardinalibus competere Privilegium con-
ſenſus in proviſione Beneficiorum Familiarium,
qui deceſſerunt Apoſtolica Sede vacante, nem-
pe quia hujuſmodi Privilegio gaudent hodie Car-
355 dinales, etiam vigore dictarum Conſtitutionum
la XIX. *Gregorii XIV.* & LVIII. *Pauli V.* quæ,
cum ſint perpetuæ, ſuum retinent vigorem etiam
Sede Apoſtolica vacante, *Lotter. de Re Benef.
lib.* 2. *quæſt.* 32. *numer.* 96. *Rot. dec.* 654. *n.* 63.
& ſeqq. part. 4. *tom.* 3. *Recent. & dec.* 53. *n.* 3.
part. 6. & diximus in *Comment. in Proœm. Re-
gular.*

Et licet *Card. de Luca diſc. III. numer.* 8. *de
Benefic.* cenſeat, quod perpetuitas dictarum Con- 356
ſtitutionem conſiſtat in eo, quod principaliter con-
tinent, & diſponunt, nempe circa moderationem
Indultorum, & ne iſta capiant Beneficia vacan-
tia apud *Sedem*; *Regula* vero XXXII. ſtet in eis
præſervative, retentis ſuis terminis habilibus, &
cum præſuppoſito, quod illius diſpoſitio locum
ſibi vindicet: Nihilominus ceſſat prorſus motivum
ex earumdem Conſtitutionum lectura, & præ- 357
ſertim illius *Pauli V.* in qua expreſſe diſponitur,
& jus novum inducitur circa conſenſum a Car-
dinalibus præſtandum in proviſione Beneficiorum
vacantium per obitum ſuorum Familiarium, re-
formando, & reducendo ad terminos dictæ Con-
ſtitutionis Regulas Cancellariæ ſuper familiarita-
te, ibi -- *Volum &c. itaut in Proviſionibus talium
Beneficiorum illius Cardinalis, cujus tunc Fami-
liaris defunctus extitit, ſi ipſe Cardinalis tunc præ-
ſens in eadem Curia fuerit conſenſus omnino re-
quiri debeat &c.* -- quæ verba abſque difficulta-
te inducunt diſpoſitionem, & quidem perpe-
tuam.

Ceterum, ſi quis inter Familiares Cardinalis re-
ceptus ſit tempore Conclavis, ſed ante Pontificis 358
electionem ſervitium dimiſerit, locus non erit con-
ſenſui in Proviſione Beneficiorum, quæ antea ob-
tinebat, *Gomeſ. in hanc Reg. quæſt.* 20. *Peleus in
Commentar. Analytic. in eandem Regulam cap.* 40.
pag. mihi 149. *a tergo §. Si Sede vacante.* Et ra-
tio eſſe videtur, quia, Sede vacante, quo de tem- 359
pore ceſſant Regulæ Cancellariæ, & ſic etiam
Regula IV. nulla imprimi poterat reſervatio Be-
neficiis obtentis ab eo, qui tunc temporis recep-
tus fuerat in Familiarem, ut diximus in *Comment.
in eandem Regulam IV. §. VI. n.* 80. Et per con-
ſequens, ſi Beneficia præfata non erant reſerva-
ta, nec obnoxia eſſe poſſunt Privilegio conſenſus
Cardinalitii, ut ſupra diximus.

An autem Cardinalis, qui conſenſum præſta-
re debet in proviſione Beneficii vacantis per obi- 360
tum ſui Familiaris, poſſit Proviſum gravare Pen-
ſione? Negative reſpondendum videtur, quia
Cardinalis nullum aliud jus habet vigore *Regulæ*
XXXII. præter illud conſenſus; Ex quo vero
conſentire debet, non bene elicitur, quod Provi-
ſum Apoſtolicum gravare poſſit Penſione, quæ
potius arbitrio Pontificis imponenda eſt; Exem-
plo Parochialium vacantium in Menſibus Apoſto-
licis, ad quas, licet Ordinarii poſſint magis di- 361
gnum inter approbatos in concurſu præeligere,
ut diximus in *Comment. in Regulam IX.* illum ta-
men Penſionibus gravare non poſſunt, ut notoria
praxis quotidie docet.

Sed contrarium rectius exiſtimant *Card. de Lu-
ca de Benefic. diſc.* 141. *num.* 4. *in Supplem. Rot.* 362
dec. 2272. *ſub num.* 16. *cor. Coccin. Regula* enim
XXXII. eſt late interpretanda in favorem Car-
dinalium Patronorum, ut pluries diximus. Unde,
ſi Patronis Eccleſiaſticis, ſeu ex Privilegio nil aliud 363
habentibus, quam jus nominandi, permittitur, ut
ad eorum inſtantiam Penſiones reſerventur. Item,
ſi ſuper undecim Vicariis Urbis, in quibus juxta
Conſtitut. CXXXIX. S. Pii V. eſt conceſſa no- 364
minatio Capitulis, quibus unitæ reperiuntur, ſo-
lent Penſiones ad eorundem Capitulorum inſtan-
tiam reſervari; Non eſt, cur idem decerni non
debeat

debeat favore Cardinalium Patronorum, cum
365 conſenſus per ipſos præſtandus in proviſione Be-
neficiorum ſuorum Familiarium, ſi non præpon-
deret, ſaltem æquipolleat nominationi dictorum
Patronorum, & Capitulorum. Accedit, quod,
366 ſi reſervatio Penſionum ſpectaret ad Datariam,
conſenſus Cardinalis Patroni ſuperfluus omnino,
& inanis reddi poſſet, cum eſſet in ejuſdem Da-
tariæ facultate adeo Penſionibus gravare Benefi-
cium, quod Titularis vel cogeretur illud dere-
linquere, aut, ſatis modicum emolumentum ex
illo percipere.

Nec obſtat exemplum de Parochialibus vacan-
tibus in Menſibus reſervatis, in quibus Ordina-
rius eligit magis idoneum, & Dataria Penſiones
libere reſervat. Quia electio Ordinariorum ad
367 Parochiales non eſt libera, ſed reſtricta ad magis
idoneum inter approbatos ab Examinatoribus Sy-
nodalibus in Concurſu, itaut ab irrationabili eo-
rum judicio appellari poſſit; Unde prælectus ab
Ordinario in Concurſu, prælectionis beneficium
magis a proprio idoneitate, propriiſque meritis,
quam ab illius liberalitate agnoſcit, quod non
contingit in Conſenſu præſtando a Cardinali, cum
ille favore cujuſcumque, dummodo incapax non
ſit Beneficia obtinendi, præſtari poſſit.

Praxis tamen Datariæ ſuper hoc puncto non
368 eſt uniformis: Aliquando enim Beneficia de con-
ſenſu Cardinalium Patronorum collata gravavit
Penſione favore Perſonæ Summo Pontifici gratæ,
& acceptæ, prout contingit anno 1696. nam
Penſionem impoſuit ſuper Canonicatu *Oveten.* va-
cante per obitum Familiaris Cardinalis *de Alte-
riis*, & de ejuſdem Cardinalis conſenſu collato
Bartholomeo de Leon.

369 Aliquando vero permiſſum fuit Cardinalibus
Patronis, ut Penſionibus gravarent Beneficia, in
quorum Proviſione conſenſum præſtabant. Sic an-
no 1636. mortuo *Joanne Trio* Familiari Cardi-
nalis *Pii Sen. Urbanus VIII.* prævio conſenſu ejuſ-
dem Cardinalis, contulit tria Beneficia ſimplicia
in Diœceſi *Caſalen.* vacantia *Joanni Bilio* cum re-
ſervatione Penſionis ducatorum XXXII. favore
Franciſci Mariæ Falcucci dicti Cardinalis Familia-
ris, & quia dubitabatur, an locus eſſet, vel non con-
ſenſui Cardinalis, fuit appoſitum ſequens Decre-
tum — *Volumus autem, quod quatenus dicta Be-
neficia, alias, quam ratione familiaritatis præfa-
ta Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni reſervata, vel af-
fecta ſint, præſens gratia cum inde ſequentis nul-
la ſit eo ipſo* -- ut ex Supplicatione ſub Datum *Ro-
mæ apud S. Mariam Majorem 3. Nonas Maii an-
no XIV.* Similiter anno 1664. vacante Canonica-
tu *Cæſarauguſtan.* per obitum *Gaſparis de las He-
rat* Familiaris Cardinalis *Columnæ*, fuit ille colla-
tus *Joanni Beis* de conſenſu dicti Cardinalis cum
reſervatione Penſionis ducatorum 65. favore *Joan-
nis Antonii de Pinto*, & altera Ducatorum 35.
favore *Joſephi Calvo* ejuſdem Cardinalis Familia-
rium, ſed additum fuit Decretum in Supplicatio-
ne, ne Gratia Reſervationis Penſionum tranſiret in
exemplum. Et demum ſuper ſimplici Beneficio
Compoſtellan. Diœceſis vacante per obitum Fami-
liaris cl. me. Cardinalis *Bentivoli*, ac de ejuſdem
conſenſu collato anno 1730. *D. Franciſco del Ca-
mino*, impoſita fuit Penſio favore *D. Auguſtini
de Gaſtea* a dicto Cardinali nominato.

Ceterum excluditur a Privilegio Regulæ Car-
370 dinalis Patronus abſens a Romana Curia, ut ex-
preſſe decernitur in eadem Regula. Hujuſmodi
autem excluſionis rationem tradit *Rebuff.* in *hanc
Regul. verſ. Et ſi ille*, quia nempe Regula ema-
navit propter labores, & expenſas, quas ſubeunt 371
Cardinales in Curia ad publicam utilitatem; Et
quamvis aliqui Cardinales extra Curiam valide la-
borent, non tamen id faciunt ad utilitatem pu-
blicam. Sed & alia ratio perpendi poteſt, quia
nempe per hujuſmodi Privilegium conſenſus vo-
luit Papa Cardinales allicere ad reſidendum in
Curia pro ipſius, Sediſque Apoſtolicæ ſervitiis,
*Gomeſ. ad hanc Regul. numer. 3. verſ. Quia Pa-
pa, & numer. 4.* Quemadmodum ex hoc eodem
motivo indulſit Cardinalibus in Curia præſentibus
facultatem conferendi Beneficia ſuorum Epiſco-
patuum Suburbicariorum, & Eccleſiarum Titu-
larium, ut diximus in *Comment. in Regul. VIII.*

At quid ſi tempore obitus Familiaris, Car-
dinalis præſens in Curia fuerit, & deinde ante 372
factam a Pontifice Beneficiorum Proviſionem diſ-
ceſſerit, an requiratur illius conſenſus? Et affir-
mative reſpondendum cenſeo ut ex pluribus. Pri-
mo, quia, ut diximus ſupra *numer.* 343. ad effe-
ctum, ut locum ſibi vindicet Privilegium conſen-
ſus, inſpicitur tempus vacationis, non proviſio-
nis Beneficii; Ab ipſo enim momento obitus Be-
neficiati Familiaris, acquiritur Cardinali Patro-
no, qui tunc præſens in Curia fuerit, jus con-
ſenſus, quo privari nequit, niſi per legem, aut
Conſtitutionem, quæ jus illud adimat in caſu ab-
ſentiæ de tempore, quo a Pontifice expletur pro-
viſio. Secundo, quia ſi neceſſaria foret præ-
ſentia Cardinalis Patroni in Curia tempore pro-
viſionis Beneficii, poſſet hæc protrahi, donec Car-
dinalis ex aliqua cauſa, quod ſæpe evenire ſolet,
a Curia recederet, & ſic de facili fraus fieret
Privilegio conſenſus. Tertio demum, quia, ut
pluries diximus, Regula in dubio ita eſt interpre-
tenda, ut à quo fieri poſſit, faveat Cardinali Pa-
trono contra Papam concedentem. Et in hanc
ſententiam inclinare videntur *Gonzal. in Regul.
VIII. Gloſſ. 51. numer. 64. in fine*, *Mandoſ. in
hanc Regul. numer. 11. verſ. Imo ſufficeret Cardi-
nalem fuiſſe in Curia tempore vacationis tantum,
licet poſtea diſceſſerit.* Ac ita etiam reſolutum
fuit anno 1722. in Congregatione Datariæ fa-
vore clar. memor. Cardinalis *Prioli*.

Excluditur vero Cardinalis abſens a privile- 373
gio conſenſus, etiamſi a Curia abfuerit *ex qua-
cumque cauſa, quantumvis neceſſaria, & neceſſa-
rio exprimenda*, ut primo declaravit *Paulus* V.
in Conſtitutione edita de anno 1619. & ſucceſſi- 374
ve *Gregorius XV.* quam declarationem Pontifices
Succeſſores in eorum Regulis inſeruerunt; & ſic
etiamſi reſideret apud ſuam Eccleſiam, vel cau- 375
ſa Legationis abeſſet, ut docet inconcuſſa praxis
hactenus ſervata; Et licet in Regula XXXII. 376
edita ab *Alexandro VII.* additum fuiſſet, quod
requirendus eſſet conſenſus illius Cardinalis, qui
eſſet præſens in Curia, *vel ſi ob ſervitium Apo-
ſtolicæ Sedis, cum licentia Sanctitatis ſuæ abſens
fuerit, vel apud ejus Eccleſiam reſideat*, verba
tamen præfata fuerunt poſtea deleta conclaman-
tibus Miniſtris Datariæ, quod Privilegium con- 377
ſenſus in omnibus Regulis Pontificum Prædeceſ-
ſorum conceſſum fuerat ſub explicita ratione *præ-
ſentiæ in Curia*, ubi de jure Cardinales reſidere
tenentur ad coadjuvandum Papam in adminiſtra-
tione univerſalis Eccleſiæ *Lotter. de re Benef.
lib. 1. quæſt. 8. n. 29. & ſeqq. Rebuff. in hanc
Regul. verſ. Et ſi ille*, & deletio hujuſmodi huc-
uſque a Succeſſoribus approbata fuit, cum in 378
eorum Regulis ſupradicta verba non amplius le-
gantur. Unde, dum deficit ratio, ob quam pri-
mordialiter edita fuit hæc Regula *de Conſenſu*,

ſatis æquum, & rationebile eſt, ut Cardinales a
Curia abſentes illius Privilegio, abſentia durante,
non gaudeant *Sot. hic numer.* 19. *& ſeqq.* ubi de
379 abſentibus tam ratione Legationis, quam de li-
centia Papæ; & inſuper ait, quod hoc ſervatur
380 etiam in mediis Annatis Eccleſiarum Epiſcopa-
lium, de quibus non participant Cardinales ab-
ſentes *Rot. deciſ.* 53. *numer.* 14. *part.* 6. *recent.* &
deciſ. 1948. *num.* 10. *& ſeqq.* ubi de eo, qui re-
ſidebat in ſuo Epiſcopatu.

Et in fraternizantibus terminis *Regulæ VIII.*
381 qua ſancitur, Cardinales abſentes a Curia confer-
re non poſſe, quamdiu abſentia hujuſmodi dura-
verit, Beneficia ad eorum collationem, proviſio-
nem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem ratione
ſuorum Epiſcopatuum Suburbicariorum, ac Titu-
lorum Cardinalatus, ſpectantia, receptum eſt nun
poſſe eos Beneficia præſata conferre, etiamſi abeſ-
ſent a Curia ex cauſa Legationis, aut ob reſiden-
tiam apud Eccleſias Epiſcopales ſibi commiſſas,
ut late oſtendimus in *Comm. in eandem Regul.
VIII.* ubi, dedimus per extenſum Decretum *Ale-
xandri VII.* quo mandavit a Regula præſata deleri
verba per ipſum eidem primo addita, nempe --
382 *non tamen ob ſervitium Sedis Apoſtolicæ, & cum
licentia Sanctitatis ſuæ, vel apud eorum Eccleſias
reſidentium* — Regulæ enim Cancellariæ, ad inſtar
383 Legum, una alteram declarat, ut pluries dictum
eſt; Præſertim, cum ambæ hæ *Regulæ VIII.*
nempe, & *XXXII.* tendant ad eundem finem,
384 ad alliciendum nempe Cardinales ad reſidendum
in Curia pro ſervitiis Papæ, & Sedis Apoſtoli-
cæ, ut mox diximus.

Duobus tamen caſibus Cardinalis abſens a
385 Curia præſtare poterit conſenſum, primo ſi habue-
rit Indultum, uti vocant *præſentialitatis*, quod
nempe etiam abſens a Curia gaudere debeat om-
nibus prærogativis, ſavoribus, gratiis, & Privi-
legiis, quibus Cardinales in Curia præſentes ſruun-
tur, & gaudent *Mandoſ. hic quæſt.* 23. *Koch er.
n.* 45. *Sot. numer.* 20. ubi ait, quod Papa male
libenter dat hoc Privilegium, quia non debet re-
manere ſolus, ſed debet Cardinalium conſilium,
maxime in rebus arduis, exquirere *Rot. deciſ.* 305.
lib. 3. *coram Puteo, & dec.* 1948. *n.* 12. *& ſeqq.
cor. Coccin.*

Secundo, ſi *Cardinales quomodolibet ab ipſa
386 Curia abſentes, & ubilibet, etiam in locis infra
duas dietas vicinis degentes, familiamque, & la-
res in eadem Curia retinentes, ab ipſa Curia re-
ceſſerint, ad eamdem illico reverſuri, & infra de-
cem, vel ad ſummum quindecim dies vere, & per-
ſonaliter reverſi fuerint*, ut totidem verbis diſpo-
387 nitur in Regula: Et hæc additio, quæ in antiquis
Regulis non legebatur, emanavit tempore *Grego-
rii XV.* ut hic teſtatur *Queſada* ubi in fine ait,
quod hujuſmodi extenſio quandam præſefert ima-
388 ginem illius extenſionis, quam circa reſervationem
Beneficinrum *apud Sedem* vacantium, ſecit *Boni-
facius VIII. in cap. præſenti* 34. *de Præbend. in* 6.
Et quod Cardinales parum diſtantes a Curia, ad
389 eam cito reverſuri gauderent Privilegio conſenſus
etiam ante dictam additionem Regulæ factam, pa-
tet ex traditis per *Sot. hic ſub n.* 30. *Gomeſ. quæſt.*
17. *verſ. ſecus Quando parum, Mandoſ. quæſt.* 22.
ſub n. 5. *Gonzal. in Regul.* 8. *gloſſ.* 43. *numer.* 83.

Dum autem in Regula dicitur infra *decem*, vel
390 *quindecim dies*, iſti numerandi veniunt a die re-
ceſſus Cardinalis ab eadem Curia propter verba
illa — *illico reverſuri* — Prout etiam reditus ad Cu-
391 riam fieri debet animo permanendi, alioquin
pro non reverſo haberetur, *leg. Poſtliminii* §. *Cap-
tivus leg. nihil ff. de Captiv. & Poſtlim. reverſ.
Mandoſ. in Regul.* 16. *quæſt.* 31. & 32. *utrobique
numer.* 2. Et facit vulgare dicterium, quod non 392
dicitur veniſſe, qui non ſtetit, *cap. Si poſtquam,
& ibi Gloſſ. Cap. Cupientes* §. *Quod ſi per viginti
de Elect. in* 6. *Tuſch. litt. V. concluſ.* 75. *nu-
mer.* 1.

Sed quæritur, an in caſu quo quis duobus Car-
dinalibus inſerviit, & unus eorum tempore illius 393
obitus ſit abſens a Curia, locum ſibi vindicet Re-
gula, itaut requiratur conſenſus Cardinalis præſen-
tis, vel potius collatio libere ſpectat ad Papam?
Duobus modis hoc contingere poteſt. Primo
quando eſt abſens primus Cardinalis cui benefi- 394
ciatus ſervitium præſtitit, & hoc caſu exiſtimarem,
locum eſſe Regulæ ad favorem ſecundi præſentis
Sot. hic n. 6. *in fine*, ubi licet dicat cogitandum,
ego tamen æquiparo caſum abſentiæ, & caſum
mortis, unde ſicut Cardinali primo Patrono mor- 395
tuo, jus conſenſus devolvitur, ut ita dicam, ad
ſecundum, ita illo abſente, cum abſens ad effe-
ctum de quo agitur reputetur pro mortuo *Gomeſ.
hic quæſt.* 17. §. *Tenendo litt. C. pag. mihi* 226.
Verba enim Regulæ intelliguntur generaliter de 396
omnibus Beneficiis, etiam quæ in alterius familia-
ritate ſunt quæſita, ut ait *Achill. deciſ.* 378. *n.* 1.
ubi, quod major favor debetur Cardinalibus,
quam Pontifici propter expenſas, quas ipſi ſub-
ſtinent in alendis familiaribus, ut ſupra etiam di-
ximus: Accedente ponderatione, quod conſenſus 397
primi Cardinalis unice requiritur ipſiuſmet, &
non alterius ſavore: Eo igitur abſente, cum ſuo
Privilegio uti non poſſit, & ita ſit de medio ſubla-
tus, non eſt cur impediri debeat a præſtando con-
ſenſu ſecundus Cardinalis, in cujus familiaritate
Beneficiatus deceſſit *Mandoſ. in hanc Regul. quæſt.*
24. *numer.* 4.

Secundus caſus eſt, quando primus Cardinalis
Patronus eſt præſens, ſecundus vero abſens, & 398
tunc primus præſtabit conſenſum in proviſione Be-
neficiorum, quæ, durante priori familiaritate,
defunctus obtinebat, ſecus quoad alia poſtea quæ-
ſita, ut ſancitur in Regula *verſ. Quodque*, & tra-
dit *Mandoſ. dicta quæſt.* 29. *ſub n.* 2.

Poſtremo diſponitur in Regula, quod ad effe-
ctum, ut ſit locus ſavore Cardinalis Patroni Pri- 399
vilegio conſenſus in proviſione Beneficiorum ſuo-
rum familiarium, requiritur, quod familiaritas du-
raverit ad minus per quatuor Menſes, & in hoc
differt a *Regula IV.* ad cujus tramites ſufficit, 400
quod quis momento temporis fuerit familiaris, ut
illius Beneficia remaneant reſervationi obnoxia,
ut tale diximus in *Comm. in eandem Regul. IV.* §.
VI. Et licet Regulam hanc præſcribentem qua- 401
drimeſtrem familiaritatem exorbitare a jure, quod
tale tempus non exigit, exiſtimet *Mandoſ. hic
quæſt.* 13. *n.* 7. *in fine, & ſub n.* 14. Exorbitans ta-
men dici revera non poteſt, dum fundatur in ra- 402
tione evitandi fraudes, quæ ſub pallio familiarita-
tis committi poſſent in præjudicium liberæ colla-
tionis Pontificiæ *ad Text. in cap. final. de verbor.
ſignificat. in* 6. *Lotter. de re Benefic. lib.* 2. *quæſt.*
32. *numer.* 10. & 126. *Gomeſ. hic quæſt.* 13. *verſ.
Stat igitur Concluſio, Gambar. de offic. Legat. lib.*
3. *numer.* 157.

Et hæc familiaritas per quatuor menſes debet 403
eſſe continua, itaut non poſſint Menſes eſſe diſ-
continui. Hinc qui inſerviit per duos Menſes Car-
dinali, & deinde receſſit, ſi poſtmodum revertatur,
& duobus aliis menſibus ſervierit, dici nequit reſpe- 404
ctu Cardinalis familiaris quadrimeſtris ad effectum
Regulæ, cum tempora præſata non conjungan-
tur

tur *Mandoſ. dict. quaſt.* 13. *in ſecund. opin. Kochier.*
hic n. 37.
405 Item, quatuor dicti menſes debent eſſe com-
pleti *Rebuff. in hanc Regul. circ. fin.* ſubdens, quod
poſſunt computari menſes, prout a Kalendario
406 poſiti ſunt, nam ſi Kalendis Januarii quis effectus
fuerit familiaris Cardinalis, in Kalendis Maii erunt
lapſi quatuor menſes, & completi.

Computatur tamen tempus ante promotionem
407 ad Cardinalatum; Nam, quamvis *Rot. cor. Rem-*
bold. decif. 626. *numer.* 3. exiſtimaverit de familia-
ritate ante Cardinalatum non bene inſerri ad fa-
miliaritatem poſt Cardinalatum, nihilominus ad
effectum quadrimeſtris, utrumque tempus eſſe
computandum, diſponitur in fine noſtræ Regulæ,
408 fuitque id additum ſub Pontificatu *Alexandri VII.*
ut in ſimili, quod triennium requiſitum in fami-
liari Epiſcopi ad effectum Ordinationis, quod in-
409 cipiat currere etiam ante obtentum Epiſcopatum,
plenè diximus *in Comm. in Regul. XXIV.* §. 3.
n. 140.

Et in terminis Legati, a Cardinalibus eorum
410 familiæ regulariter relinqui ſoliti, quod pro illius
majori, vel minori participatione haberi debeat
reſpectus ad familiaritatem, etiam ante Cardi-
nalatum, pluries ſervatum fuit, & præſertim in
Legato a clar. mem. Cardinali *de Luca* ejus fa-
miliæ relicto, re prius diſcuſſa inter cl. mem. Car-
dinalem *Pamphilium* hæredem fiduciarium, & tunc
Prælatos poſtea S. R. E. Cardinales *Panciaticum*,
& Spinulam Exequutores teſtamentarios, ſequen-
do ſolitum alias obſervatum in Legatis relictis a
Cardinalibus *Ilcio*, *Spada*, *Giberto Borromao*,
Vecchiarellò, *Maximo &c.* Et in Legato relicto
a Cardinali *Brancaccio* idem fuerat ſenſus ejuſ-
dem Cardinalis *de Luca*. Sed cum *aliquo mode-*
ramine, prout obſervatum poſtea fuit in diſtribu-
tione Legati ab eodem Cardinali *de Luca* reli-
cti; & hoc idem ad praxim deductum in diſtri-
butione Legati, quod familiaribus ſuis reliquit clar.
memor. Cardinalis *Panciaticus*, prævia approba-
tione *R. P. D. Riccii*, & *D. Advocati Spreti*,
Exequutorum teſtamentariorum, qui verba cum
aliquo moderamine interpretati fuerunt hoc mo-
do, videlicet, quod ex ſumma debita pro ſervi-
tio ante Cardinalatum præſtito, detrahi deberet
quarta pars.

Quærit hic *Mandoſ.* Si quis fuit familiaris Car-
dinalis per aliquod tempus, & ante completum 411
quadrimeſtre moriatur Papa, poſtmodum ipſe fa-
miliaris, an eo caſu requiratur conſenſus Cardi-
nalis? *& quaſt.* 12. affirmative reſpondet, quia de
jure communi ad inducendam familiaritatem, qua-
drimeſtre tempus non requiritur. Nec obſtat hæc
Regula, nam illa, quæ emanavit a Prædeceſſore
Pontifice, jam per ejus obitum expiravit, & ſic
ceſſavit impedimentum dilativum familiaritatis,
illa vero Succeſſoris jam reperiit familiaritatem an-
te quadrimeſtre perfectam, & in eſſe formatam,
unde eam tollere non poteſt, cum Regula reſpi-
ciat præterita, & non futura. Verum tali caſu
ego exiſtimarem, non eſſe locum Privilegio con-
ſenſus, quia de jure communi hujuſmodi Privile- 412
gium non competit Cardinalibus, unde ſi Cardi-
nalis conſenſum præſtare velit vigore Regulæ,
debet ea uti cum omnibus ſuis qualitatibus, nec
poterit diſpoſitionem favorabilem ab altera minus
favorabili ſeparare.

REGULA XXXIII.

Super eadem Familiaritate.

ITem Dominus Noſter ad evitandas lites, & contentiones, quæ ex præcedenti ſua Conſtitutione exoriri poſſent, veſtigiis Prædeceſſorum ſuorum inhærendo. Voluit, ſtatuit, & ordinavit, quod, ſi Beneficia, quæ per obitum Familiarium continuorum Commenſalium eorumdem Cardinalium, in futurum vacabunt, ceſſantibus Apoſtolicis Reſervationibus, ad alterius Cardinalis collationem, vel aliam diſpoſitionem pertinere deberent, in dicta præcedenti Conſtitutione non comprehendantur, quoad hoc, ut in proviſionibus talium Beneficiorum ſuper expeditione Literarum illius Cardinalis, cujus Familiaris defunctus ille extitit, conſenſus requiri debeat. Sed Beneficia hujuſmodi ad collationem, ſeu quamvis diſpoſitionem Cardinalis ordinarii Collatoris, ut præfertur, libere ſpectare cenſeantur. Et ſi apud Sedem Apoſtolicam Beneficia hujuſmodi per obitum dictorum Familiarium vacaverint, tunc in proviſione talium Beneficiorum ſuper expeditione Literarum illius Cardinalis exigatur conſenſus, ſi in Romana Curia præſens fuerit, ad quem eorumdem collatio, & diſpoſitio, ut præfertur, pertinere deberet. Itaut Cardinalis ordinarius Collator in concurſu cum Cardinali Patrono ſemper præferri debeat, ſalvis tamen ſemper Indultis conceſſis, & concedendis eiſdem S. R. E. Cardinalibus. Decernens irritum &c.

ARGU-

ARGUMENTUM.

Regula hæc, quæ præcedentis eſt declaratoria, quæque originem agnoſcit a declaratione quadam *Adriani VI.* in Regulam Cancellariæ a *Julio III.* redacta, primo decernit, quod, vacante *extra Curiam* per obitum Familiaris Cardinalis Beneficio, quod ad ordinariam alterius Cardinalis collationem pertineat, conſenſus Cardinalis Patroni in illius proviſione non requiratur; Secundo, quod eodem Beneficio *apud Sedem* vacante, intercedere ſolum debeat in illius Apoſtolica Proviſione conſenſus Cardinalis ordinarii Collatoris. Sed in utraque ſui parte fuit Regula abrogata per celebres Conſtitutiones *Gregorii XIV.* & *Pauli V.* quæ, revocando Indulta Cardinalium conferendi Beneficia *apud Sedem* vacantia, præter ea, quæ in Titulis Cardinalatus exiſtunt, præſervant Cardinalibus Patronis Privilegium præſtandi conſenſum, ſi per obitum ſuorum Familiarium vacent, & excludunt Cardinales ordinarios Collatores ab eorum proviſione, ſive *in Curia*, ſive *extra* vacatio ſequatur. Obtinet vero Regula ſuum hodie vigorem, ſi Ordinarius Collator Indulto gaudeat conferendi Beneficia, etiam reſervata ex capite familiaritatis Cardinalitiæ, quod regulariter elargiri ſolet Cardinalibus Pontificum Nepotibus. Examinatur quæſtio, an Conſtitutiones *Gregorii*, & *Pauli* excludentes a Privilegio conſenſus Cardinales ordinarios Collatores in concurſu Cardinalium Patronorum, locum ſibi vindicent, nedum in Beneficiis ad eorum collationem ſpectantibus ratione Epiſcopatus, vel Abbatiæ, ſed etiam ratione Titulorum? Et pro affirmativa reſolvitur; Quemadmodum plene diſſeritur, an, vacante Beneficio in Eccleſia Titulari per obitum Familiaris, qui fuerat etiam Curialis, illius collatio ſpectet ad Cardinalem Titularem, ſi Indulto gaudeat conferendi Beneficia reſervata ex capite familiaritatis, ſeu ad Datariam? Et an libere ad illam, ſeu potius cum conſenſu Cardinalis Titularis, aut Cardinalis Patroni?

SUMMARIUM.

1 *Regula XXXIII. declaratoria eſt Regulæ præcedentis.*

2 *Si Beneficium extra Curiam vacans per obitum familiaris Cardinalis, ad alterius Cardinalis collationem ſpectet, in illius proviſione non requiritur conſenſus Cardinalis Patroni.* & n. 96.

3 *Eo vero* apud Sedem *vacante, conſenſus in Apoſtolica proviſione præſtari debet a Cardinali ordinario Collatore, non a Cardinali Patrono.* & n. 97. & 98.

4 *Regula originem trahit a declaratione quadam* Adriani VI.

5 *Et ex ea* Julius III. *Regulam efformavit.*

6 *Traditur ratio Regulæ, quia Cardinalis Privilegiatus ſuo non utitur Privilegio adverſus alium Cardinalem pariter privilegiatum.*

7 *Sanctus* Pius V. *quid circa Cardinalium Indulta diſpoſuit?*

8 *Per Conſtitutiones* Gregorii XIV. la XIX. & Pauli V. la LVIII. *revocantur Indulta, olim Cardinalibus elargiri ſolita conferendi Beneficia* apud Sedem *vacantia, exceptis iis, quæ in eorum Eccleſiis Titularibus exiſtunt.*

9 *Conſtitutiones præfatæ præſervant conſenſum a Cardinalibus præſtandum in proviſione Beneficiorum per obitum ſuorum Familiarium, etiam* apud Sedem *vacantium.*

Et in hac parte reſpectum habent tantummodo ad Regulam XXXII. n. 10.

11 *Decernunt inſuper, quod Beneficia, ſive in Curia, ſive extra, vacantia, per obitum Familiaris unius Cardinalis conferri non poſſint ab altero Cardinali ordinario Collatore.*

Hacque diſpoſitio reſpicit primam partem Regulæ XXXIII. n. 12.

13 *Quodque tali caſu in proviſione eorumdem Beneficiorum a Sede Apoſtolica explenda intercedere debeat conſenſus Cardinalis Patroni, non Cardinalis ordinarii Collatoris.*

Et hoc percutit ſecundam partem ejuſdem Regulæ XXXIII. n. 14.

15 Gregorii, *&* Pauli *Conſtitutiones ſunt in viridi obſervantia, & ad earum formam expediri ſolent hodie Indulta Cardinalium.*

16 *Et per eas revocata remanſit Regula XXXIII. in utraque ſui parte.* & num. 65. 67. & 99. & 106.

17 *Regula XXXIII. quamvis poſt laudatas Conſtitutiones, una cum aliis Regulis ſemper publicata fuerit, non exinde cenſetur, per eam voluiſſe Pontifices iiſdem Conſtitutionibus derogare. Et redditur ratio.* n. 18. & 44.

19 *Leges abrogatæ promulgantur aliquando cum aliis non abrogatis, ut earum notitia habeatur.*

20 *Et inſertæ in volumine una cum non abolitis, adhuc pro abrogatis habentur.*

22 *Verba, quæ leguntur in Regula* -- Salvis tamen ſemper Indultis conceſſis, & concedendis eiſdem S. R. E. Cardinalibus -- *addita fuerunt tempore ſan. mem.* Alexandri VII.

Et quidem ad effectum demonſtrandi, quod Regulæ diſpoſitio jam abrogata erat per Conſtitutiones Gregorianam, *&* Paulinam. n. 21.

23 *Tempore* Alexandri VIII. *actum de expungenda Regula a volumine Regularum, & nova efformanda ad tramites dictarum Conſtitutionum.*

24 *Sed Pontifex mandavit, nil innovari, & de ratione.* & n. 68. 69. 70. 77. 85. & 100.

25 *Regula XXXIII. quamvis abrogata, non eſt ſuperflua.*

26 *Cardinalis ordinarius Collator conferre poteſt* *Bene-*

Beneficia reſervata ex ſamiliaritate Cardinalitia, ſi ſpeciali gaudeat ad id peragendum Apoſtolico Indulto.

Et hoc caſu ceſſant Conſtitutiones Gregorii, & Pauli, locumque ſibi vindicat diſpoſitio Regulæ. ibidem.

27 Facultas conferendi Beneficia præfata ſolum indulgeri conſuevit Cardinalibus Pontificum Nepotibus, & Affinibus. & n. 78.

28 Abſente a Curia, vel mortuo Cardinali Patrono, proviſio Beneficii exiſtentis in Eccleſia Titulari vacantis per obitum Familiaris, ſpectat ad liberam Pontificis diſpoſitionem, & non ad Cardinalem Titularem. & numer. 50.

29 Proviſio Beneficii ſpectantis ad ordinariam collationem Cardinalis, uti Epiſcopi, vel Abbatis, & vacantis per obitum Familiaris, expletur a Papa cum conſenſu Cardinalis Patroni, juxta Conſtitutiones Gregorii, & Pauli.

30 Et redditur ratio. & n. 31.

32 In concurſu juris eſſentialis, & accidentalis, prævalet jus eſſentiale.

33 In proviſione Beneficii vacantis per obitum Familiaris, & ſpectantis ad collationem Cardinalis Titularis, Conſenſus, an præſtari debeat ab ipſo Titulari ad tramites Regulæ, ſeu potius a Cardinali Patrono juxta Gregorii, & Pauli Conſtitutiones?

34 Proponitur Sententia favore Cardinalis Titularis. Explicantur contrariæ auctoritates. n. 50. & 51.

Et ita pluries judicatum.

35 Olim ex Privilegio Sixti IV. Pontifices Beneficia Titulorum Cardinalium in Curia vacantia, abſque eorum conſenſu non conferebant. & n. 73.

36 Poſtea vero hujuſmodi Privilegio per novas liberas reſervationes ſublato, eo uſi ſunt in concurſu cum altero Cardinali ad tramites Regulæ XXXIII.

37 Conſtitutiones Gregorii, & Pauli adimentes Cardinali ordinario Collatori Privilegium conſenſus in concurſu cum Cardinali Patrono, loquuntur de Cardinali ordinario Collatore ratione Epiſcopatus, non ſui Tituli Cardinalatus.

38 Clauſulæ præcedentes magis influunt in ſequentes, quam e contra.

39 Exceptio, ſeu limitatio Conſtitutionis exorbitantis a Jure, late interpretari debet, ad effectum, ut Conſtitutio ipſa minus a Jure exorbitet.

41 Dictio eadem præſefert identitatem in omnibus.

42 Reductio, & moderatio Conſtitutionis, non importat illius abrogationem in totum.

43 Argumentum a diſcretivo loquendi modo, in Jure validiſſimum eſt.

46 Exceptio a Regula operatur, acſi ipſa quoad caſum exceptum non emanaſſet.

47 Eccleſiarum Epiſcopalium regimen improprium eſt Cardinalibus, qui antiquitus ad illud non promovebantur.

48 Cardinales Titulares ratione præſentiæ in Curia, & aſſiſtentiæ, quam Pontifici præſtant, majori ſunt proſequendi favore, quam Cardinales Epiſcopi a Curia abſentes.

52 Cardinalis Titularis, ad effectum præſtandi conſenſum vigore Regulæ XXXIII. in proviſione Beneficiorum ſui Tituli apud Sedem vacantium per obitum Familiaris alterius Cardinalis, non indiget Indulto conferendi Beneficia reſervata ex capite ſamiliaritatis.

53 Quemadmodum nec dicto Indulto indiget Cardinalis Patronus pro conſenſu præſtando ad tramites Regulæ XXXII.

55 In quæſtione, de qua ſupra n. 33. proponitur Sententia, quod conſenſus præſtari debeat a Cardinali Patrono, & non a Cardinali Titulari.

Ac ita reſolutum a Congregatione particulari anno 1670. n. 75.

56 Redditur ratio eruta ex generalitate verborum, quibus conceptæ leguntur Conſtitutiones Gregorii XIV. & Pauli V. & numer. 66.

57 Cardinales Epiſcopi in collatione Beneficiorum ſuarum Diœceſium pinguius jus habent, quam Titulares in collatione Beneficiorum exiſtentium in ſuis Titulis Cardinalatus.

58 Exceptionem Titulorum Cardinalium in Conſtitutionibus Gregorii, & Pauli adjectam, præſervare ſolum Cardinalibus Titularibus Indulta conferendi Beneficia vacantia apud Sedem, quando collatio libere ſpectat ad Pontificem, non autem eorum conſenſum in concurſu cum Cardinalibus Patronis, ex pluribus oſtenditur. & n. 59. 61.

60 Præſervatio nil de novo concedit, ſed ſolum conſervat jus antiquum, quatenus ſubſit.

62 Cardinales Titulares excluduntur vigore dictarum Conſtitutionum a præſtando conſenſu in proviſione Beneficiorum ſui Tituli vacantium per obitum Familiarium aliorum Cardinalium, ſive iſti ſint mortui, ſive abſint a Curia. & n. 67.

63 Dictio etiam ſupponit caſum minus dubitabilem, & exprimit magis dubitabilem.

68 Regula XXXIII. præferens in præſtando conſenſu Cardinalem ordinarium Collatorem Cardinali Patrono ſuum obtinet vigorem, quando Cardinalis ordinarius Collator Indulto gaudet Apoſtolico conferendi Beneficia reſervata ex capite ſamiliaritatis. & n. 26. 69. 70. 77. 85. 99. & 100.

71 Eadem ubi viget ratio, eadem quoque militat Juris diſpoſitio, quamvis caſus ſint diverſi.

73 Privilegium, de quo ſupra numer. 35. quod Sixtus IV. Cardinalibus Titularibus indulſit, cum ſuo Auctore expiravit.

74 Doctori teſtanti de exiſtentia alicujus Conſtitutionis fides præſtanda non eſt, niſi de illius publicatione doceatur, præſertim ſi loquatur de auditu.

82 Sede Apoſtolica vacante ceſſat diſpoſitio Regulæ XXXIII.

83 Proindeque facilius, defuncto dicto tempore Familiari, intrat conſenſus Cardinalis Patroni ad excluſionem Cardinalis ordinarii Collatoris.

Sed non exinde erui poteſt, quod, eveniente obitu Familiaris Sede plena, præferri debeat conſenſus Cardinalis Titularis. ibidem.

84 Defuncto Cardinalis Familiari, qui fuerat etiam Curialis, Beneficium ſpectat ad liberam collationem Dataria abſque conſenſu Cardinalis Patroni, aut Cardinalis Titularis. & n. 94.

Et ita reſolutum a Congregatione particulari. ibidem.

86 Beneficia vacantia apud Sedem excluduntur ab Indultis Cardinalium, etiam Nepotum Pontificum. & n. 88. & 101.

87 Bene-

87 *Beneficia Urbis, quæ vacant per obitum Curialium, dicuntur vacare apud* Sedem.

88 *Si Cardinalis ordinarius Collator Indulto gaudens conferendi Beneficia reſervata ex capite Familiaritatis, ea conferre non poſſit, ex quo eorum ſequatur vacatio apud* Sedem, *tunc quia ceſſat illius favor, locus eſſe debet conſenſui favore Cardinalis Patroni.*

89 *Contrarium, quia tali caſu Cardinalis ordinarius Collator excludit Cardinalem Patronum, & licet ille conferre non poſſit, viam aperit Dataria pro libera Beneficii collatione.*

Et ſic alias ſervatum in caſu Proviſionis Beneficii vacantis per obitum Familiaris, qui fuerat Dapipher, ad quam concurrebant Dataria, Cardinalis Indultarius, & Cardinalis Patronus. n. 93.

90 *In Jure novum non eſt, quod, licet quis non ſuccedat, alterum tamen excludat, & ſemitam ſternat tertio in ſucceſſione.*

91 *Refertur exemplum depromtum ex textu* in l. g. 2. §. Si ſit Agnatus ff. ad Senat. Conſult. Trebell. & n. 92. & 95.

102 *Excluſio Beneficiorum apud* Sedem *vacantium ab Indultis Cardinalium, non operatur, quod cenſeantur ipſi excluſi etiam a præſtando conſenſu in proviſione Beneficiorum apud eandem* Sedem *vacantium.*

103 *Exponitur differentia, quæ viget inter collationem Beneficii, & conſenſum in illius proviſione præſtandum.*

107 *Cardinalis Indulto gaudens conferendi Beneficia reſervata ex capite familiaritatis, non poteſt illius vigore præſtare conſenſum ſuper illorum proviſione, ſi hæc a Dataria expleri debeat.*

108 *Nec bujuſmodi conſenſus aliquando præſtiti ullum adeſt exemplum.*

109 *Conſenſum præſtare, vel non in proviſione Beneficiorum, quæ per obitum Familiarium vacant, in libertate Cardinalium Patronorum repoſitum eſt.*

Et ex quo cenſeatur dicto conſenſui renunciatum? ibidem.

110 *Regula Juris eſt, quod potui nolui, & quod volui adimplere nequivi.*

EManavit hæc Regula ad declarationem præ-
1 cedentis, & ad tollendas lites, quæ ex ea
oriri poterant, ut diſponitur in Proœmio, & no-
tarunt *Lancellot. & Coccin.* in eorum celebri *Voto*
apud *Amaydenum de Stylo Datariæ cap. 34. pag.
519. §. Præterea, Lotter. de Re Benefic. lib. 2. quæſt.*
2 32. *n.* 89. Et duo continet. Primum, quod ſi Be-
neficium vacaverit *extra Curiam* per obitum Fa-
miliaris Cardinalis, & pertineat ad collationem
alterius Cardinalis, eo caſu non requiratur in il-
lius proviſione conſenſus Cardinalis Patroni. Al-
3 terum vero, quod ſi Beneficium præfatum vacet
apud Sedem, & concurrant Cardinalis Patronus,
& Cardinalis ordinarius Collator, iſte in præſtan-
do conſenſu Apoſtolicæ illius Proviſioni præferri
debeat Cardinali Patrono.

Originem Regula trahere videtur a quadam
4 declaratione, quam de mente ſuorum Prædeceſſo-
rum, feciſſe traditur *Adrianum VI.* ut teſtatur
*Gomez ad Regul. de Impetran. Benefic. quæſt. 19. in
princip. Lotter. de Re Benefic. lib. 2. quæſt. 32. n. 79.
Rot. deciſ. 1632. n. 25. & 32. coram Coccin.* Et ex
5 ea *Julius III.* Regulam hanc efformavit, & inter
ceteras Caucellariæ Regulas inſeruit, ut apparet
ex ejus Regulis impreſſis anno 1550. & notat
Kochier ad Regul. 32. ſub n. 30. Ratio vero, ob
quam Cardinalis Titularis præfertur Cardinali pa- 6
trono, eſt, quia Cardinalis privilegiatus ſuo non
utitur privilegio adverſus alium Cardinalem pa-
riter privilegiatum, *Kochier. ad Regul. de Impetr.
numer. 31. Gomez ad dictam Regulam quæſt. 19.
in fine, Rebuff. in addit. ad hanc Regulam 33.
Germon. de Indult. §. Etiam ex eo numer. 34. &
39. Rot. deciſ. 1632. ſub numer. 22. cor. Coccin.*

Priſcis temporibus Summorum Pontificum in-
dulgentia Sixti IV. Clementis VII. & Succeſſo-
rum Cardinales ordinarii Collatores ampliſſimis
gaudebant facultatibus conferendi Beneficia reſer-
vata, ea præſertim, quæ vacabant per obitum
Familiarium aliorum Cardinalium, ut diximus in
*Comment. in Regulam IV. §. IV. numer. 15. &
ſeqq.* At S. Pius in ſua Conſtitutione XXXVII.
revocando omnia Indulta ſuper Beneficiorum Ec- 7
cleſiaſticorum diſpoſitione Cardinalibus elargita
in §. 2. ejuſdem Conſtitutionis mandavit, quod
Indulta præfata iiſdem impoſterum concedenda,
reſtricta eſſent ad certas Eccleſias, certaque Be-
neficia, addens *verſic. Denique — Cum modera-
tione facultatum diſponendi de Beneficiis Familia-
rium ipſorum Cardinalium, ac conceſſionum eis per
Regulas Cancellariæ Apoſtolicæ factarum de con-
ſenſu per ipſos in Proviſionibus Apoſtolicis præſtan-
do &c.* — quas ad certos caſus ibi expreſſos redu-
xit &c. Et ſucceſſive ſan. mem. *Gregorius XIV.* 8
in ſua *Conſtitutione XIX.* poſteaque ſan. mem.
Paulus V. Conſtitutione LVIII. *Pii*, & *Gregorii*
præfatorum veſtigiis inhærendo, revocarunt In-
dulta Cardinalium conferendi Beneficia *apud Se-
dem* vacantia, quæ ad collationem tam eorundem
Cardinalium ratione quarumcumque Eccleſiarum,
non tamen earum, quibus in Titulum ſui Cardi-
nalatus præſunt, quam etiam quorumcumque in-
feriorum collatorum &c. ſpectarent. Quo vero ad 9
Beneficia vacantia per obitum dictorum Familia-
rium, duo in laudatis Conſtitutionibus ſtatuuntur.
Primo præſervatur Cardinalibus Patronis facultas
præſtandi in eorum proviſione conſenſum, ibi —
*Salva tamen remanente facultate conſenſus per ipſos
Cardinales in Proviſionibus Apoſtolicis Beneficio-
rum per obitum Familiarium continuorum Com-
menſalium eorumdem Cardinalium, etiam apud
Sedem prædictam vacantium præſtandi, juxta for-
mam Regulæ Cancellariæ ſuper hoc editæ, & in
caſibus tamum in ipſa Regula expreſſis &c.* - Et hæc
diſpoſitio reſpicit tantummodo Regulam XXXII. 10
Cum enim laudatæ Conſtitutiones præſervent con-
ſenſum in proviſione Beneficiorum, quæ vacant
per obitum *Commenſalium eorumdem Cardinalium*,
utique hæc verba præſeferentia relationem Com-
menſalitatis inter defunctum, & Perſonam Car-
dinalis, cujus conſenſum præſervant ad terminos
dictæ Regulæ XXXII. porrigi non poſſunt ad
Regulam XXXIII. quæ loquitur de Cardinali
ordinario Collatore, qui nullam habet relationem
familiaritatis cum defuncto.

Secundo in iiſdem Conſtitutionibus, nedum
diſponitur, quod Beneficia, ſive in *Curia*, ſive
extra Curiam vacantia per obitum Familiaris unius 11
Cardinalis, nullo pacto pertineant ad collationem
alterius Cardinalis ordinarii Collatoris: quæ diſ-
poſitio reſpicit primam partem Regulæ XXXIII. 12
Sed ulterius decernitur, quod tali caſu Cardina-
lis Patroni conſenſus requiratur, non vero ille
Cardinalis ordinarii Collatoris, etiam ſi præſens 13
in Curia fuerit, reducendo ad terminos ipſarum
Con-

14 Conſtitutionum Indulta, & Regulas Cancellariæ;
Et hoc reſpicit ſecundam partem dictæ Regulæ
XXXIII. Quæ ſane *Gregorii*, & *Pauli* Con-
15 ſtitutiones in viridi ſunt obſervantia, & non ali-
ter, quam ad eorum formam, & tenorem Car-
dinalium Indulta hodie expediuntur, ut docet
praxis, & teſtatur *Rota in Corduben. Beneficio-
rum* 18. *Februarii* 1704. *§. Efficax*; *coram Mo-
lines inter impreſſ. dec.* 883. *confirmat.* 14. *De-
cembris* 1704. *coram Omanna*, & diximus in
Commentario in Regulam IV. §. VI. num. 22. *&
ſeqq. & num.* 28.

Palam igitur ex laudatis Conſtitutionibus emer-
16 git, quod hæc Regula XXXIII. in utraque
ſui parte ſit hodie abrogata, ut fuiſſe adnotatum
in *Regula*, quam edidit *Gregorius XIV.* exiſten-
te Datario Viro clariſ. *Clemente Merlino*, refert
Quæſada hic, & animadvertunt *Lotter. de Re
Beneficiar. lib.* 2. *quæſt.* 32. *num.* 94. *& in vot. Coc-
cin. & Lancellott. apud Amayd. de Styl. Da-
tar. cap.* 34. *pag. mihi* 520. *verſic. Et denique*,
Rota deciſ. 1632. *coram eodem Coccin. repetit. in
Recentior. deciſ.* 654. *num.* 70. *& ſeqq. part.* 4. *tom.*
3. *Recent.*

Et quamvis poſt mortem *Gregorii*, & *Pauli*
17 adhuc dicta Regula fuerit per Succeſſores Ponti-
fices in craſtinum eorum Aſſumtionis cum ceteris
Cancellariæ Regulis innovata, ex quo facto au-
tumat *Pignatell. tom.* 7. *conſultat.* 67. *num.* 14. per
eaſdem Regulas poſteriores revocatas remanſiſſe
laudatas *Gregorii*, & *Pauli* Conſtitutiones; Ni-
18 hilo minus innovatio hujuſmodi facta cenſetur cum
conditionibus inflatis per eaſdem dictorum Ponti-
ficum perpetuas Conſtitutiones, in quibus præ-
ſcribitur certa forma in collatione Beneficiorum
vacantium per obitum Familiarium Cardinalium
19 ſervanda; Nec novum eſt, leges abrogatas una
cum aliis non abrogatis promulgari, ſaltem, ut
earum notitia habeatur; & propterea, ſi Con-
ſtitutio aliqua revocata inſeratur adhuc in Volu-
20 mine aliarum Conſtitutionum, quæ non ſint abo-
litæ, non exinde ſequitur, quod perpetuo revo-
cata, & abolita non remaneat, *Lotter. dict. quæſt.*
32. *num.* 98. *& ſeqq. Rot. deciſ.* 1632. *num.* 36.
coram Coccin.

Hinc in editione Regularum *Alexandri VII.*
exiſtente Datario Cardinali *Corrado*, & Subdata-
rio *Armindo Riccio* Viris in materia Beneficiali
verſatiſſimis, ad demonſtrandum quod in rei ve-
21 ritate diſpoſitio *Regulæ XXXIII.* jam eſſet abro-
gata, quodque ipſa non imprimeretur cum aliis,
niſi quatenus Papa vellet DD. Cardinalibus In-
dultum concedere cum ſufficienti derogatione
Conſtitutionibus *Gregorianæ*, & *Paulinæ* addita
22 fuerunt eidem Regulæ verba illa -- *Salvis tamen
ſemper Indultis conceſſis, & concedendis eiſdem
S. R. E. Cardinalibus* -- ut teſtatur idem *Armin-
dus Riccius* in ſua *Informatione*, de qua infra
num. 77. & diximus in *Commentar. in Regulam
IV. §. VI. num.* 24. Quemadmodum,. licet in
Congregatione de more habita in craſtinum aſ-
ſumtionis ad Summi Apoſtolatus apicem recol.
23 mem. *Alexandri VIII.* pro conficiendis novis Can-
cellariæ Regulis, bon. mem. *Emerix* Sacræ Ro-
tæ Decanus fuiſſet in ſenſu, quod tolleretur hæc
Regula, & illius loco conficeretur altera ad nor-
mam dictarum Conſtitutionum *Gregorii & Pauli*;
Nihilo minus, relatione facta Pontifici, cenſuit
ipſe, nihil eſſe innovandum, eadem reddita ratio-
ne, quod poſſet Regula ſuum operari effectum, ſi
24 Cardinales ordinarii Collatores ſpeciali gauderent

Indulto conferendi Beneficia vacantia per obitum
Familiarium aliorum Cardinalium cum derogatio-
ne Conſtitutionibus præfatis, & obſervant *Lot-
ter. de Re Beneficiar. dict. quæſt.* 32. *num.* 94. *Rota
deciſ.* 303. *in fine part.* 17. *Recentior. deciſ.* 1632.
num. 37. *& deciſ.* 1948. *num.* 7. *& ſeqq. coram Coc-
cin. idem adnotat.* 40. *num.* 19. ubi, quod Regula 25
non poteſt dici ſuperflua.

Sed pro recta earundem Conſtitutionum, &
præſentis Regulæ intelligentia quinque caſus di-
ſtinguit *Cardinalis de Luca de Benefic. diſcurſ.* 111.
in ſupplement. Nos quatuor conſiderabimus. Pri-
mus eſt, quando Cardinalis Collator ordinarius 26
Indultum habet conferendi Beneficia reſervata,
etiam *ratione familiaritatis Cardinalitiæ*, ita ut
jure ſuo conferat abſque mixtura Datariæ; Et
hoc caſu eſt operativa dicta Regula XXXIII.
ut nempe Cardinalia ordinarius Collator præfera-
tur Cardinali Patrono in præſtando conſenſu pro-
viſioni Beneficii a Pontifice faciendæ, ut mox
diximus, & tradit idem *Card. de Luc. dict. diſ-
curſ.* 111. Hæcque facultas conferendi Beneficia
ex familiaritate Cardinalitia reſervata indulgeri
conſuevit Cardinalibus Summorum Pontificum 27
Nepotibus, quemadmodum legitur in Indulto
Cardinalis *Barberini*, ibi -- *Seu ex eo, quod illa
obtinentes S. R. E. Cardinalium tam viventium,
quam defunctorum, ac tam præſentium, quam
futurorum Familiares continui Commenſales &c.*
& infra -- *Non obſtan. præmiſſis, ac Conſtitutio-
nibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, præſertim
felic. recordæ. Gregorii XIV. & dicti Pauli V.
Prædeceſſorum noſtrorum moderatoriis Indultorum
hujuſmodi &c.* -- Eademque facultas indulta fuit
Hieronymo Cardinali *Columnæ*, uti affini ſan.
mem. *Urbani VIII.* reſtricta tamen ad Beneficia
Familiarium Cardinalium defunctorum, aut ab-
ſentium a Curia. Quemadmodum ſimili gau-
det Indulto Eminentiſſimus Dominus Cardinalis
Otthobonus cum expreſſa derogatione Conſtitutio-
ni *Paulinæ*.

Secundus caſus eſt, quando Beneficium va-
cat in Eccleſia Titulari per obitum Familiaris,
illiuſque collatio ſpectat ad Datariam, & con- 28
currit ſolum Cardinalis Titularis, quia Patronus
eſt prædefunctus, vel abſens, & hoc caſu Car-
dinalis Titularis conferre non poteſt, ex rationi-
bus adductis in dicto Voto *Lancellotti*, & *Coccini*
eaſcripto apud *Amayden. cap.* 34. quod loquitur
in caſu, quo Patronus jam obierat, & in iiſdem
terminis loquitur *Lotter. de Re Benefic. dict. lib.* 2.
quæſt. 32. & advertit *Cardin. de Luca de Benefic.
dict. diſc.* 111. *num.* 2. *verſic. Idemque.*

Tertius caſus eſt, quando Beneficii collatio
pertinet ad Cardinalem ordinarium Collatorem 29
ratione Epiſcopatus, ſeu Abbatiæ, & concurrit
Cardinalis Patronus; Et in hoc caſu cenſet *Cardi-
nalis de Luca*, vere procedere Conſtitutiones *Gre-
gorii* & *Pauli*, nam, ut inquit *num.* 3. Dignitas
Cardinalitia conſideratur accidentaliter, ac pro- 30
pterea actum collationis non explet Cardinalis ra-
tione ipſius Cardinalitiæ Dignitatis, ſed potius
tanquam Epiſcopus, vel Abbas; E contra vero
prærogativa conſenſus, quæ per *Regul. XXXII.* 31
conceditur Cardinali Patrono, eſt ſubſtantialiter
annexa Cardinalitiæ Dignitati, & competit Car-
dinali, quia Cardinalis eſt, non quia admini-
ſtrator, vel poſſeſſor alicujus Eccleſiæ Epiſcopa-
lis, & Abbatialis, ideoque in concurſu Juris eſ-
ſentialis, & accidentalis, primum prævalere de-
bet, & in his terminis procedit *Rota coram Coccin.* 32

dec. 1632. repetit. deciſ. 654. part. 4. tom. 3. ubi age-
batur cum Cardinali Epiſcopo Ferrarien. abſente a
Curia. Quamvis Amayden. de Stylo Datariæ cap.
34. num. 12. & 17. contrarium firmet.

Quartus denique caſus eſt, ubi agitur inter
33 Cardinalem Patronum, & Cardinalem Titularem,
& hic caſus evenit diſputandus inter ſan. mem. Car-
dinalem Otthobonum Titularem S. Marci, poſtea
Alexandrum VIII. & Cardinalem Uldericum
Carpineum Patronum familiaris defuncti in Roma-
34 na Beneficii S. Andreæ, & pro primo conſuluit
Cardin. de Luca dict. diſcurſ. 111. qui cenſet,
in hoc caſu non habere locum dictas Conſtitutio-
nes Gregorii, & Pauli; Sed ulterius favore Car-
35 dinalis Titularis ponderari poteſt, quod olim Ti-
tulares ultra Juriſdictionem, qua in ſuis Eccle-
ſiis potiebantur ad tramites Cap. His quæ de Ma-
jor. & Obed. gaudebant Privilegio a Sixto IV.
eis conceſſo, ut Summi Pontifices non diſpone-
rent de Beneficiis ſuorum Titulorum in Curia va-
cantibus ſine eorum conſenſu, ut tradunt Fe-
lin. in dicto Cap. His quæ num. 1. in fine, Fa-
gnan. ibidem num. 22. Azor. Inſtitut. moral. part.
2. lib. 4. cap. 3. litt. B. Barboſ. de Jur. Eccleſ. uni-
verſal. cap. 4. num. 36. Card. Albitius de Juriſ-
dict. Cardinalium in Eccleſ. ſuorum Titul. diſcept.
1. num. 53. impreſſ. poſt Card. de Luc. de Juriſ-
36 dict. Abſtinuerunt poſtea Succeſſores Pontifices
ab hujuſmodi Privilegio indulgendo, unde Cardi-
nales Titulares ſaltem eo uti poſſe autumabant in
concurſu alterius Cardinalis, unde ad lites diri-
mendas emanavit declaratio Regula XXXIII. ut
in concurſu cum Cardinali Patrono præferatur
ordinarius Collator.

Verum, cum hujuſmodi Privilegio conſenſus
uti vellent etiam Cardinales ordinarii Collatores
ratione Eccleſiarum Epiſcopalium, vel Archiepi-
ſcopalium, ideo emanarunt dictæ Conſtitutiones
37 Gregorii XIV. & Pauli V. quibus revocantur
Cardinalibus Epiſcopis Indulta conferendi Bene-
ficia vacantia apud Sedem, ac etiam privilegium
præſtandi conſenſum; In eis tamen excipiuntur
Tituli Cardinalatus, præſervatur Patronis conſen-
ſus, & Regulæ Cancellariæ ad terminos earum-
dem Conſtitutionum reducuntur, & modifican-
tur. Dum igitur excipiuntur ibidem Tituli Car-
dinalium, iſta exceptio totam qualificat diſpoſi-
tionem, cum præcedens clauſula magis influat
38 in ſequentes, quam e contra, Gloſſ. in leg. Quiſ-
quis, & ibi Bartol. ff. de legat. 3. & in leg. Si
quis ex argentariis §. Si initium ff. de Eden. Rota
dec. 831. num. 7. coram Seraphin. Eo magis, cum
verſemur in limitatione, & exceptione Conſtitu-
39 tionis exorbitantis, quæ late interpretari debet,
& potius ampliari, quam reſtringi, ad hoc, ut
per dictam Conſtitutionem, minus, quam fieri
poteſt a diſpoſitione Juris communis recedatur,
Cravett. conſil. 135. num. 35. Bertazol. conſil. civil.
56. num. 35.

40 Accedit, quod Paulus V. in dicta Conſtitu-
tione verſic. Ulterius expreſſe utitur verbis repe-
titivis, dum inquit -- eadem Beneficia tam apud
Sedem, quam extra Curiam vacantia -- & ſic lo-
quitur de Beneficiis Eccleſiarum, de quibus ſupra
diſpoſuit, non autem de Beneficiis Titulorum
41 Cardinalatus, quos expreſſe præſervavit, cum
dictio eadem præ ſe ferat identitatem in omnibus,
& per omnia, Gloſſ. in leg. Cum hi §. Quin in
perpetuum ff. Si Ager vectigalis, Grat. conſ. 99.
num. 88. lib. 1. Surd. dec. 125. num. 1. cum aliis
penes Barboſ. dict. 99. num. 1.

Confirmatur, quia idem Pontifex ſubjunxit Re-
gulas Cancellariæ reducere, & moderari ad ter-
minos dictæ ſuæ Conſtitutionis, quæ reductio,
& moderatio non importat abrogationem in to- 42
tum, ſed limitationem, ita ut ſupponat remane-
re efficaciam & operationem in aliquo, & ſic
in Beneficiis Tituli Cardinalatus. Quod etiam
ſuadetur ex eo, quod, ubi Conſtitutio præfata
in præcedenti ſui parte revocare voluit Indulta
Cardinalium reſpectu collationis Beneficiorum va-
cantium apud Sedem, hoc expreſſe dixit, ut pa-
tet ex §. primo poſt medium, ubi uſus eſt verbo
Revocavit; Unde ſi idem circa Regulam hanc
voluiſſet, utique expreſſiſſet; ad Text. in leg. Uni- 43
ca §. Sin autem Cod. de Caduc. tollen. Rot. deciſ.
314. num. 5. deciſ. 679. num. 42. cor. bo. me. Mo-
lines. Nec ſucceſſores Pontifices, eorumque Offi-
ciales inter Regulas Cancellariæ eam appoſuiſſent,
ſi revocata extitiſſet; propterea que, ut Cardina- 44
libus Titularibus æque, ac Patronis conſultum ſit,
ea capienda videtur interpretatio, ut Regula lo-
cum habeat in Beneficiis Titulorum Cardinalium,
Conſtitutiones vero Gregorii, & Pauli in Bene-
ficiis Cathedralium, Monaſteriorum &c.

Præterea Paulina Conſtitutio non elargitur ali-
quid de novo Cardinalibus Patronis, aut Titula- 45
ribus, ſed Patronis præſervat conſenſum, & Ti-
tulares exceptuat, declarando, quod aliquid de
novo diſponere non intendit, quæ exceptio quoad
Titulares operatur, ac ſi eorum reſpectu Conſti-
tutio non emanaſſet, ad firmata per Duran. deciſ. 46
154. num. 15. Et ſi Conſtitutio vult præſervare Ti-
tularibus Indulta, quod eſt plus, multo magis di-
cendum eſt præſervare voluiſſe privilegium con-
ſenſus, quod eſt minus, ex plene firmatis per Rot.
in Romana Beneficiatus S. Petri 9. Januarii 1688.
§. Quandoquidem co. clar. mem. Card. Caccia.

Adſtipulatur etiam differentia inter Cardinales
ordinarios Collatores ratione Eccleſiarum Epiſco-
palium, & Titulares; Cardinalibus enim ſunt 47
improprii Epiſcopatus, ad quos antiquitus non
promovebantur. Præterea Titulares fere ſemper
ſunt præſentes in Curia, Cardinales vero Epiſ-
copi abſentes propter reſidentiam apud ſuas Ec-
cleſias; proindeque Cardinales Titulares ratione
præſentiæ, & aſſiſtentiæ, quam præſtant Summo
Pontifici, majori ſunt proſequendi favore, quam 48
Cardinales Epiſcopi, Germon. de Indult. §. Tibi
quoadvixeris num. 8. Chaſſan. Catalog. Glor. Mund.
part. 4. conſiderat. 16. in princip. Et demum in
concurſu cum alio Cardinali magis attenditur fa-
cultas ordinaria debentis conferre, quam extra- 49
ordinaria reſpectu familiaritatis, Gomeſ. hic quæſt.
19. verſ. tamen tenenda, Card. de Luc. dict. diſc.
3. de Beneſic. in ſupplem. num. 6.

Hinc obſtare non videtur Votum Lancellot. 50
& Coccin. quia, ut ſupra dictum eſt in ſecundo
caſu, & advertit Pignatell. conſult. 160. num. 3.
& 5. lib. 1. in themate, ſuper quo illud emanavit,
Cardinalis Patronus non concurrebat, quia erat
mortuus, & Cardinali Patrono defuncto, quem-
admodum non habet locum Regula XXXII. ita
nec minus Regula XXXIII. quæ ſtat declara-
tive ad illam. At, quando Patronus vivit idem
Votum §. Nec quarto loco admittit, eſſe locum
dictæ Regulæ ex deciſ. 156. num. 5. par. 3. recent.
Similiter Deciſio 654. part. 4. Tom. 3. recent. ema-
navit abſente Cardinali Patrono, & n. 40. ait, quod 51
non eſt par ratio præſente Patrono, & abſente, &
ulterius ibi agebatur cum Ordinario Cathedralis
Ferrarien. ut ſupra dictum eſt tertio caſu; Lotter.
pariter d. dict. lib. 2. quæſt. 32. ſcripſit pro Data-
ria in terminis Voti Lancellotti, & Coccini mortuo
jam

jam Patrono, ut patet ex *num.* 89. *&* 107. cum
cæteroquin ſi Patronus vivat, & concurrat, idem
Lotterius admittit locum eſſe diſpoſitioni Regulæ
XXXIII. ut in *dict. num.* 89. *in fine, & num.* 187.

Et in his terminis non indiget Cardinalis Titu-
52 laris Indulto conferendi Beneficia reſervata ex ca-
pite familiaritatis Cardinalitiæ, quia non concur-
rit cum Dataria, ſed cum Cardinali Patrono, nec
agitur de conferendo, ſed de conſenſu præſtando,
& de aſſequenda prælatione, quæ in concurſu cum
Cardinali Patrono fuit Titulari præſervata in dicta
Regula XXXIII. Indultum enim eſt ſolum ne-
ceſſarium ad effectum tollendum obſtacula reſer-
vationum pro explenda Beneficii collatione, non
pro conſenſu præſtando, nam in caſu conſenſus re-
manet reſervatio, ſuumque operatur effectum,
quia Papa confert, & Titularis conſequitur con-
ſenſum, quod tribuit Regula XXXIII. Et ſi
53 Cardinalis Patronus pro gaudenda prærogativa
conſenſus in proviſione Beneficiorum vacantium
per obitum ſuorum familiarium vigore Regulæ
XXXII. non indiget Indulto, neque eo indigebit
Cardinalis Titularis ut favore Regulæ XXXIII.
juvari poſſit, cum uterque veniat ex eodem Privi-
legio Regulæ; & quod non ſit opus Indulto extra-
ordinario, tradit *Germon. in §. Etiam ex eo num.* 39.

Demum pro hac ſententia, non ſemel, ſed bis
54 fuit judicatum, primo favore Cardinalis Titularis
S. Laurentii in Damaſo, ut ex Voto *Seraphini*,
& *Robuſterii* apud *Amayden. de ſtylo Datariæ*
cap. 29. *pag.* 467. Et poſtea in Congregatione par-
ticulari Datariæ inter Cardinales *Ginettum* Titula-
rem, & *Aldobrandinum* Patronum de anno 1635.
capta fuit reſolutio pro Titulari, & expeditæ Bul-
læ *V. Idus Auguſti* 1635. *Pontificatus ſan. mem. Ur-*
bani VIII. anno XIII. ad favorem *Franciſci Barni*,
qui poſſeſſionem adeptus fuit 26. Auguſti 1635.
per Acta *Pini* Notarii Cardinalis Vicarii. Ean-
demque propugnant ſententiam *Pignatell. conſult.*
160. *lib.* 1. qui dictam *Conſultationem* compilavit
in præfata cauſa Cardinalis Ginetti, *& conſult.*
60. *per tot. tom.* 7. ubi late contrariis reſpondet
Amayden. de ſtyl. Datar. cap. 34. *a num.* 12. ubi
impugnat Votum *Coccini*, & *Lancellotti*, *Cardinal.*
de Luca diſc. 3. *de Benefic. in ſupplem.* ubi ſcripſit
pro veritate.

E contra vero pro Cardinali Patrono perpendi
55 poteſt, quod habet ipſe intentionem fundatam in
laudatis Conſtitutionibus *Gregorii*, & *Pauli V.*
quæ, cum generaliter, & indiſtincte loquantur
de Beneficiis, ſunt in ſua generalitate intelligendæ
de omnibus Beneficiis, & ſic etiam de exiſtenti-
bus in Eccleſiis Titulorum Cardinalatus, &, dum
56 requirunt conſenſum Cardinalis Patroni, non au-
tem *Cardinalis Ordinarii Collatoris*, hæc verba
Cardinalis Ordinarii Collatoris, apta utique ſunt
in ſui generalitate comprehendere etiam Cardina-
lem Titularem, cum & ipſe ſit Ordinarius colla-
tor *Cap. His quæ de major. & obedien.* Imo ſi
Conſtitutiones præfatæ excludunt a conſenſu Car-
dinales Epiſcopos, multo magis dicendum eſt exclu-
dere Cardinales Titulares, quia jus pinguius, &
57 fortius habent Epiſcopi pro collatione Beneficio-
rum ſuæ Diœceſis, quam Titulares in ſuis Titulis.

Nec refragatur exceptio appoſita in dictis Con-
58 ſtitutionibus ibi -- *Non tamen eorum, quibus in*
Titulum, aut denominationem ſui Cardinalatus
præſunt, circa quæ aliquid de novo diſponere non
intendit. Siquidem laudatæ Conſtitutiones tres
partes continent. In prima revocant Indulta con-
ceſſa Cardinalibus conferendi Beneficia vacantia
apud Sedem; & in hac parte adeſt præſervatio
Indultorum Cardinalium Titularium. In ſecunda
parte præſervant favore Cardinalis Patroni conſen-
ſum in Proviſione Beneficiorum vacantium per
obitum ſuorum Familiarium. Et in tertia diſpo-
nunt, quod Cardinalis Ordinarius Collator ſem-
per excludatur, & præferatur Patronus, ſi ſit
præſens in Curia. Exceptio igitur præfata, ut-
pote poſita in prima parte Conſtitutionum, in
qua Pontifices derogant Indultis, præſervat qui-
dem Indulta conferendi Beneficia vacantia *apud*
Sedem ratione Eccleſiarum Titularium, ſed non
excludit Eccleſias Titulares ab inferioribus parti-
bus earumdem Conſtitutionum, in quibus præſer-
vatur conſenſus Cardinalis Patroni, & excluditur
conſenſus Cardinalis ordinarii Collatoris.

Quodque exceptio prædicta reſpiciat tantum-
modo Indulta, circa quæ laudatæ Conſtitutiones,
nil innovare intenderunt, probatur primo ex ea- 59
rum Rubrica ibi -- *Moderatio Indultorum &c.* Se-
cundo, quia ratio recti ſermonis importat, quod
verba -- *circa quæ* -- poſita in *Accuſativo* referantur
ad Indulta, de quibus facta fuerat mentio, non
vero ad Eccleſias immediate nominatas; ſunt enim
dicta verba generis *neutri*, quæ Eccleſiis conve-
nire non poſſunt, late *Lancellot. & Coccin. in*
d. Voto penes Amayden. cap. 34. *fol.* 515. *& ſeqq.*
Tertio, quia præſervativa nihil concedit de no- 60
vo, ſed ſolum conſervat jus antiquum, quate-
nus ſubeſt, etſi nullum jus ſubeſt, nil conſer-
vat, *Rota deciſ.* 334. *num.* 18. *coram Ubaldo.* Un-
de, quando Titularis non poteſt conferre Beneficia
vacantia *apud Sedem*, iſta non poſſunt cenſeri in-
cluſa in dicta præſervativa. Quarto demum, quia
præcedens præſervativa non poteſt intelligi, niſi 61
reſpectu eorum quæ in contrarium in inferioribus
partibus earumdem Conſtitutionum ſunt diſpoſita,
Rota deciſ. 188. *coram Royas.* Dum igitur in par-
tibus præfatis expreſſis verbis in proviſione Benefi-
ciorum vacantium *apud Sedem* excluditur conſen-
ſus Cardinalis ordinarii Collatoris, pronum eſt in-
telligere, quod caſus iſte dici nequeat comprehen-
ſus ſub præcedenti præſervativa.

Minus obſtat, quod laudatæ Conſtitutiones
Gregorii, & *Pauli* excludentes Conſenſum Car- 62
dinalis Titularis loquantur, quando Cardinalis
Patronus eſt abſens a Curia, ſeu prædefunctus,
ſecus vero, ſi præſens in Curia fuerit. Quia con-
trarium evincitur ex illis verbis -- *Illius Cardina-*
lis, cujus tunc familiaris defunctus extitit, ſi ipſe
Cardinalis tunc præſens in eadem Curia fuerit,
conſenſus omnino requiri debeat, non autem Be-
neficia hujuſmodi, etiam eodem Cardinale ab ipſa
Curia abſente, ſeu prædefuncto, vel alias confer-
re impedito, ad collationem Ordinarii Collatoris
ullo modo pertineant, neque ejuſdem Cardinalis Or-
dinarii Collatoris quoquo modo conſenſus requira-
tur -- Hujuſmodi enim diſpoſitio duos caſus lit-
teraliter comprehendit; alterum, quando Cardi-
nalis Patronus eſt abſens, alterum quando uterque
eſt præſens, & utroque caſu Cardinalis ordinarius
collator excluditur a conſenſu præſtando. Inſpecta
potiſſimum dictione illa -- *Etiam* -- ibi -- *Etiam*
Cardinali Patrono abſente, quæ ſupponit caſum
minus dubitabilem, & exprimit magis dubitabilem 63
leg. etiam, De verbor. ſignificat. leg. Conventicula,
C. de Epiſcop. & Cleric. leg. Etiam C. Si Tutor vel
Curator, cum concordantibus penes *Barboſ. dict.*
112. *num.* 1. ideoque habetur, ac ſi Conſtitutio
dixiſſet, non ſolum quando Patronus eſt præ- 64
ſens, ſed etiam eo abſente, vel defuncto, con-
ſenſus Cardinalis Collatoris non requiritur, per
ea, quæ in terminis præfatæ dictionis *etiam* tradit

Surd. conſ. 303. *num.* 15. Et, ſi Papa eacluſit a
conſenſu Cardinalem ordinarium Collatorem de-
functo, ſeu abſente Patrono, multo magis dicen-
dum eſt voluiſſe illum excludere, eo præiente, &
concurrente.

Quo vero ad *Regulam XXXIII.* illa ex dupli-
ci capite non prodeſt Cardinali Titulari. Primo,
65 quia fuit per laudatas ſubſequentes Conſtitutiones
Gregorii, & *Pauli* revocata; ut enim mox dixi-
mus tres illæ partes continent. Io prima revocan-
tur Indulta conferendi. In ſecunda præſervatur fa-
vore Cardinalium Patronorum facultas præſtandi
conſenſum ibi — *Salva tamen remanente faculta-
te Conſenſus per ipſos Cardinales in proviſionibus
Apoſtolicis Beneficiorum familiarium eorumdem
Cardinalium, & etiam apud Sedem præfatam va-
cantium, præſtandi juxta formam Regulæ Cancel-
lariæ ſuper hoc edita* -- Quæ diſpoſitio, ut ſupra
66 diximus, refertur ad *Regulam XXXII.* non au-
tem ad *Regulam XXXIII.* quæ ſavet Cardinali
Ordinario Collatori, nam quoad iſtum alia fit de-
terminatio in tertia parte dictarum Conſtitutionum,
in qua novum Jus inducitur, & diſponitur, quod
nempe Cardinalis ordinarius Collator, etiam ab-
ſente Cardinali Patrono, vel eo prædefuncto a
præſtando conſenſu excludatur ibi -- *Volens ulte-
rius &c.* & ſubditur, — *Eaſdem Conſtitutiones, &
Regulas Cancellariæ, etiam declaratorias ſuper Be-
neficiis Familiarium Cardinalium editas, tam quoad
Cardinales Indulta hujuſmodi habentes, quam non
habentes, atque adeo Indulta ipſa ad terminos præ-
ſentis Conſtitutionis reduxit, & moderatus fuit.*
Ea quibus manifeſte deprehenditur abrogari con-
67 trarias Regulas Cancellariæ; ponderando ver-
bum illud *Declaratorias*, quod percutit *Regulam
XXXIII.* quæ erat declaratoria Regulæ præceden-
tis. Et quod hæc Regula ſit abrogata non concur-
rente particulari Indulto, tradunt *Lotter. Coccin.*
& alii, quos ſupra laudavimus.

Et ſecundo non obſtat dicta *Regula XXXIII.*
68 quia loquitur, quando Beneficia familiarium, ceſ-
ſantibus Apoſtolicis reſervationibus, pertinent ad
alterius Cardinalis collationem, quia ſcilicet ha-
beat Indultum conferendi Beneficia reſervata etiam
ex capite familiaritatis Cardinalitiæ, nam alias
hujuſmodi genetis Beneficia ad illius collationem
pertinere non poſſunt, ut plene diximus *in Com-
mentario in Regulam IV.* Id enim important ea
verba -- *ceſſantibus reſervationibus* -- quæ ſuppo-
nunt, & non diſponunt *Rot. dict. deciſ.* 654. *part.*
4. *tom.* 3. *a num.* 30. *uſque ad* 37. ubi, quod ita
reſpondit Cardinalis *Pamphilius* Rotæ Decanus,
& rurſus *num.* 42. *cum ſeqq. Lancellott. & Coccin.
in eorum Vot. penes. Amayd. pag.* 519. *verſ. Neque
eſt verum, & verſ. Præterea, idem Coccin. adnot.*
40. *n.* 16 *Lotter. dict. quæſt.* 32. *num.* 91. *& ſeqq.
Rota deciſ.* 53. *a num.* 7. *par.* 5. *Recent.* Et, quod
69 non requiratur conſenſus Cardinalis Titularis in
proviſione Beneficiorum in ſuo Titulo exiſtentium,
& per obitum familiaris alterius Cardinalis, va-
cantium niſi ſuper prædicto conſenſu præſtando,
ſpeciale habeat Indultum, dixit eadem *Rota deciſ.*
303. *in fine part.* 17. *recent.*

Hujuſmodi vero Auctoritates, etſi emanave-
rint in caſu, quo controverſia vigebat inter Da-
tariam, & Cardinalem ordinarium Collatorem,
dum Cardinalis Patronus aut erat defunctus, aut
erat abſens. Nihilo minus æque principaliter fir-
70 mant ſupra relatas concluſiones, quod ſcilicet *Re-
gula XXXIII.* non habeat locum, niſi quando
mediante particulari Indulto ceſſet reſervatio ra-
tione familiaritatis, quodque Regula præfata ſub-
lata ſit per Conſtitutiones *Gregorianam*, & *Pau-
linam*; Proindeque, cum iſtæ rationes militent,
& decidant etiam caſum, in quo uterque Cardi-
nalis, Patronus ſcilicet, & Titularis concurrat,
non eſt curandum de caſus diverſitate, quia ratio,
quæ eſt communis, non caſus diverſitas attenditur, 71
Rota deciſ. 154. *num.* 11. *part.* 10. *recentior.*

Nec momenti eſſe debet, quod *Sixtus IV.* in- 72
dulſerit Cardinalibus Titularibus quod Beneficia in
eorum Titulis exiſtentia, & in Curia vacantia
conferri non poſſent a Papa, niſi de expreſſo
ipſorum conſenſu. Siquidem Privilegium hujuſ-
modi emanavit per viam Regulæ Cancellariæ, 73
quæ cum ſuo Authore expiravit, nec a Succeſſo-
ribus Pontificibus fuit unquam renovata, ut ait
Æneas de Falconibus de reſervat. 2. *quæſt. princip.
n.* 10. *verſ. Et iſta.* Et quamvis Doctor præfatus
aſſerat, ad illius aures perveniſſe, quod ſuper di-
cta Regula fuerit eapedita Bulla, attamen ei non 74
eſt credendum, niſi de illius expeditione doceatur;
præcipue cum loquatur de auditu, *Coccin. & Lan-
cellot. in eorum Voto apud Amayden. dicto cap.* 34.
fol. 517. *verſ. Nec minus cum ſeqq.* Et in omnem
caſum eſſet redacta ad terminos Conſtitutionis *Pau-
linæ*, ut proſequitur idem Votum §. *Et ceſſat.*

Hinc non obſtant Cardin. *de Luca*, & *Pigna-
tell.* in contrarium allegati, quia ex recenſitis fun-
damentis eliſæ remanent rationes per ipſos eapen-
ſæ. Et quoad eaempla, illud, de quo *Seraphi-
nus*, & *Robuſterius*, attendi non meretur, cum 75
emanaverit tempore *Sixti V.* & ſic ante editas
ſæpe laudatas Conſtitutiones *Gregorianam*, & *Pau-
linam.* Reſolutio vero ad favorem Cardinalis *Gi-
netti* Titularis edita anno 1636. eliditur ab alia
poſteriori emanata ad favorem Cardinalis *Carpi-* 76
nei Patroni contra clar. memor. Cardinalem *Ot-
thobonum* Titularem Sancti Marci, nam convoca-
ta Congregatione particulari in enunciata Cauſa
Romana Beneficii S. Andreæ ſub die X. Octobris
1670. reſolutum fuit, *collationem pertinere ad
Sanctiſſimum*, & in præſtando conſenſu *præferen-
dum eſſe D. Cardinalem Patronum*; collatoque
Beneficio *Federico Bonaventura*, in Litteris Apo-
ſtolicis expeditis ſub datum *Romæ apud Sanctam
Mariam Majorem* 1680. 6. *Kalendas Novembris*,
ſan. mem. *Clementis X.* anno primo, facta fuit
expreſſa mentio dictæ reſolutionis a Pontifice ap-
probatæ, ibi — *Ex voto Congregationis per Nos
ſpecialiter deputatæ, & per Nos oretenus appro-
bato ſuper dubio præſtationis conſenſus in proviſio-
ne Eccleſiæ, ſeu Cappellæ, aut Beneficii hujuſmo-
di conferimus &c.* Atque ex his, poſteriorem hanc
ſententiam eaiſtimo veriorem, ac melioribus ra-
tionibus fulcitam, pro qua alias conſuluit celeber-
rimus Beneficialiſta *Armindus Riccius* in ſuo bre-
vi reſponſo tenoris, qui ſequitur.

Regula *Cancellaria XXXIII. præferens Car-
dinalem Ordinarium Collatorem Cardinali Patro-
no, non habet locum, niſi, quando Cardinalis
Ordinarius habet Indultum conferendi Beneficia* 77
*reſervata ex capite familiaritatis Cardinalitia,
Lotter. lib.* 2. *deciſ.* 32. *n.* 91. *&* 92. *Rota dec.* 654.
num. 25. *ad* 37. *part.* 4. *tom.* 3. *Rec. & deciſ.* 59.
num. 6. *ad* 12. *part.* 6. *Recent.*

*Hæc tamen facultas dari conſuevit tantummo-
do Cardinalibus Nepotibus Pontificis ſicuti dedu-
citur in Æſina familiaritatis Cardinalitia, ut in* 78
*Memoriali, cujus copia datur. In Indultis namque
aliorum Cardinalium expreſſe mandatur, ſervari
Conſtitutionem Pauli Quinti* 18. *quæ in* §. *pri-* 79
mo poſt medium verſ. Voluit ulterius, *mandat præ-
ferri Cardinales Patronos Cardinalibus Ordinariis*
Colla-

Collatoribus, *& reducit Regulas Cancellariæ* edi-
tas, *& edendas ad terminos ejuſdem Conſtitu-
tionis*, *& hinc in prædicta Regula XXXIII. ſub
Pontificatu Alexandri VII. addita fuerunt ver-*
80 *ba illa* -- Salvis ſemper Indultis, conceſſis, &
concedendis S. R. E. Cardinalibus -- *Unde ſe-
cundum præmiſſa*, *collatio Canonicatus nuper va-
cati pertinet ad Sedem Apoſtolicam*, *uti re-
ſervati ratione familiaritatis Cardinalitiæ ex Re-
gula IV. Cancellariæ*, *& nominatio pertinet ad
Cardinalem Patronum ex Regula XXXII.*

Sciendum tamen eſt, *an Canonicus defunctus*
81 *habuerit aliquod Officium*, *ſeu* Cavalieratum *Ro-
manæ Curiæ*, *cujus ratione fuerit*, *vel Familia-
ris Pontificis ex privilegio*, *vel etiam Protono-
tarius*, *quia in quolibet horum caſuum excluſus
remaneret Cardinalis Patronus juxta declaratio-
nem poſitam in eadem Regulâ XXXII.* verſ. De-
clarans, *& de conſequenti collatio libera remane-
ret Sedi Apoſtolicæ.* Hæc Armindus Riccius.

Ceterum, quatenus Cardinalis *de Luca dicta
diſc.* 3. *num.* 8. aſſerat, in dicta *Romana Beneficii
S. Andreæ* fuiſſe ab aliquibus, qui Congregationi
interfuerunt proceſſum cum motivo, quod *Regulæ*
82 *XXXII.* locus eſſe non poterat, quia familiaris
ille Cardinalis *Carpinei* obierat Sede Apoſtolica
vacante, neque Regula præfata effecta ſit perpe-
tua per Conſtitutiones *Gregorii*, & *Pauli*, quæ
referuntur ad *Regulam XXXII.* hoc non tollit,
83 quod ſi obitus familiaris Sede plena eveniret, Car-
dinalis Patronus conſenſum præſtare non deberet;
fundamenta enim ſupra deducta æque bene mili-
tant in hoc etiam caſu, licet magis de facili in-
trare debeat conſenſus Cardinalis Patroni, quan-
do familiaris *Sede Apoſtolica vacante* decedit, quia
tunc ceſſat effectus Regulæ XXXIII. In nihilo
refragante reſponſione Cardinalis *de Luca*, quod
reſervatio ſemel impreſſa ſemper duret, quia hic
non agitur de affectione, neque de Collatione, ſed
de conſenſu, ut in præcedenti Regula dictum eſt.

Sed celebris quoque in terminis hujus Regulæ
84 fuit triangularis controverſia diſcuſſa anno 1698.
inter Datariam Apoſtolicam, Eminentiſſimum D.
Cardinalem *Otthobonum*, & Eminentiſſ. D. Car-
dinalem *Franciſcum Barberinum* occaſione vaca-
tionis Canonicatus in Baſilica S. Laurentii in
Damaſo ſequutæ per obitum *Coſmæ Carboni*, qui
fuerat primo Coadjutor Studiorum bon. mem.
Bevilacqua Rotæ Auditoris, poſtmodum vero in
Curia Advocatus, & eodem tempore Familiaris
D. Cardinalis *Barberini*. Contendebat enim iſte,
Canonicatus collationem ſpectare ad Datariam,
ſed prævio ipſius conſenſu. D. Cardinalis *Ot-
thobonus* autumabat, vel ſubſtineri collationem
de eodem Canonicatu jam per eum expletam
favore *Ronzoni*, vel, quatenus collatio ad Da-
tariam ſpectaret, in ea ſaltem ipſius conſenſum
intervenire debere ad excluſionem conſenſus Car-
dinalis *Barberini* Patroni; Datariæ vero Mini-
ſtri exiſtimabant, Canonicatum ad liberam Pon-
tificis diſpoſitionem pertinere. Sed Colligan-
tium juribus perpenſis in Congregatione particu-
lari, cui interfuerunt Clar. Cardinalis *Panciaticus*
Pro-Datarius, & ex Prælatis *Philippuccius* Pon-
tificis Auditor, *Molines*, & *Anſaldus* Sacræ Ro-
tæ Auditores, *Sperellus* Vicesgerens, & *Corra-
dinus* Subdatarius, die 30. Maji 1698. reſpon-
ſum fuit, *Collationem Emi D. Cardinalis Ottho-
boni non ſubſtineri*, *& ſuper reliquis videatur.*
In altera vero Congregatione habita *die* 30. *Au-
guſti* ejuſdem anni prodiit Reſcriptum -- *Non li-
quet* -- Et ſucceſſive Canonicatus fuit a Sede
Apoſtolica ex integro collatus *Ronzono* ab Emo
Otthobono volito, ſed non nominato.

In hac controverſia pro excluſione conſenſus
prætenſi a D. Cardinali *Barberino* perpenſum fuit,
quod, licet vigore ſæpe laudatarum Conſtitutio-
num *Gregorii XIV.* & *Pauli V.* Beneficia va-
cantia per obitum Familiarium DD. Cardinalium
conferri debeant a Sede Apoſtolica, prævio con-
ſenſu Cardinalis Patroni, ordinario Collatore pe-
nitus excluſo. Nihilo minus, cum D. Cardinalis 85
Otthobonus Titularis Indulto gaudeat conferendi
in ſpecie Beneficia reſervata ex capite familiaritatis
Cardinalitiæ, cum expreſſa derogatione Conſtitu-
tionibus præfatis, vigore utique hujuſmodi Indul-
ti ceſſat facultas præſtandi conſenſum, qua, eo
excluſo, gaudere poterat Cardinalis Patronus, ut
ſupra diximus ex *Lotteria*, & *Rota*, quam ſe-
quutus fuit *Armindus Riccius* in ſuis Allegatio-
nibus editis in Cauſis *Æſina Familiaritatis*, &
Romana Canonicatus S. Marci.

Excluſio vero D. Cardinalis *Otthoboni* a colla- 86
tione Canonicatus emergebat ex illius Indulto, in
quo expreſſe excipiuntur Beneficia vacantia apud
Sedem. Et Beneficia Urbis, quæ vacant per obi-
tum Curialis in Urbe (prout erat *Carbonus*, qui 87
prius inſervüt Rotæ Auditori, & deinde in Urbe
Advocati muneris exercuit, cujus exercitii ratione
nexibus Curiæ alligatus erat) dicuntur proprie va-
care apud *Sedem*, & non includuntur ſub Indulto 88
Cardinalibus etiam Pontificum Nepotibus elargiri
ſolito, ut diximus in *Comment. in Regul. I.*

Nec relevare dicebatur, quod, ſi D. Cardi-
nalis *Otthobonus* ordinarius Collator conferre non
poterat, ergo nec poterat excludere D. Cardina-
lem *Barberinum* Patronum a præſtando conſen-
ſu; ad quid enim illi favere, ſi nihil habiturus
eſt? *ad text. in leg. Si poſt mortem* §. *Liberti ff.
de Bonor. Poſſeſſ. contra Tabul.* Siquidem exiſten-
tia Cardinalis ordinarii Collatoris habentis Indul- 89
tum conferendi Beneficia reſervata ex capite fa-
miliaritatis Cardinalitiæ excludit Cardinalem Pa-
tronum a conſenſu, & licet ille non conferat,
tamen aperit viam Datariæ libere conferendi,
cum non ſit novum in Jure, quod, licet quis 90
non ſuccedat, tamen alterum excludat, & ſemi-
tam ſternat tertio in ſucceſſione, ut eſt *text.* ſingu-
laris *in leg.* 2. §. *Si ſit Agnatus ff. ad Senat. Conſult.
Tertullian.* ubi, exiſtentibus Agnato, Patre in 91
aliena Familia adoptato, & Matre; reſolvitur,
quod Agnatus excludat Patrem, & licet ipſe Agna-
tus non ſuccedat, tamen aperit ſucceſſionis viam
favore Matris, quæ, eo non extante, a Patre ex-
cludebatur, *Caſtrenſ. conſ.* 149. *num.* 3. *lib.* 1. *Rot.
dec.* 59. *n.* 3. *part.* 1. *dec.* 43. *n.* 8. *part.* 7. *Rec. &
dec.* 418. *num.* 5. *&* 6. *cor. Royas*, cum aliis per
Roccam diſput. 38. *num.* 6. *&* 7. ubi ampliat,
etiamſi Mater velit juri ſuo renunciare, ſive nolit 92
Filii hæreditatem agnoſcere.

Et cum hoc principio in ſimili controverſia
proceſſum fuit ſub *Alexandro VII.* Nam, cum
vacaſſet Canonicatus *Bononien.* per obitum *Scipio-* 93
nis Baldi, qui fuerat Dapifer in Conclavi ſan.
mem. *Urbani VIII.* & tres pro illius collatione
concurrerent, nempe Dataria, Cardinalis *Colum-
na* Indultarius, & Cardinalis *Ludoviſius* Patro-
nus. Dataria excluſit *Columnam* ex juribus *Ludo-
viſii*, deinde excluſit *Ludoviſium*, quia defun-
ctus, tanquam Dapifer, erat Familiaris Papæ,
cujus familiaritas offuſcabat illam Cardinalis Pa-
troni, & ſic ſola exiſtentia Cardinalis Patroni,
licet conſenſum præſtare non valentis, excluſit
Cardinalem Indultarium, & aperuit viam liberæ

collationi Datariæ, ut ex Voto *Armindi Riccii* in
dicta Cauſa *Bononien. Canonicatus*. Ita ſimiliter
94 in hoc caſu Dataria excludebat Cardinalem *Bar-
berinum* Patronum ex juribus D. Cardinalis *Ot-
thoboni* ordinarii Collatoris, & Indultum haben-
tis conferendi Beneficia reſervata, etiam ex ca-
pite familiaritatis Cardinalitiæ, qui licet confer-
re non poterat, quia defunctus fuerat Curialis,
aperiebat nihilo minus Datariæ viam libere conſe-
rendi Canonicatum; Sicque propter exiſtentiam
Cardinalis Collatoris ordinarii conſequebatur ipſa,
quod alias de per ſe conſequi non poterat, ſicuti
95 in dicta *leg*. 2. Mater ex ſola exiſtentia Agnati ſuc-
cedit, & excludit Patrem, quem alias excludere
non potuiſſet.

Quovero ad alteram inſpectionem, an ſaltem
in proviſione Canonicatus facienda per Datariam
intercedere deberet conſenſus D. Cardinalis *Ot-
thoboni* ordinarii Collatoris. Pro affirmativa pon-
96 derabatur diſpoſitio *Reg. XXXIII.* in qua duo
caſus diſtinguuntur; primus eſt, quando Bene-
ficium non eſt reſervatum, & tunc diſponitur,
quod, excluſo conſenſu Cardinalis Patroni, Be-
neficium libere conferatur a Cardinali ordinario
97 Collatore. Secundus caſus eſt, quando Benefi-
cium vacavit per obitum Familiaris apud *Sedem*,
& tunc decernitur, quod proviſio fiat de conſenſu
98 Cardinalis Collatoris. Cum igitur ad tramites hu-
jus ſecundi caſus Canonicatus vacaverit apud *Se-
dem* vivente Cardinali *Barberino* Patrono, & con-
currente Cardinali Titulari, collatio facienda qui-
dem erat per Datariam, ſed, prævio conſenſu
ejuſdem Cardinalis ordinarii Collatoris, juxta ter-
minos dictæ *Regulæ XXXIII.*

Et, quamvis verior opinio ſit, Regulam hanc
eſſe revocatam per Conſtitutiones *Gregorii XIV.*
99 & *Pauli V.* id tamen procedit, quando Cardi-
nalis Titularis Indulto ſpecifico non gaudet con-
ferendi Beneficia vacantia per obitum Familia-
rium, cum ſufficienti derogatione iiſdem Conſti-
tutionibus, ſecus ſi Indulto præfato fruatur, prout
eo gaudet D. Cardinalis *Otthobonus*. Stante enim
hujuſmodi Indulto, diſpoſitionem Regulæ adhuc
vigere, ex *Lotter.* & *Rota* diximus ſupra *§. Hinc
in editione* in fine, ubi etiam adnotatum fuit,
100 quod ex dicta ratione ſan. mem. *Alexander VIII.*
mandavit, hanc Regulam non deleri, prout in
Congregatione pro conficiendis datariæ Regulis
fuerat a bon. mem. *Emerix* motivatum.

Nec obſtare dicebatur, quod Indulto D. Car-
101 dinalis *Otthoboni* locus eſſe non poterat, ex quo
in eo excipiantur Beneficia vacantia apud *Sedem*,
prout erat Canonicatus obtentus per *Carbonum*,
102 qui fuerat Curialis. Reſpondebatur enim, id re-
cte procedere, ſi laudatus Cardinalis Canonicatus
collationem prætenderet vigore Indulti, ſecus ve-
ro, quando vellet tantum præſtare conſenſum vi-
gore *Regul. XXXIII.* in proviſione de illo ex-
plenda per Datariam. Longe namque inter ſe dif-
103 ferunt collatio, & conſenſus, illa enim non cadit
in Beneficiis vere vacantibus apud *Sedem*; At
conſenſus præſtari debet, etiam ubi concurrit hæc
reſervatio, ut diximus in *Comment.* in præceden-
tem *Regulam XXXII.* Et revera *Regula XXXIII.*
in ſecundo caſu loquitur, ubi Indultum conferen-
di non eſt operativum, quia ſupponit, Benefi-
cium *vacaſſe apud Sedem per obitum Familiaris*,
& tamen requiritur conſenſus Collatoris, licet
alias conferre non potuiſſet.

Adverſus hæc reſpondebatur a Datariæ Mini-
ſtris, quod utraque pars *Regulæ XXXIII.* reſpi- 104
ciens favorem Cardinalis Titularis, conferendi
nempe, ſi Beneficium non eſt reſervatum, &
conſenſum præſtandi in illius proviſione, quate-
nus vacet apud *Sedem*, revocata fuit per Conſti- 105
tut. XIX. *Gregorii XIV.* & per alteram LVIII.
Pauli V. in quibus primo diſponitur, quod Be-
neficia vacantia per obitum Familiaris Cardinalis,
etiamſi ceſſent Apoſtolicæ Reſervationes, diſpoſi-
tioni Sanctitatis Suæ reſervata cenſeantur, & in
hac parte derogatur primæ parti Regulæ XXXIII.
Deinde ſancitur, quod in tali caſu Cardinalis
Patroni conſenſus requiratur, excluſo Ordinario
Collatore, & hoc reſpicit derogationem ſecundæ
partis Regulæ XXXIII. & diximus ſupra *num.*
9. *& pluribus ſeqq.* Hoc ſuppoſito, quamvis D. 106
Cardinalis *Otthobonus* Indulto gaudeat conferendi
Beneficia Familiarium cum derogatione Conſti-
tutioni *Paulinæ*, propter quam reviviſcit Regula
XXXIII. tamen id reſpicit primam partem ejuſ-
dem Regulæ, ut ſcilicet, ceſſante per Indultum
reſervatione ex capite familiaritatis, poſſit con-
ferre Beneficia Familiarium, ſed trahi non poteſt
ad ſecundam partem *de conſenſu præſtando*, de 107
quo idem Indultum nullam facit mentionem, nec
quoad conſenſum derogatur in illo Conſtitutioni
Paulinæ, quæ proinde firma remanere debet in
illius præjudicium. Et profecto nunquam audi-
tum fuit in Dataria, quod Cardinalis Collator 108
conſenſum præſtare debeat in Proviſionibus Apo-
ſtolicis Beneficiorum vacantium per obitum Fami-
liarium DD. Cardinalium, quamvis innumeræ
habitæ fuerint diſputationes cum clar. me. Card.
Francisco Barberino Seniore gaudente ſimili am-
pliſſimo Indulto.

Ponderabatur ulterius, quod quæſtio hæc ſu-
per conſenſu præſtando a D. Cardinali *Otthobono* 109
inſtaurari poterat, ſi res ex illius parte fuiſſet in-
tegra, ſed, cum ille Canonicatum jam contuliſ-
ſet, & vigore dictæ collationis Proviſus poſſeſſio-
nem adeptus fuiſſet, ex his actibus cenſebatur
renunciaſſe juri præſtandi conſenſum, prout facere
poteſt quilibet Cardinalis, cum remaneat in ejus
libertate conſentire, vel non conſentire, *Rot. dec.*
2272. *num.* 4. *coram Coccin.* & diximus in præ-
cedenti Regula XXXII. *num.* 15. & licet Col-
latio fuerit nulla, nihilo minus amplius conſentire
non poterat, ſibique imputare, ſi elegerit viam
inutilem, unde locus erat regulæ: *quod potui* 110
nolui, & quod volui adimplere nequivi.

REGU-

R E G U L A XXXIV.

Signatura per Fiat *præferatur alteri per* Conceſſum.

ITem voluit idem D. N. quod concurrentibus eadem die ſuper quocumque Beneficio per Fiat, & pet Conceſſum Signaturis, ex eis per Fiat, etiam ut petitur habens, alteri per Conceſſum etiam Motu proprio habenti præferatur, etiamſi in illa per Conceſſum prægnantiores, & quantumlibet privilegiativæ eſſent clauſulæ.

A R G U M E N T U M.

PRæſens Regula, qua decernitur, Signaturam per *Fiat* præferendam eſſe Signaturæ per *Conceſſum*, ſi ambæ ſuper cujuſcumque Beneficii proviſione eadem die concurrant, eſt de antiquis Regulis Curiæ a *Julio III.* & *Gregorio XIII.* ampliata, Juri communi conformis, & litium extinctiva. De tribus nominibus, quibus ſubſcribendo utitur Papa, *Perſonæ* ſcilicet, *Dignitatis*, & *Officii* Epiſcopalis, & cur ſubſcribendo Supplicationibus, adhibet Nomen, quod in Baptiſmate recepit, in Literis vero Apoſtolicis apponatur Nomen, quod aſſumſit in Pontificatu? Differitur, qui primus poſt electionem ad Pontificatum Nomen in Baptiſmate receptum ſibi mutavit? & enumerantur Pontifices, qui, poſtquam invaluit mutandi Nominis uſus, adhuc in Pontificatu illud retinuerunt. Pontifices, quo tempore *Papæ* nomen uſurparunt, & numerum ſui Nominis, videlicet *Clemens PP. XII.* ſcribere cœperunt. Supplicationes Gratiarum non ſolum a Pontifice ſignantur, ſed etiam ab eo, cui indulgeri ſolet facultas ſignandi per *Conceſſum*, & de modo, quo ab illo ſignantur. Enarratur extraordinaria facultas, quam olim Pontifices infirmitate detenti concedere conſueverant ſignandi quarumcumque Gratiarum Supplicationes per *Conceſſum*, & agitur de forma a Conſtitutione ſan. mem. *Innocentii* XII. præſcripta pro ſignandis Supplicationibus per *Conceſſum* tempore infirmitatis Pontificis. Gratia ſignata pet *Conceſſum* ejuſdem eſt efficaciæ, ac altera ſignata per *Fiat*, & ſolum verſatur inter eas diſcrimen circa prælationem in terminis hujus Regulæ, ita ut præferatur illa ſignata per *Fiat*, quamvis ille, qui obtinuit Signaturam per *Conceſſum*, majoribus præfulgeat meritis, & prærogativis. Et quid dicendum, ſi habens Signaturam per *Conceſſum* probare velit illius anterioritatem Signaturæ per *Fiat*? Regula, an locum habeat, ſi geminæ præfatæ Signaturæ concurrant ſupet Gratia Reſignationis Beneficii, aut reſervatione Penſionis favore duorum expleta? Et inter duas Signaturas, quarum una ſit per *Fiat*, & altera per *Fiat ut petitur*, aut una per *Fiat Motu proprio*, altera per *Fiat ut petitur*, quænam ex illis præferri debeat? Poſtremo explicatur, quomodo poſſit hæc Regula ad praxim deduci, ſi ex Literis Apoſtolicis non apparet, an Gratia ſit ſignata per *Fiat*, vel per *Conceſſum*, & ceteroquin ad formam Supplicationis judicari non poſſit, ut præſcribit *Regula XXVII.*

S U M M A R I U M.

1 *Si concurrant eadem die ſuper quocunque Beneficio dua Pontificis Signatura, altera per* Fiat, *altera per* Conceſſum, *illa expleta per* Fiat *præfertur.*

2 *Signatura per* Fiat *ceteris aliis nobilior eſt.*

3 *Regula cum Jure communi concordat.*

4 *Et eſt de antiquis Regulis Curia, eamque* Julius III. *&* Gregorius XIII. *ampliarunt.*

5 *Reprobatur Auctor* Gallus *Anonymus exiſtimans, differentiam inter Signaturas per* Fiat, *& per* Conceſſum *adinventas fuiſſe ad effectum lites protrahendi.* & num. 6.

7 *Pontifex tribus nominibus ſubſcribendo utitur,* Perſonæ *ſcilicet,* Dignitatis, *&* Officii. *Et quando ſingula hac nomina adhibere ſoleat?*

8 *Pontifex cur Gratiarum Supplicationibus ſubſcribat nomine, quod in Baptiſmate recepit, & in Literis, quæ ſuper iis poſtea expediuntur,*

Fiat, & inhærendo Regulæ, tradunt *Sot. hic num.* 2. *Pariſ. de Reſignat. lib.* 8. *quaſt.* 7. *num.* 83. *Gomez in Compend. Signatur. verſic. Sed advertendum*, *Solier. ad Paſtor. de Benef. lib.* 2. *tit.* 3. *litt. A. Van Eſpen in Jus Eccleſ. univ. part.* 1. *tit.* 23. *num.* 23. *Bouchel. in Biblioth. Canoniq. verb. Signaturæ pag.* 610. §. *Item il* 1. ubi aſſignat rationem -- *parce que la Proviſion du Pape à cauſe de ſa prérogative doit être préférée* -- *Mandoſ. conſ.*
2 16. *ſub num.* 4. ubi quod Signatura per *Fiat* ceteris aliis nobilior eſt, & operatur in inſtanti, *Roſ. de Exequutor. lib.* 1. *cap.* 1. *in Addit. num.* 10. *Rot. dec.* 829. *num.* 1. *cor. Emerix.*

3 Concordat Regula cum Jure communi in *Cap. Si a Sede*, *de Præben. in* 6. ut ait *Sot. loco cit.* & eſt de antiquis Regulis Curiæ, quam primo
4 ampliavit *Julius III.* qui poſt verbum per *Fiat*, adjecit, *etiam ut petitur*; & poſt dictionem *alteri per Conceſſum*, addidit *etiam Motu proprio habenti*. Et deinde *Gregorius XIII.* qui Regulæ appoſuit verba -- *etiamſi in illa per Conceſſum prægnantiores*, & *quantumlibet privilegiativæ eſſent clauſulæ* -- Quibus ex additionibus quamplurimas ſublatas fuiſſe quæſtiones, quæ ſuper Regulæ intelligentia antiquitus oriebantur, obſervat *Kocbier ibidem num.* 12.

Auctor Anonymus Libri Gallico idiomate ſcripti, cui titulus -- *Hiſtoire de l'origine des Dixmes, des Benefices &c. pag.* 312. maligne aſſerit, tem-
5 pore Schiſmatis circa annum 1047. excogitatam fuiſſe differentiam hanc inter Signaturam per *Fiat*, & alteram per *Conceſſum*, pluresque adinventas clauſulas, inſeri modo ſolitas in Literis Apoſtolicis; & inhærendo ſenſibus damnati *Molinei*, ſubdit, quod, cum tempore præfato Pontificia Auctoritas flocci penderetur, adeo ut Florentini privaverint *Joannem XXIII.* facultate conferendi Beneficia per quinquennium in eorum Dominio; hinc Curia Romana nova procuravit media redeundi ad priſtinum ſplendorem, & recuperandi antiquam auctoritatem, *car ce fut* (ſunt verba parum religioſi Auctoris) *dans ce même tems que l'on commença à remplir les Bulles de clauſes infiniment embaraſſantes*; *on commença à mettre de la difference entre celles qui étoient ſignées avec ce mot* Conceſſum, & *celles qui l'étoient par celui de* Fiat. *Entre celles qui ont la clauſe* Motu proprio, & *celles qui ont celle* d'anteferri. *Il naiſſoit de là une infinité de Proces, mais c'étoit le profit de la Cour qui en étoit Juge*, & *qui ſçavoit bien les moyens de les faire durer*, & *même de les immortaliſer.*

Sed quidquid ore maligno oblaterer Auctor iſte,
6 nil antiquius habuere Pontifices, quam lites, & jurgia præcidere, ut ex *Innocentii III.* Reſcripto in *Cap. Finem litibus*, *de Dol.* & *Contumac.* & *Gregorii IX.* in *Cap. Jurgantium Controverſias*, *de Sentent.* & *Re judicat.* Et non aliam ob cauſam, quam, ut finis litibus imponatur, & partes laboribus, & expenſis non graventur, placuit iiſdem quamplurimas edere Cancellariæ Regulas, illas præſertim de *Subrogandis Collitigantibus*, ac de *Annali*, & *Triennali Poſſeſſoribus*, & de *non appellando ante ſententiam definitivam*, ut in *Comm.* in eaſdem Regulas dictum eſt. Quin imo clauſulæ ipſæ per *Fiat*, & per *Conceſſum* lites celerius extinguunt, non fovent, dum ex eadem Data in pluribus Pontificiis Proviſionibus Litium ſeminarium circa prælationem oriri ſolet, eaſque præcidit Regulæ diſpoſitio; Unde, ut verbis utar alterius Anonymi Auctoris novarum *Notarum* in Tractatum *Paſtor. de Benefic. lib.* 2. *tit.* 6. mirantis, quod ejuſdem Regulæ diſpoſitio recepta non ſit in Gallia -- *quæ enim invidia*, *quod in concurſu Datarum habens Gratiam per* Fiat *præferatur habenti per* Conceſſum, *ut diſponit Regula*, *quandoquidem explorati juris eſt*, *Proviſum per ipſum Epiſcopum præferri Proviſo eodem die per Vicarium Epiſcopi. Et quamplurimis Gallicanis Judiciis ſtabilitum fuit*, *ex pluribus de uno Beneficio ſub eadem Data proviſis*, *illum præferendum eſſe*, *qui ab eo proviſus erit quem conſtat eſſe Dignitate ſuperiorem*, *ut teſtatur Cabaſutius in Theor.* & *Prax. Jur. Canon. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 2.

Tribus nominibus ſubſcribendo utitur Romanus
Pontifex, *Perſonæ* ſcilicet, *Dignitatis*, & *Officii*. 7
Officii Epiſcopalis nomine utitur in ſubſcriptione Diplomatum ſuper re gravi, cui ſubſcribunt quoque Cardinales, & hanc adhibet ſubſcribendi formulam -- *Ego Clemens Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.* -- Pontificiæ *Dignitatis* nomen adhibet ſubſcribendo Chirographis, nempe -- *Clemens PP. XII.* Et *Perſonæ* nomine utitur in ſubſcriptione Regularum Cancellariæ, Supplicationum, Minutarum, & Gratiarum, quas *Motu proprio* concedit, apponendo in eis primam Nominis recepti in Baptiſmate literalem figuram, nempe FIAT, ſive PLACET L. id eſt LAURENTIUS, Nomen in Baptiſmate receptum a Regnante Pontifice CLEMENTE XII. Supplicationes igitur Matrimoniales, nec non Beneficiales, non continentes Nominationes ad Penſiones, nec Mandata, nec Gratias *Motu proprio*, ſignantur poſt primam partem per hæc verba -- FIAT UT PETITUR L. & in margine ſecundæ partis -- FIAT L. Supplicationes vero continentes Gratias *Motu proprio* conceſſas, exceptis nominationibus ad Penſiones, & Mandatis, ſignantur poſt primam partem his verbis - FIAT MOTU PROPRIO L. & in margine ſecundæ partis -- FIAT L. -- Et demum Supplicationes, quæ continent Mandata, & Nominationes ad Penſiones, ſignantur -- PLACET L.

Sed cur Pontifex Supplicationibus ſubſcribat
Nomine, quod in Baptiſmate recepit, in Li- 8
teris vero Apoſtolicis deſuper confectis apponatur Nomen, quod aſſumit in Pontificatu, nempe *Clemens Epiſcopus &c.*? Varias rationes perpendere conatus fuit *Gameſ. in Compend. utriuſque Signatur. num.* 6. Ait enim, quod ideo factum dici poteſt, quia Papa in Supplicatione ſignanda Perſonam privatam, in Literis vero publicam Perſonam repræſentat; vel quia Nomen in Baptiſmate receptum, eſt naturale, Pontificis vero inductivum, & accidentale; Vel quia in Literis Papa non ſcribit, ſed ſcribunt Officiales; Vel demum, quia quando Papa organo ſuæ vocis loquitur, videtur loqui tanquam Perſona privata, quia per ſe ſcribere, & loqui, ſunt actus perſonalitatem denotantes, non ſic in Literis Apoſtolicis, in quibus loqui videtur, tanquam Chriſti Vicarius. Aliam aſſignat rationem *Gambar. de Auctor. Legat. a Later. lib.* 8. *tit. de Poteſt. Legat. in Judicial. num.* 208. quam non improbabilem exiſtimat *Emus Petr. in Conſtit. Apoſtol. tom.* 2. *pag.* 180. *num.* 7. nempe id inductum fuiſſe, ne Pontificis Nomen deſcriptum inveniatur in vili Cedula, quam aliquando Datarii lacerare ſolent.

Verum, cum actus juriſdictionalis ſubſcribendi
Supplicationibus Gratiarum, non poſſit compe- 9
tere Papæ, niſi tanquam Chriſti Vicario, nec ad actum illum peragendum aliquod prorſus privatæ Perſonæ nomine, jus ei competat, imo & novum Nomen in acceptatione Pontificatus aſſumat, exemplo Principis Apoſtolorum, qui nomen *Petri* aſſumſit, relinquendo illud *Simonis*,

ut

ut ſic oſtendat tum ſupremam, qua pollet præe-
minentiam, tum, quod ſicut terrenæ cogitatio-
nes, & curæ ſont ab ipſo conculcandæ, & obli-
vioni mandandæ, ita ſecularis appellatio ſit ab
eo rejicienda, *Barboſ. de Jur. Eccleſ. univ. lib.* 1.
cap. 1. *num.* 114. Hinc rationes *Gomeſii*, quas
poſtmodum quamplurimi Doctores ſequuti ſunt,
& præſertim *Corrad. de Diſpenſat. lib.* 2. *cap.* 4.
num. 5. *Emus Petra in Conſtit. Apoſtolic. dict. tom.*
2. *ſub num.* 7. non videntur tutæ, eaſque refellit
Roſ. de Execut. part. 1. *cap.* 1. *num.* 15. *& ſeq.* &
num. 9. reſpondet rationi ponderatæ a *Gambar.* lo-
co ſupra laudato.

Quæ igitur ſit vera diſcriminis ratio, difficile
10 eſt inveſtigari, cùm non omnium, quæ veneran-
da introduxit antiquitas, certa ratio reddi poſſit,
ut inquit Juriſconſultus *in leg. Non omnium ff. de*
legib. & in propoſito obſervat *Roſ. ubi ſupra num.*
20. Ponderari tamen poſſet, quod ratio ſubſcriben-
di Supplicationibus proprio Nomine repoſita ſit in
Pontificum humilitate; Dum enim perſonæ pro-
priæ Nomen, homo in Apice Dignitatum po-
ſitus, ſæpius expendit, humilitatis ſemitam cal-
cat, mortalitatis propriæ memoriam facile aſſer-
vat, & a faſtu ſe abſtinet. Hæcque ratio memo-
riæ mortalitatis, & humilitatis uſus, vel ex eo
comprobatur, quod Nomini perſonali, Pontifex
non adjungit oomen Familiæ, quantumvis Nobi-
lis, ſicut mundanam ſequentes vanitatem adjun-
gunt, & aliis ſe exornant pompoſis, magnifi-
ciſque Titulis, ſed Chriſti veſtigia ſequendo, glo-
riam omnem in humilitate reponit, alioſque pro-
prio exemplo ad hanc fundamentalem virtutem
hortatur, ut poſt *Abbat. in cap.* 2. *de Cleric. Ve-*
nat. dixit *Corrad. in Prax. Diſpenſat. dict. lib.* 2.
cap. 4. *num.* 12. *&* 13. Quemadmodum ex hoc hu-
militatis fundamento in Literis Apoſtolicis Ponti-
ficatus Nomen, non alio exornat Titulo, quam
illo Servi Servorum Dei, quod primum om-
nium ſervaſſe *Gregorium I.* obſervat præ ceteris
Eminentiſſ. Petr. in Conſtit. Apoſtolic. tom. 1. *pag.*
147. *num.* 4.

11 Qui vero ex Romanis Pontificibus primus fue-
rit, qui poſt aſſumtionem, Nomen in Baptiſma-
te receptum ſibi mutavit, non eadem eſt Docto-
rum Sententia. Sunt, qui mutationis hujuſce Au-
ctorem agooſcunt *Sergium II. anno* 844. Pontifi-
cem electum, & mutationis cauſam fuiſſe, quod
aliud Nomen tanto Sacerdotio indecens, habe-
ret (Dicebatur enim *Os Porci*) inter quos *Plati-*
na, *Simonett. Martinus Polonus*, *Godophridus Vi-*
terbienſis in Chronico, *Diſmarus*, aliique, nec non
Gonzal. in Regul. 8. *gloſſ.* 1. *num.* 44. *&* 45. Sed
Fabellam hanc merito rejiciunt *P. Pagius in Brev.*
Geſt. Roman. Pontific. in Vita Sergii IV. Macr. in
Hierolex. verb. Papa pag. 422. *columm.* 2. *Epiſco-*
pus Sarnell. Epiſtol. Eccleſ. 5. *tom.* 2. ex eo præci-
pue, quod noo *Sergius II.* ſed *Sergius IV.* voca-
batur *Os Porci*, vel *Bucca Porci*, & *Anaſtaſius*
Bibliothecarius, a quo non recedendum, utpote
quia *Sergii* tempore vixit, ipſum, etiam ante
Pontificatum *Sergium* dictum fuiſſe, teſtatur.

12 Alii mutandi Nomen conſuetudinem a *Marino*
I. antea dicto *Conſtantino* Pontifice electo anno
882. Alii ab *Adriano III.* qui antequam Petri
Sedem aſcenderet anno 884. *Agapitus* vocabatur;
Alii vero a *Stephano IV.* cujus Nomen ante Pon-
tificatum obtentum anno 885. erat *Baſilii*, origi-
nem duxiſſe autumant. Horum tamen omnium
Sententiam refellit Epiſcopus *Sarnell. Epiſtol. Ec-*
cleſ. tom. 2. *Epiſtol.* 5.

13 At rectius *Honuphrius Panvin. in annot. ad Pla-*
tin. in vit. Joann. XIII. ſeu XII. pag. mihi 207.
cenſet, *Octavianum Alberici* filium, qui Roma-
næ Urbis Tyrannidem mortuo Patre adierat, vix
annos natus duodeviginti, vel, ut ait *P. Pagius*
loco mox laudando, annorum tantum *octodecim*
circiter, Sedem Apoſtolicam anno 956. aſcendit,
omnium primum *Octaviani* Nomen in *Joannem*
mutaſſe, vel quod illud parum Majeſtati, & Pon-
tificiæ Religioni idoneum eſſet, vel quia eo No-
mine ejus Patruus *Joannes XI.* erat nuncupatus,
vel, ut adulatoriis exclamationibus Sacrum audi-
ret elogium -- *Fuit homo miſſus a Deo, cui no-*
men Joannes -- quod primum novati in Romano
Pontifice Nominis exemplum, præcipitata Digni-
tatis temeritatem reddit inſigniorem, ut inquit Vir
clariſſimus *Mabillon. Præfat. in Acta Sanct. Ordin.*
S. Benedicti pag. mihi 396. & huic Sententiæ ſub-
ſcribunt *Baronius ad annum* 995. *num.* 4. *Pater*
Pagius in Vit. ejuſdem Joann. num. 1. ubi, quod, 14
licet potius intruſus, quam electus fuerit, acce-
dente tamen Eccleſiæ conſenſu legitimus Pontifex
fuit, cum ſatius viſum ſit Pontificem colere pene
Puerum, oec legitimis ſuffragiis electum, quam
ſchiſmate unitatem Eccleſiæ ſcindere, *Sarnell. dict.*
Epiſt. 5. *Macr. in Hierolexicon verb. Papa pag.* 423.
columm. 1. *in princip.*

Sed qui *Joannis* fuere Succeſſores Pontifices il-
lius veſtigia non ſequuti, proprium Nomen, quod 15
in Baptiſmate ſuſceperunt, retinuere: Sic *Bene-*
dictus ex Romanæ Eccleſiæ Diacooo in Pontificem
electus anno 964. *Benedictus V.* dictus fuit; Sic
etiam *Joannes* Epiſcopus *Narnienſis* Pontifex re-
nunciatus anno 965. *Joannes XIII.* nuncupari
voluit; Sicque alii uſque ad *Joannem XIV.* antea
Petrum nuncupatum, cui mutandi Nominis non 16
ea cauſa fuit, quæ *Octaviano*, ſeu *Joanni XII.*
ſed *alia plena reverentia erga Apoſtolorum Prin-*
cipem, ob quam etiam Succeſſorum nemo, poſt-
quam mutandorum Pontificibus nominum conſuetu-
do invaluit, Petri Nomen ſibi arrogare præſum-
ſit. Eſt autem res omnino admiratione, & conſi-
deratione digna, quod, cum Petri Nomen jam
inde à Conſtantini Magni ætate fuerit Romæ fre-
quentatum, ut conſtat ex Romanorum Synodorum
ſubſcriptionibus, ad hæc tamen uſque tempora ne-
mini contigerit, cui Petri Nomen obtigiſſet etiam
Petri Succeſſorem fieri in Apoſtolica Sede, quod
neſcio, an mero caſui poſſit adſcribi, ſunt verba
Papebrochii in Conatu Chronic. Hiſtoric. relata per
P. Pagium in Breviar. tom. 2. *in Joann. XIV. ad*
annum 984. Ob eandem Apoſtolorum Principi 17
debitam reverentiam *Petrus Epiſcopus Albanen.*
Pontifex renunciatus anno 1009. *Sergii IV.* No-
men aſſumſit, ut conſtat ex Epitaphio ejuſdem,
quod extat in Lateranenſi Baſilica. Sed exinde
primus oon fuit ex Pontificibus, qui Nomen ſibi
mutarunt, ut non bene exiſtimat *Eminentiſſ. D.*
Petr. in Conſtitut. Apoſtolic. tom. 2. *pag.* 179. *num.*
2. *Burius* in libro, cui titulus *Romanorum Pontifi-*
cum brevis notitia pag. 400. cum, ut diximus, &
alii Pontifices *Joannes*, nempe *XIII.* ſeu *XII.*
Joannes XIV. id expleverunt, & obſervat *Sar-*
nell. dict. epiſtol. 5. §. *In quanto al primo.*

Atque ex his patet, Seculo X. paucos extitiſſe
Pontifices, qui ſibi Nomen in Baptiſmate recep- 18
tum mutarunt; *At in ſequente Seculo XI. res in*
morem vertit ſaltem a Benedicto IX. quo ex tempo-
re vix quemquam reperias, qui Nomen non muta-
verit præter Marcellum II. *qui proprium nomen*
retinuit, ſunt verba *Mabillon. in Præfat. ad*
acta Sanctor. pag. 539. *num.* 94. Et Nos addimus
Adrianum IV. Belgam, qui Nomen in Baptiſ-
mate

maæe ſuſceptum, Pontifex renunciatus anno 1522.
non dimiſit, *Burius loco cit. Macrus in Hie-
rolex. verb. Papa pag.* 423. Errat vero *Burius*,
19 dum ait, *Joannem XXI.* Luſitanum Pontifi-
cem electum anno 1276. Nomen ſibi non mu-
taſſe, innixus forſan *Ciacconio* aſſerenti, eun-
dem antea vocatum fuiſſe *Joannem Petrum*; &
in Pontificatu ſecundum Nomen ſolum omiſiſſe.
Siquidem ex *Martino Polono*, & *Ptolomæo Lu-
cenſi Eccleſ. Hiſtor. lib.* 23. *cap.* 21. conſtat, non
alium dicto Pontifici, antequam *Petri* Sedem
aſcendiſſet, fuiſſe Nomen, quam *Petri*. At, ex
quo *Martinus Polonus* inquit -- *Hic Pontifex Joan-
nes Petrus antea dictus in diverſis ſcientiis &c.* --
Hinc ob verba iſta male interpuncta, *Ciacconius*
eidem Pontifici geminum Nomen *Joannis Petri*
adſcribit, ut bene animadvertit *P. Pagius in Brev.
Geſtar. Rom. Pontific. in Vit. ejuſd. Joannis n.* 3.
Quemadmodum nullo Hiſtoricorum teſtimonio
fulcitur aſſertio *Macri loco cit.* quod nec Nomen
20 ſibi mutaverit *Honorius IV.* Pontifex renunciatus
anno 1285. Conſtat enim penes Scriptores om-
nes, ipſi ante Pontificatum Nomen fuiſſe *Jacobi*
ex nobiliſſima *Sabellorum* Gente, ut præ ceteris
Platina, & *Pagius* in ipſius Vita.

Sed illud omittendum non eſt, quod obſervat
eruditus *Vigiliarum* Antiſtes *Sarnellius dict. Epi-
21 ſtol.* 5. quod Epiſcopi, etiam in eorum Conſe-
cratione Nomen ſibi mutare antiquitus conſuevere;
& ex *Surio* refert exempla, tum *S. Willibrondi*
electi anno 696. Epiſcopi *Trajecten.* qui *Clementis*
Nomen ſibi impoſuit. Tum *Sancti Vinofridi*,
Germaniæ Apoſtoli nuncupati, qui in Conſecra-
tione *Bonifacius* nuncupari voluit.

Non inelegans, nec incurioſa itidem eſt inſpe-
22 ctio, quo tempore Pontifices *Papæ* Nomen uſur-
parunt, & numerum ſui Nominis, videlicet *Cle-
mens Papa XII.* ſcribere cœperunt? *Papæ* No-
men, de quo multa, & egregie diſputant præ
ceteris *Abraham Ecchellenſis part.* 2. *Operis ad-
verſus Seldenum*, *Macrus in Hierolexicon. verb.
Papa*, primævis Eccleſiæ ſeculis commune erat
omnibus Sacerdotibus, & præcipue Epiſcopis, *Ba-
ron. ad ann.* 165. *num.* 10. & *Julius in Not. ad
Martyrolog.* 10. *Jannarii*, *P. Pagius in Breviar.
tom.* 2. *pag.* 6. *num.* 8. *& tom* 3. *pag.* 159. *in adden-
dis ad tom.* 1. Epiſcopus *Sarnell. Epiſtol. Eccleſ.
tom.* 7. *epiſtol.* 3. *num.* 2. ubi quod Sanctus Hierony-
mus in Literis S. Auguſtino ſcriptis hoc titulo ute-
batur -- *Domino vere Sancto, & Beatiſſimo* PAPÆ
Auguſtino -- quem titulum ad alios Epiſcopos
ſcribens adhibebat etiam ipſemet S. Auguſtinus,
*Macrus loco citat. P. Lupus in Appendic. ad La-
trocinium Epheſin. Actione* 7. *pag.* 217. & uſque
23 ad præſens Patriarcha *Alexandrinus* ſolet ſic no-
minari -- *N. miſeratione Divina Papa*, *& Patri-
archa magnæ Urbis Alexandriæ* -- ut præter mox
laudatos Auctores, teſtatur *Additionator ad Tho-
maſ. tom.* 3. *pag.* 631. §. *Ad cap.* 51. Illud vero ex
24 Romanis Pontificibus primus ſibi tribuit *Siricius*
electus anno 385. in epiſtola, quæ incipit *Siricius*
PAPA *Orthodoxis per univerſas Provincias &c.*
illiuſque exemplum ſequutus fuit in *Epiſtola* 104.
Leo Papa; poſteaque ſenſim uſus obtinuit, ut
25 PAPÆ Nomen, nec Epiſcopis, nec Patriarchis,
ſed uni Romano Pontifici, honoris, & præemi-
nentiæ prærogativa tribueretur, quod circa me-
dium Seculi noni eveniſſe, teſtatur *P. Pagius tom.*
3. *pag.* 559. *in adden. ad tom.* 1. Et licet in Syno-
do habita Romæ a *Gregorio VII. anno* 1073. ſan-
citum fuiſſet, ne quis, aut ipſi, aut alteri Nomen
PAPÆ adſcriberet, ſed unius eſſet in Orbe uni-
verſo Summi Pontificis, aſſerant *Cantelius in Hi-
ſtoria Metropolitanarum Urbium part.* 1. *diſſert.* 1.
cap. 1. *Macrus in verb. Papa*, *Epiſcopus Sarnell.
dict. epiſtol.* 3. *num.* 2. hujuſmodi tamen Decreti
nullum reperitur veſtigium in decem, quas Pon-
tifex præfatus Romæ celebravit, Synodis, quem-
admodum teſtimonium perhibet *Pater Pagius
dict. tom.* 3. *pag.* 559. *in adden. ad tom.* 1.

Quod vero attinet ad tempus, quo Romani
Pontifices numerum ſui Nominis, videlicet *Clemens* 26
Papa XII. ſcribere cœperunt; Si *Cherubini* Bul-
larium evolvatur, invenietur *tom.* 1. *pag.* 7 Bulla
Pelagii II. ſub datum *Kalendis Martii Indictio-
ne quinta*, cui præfixa leguntur verba hæc -- *Pe-
lagius Papa Secundus. Dilectiſſimis Fratribus uni-
verſis Epiſcopis, qui illicita vocatione Joannis
Conſtantinopolitani Epiſcopi ad Synodum Conſtan-
tinopoli convenerunt.* Sed Epiſtolam, ſeu Bullam
hanc Apocrypham, poſt Adnotatores in margine 27
noviſſimæ *Collectionis Conciliorum tom.* 5. *column.*
948. exiſtimat Vir clariſſimus *Papebrochius tom.*
2. *Reſponſ. ad exhibit. error. P. Sebaſtiani a Sancto
Paulo Reſponſ. ad art.* 14. *num.* 33. *pag.* 79. ſubdens
num. 14. quod, cum apud *Cherubinum*, excepta
ſuppoſititia Bulla, ſeu Epiſtola *Pelagii*, cui illius
Nomen cum numero præfigitur, nulla alia inve-
niatur ante annum 1262. quo tempore in Petri Ca-
thedra ſedebat *Urbanus IV.* hinc Pontificem præ-
fatum primum fuiſſe exiſtimat, qui *Papæ* Nomi- 28
ni *numerum* adjunxerit.

At propius ad Regulæ explanationem acce-
dentes, præter Supplicationes, quas Pontifex
ſua Manu ſignare conſuevit, quamplurimæ aliæ 29
reſpicientes materias, tam Beneficiales, quam Ma-
trimoniales, aliaſque enumeratas ab *Amayden. de
Styl. Datariæ lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 93. *& ſeqq.* ſi-
gnantur per aliquem Cardinalem, ſeu Prælatum,
cui tributa ſit a Pontifice facultas ſignandi per
Conceſſum, & ſignat hoc modo -- *Conceſſum in
præſentia Domini Noſtri Papæ* -- Poſteaque appo-
nit ſuum Nomen, ut eſt notoria praxis, de qua
præ ceteris *Amayd. de Styl. Datar. loco citat. num.*
6. *& ſeq. & num.* 93. & *ſeqq. Roſ. de Exequut.
Liter. Apoſtolic. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 23. *Van Eſpen.
in Jus Eccleſ. univerſal. part.* 2. *tit.* 24. *cap.* 3.
num. 9. *& cap.* 4. *num.* 32. *Pariſ. de Reſignation.
lib.* 8. *quæſt.* 7. *num.* 7. *Mandoſ. in hanc Regulam
quæſt.* 2.

Antiquis temporibus conſuevere Pontifices, 30
quando gravi detinebantur Infirmitate expedire
Breve, ut plurimum directum Cardinali Nepo-
ti, & Datario, quo iiſdem tribuebatur facultas
expediendi Gratias ſibi bene viſas, & per eos poſt-
ea tranſmittebantur Supplicationes ad Prælatum
deputatum, ut ſignarentur per *Conceſſum*. Sed
laudabiliter quamplurimi Summi Pontifices abſti- 31
nuerunt ab indulgenda hujuſmodi extraordinaria
facultate, quæ ſæpe ſæpius effectus peſſimi exem-
pli, ac ſummi præjudicii parturiebat. Traditur
ſub *Clemente VII.* gravi infirmitate detento, Car- 32
dinali *Medices* commendata fuiſſe per *Conceſſum*
ad ſex menſes omnia Beneficia, etiam Curata,
& Dignitates, quæ tunc in univerſo Orbe certo
modo vacabant, adverſus quam gratiam, velu-
ti inuſitatam, & ab Orbe condito inauditam, ex-
clamat *Mandoſ. in hanc Regul. quæſt.* 2. *& con-
ſil.* 4. *Gonzal. in Regul.* 8. *gloſſ.* 5. §. 8. *num.* 46.
ubi refert, hujuſmodi Gratiam fuiſſe conceſſam
Cardinali *Medices* a Paulo III. anno 1534. Sed *Pa-* 33
ter Redingius in Hiſtor. Concil. Tridentini tom. 2. *pag.*
20. poſt Cardinalem *Pallavicinum*, valde dubitat
de hujuſmodi Conceſſione, quemadmodum, nec
eam

eam in comperto habet *Thomaſſin. tom. 2. lib. 3.*
cap. 20. num. 19. ubi hæc ait -- *Compertum ſatis*
non habeo, unde excerptum ſit, quod de Clemente
VII. narrant aliqui, Hyppolito Nepoti Cardinali
Mediceo anno 1534. commendata ei fuiſſe omnia
Chriſtiani Orbis Beneficia ad ſex menſes.

Hinc in Conclavi, in quo ad Pontificatus api-
34 cem evectus fuit ſan. mem. *Clemens X.* inter ce-
tera Capitula a Cardinalibus ſubſcripta, & pro-
miſſa, illud legebatur. *Prometta dar ordini, e*
cautele, acciò venga rimediato alli disordini, che
potrebbero forſi cagionarſi dal permettere il Con-
ceſſum ſtraordinario in caſo di malatia per alcuna
Grazia di collatione, o Raſſegna di Beneficii, Ri-
ſerva di Penſioni, Diſpenze, Indulti, Conceſſione
d'Offici vacabili, o altro, volendo, che ogni Gra-
zia fatta per tal modo ſia omninamente nulla, e di
niun valore, & il Succeſſore l'habbia per tale,
ne debba dargli eſecuzione.

35 Et ſan. mem. *Innocentius XII.* ſancte perſpi-
ciens, quod ægrotante Romano Pontifice non nun-
quam contingere poteſt, ut Signaturæ Gratiarum,
quæ per *Conceſſum* fieri dicuntur, modum illum
excederent, quem ipſe Pontifex ſervare conſueve-
rat, hinc celeberrima Conſtitutione edita ſub da-
tum *Romæ apud S. Mariam Majorem Anno In-*
carnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo nona-
geſimo ſecundo decimo Kalendas Julii Pontificatus
anno primo, ſtatuit, atque decrevit, *ut ii* (ſunt
verba ejuſdem Conſtitutionis §. *Quia vero*) *qui-*
bus ejuſmodi Signaturas per Conceſſum *a Roma-*
no Pontifice ægrotante, etiam per Chirographum
ſpeciale manu ipſius Romani Pontificis ſubſcriptum,
vel alias quomodocumque committi contigerit, cu-
juſcumque ſtatus, gradus, Ordinis, & Dignita-
tis fuerint, etiamſi Cardinalatus honore præful-
geant, nullas hujuſmodi Gratias ſignare, vel ex-
pedire valeant, niſi fuerint ad illas adhibiti duo
ejuſdem S. R. E. Cardinales, qui una cum Signa-
ture præfata coram ipſomet Romano Pontifice eas
concedente, ac expediri mandante, earumdem
Gratiarum Supplicationibus, ſive Minutis, aut
Chirographis, aliiſque Conceſſionum Scripturis, ſub-
ſcribant, alioquin quid quid ſecus actum, ſigna-
tum, geſtumve fuerit, nullum, irritum, & in-
validum, nulliuſque ſit roboris, vel momenti,
& qui huic ſaluberrimæ Sanctioni contravenerint,
ab ipſo Romano Pontifice ſanitati reſtituto, vel
ejus Succeſſoribus condignis pœnis puniantur. Lo-
36 quitur hæc Conſtitutio de Conceſſionibus, &
Gratiis illis extraordinariis, quas Pontifex ægro-
tus facere vellet, non autem de illis materiis
ordinariis, quæ per *Conceſſum* expediuntur, etiam
cum Pontifex ſanus eſt. Hinc, cum occaſione
breviſſimæ infirmitatis ſan. mem. Clementis XI.
D. Advocatus Fiſcalis *Ferdinandus de Valentibus*
Romanæ Curiæ decus, & ornamentum, qui fa-
cultate potiebatur ſignandi per *Conceſſum* dubitaſ-
ſet, an in ſubſcribendis Supplicationibus ſervan-
da eſſet forma in Conſtitutione præfata præſcripta;
re coram clar. mem. Card. *Sacripantes* Prodatario
a Datariæ Officialibus examinata, reſponſum fuit,
negative, & ita ſervatum.

37 Priſcis etiam temporibus, dum Pontifices in-
firmitate detenti Conſtitutionibus in re gravi editis
ſubſcribere præpediebantur, munus hoc alicui
Cardinali in aliorum præſentia exequendum com-
mittebant. Celebre præ ceteris extat exemplum
Eugenii IV. in cujus Bulla, qua damnatur hæ-
reſis Bohemicorum, ac Concilium Baſileenſe diſ-
ſolvitur, & Bononiam transfertur, ita legitur in
fine -- *Datum Romæ apud Sanctam Petrum Anno*
Incarnationis Dominicæ 1431. ſecundo Idus Novem-
bris Pontificatus Noſtri anno Primo. Loco ✠ Sigilli.
Ego Jordanus Epiſcopus Sabinen. Domino Noſtro
Eugenio aliqualiter impedito, & de ipſius man-
dato præſentibus præſcriptis Dominis Cardinalibus
ſubſcripſi. Extat hæc Conſtitutio in *Bullar. Magn.*
Luccemburgenſ. inter Bullas Eugenii IV. la III.
tom. IX. pag. 235. Et de ea meminit *Pater Pa-*
gius in Breviar. Roman. Pontific. part. 4. pag. mihi
302. num. 10. & 11. ubi, quod huic Bullæ ſub-
ſcripſere decem Cardinales.

Inter gratiam ſignatam per *Fiat*, & alteram
per *Conceſſum* nullum adeſt diſcrimen, ſive quoad 38
illius validitatem, ſive ad effectum ſcientiæ in
Papa, cum prima ſit munita ipſius ſubſcriptione,
in ſecunda vero adſit ſubſcriptio alterius, in ejus
tamen præſentia, quæ forma deſumpta eſt *ex*
cap. Inſtitutionis 25. quæſt. 2. ibi -- *Sive quæ ſcripto* 39
decrevimus, ſive quæ in noſtra præſentia viden-
tur eſſe diſpoſita. Lotter. de Re Benefic. lib. 3.
quæſt. 1. num. 13. Roſ. de Executor. Litter. Apo-
ſtolic. dict. cap. 1. num. 24. Rot. dec. 227. num. 11.
part. 14. Rec. Solum autem inter dicta Signa-
turas diſcrimen adeſt in terminis hujus Regulæ, 40
ut ſi ambæ eadem die concurrant ſuper eodem
Beneficio, præferatur illa per *Fiat*, tamquam no-
bilior, & manu Pontificis conſcripta, ut notat
Quoſada in hanc Regul. verb. Præferatur.

Dubitat autem *Sotus* hic quomodo poſſit hæc 41
Regula ad praxim deduci, ſi ut omnibus notum
eſt, ex Litteris Apoſtolicis non dignoſcitur, an
Gratia ſit ſignata per *Fiat*, vel per *Conceſſum*;
& juxta formam ſupplicationis, ad tramites *Re-*
gulæ XXVII. judicari non poteſt? Et licet prius
dixerit, poſſe deduci in praxim reſpectu Datarii,
qui poteſt retinere ſupplicationem per *Conceſſum*,
& relaxare alteram ſignatam per *Fiat*, recedit
nihilo minus ſub *num. 9.* ob hac ſententia, & ait,
quod nec in Dataria, nec in Cancellaria poteſt
Supplicatio ſignata per *Conceſſum* retineri ſub præ-
textu, quod adſit altera ſignata per *Fiat*, & ſe-
quitur *Mandoſ. hic quæſt. 1.* Dicendum igitur, 42
quod productis Litteris Apoſtolicis, producantur
etiam ſupplicationes, ſuper quibus expeditæ fue-
runt, ad hoc ut Judex decernat, quæ Litteræ
expeditæ ſint ſuper Gratia per *Fiat*, & quæ ſuper
Gratia per *Conceſſum*, ut animadvertunt *Rebuff. in*
Prax. Benef. in 2. part. Signatur. n. 13. verſ. Et hoc
caſu, & in Addit. in hanc Reg. verſ. Sed iſta, Man-
doſ. hic quæſt. 1. & Kochier. n. 13. Bouchel. Biblioth.
Canon. verb. Signatare pagin. 610. §. Davantage. Et
licet judicandum non ſit juxta formam ſupplicatio- 43
nis, ut præſcribit *Regula* XXVII. id tamen non
procedit, quando ſupplicatio producitur pro decla-
ratione Litterarum, ut tradunt Doctores mox lau-
dati, & diximus *in Comm. in eamdem Regul. XXVII.*

Animadvertit hic etiam *Sotus*, quod Regula
dicit *Concurrentibus Signaturis*; Non enim Im- 44
petrantes debent eſſe Concurrentes, ſeu pares in
prærogativis, & qualitatibus, ſed *Signaturæ*;
ex quo ſequitur, quod, etiamſi Impetrantes non
ſint in meritis æquales, adhuc locum ſibi vindi-
cet iſta Regula, non altera de *Concurrentibus in*
Data. Mandoſ. conſ. 16. num. 3. in fine, & ſub
num. 6. ubi, quod in noſtris terminis tunc res
dicuntur pares, quando ambæ ſupplicationes ſunt
ſignatæ per *Fiat*, alias dicerentur inæquales, ſi
una per *Fiat*, altera per *Conceſſum* ſit ſignata.
Hinc habens ſignaturam per *Fiat* præfertur alte- 45
ri habenti per *Conceſſum*, licet hic ultimus ſit
Doctor, Graduatus, ſeu alias *Privilegiatus. Sot.*
hic num. 4. Kochier. num. 14. Gomez. in Compend.

Signat.

Signat. verſic. Sed Advertendum, *Rebuff. in Prax.*
part. 2. Signatur. *num.* 11. *Mandoſ. hic quaſt.* 3.
Caſſador. dec. 14. *de Præben.* Et qui habet gratiam
ſignatam per *Fiat*, præfertur etiam Poſſeſſori ha-
46 benti Signaturam per *Conceſſum*, *Kochier. Caſſa-
dor. & Rebuff. locis citat.* Idemque *Rebuff. in hanc
Regul. n.* 16. *Bouchel. in Biblioth. Canoniq. verb.
Signature §. Davantage*, *Mandoſ. hic quaſt.* 4. *Ro-*
47 *ta dec.* 829. *n. fin. cor. Emerix Jun.* Quod proce-
dit, quamvis in Gratia per *Conceſſum* adſit *Motus
proprius*, qui ut ait hic *Mandoſ. quæſt.* 2. apponi
ſolet a Papa dum adverſa valetudine detinetur; &
48 exemplum Motus proprii per *Conceſſum* habemus
tempore ſan. mem. Clementis XI. in caſu, de quo
Rot. in Spoletana exemptionis 5. *Maii* 1717. §. *Edi-
to cor. bon. mem. Anſaldo*, Aut ſi gratia præfata
49 ſit munita aliis prægnantioribus, & quantumvis
privilegiativis clauſulis, nam ſemper illi præfertur
Gratia elargita per *Fiat*, ut in Regula clare ex-
primitur.

50 Ampliatur Regulæ diſpoſitio, ut locum ſibi vin-
dicet, etiam in Beneficiis vacantibus per reſigna-
tionem, cum, & verba, & ratio Regulæ illis
quoque congruere valeant, *Mandoſ. hic quaſt.* 3.
Pariſ. de Reſignat. lib. 8. *quaſt.* 7. *a n.* 83. *& ſeqq.*
51 Bene tamen doctus hic *Auctor* advertit, quod in
Reſignatione conditionali & ad ſavorem, etiamſi
adeſſent decem ſupplicationes ſignatæ, illa atten-
ditur, & præfertur, ſuper qua eſt præſtitus con-
ſenſus a Reſignante, quamvis eſſet præſtitus ſu-
per ea, quæ fuerat ultimo loco ſignata per *Con-
ceſſum*, nam Conſenſus eſt ille, per quem Reſigna-
tio ad ſavorem perficitur.

52 Quemadmodum procedit Regula, etiam in Gra-
tia Penſionis, quæ duorum favore ſignata fuerit.
Licet enim utatur verbis, *ſuper quocumque Bene-
ficio*, nihilominus verba hæc apta eſſe comprehen-
dere etiam Penſiones, maxime, cum non agatur
de materia exorbitanti, ſeu odioſa, tradunt *Ka-
chier hic n.* 15. *& Mandoſ. quaſt.* 6. ubi, ut res
hæc ad praxim deducatur, plures diſtinguuntur
53 caſus. Et licet *Tondut. de Penſion. cap.* 23. *n.* 21.
innixus *Deciſioni* 236. *lib:* 3. *coram Verallo* exi-
ſtimet, utramque Penſionem eſſe nullam, cum ſint
inter ſe incompatibiles, proindeque Reum tali ca-
ſu abſolvendum. Nihilominus illius aſſertio proce-
dere poteſt, quando duæ ſupplicationes ſunt in
omnibus pares, quia ſint ambæ ſignatæ per verbum
Fiat, ſecus ſi una ſit altera potentior, quod nem-
pe una per verbum *Fiat*, altera per *Conceſſum* ſi-
gnata appareat, quod clare innuit ipſa Deciſio *Ve-
ralli*, quæ vult, tunc eſſe abſolvendum Reum,
quando Actor, *qui probare tenebatur*, *gratiam
ſuam eſſe efficaciorem*, *& meliorem*, *non probavit.*
Atqui efficacior eſt, & melior Gratia ſignata per
Fiat, quam per *Conceſſum*, ergo illa in his termi-
nis prævalere debet, nec Reus abſolvendus.

E contra vero non procedere diſpoſitionem Re-
54 gulæ quando habens Gratiam per *Conceſſum* pro-
baret Signaturæ anterioritatem, etiam per horam
ante Signaturam alterius per *Fiat*, cum Papa nun-
quam cenſeatur tollere jus alteri quæſitum, tra-
dunt *Sot. hic num.* 9. *Kochier. n.* 16. *Mandoſ. quaſt.*
5. *Roſ. de Exequutor. Litter. Apoſtol. in addit. ad
cap.* 1. *n.* 12 ubi poſt *Sot.* ait, anterioritatem hanc
probari poſſe per Teſtes.

At in hoc dicto falluntur Doctores præfati, non
55 enim Concurſus Signaturarum per *Fiat*, & per
Conceſſum eadem die aliter juxta Regulam conſi-
derari poteſt, quam ratione *Data*, in quibus ter-
minis loquitur etiam *Regula XVII.* & una Regula
Cancellariæ alteram declarat, ut pluries diximus, 56
& in propoſito obſervat *Mandoſ. conſ.* 16. itaut
ſenſus Regulæ ſit, quod ſi concurrant geminæ ſup-
plicationes ſub eadem *Data*, altera ſignata pee
Fiat, altera vero per *Conceſſum*, prima huic poſte-
riori præferatur. Perfectio enim Gratiæ incipit non
a die Signaturæ, ſed a die Datæ, etiam ex mente 57
Pontificis, qui ſciens, Supplicationi ab ipſo, vel
ab altero de ejus mandato ſignatæ, apponendam
eſſe *Datam* a Datario, cenſetur ex tunc voluiſſe
Gratiam elargiri, ut diximus *in Comment. in Re-
gul. XVII.* Proindeque eſto Signatura per *Conceſ-
ſum* probetur anterior *Signatura per Fiat*, non
exinde illi præferri poteſt, quando ambæ præſefe- 58
runt *Datam* ſub eadem die. Neceſſarium enim eſſet
ad effectum hujuſmodi prælationis, quod probe-
tur *Data* anterioritas, ſed probatio hæc non ad-
mittitur, & unice attenditur dies appoſita *in Da-* 59
ta, cum alias eſſet redarguere Datarium de ſuo
Officio, *Amayd. de ſtyl. Datar. cap.* 32. *num.* 11.
verſic. Supereſt, *Carrad. in prax. Benef. lib.* 3. *cap.* 8.
n. 47. *& ſeqq.* ubi, quod nullo modo datur facultas
probandi *antidatam* in Gratiis Papæ, *Roſ. de exe-
quutor. Litter. Apoſtolic. cap.* 1. *n.* 56. *Piton. diſcept.*
141. *n.* 6. *Gratian. Diſcept. Forenſ. cap.* 191. *n.* 1.
Cardin. de Luc. de Beneſic. diſc. 42. *n.* 7. *Rot. de-
ciſ.* 250. *num.* 3. *& ſeqq. coram Carilla*, *deciſ.* 281.
n. 8. *&* 15. *coram Merlino.*

Similiter Signatura per *Fiat* obtenta ſuper Gra- 60
tia ſubreptitie impetrata non impedit, quominus
ſuum conſequatur effectum altera expleta per *Can-
ceſſum*, nam quod nullum eſt, nullum producere
poteſt effectum *ad Text. in leg. Non putavit §. Nam* 61
*quævis ff. de Bon. poſſeſ. contra Tabul. leg. Nam
dubium C. de Legib. cap. Illud de Jurepatr. Sot.
in hanc Regul. num.* 7. *&* 8. *Roſa de Exequutor.
loco cit. num.* 11. *in fine*, *Mandoſ. hic quaſt.* 11.
ubi, quod nihil intereſt, an adſit una Signatura
per *Fiat*, vel duplex etiam per *Fiat*, una ſcilicet
in fine petitionis, altera in margine clauſularum
Generalium.

Ceterum, ſi concurrat ſignatura per *Fiat* & ſi-
gnatura per *Fiat*, *ut petitur*, hæc ultima, tanquam
potentior, & præſtantior præfertur, *Mandoſ. hic* 62
quaſt. 12. Prout etiam in Concurſu Signaturæ per
Fiat Motu proprio, & alterius per *Fiat ut petitur*, 63
præfertur Signatura, quæ habet *Motum proprium*,
Mandoſ. hic quæſt. 12. Nec obſtat, quod in Regu-
la dicatur, *Motum proprium* nil relevare, quia pro-
cedit ubi clauſula præfata reperitur in Supplicatio-
ne ſignata per *Conceſſum*, & concurrat cum altera
Signata per *Fiat*. Secus vero, quando utraque
Supplicatio eſt ſignata *per Fiat*, nam tunc quæ ha-
bet clauſulam *Motu proprio*, præfertur alteri, quæ
ſit dicta clauſula deſtituta, ad tramites Regulæ
XVII. *de Concurrentibus in Data*, ut in *Commen-
tariis in eamdem Regulam* diximus.

Quod, ſi concurrant duo habentes eadem die
Signaturam per *Fiat*, ſeu habentes Signaturam 64
per *Conceſſum*, hoc caſu præferendus erit qualifica-
tus juxta *Regulam XVII.* Et ſi in omnibus ſint
pares, tunc aut locus erit gratificationi Pontificis, 65
ut diximus *in Comm. in eandem Regulam*, ubi for-
mulam dictæ gratificationis exſcripſimus; aut ſi
Papa gratificari voluerit, quod tamen nunquam
evenire ſolet, tunc neutra ex dictis gratiis ſubſi- 66
ſtet, ut poſt longam diſputationem concludit hic
Mandoſ. quæſt. ultima.

REGULA XXXV.

De Annali Poſſeſſore.

ITem Sanctiſſimus D. N. ut improbi lites exquirentium motus reprimantur, voluit, ſtatuit, & ordinavit, quod quicumque Beneficium Eccleſiaſticum tunc per annum immediate præcedentem pacifice poſſeſſum, & quod certo modo vacare prætenditur, deinceps impetraverit, nomen, gradum, & nobilitatem poſſeſſoris ejuſdem, & quot annis ipſe illud poſſederit, ac ſpecificam, & determinatam, ex qua clare poterit conſtare, quod nullum ipſi poſſeſſori in dicto Beneficio jus competat, cauſam in hujuſmodi impetratione exprimere, & infra ſex menſes ipſum poſſeſſorem ad judicium evocari facere, cauſamque ex tunc deſuper infra annum uſque ad ſententiam diffinitivam incluſive proſequi debeat, & teneatur. Alioquin impetratio prædicta, & quæcumque inde ſequuta nullius exiſtant firmitatis. Et idem impetrans de Damnis, & intereſſe poſſeſſorem prædictum propterea contingentibus, ei ſatisfacere, & ſi poſſeſſorem ipſum injuſte, frivole, & indebite moleſtare repertus extiterit, quinquaginta Florenos auri perſolvere Cameræ Apoſtolicæ ſit adſtrictus, nec alius quam præmiſſæ vacationis modus, etiam per Litteras ſi neutri, aut ſubrogationis, aut alias ſibi quoad hoc, ut Beneficium hujuſmodi ea vice conſequi, aut obtinere valeat quomodolibet ſuffragetur, illudque nullatenus in antea litigioſum propterea cenſeatur. Quod etiam extendi voluit ad Impetrantes Beneficia Eccleſiaſtica cujuſcumque qualitatis per privationem, & amotionem, vel alias propter commiſſa exceſſus, & crimina vacantia, vel vacatura, & ſimiliter ad impetrantes Beneficia, tanquam vacantia per devolutionem.

ARGUMENTUM.

REgulæ quis Auctor fuerit, quæ illius ratio, & unde originem habuit? Primæ illius parti veteri de ſtylo derogatur, at ſecundæ, quæ in Gallia hodie amplius non ſervatur, derogari non conſuevit, licet cuicumque petenti concedi ſoleat prorogatio termini in ea præſcripti. Impetrans Beneficium per annum ab alio poſſeſſum tenetur poſſeſſorem in judicium vocare infra ſex menſes, qui a Data Impetrationis incipiunt, poſteaque infra annum a die exequutæ citationis numerandum, Cauſam proſequi uſque ad diffinitivam ſententiam, dummodo legitimum aliquod non obſtet impedimentum, eoque ſecluſo non dedignatur Pontifex aliquando adverſus hujuſmodi temporis lapſum reſtitutionem elargiri. At vero diſpoſitioni Regulæ, ut locus ſit plura requiruntur, quod nempe poſſeſſor de ea opponat, & in quacumque parte judicii opponi poteſt, quod poſſeſſio præcedat per annum Datam Impetrationis, quodque fuerit pacifica; exuberatque ad effectum Regulæ poſſeſſio, ut dici ſolet Aſinina, & abſque titulo, dummodo de ejuſdem Tituli carentia non conſtet per rem judicatam, aut illius confeſſionem, ſive tacitam, ſive expreſſam, & quid dicendum de Poſſeſſore, qui in Beneficio Sedis Apoſtolicæ reſervato ſe intruſit? Enumerantur quamplurimi caſus, in quibus procedit diſpoſitio Regulæ, aliique, quorum reſpectu non ſuffragatur, & an juvet Coadjutorem in Beneficio cum futura ſucceſſione? De pœnis, quibus

quibus ſubjacet Impetrans Beneficium annalis Poſſeſſoris, qui præſcripta Regulæ non ſervat, & demum explicatur, quid ſibi velit Regula in verſiculo; *Nec alius quam præmiſſæ &c.*

SUMMARIUM.

1 *Innocentius VIII. Auctor Regulæ.*
2 *Rectius alii in illius Auctorem agnoſcunt* Eugenium IV. & n. 100.
3 *Sed* Nicolaus V. *inter Regulas Cancellariæ eam inſeruit.*
4 *Et* Julius III. *in hanc, quæ modo legitur, formam reduxit.*
5 *Regula eſt una ex receptis in Gallia.*
6 *Unde originem habuit?*
7 *Et quæ ſit illius cauſa finalis?*
8 *Reſpicit commune bonum & publicam utilitatem, unde favorabilis reputatur.* & n. 17.
9 *Decernit in prima parte, quod impetrans Beneficium ab alio per annum pacifice poſſeſſum, tenetur exprimere nomen, gradum, & nobilitatem Poſſeſſoris, quot annis illud poſſederit, & determinatam cauſam, ob quam eidem Jus ſuper illo non competat.*
10 *Et huic primæ Regulæ parti paſſim Dataria derogare ſolet.*
Eique etiam derogari poteſt per Legatum. ibid.
11 *Ac ſufficit, quod ei derogetur in ſupplicatione.*
12 *Derogatio Regulæ debet eſſe ſpecialis & expreſſa.*
13 *Sed hodie in quibuſcumque ſupplicationibus apponitur clauſula* -- Et cum derogatione Regulæ de Annali poſſeſſore quoad primam ejus partem.
14 *Derogatio præfata, ut locum ſibi vindicet, opus eſt, quod Gratia principalis irrita non ſit.*
15 *Impetrans Beneficium annalis poſſeſſoris tenetur illum infra ſex menſes in judicium vocare, & ex tunc cauſam infra annum uſque ad ſententiam diffinitivam incluſive proſequi, ſub pœna nullitatis gratiæ, ut ſecunda pars Regulæ decernit,* & n. 34.
16 *Hæc ſecunda pars Regulæ non amplius ſervatur in Gallia.*
Licet nonnulli Galliæ Pragmatici illius obſervantiam, uti valde utilem, & neceſſariam optarent.
18 *Derogatio ſecundæ parti Regulæ concedi non ſolet.*
19 *Aſſignatur ratio, cur primæ paſſim, & non ſecundæ parti Regulæ derogari conſuevit.* & num. 20.
21 *Prorogatio termini ſex menſium a Regula præſcripti ad vocandum annalem poſſeſſorem in judicium, cuicumque petenti concedi ſolet.* & numer. 47. 50.
22 *Dummodo tempus præfatum elapſum non ſit.*
23 *Terminus ſex menſium intra quos impetrans vocare debet annalem poſſeſſorem in judicium, currere incipit a die Datæ Impetrationis, & non expeditionis Litterarum.*
24 *Nec ſufficit citatio expedita, niſi fuerit legitime exequuta.*
25 *In præjudicium tamen obtinentis, neceſſaria non eſt Citationis exequutio.*
26. *Et ſufficit citatio exequuta contra Procuratorem in Cauſa conſtitutum, ac legitimo Mandato munitum.*
27 *Non requiritur tamen Citatio, ſi annalis poſſeſſor Beneficii prævenerit introducendo judicium intra ſex menſes.*

28 *Aut, ſi lis fuerit contra alium introducta, vel ſi poſſeſſor ipſe non citatus, per ſe, vel per Procuratorem ad Cauſam veniat.*
29 *Lis, ad effectum Regulæ non cenſetur introducta, ſi Impetrans Beneficium annalis poſſeſſoris Litteras ſuper ſua Impetratione non expedivit.*
30 *Et, Litteris non expeditis, recurſus ad Judices laicos non ſupplet defectum ingreſſus litis, niſi derogatum fuerit cenſuræ Regulæ XXXI.*
31 *Annus, intra quem Impetrans Beneficium ab annali poſſeſſore obtentum, litem proſequi debet, currere incipit non a fine ſex Menſium, ſed a die exequutæ citationis.*
33 *Nec Feriarum tempora ſubducuntur.*
34 *Elapſo tempore in Regula Impetranti præfixo, concedi aliquando ſolet reſtitutio adverſus illud cum conceſſione aliorum ſex Menſium ad judicium promovendum, & alterius anni ad Cauſam proſequendam.*
Et hujuſmodi reſtitutionis gratia ſubſtinetur, etiam ſi qui illam impetravit Litteras Apoſtolicas ſuper ea intra ſimile ſpatium ſex menſium non expediverit. n. 38.
35 *Referuntur exempla.* & n. 37.
36 *Sed aliquando adjici ſolet Clauſula* -- dummodo tempore conceſſæ gratiæ reſtitutionis adverſus Regulam de annali, Beneficii poſſeſſor non ſit poſſeſſor Triennalis.
39 *Judicium, quod impetrans Beneficium adverſus annalem Poſſeſſorem, proſequi tenetur uſque ad ſententiam diffinitivam, eſſe debet ſuper petitorio, non ſuper poſſeſſorio.*
40 *Sufficit tamen, quod ſit ſuper poſſeſſorio adnexam habente cauſam petitorii, ut eſt illud* adipiſcendæ.
42 *Lis cenſetur etiam introducta ſuper petitorio, ſi Cauſa commiſſa fuerit exequutori mixto. Et de ratione.*
44 *Regulæ diſpoſitioni ſatisfactum eſt, ſi impetrans ex parte ſua diligentias adhibuerit pro expeditione Cauſæ intra annum.* & n. 45.
46 *Imo nec diligentiæ ſunt neceſſariæ, ſi non eſſent profuturæ.*
47 *Tempora in Regula præſtituta currunt, etiam ſtante aliquo impedimento. Et redduntur rationes* & n. 50.
Contrarium, quod ſtante legitimo impedimento, nec ſex menſes, nec annus currat etiam prorogatione non petita. n. 51.
Amplia, ſive impedimentum provenerit a Judice, ſive a parte, quæ de facto, aut de jure ſe opponat. n. 53.
Et an ſi impedimentum proveniat a parte, requiratur proteſtatio? n. 54. & 55.
48 *Verbum* debet *præciſam neceſſitatem importat. Quemadmodum & verbum* tenetur.
49 *Agenti de lucro captando, non ſuffragatur impedimentum, quod ei tantum prodeſt, qui agit de damno vitando.*
52 *Non valenti agere tempora non currunt.*
56 *Stante legitimo impedimento, ratione cujus impetrans intra annum Cauſam proſequi, & uſque ad ſententiam diffinitivam terminare non valuit, nil obeſt, quod poſtea plures anni elabantur. Et de ratione.*
57 *Impedimentum, ut ſuffragetur, ne tempora a Regula præfixa currant, intercedere debet tempore legitimo.*
58 *Ac inſuper probari debet, quod niſi illud interceſſiſſet, judicium intra ſex menſes introduci, vel Cauſæ expeditio intra annum ſequi potuiſſet.*
59 *Regulæ diſpoſitio locum ſibi non vindicat, niſi Reus de ea excipiat.*

Et in quacumque parte judicii, ac in quacumque inſtantia de ea opponi poteſt. n. 61.

60 Quemadmodum Regula de Triennali Impetrantem non excludit, niſi Triennalis pacificus poſſeſſor eam opponat.

62 Regnla requirit, quod Reus ſit Beneficii poſſeſſor per annum immediate præcedentem Datam impetrationis de eo factæ.

63 Incipit annus hujuſmodi, non a die proviſionis, ſed adeptæ poſſeſſionis Beneficii.

64 Annus computetur de momento in momentum. Remiſſive.

65 Et præſumitur annalis poſſeſſio continuata, niſi contrarium probetur.

66 Annalis hæc poſſeſſio, ad effectum Regnlæ debet eſſe pacifica abſqne ulla, vel juris, vel facti controverſia. & n. 67.

68 Dummodo tamen lis fuerit ſuper Titulo, non ſuper fructibus Beneficii.

69 Poſſeſſor pacificus non dicitur qui habet pro ſe rem judicatam, ſuper qua pendet Cauſa nullitatis.

70 Poſſeſſor annalis favore Regulæ non gaudet, ſi titulum habeat infectum, ſeu evidenter nullum.

71 Maxime, ſi in poſſeſſione Beneficii Apoſtolicæ Sedi reſervati ex Ordinarii collatione ſe intruſit. Et redditur ratia.

72 Contrarium, quod Regula titulum non requirat, ſed contentatur nuda facti detentione, & favet ei, qui ſe intruſit in Beneficio Sedi Apoſtolicæ reſervato. & n. 74. & 75.

Et explicantur contraria Auctoritates. n. 80. & ſeqq.

Amplia, etiamſi Beneficium fuerit reſervatum reſervatione clauſa in corpore Juris. numer. 76.

Et reprobatur Felinus exiſtimans, Regulam favere ſolum intruſo in Beneficio reſervato reſervatione generali, ſecus ſpeciali. num. 78.

73 Regula non emanavit in favorem Annalium poſſeſſorum, ſed in odium Impetrantium.

79 Regulæ diſpoſitio ceſſat, ſi conſtet de non jure annalis Poſſeſſoris per rem judicatam, aut propriam confeſſionem ſive expreſſam, ſive tacitam reſultantem ex productione ab ipſo facta tituli evidenter nulli, & infecti.

80 Proviſus a Cardinali Indultario de Beneficio reſervato cum Decreto reportandi a Dataria intra quatuor Menſes novam proviſionem, ſi Decreto non paruerit, favore Regulæ de Annali non gaudet. & n. 107.

81 Quemadmodum nec proviſus a Nuncio Hiſpaniarum, qui titulum produxit evidenter nullum.

82 Regula, etſi reſtricta ad Impetrantes certo modo Beneficia Annalium poſſeſſorum, afficit nihilominus quoſcunqne alios Impetrantes, ſive per obitum, ſive per Reſignationem, contractum Matrimonii, emiſſionem Profeſſionis &c.

83 Necnon Impetrantem ex capite Simoniæ.

84 Aut ob privationem in forma Juris.

85 Seu impetrantes Beneficia, tanquam vacantia per devolutionem.

86 Verba illa -- quod etiam extendi voluit &c. -- Regulæ addita fuerunt a Julio III.

87 Regulæ diſpoſitio procedit adverſus impetrantem plura Beneficia incompatibilia, aut alias contra Decreta Concilii Tridentini ab alio per annum poſſeſſa.

Intellige, ſi Beneficia incompatibilia obtineantur ex proviſione ordinaria, ſecus vero ex Apoſtolica proviſione. Et redditur ratio.

88 Poſſeſſori duorum Beneficiorum incompatibilium, Regula de Triennali non ſuffragatur.

89 Aſſignantur quamplurimæ differentiæ, quæ inter unam, & alteram Regulam vigent.

91 Decretum vacationis primi Beneficii in proviſione alterius incompatibilis, a Papa adjectum cum altero Decreto irritanti, non ſolum inficit titulum, & poſſeſſionem primi, ſed etiam nudam ipſius detentionem.

92 Regula afficit impetrantes quæcnnqne Beneficia ſimplicia, & curata, quamvis in Commendam conceſſa, ac etiam Dignitates.

93 Necnon Officia Eccleſiaſtica.

94 Quemadmodum & impetrantes Præbendas illas Canoniſſarum, quibus adnexa eſt Dignitas Abbatiſſatus, Decaniſſatus &c.

95 Regula locum ſibi vindicat in Ceſſionibus, itant, obſtando cedenti, obſtet etiam ceſſionario.

Intellige, dummodo Gratia ſit tantummodo reſtricta ad ceſſionem, ſecus, ſi alternative ſit concepta, ſive per ceſſionem, ſive per obitum. ibidem.

96 Regulæ diſpoſitio opitulatur poſſeſſori Beneficii, quod ſit alteri unitum.

97 Et afficit impetrantes Beneficia poſſeſſa per annalem Poſſeſſorem ex proviſione Legatorum, & Nunciorum.

98 Regnla locum non habet contra inſtitutionem faciendam ad præſentationem veri Patroni.

99 Quemadmodum nec Regula de Triennali.

100 Regulæ diſpoſitio non afficit impetrantes Beneficia, de quibus annales poſſeſſores fuerunt ab Ordinariis proviſi.

101 Nec impetrantes illos, quibus impetrationis Gratia fuit Motu proprio a Papa conceſſa.

102 Contrarium, & redditur ratio.

103 Motus proprius nil contra veroſimilem concedentis mentem operatur.

104 Impetrantes Beneficia Conſiſtorialia, de quibus conſiſtorialiter provideri conſuevit, diſpoſitioni Regulæ de Annali non ſunt obnoxii, ſecus, ſi agatur de illis, quorum diſpoſitio extra Conſiſtorium fit.

105 Regula de Annali eſt perſonalis, & non favet ſucceſſori in Beneficio impetrato, qui a primo cauſam habuit.

106 Proviſis contra Concordata Germaniæ, diſpoſitio Regulæ de Annali non ſuffragatur. Et de ratione.

108 Regula non procedit in Officiis, & Adminiſtrationibus, quæ non ſunt Beneficia Eccleſiaſtica.

109 Nec favet Poſſeſſoribus Beneficiorum manualium, & ad nutum Superiorum amovibilium.

110 Unde locum ſibi non vindicat in Præceptoriis S. Joannis Hieroſolymitani, quæ ſunt ad nutum amovibiles.

111 Regula de Annali, quemadmodum & altera de Triennali, non juvantur Coadjutores cum futura ſucceſſione.

Et expreſſio, quæ in Coadjutoriæ Literis legitur, quod Coadjutor gaudere debeat Regulis de Annali, & Triennali, intelligitur poſt obitum Coadjuti, & facto ſucceſſioni loco. n. 113. 114. & 115.

112 Coadjutores, durante Coadjutoria, Beneficii poſſeſſionem non habent, ſed ea reſidet penes Coadjutum.

116 De

116 *De pœnis, quibus ſubjacent moleſtantes Annales Beneficiorum poſſeſſores, non ſervata forma a Regula præſcripta.* & numer. 117. & 118.

119 *Explicantur verba illa Regulæ -- nec alius,* quam præmiſſæ vacationis modus &c. & n. 120.

121 *Diſpoſitio Regulæ in ſupradictis verbis non viget amplius in praxi.*

122 *Qui in Regulam ſemel incidit, non prohibetur idem Beneficium ex novo, & independenti jure iterum impetrare.*

Et quid, ſi agatur de Gratia Reformatoria, Perinde valere, *aliaque ſimili a priori dependente?* ibid.

123 *Intellige, quando Impetrator peccavit in Regulam omittendo, quia nempe non vocavit in judicium Poſſeſſorem intra ſex Menſes, aut cauſam intra annum expedire non curavit.*

124 *Secus quando in Regulam peccavit, committendo, quia nempe ad Poſſeſſoris favorem emanavit ſententia, qua detegat impetrantem ipſum improbum Litigatorem.*

125 *Referuntur nonnulli Auctores, qui ſuper Regula de* Annali *plene ſcripſerunt.*

1 REgulam hanc de *Annali Poſſeſſore* primo editam fuiſſe ab *Innocentio VIII.* tradit *Paſtor*
2 *de Benefic. lib. 2. tit. 6. in princip.* Sed rectius in
illius Auctorem agnoſcunt *Eugenium IV. Gomeſ. in hanc Regul. in præfat. Dartis Oper. Canon. Tract. de Beneſ. cap. 9. §. Utraque Regula, Van Eſpen. in Jus Eccleſ. univerſ. tom. 2. part. 2. tit. 26. cap. 3. num. 1. & 2. Peleus in Commentar. Analyt. ad*
3 *Regulam Cancellar. cap. 36.* qui ſubdunt, *a Nico-*
4 *lao V.* fuiſſe inter ceteras Cancellariæ Regulas inſertam, & a *Julio III.* in hanc, quæ modo legitur formam, multis additionibus adauctam. Et
5 eſt una ex Regulis receptis in Gallia, *Rebuff. in prax. Beneſ. in hanc Regul. Gloſſ. 1. Loüet in eandem Regul. num. 112. Cabaſut. in prax. Juris Canon. lib. 2. cap. 19. num. 1. Van Eſpen in Jus Eccleſ. univerſal. tom. 2. part. 3. tit. 26. cap. 3. n. 3. Peleus in Comm. Analyt. ad Regul. Cancellar. cap. 36. §. 1.*

Ortum *Regula* habuit a quamplurimis Juribus
6 de *Annali Poſſeſſore* loquentibus; quæ congerit *Gomeſ. hic in præfat. Rebuff. in prax. ad eandem Regul. Gloſſ. 4. Queſad. ibidem in princip. Antonell. de Tempor. legal. lib. 2. cap. 34. num. 2.* Atque ea
7 eſt illius ratio finalis, ut ſcilicet improbi lites exquirentium motus reprimantur, quemadmodum in eadem Regula legitur, & animadvertunt *Sarnen. ibidem quæſt. 1. in princip. Antonell. dicto cap. 34. num. 3. Pariſ. de Reſign. lib. 3. quæſt. 5. n. 8. & ſeqq. Bengeus, & Pinſon. de Beneſ. pag. mihi 393. num. 8. & 9. Lotter. de Re Beneficiar. lib. 2. quæſt. 52. num. 6. & ſeqq. Rot. dec. 402. num. 12. part. 13. & deciſ. 345. num. 7. part. 17. Rec. & in Conchen. Præſtimonii 30. Martii 1685. §. Ea quidem cor. Rondinino.* Et, ut ait *Lotter.* ubi proxime, reſpicit publicum utilitatem, & commune
8 bonum, propter quod illa venit, uti favorabilis amplianda, *Kochier. hic num. 65. Peleus dict. cap. 36. pag. 122. §. Hac Regula*, & non uti odioſa reſtringenda, ſicuti dixit *Rot. dec. 708. n. 2. par. 4. diverſ. & dec. 228. ſub n. 8. cor. Bichio, & in Leodien. Canonicatus ſuper Remiſſoria, & Compulſoria 10. Januarii 1721. §. Denique, cor. bon. mem. Rovault de Gamaches.*

Dividitur communiter Regula in duas partes principales. In prima diſponitur, quod impetrans 9
Beneficium ab alio per annum pacifice poſſeſſum, tenetur exprimere nomen, gradum, & nobilitatem Poſſeſſoris, quot annis illud poſſederit, & determinatam cauſam, propter quam conſtare poſſit, nullum jus eidem poſſeſſori competere ſuper Beneficio impetrato; Et huic primæ parti ſolet paſ- 10
ſim Dataria derogare, *Lotter. de Re Benefic. libr. 2. quæſt. 52. num. 51. Kochier. hic num. 43. Queſad. ibidem verb. Nomen, Van Eſpen in Jus Eccleſ. univerſ. tom. 2. part. 2. tit. 26. cap. 3. num. 14. Rubeus ſingular. Rot. par. 1. circa Deciſ. Antonii Auguſtin. pag. mihi 222. cap. 7. num. 1. & 4.* ubi, quod derogatio Regulæ de *Annali* intelligitur quoad primam partem, *Tondut. quæſt. Beneficial. part. 1. cap. 85. n. 17. Rot. deciſ 232. n 10. & 506. n. 2. part. 18. Rec. & dec. 213. n. 1. cor. Gregor. & deciſ. 187. num. 40. cor. Bichio, & dec. 228. n. 1. cor. eod. & dec. 184. num. 9. cor. Cerro, & in Mediolanen. Prioratus 16. Junii 1679. §. Nam quartum, cor. Bourlemont, & in Mutinen. Parochialis 15. Junii 1687. §. non obſtat, cor. Rondinino, & in Corduben. Præſtimonii 27. Novembris 1724. §. final. cor. Cerro.* Quin imo poſſe Legatum Apoſtolicum huic primæ Regulæ parti derogare, tradunt *Cabaſut in Theor. Juris Canon. lib. 2. cap. 22. num. 12. Paſtor de Beneſ. lib. 2. tit. 6. num. 11.*

Sufficitque, quod huic Regulæ ſit derogatum
in Supplicatione, cum non agatur de canonizatio- 11
ne Gratiæ principalis, ſed tantum de illius qualitate, ut poſt *Tondut.* & alios *Rota deciſ. 506. n. 3. & ſeqq. part. 18. Recent. & in dicta Mutinen. Parochialis cor. Rondinino §. Maxime.* Requiritur tamen, quod derogatio ſit expreſſa, & ſpecialis;
Neque enim ſufficit, quod in Supplicatione fiat 12
mentio *Annalis Poſſeſſoris*, niſi diſpoſitioni Regulæ expreſſe derogetur, *Faber in Cod. lib. 1. tit. 2. definit. 81. Scopp. ad eundem dict. lib 1. tit. 2. explanat. 81. num. final. Tondut. quæſt. Benefic. part. 1. dict. cap. 85. numer. 18. Peleus in Commentar. in hanc Regul. cap. 36. pag 122. a tergo § Huic Regulæ, Rot. deciſ. 515. num. 2. lib. 2. cor. Put. deciſ.*
993. num. 2. cor. Seraphin. Verum hodie in qui- 13
buſcuoque Supplicationibus, inter clauſulas generales, veluti de ſtylo opponi ſemper conſuevit clauſula -- *Et cum derogatione Regulæ de Annali Poſſeſſore quoad primam ejus partem* -- quam derogationem ſufficere ait *Quæſad. hic verb. Nomen, Rota deciſ. 187. n. 40. cor. Bichio, repetit. in Recen. dec. 305. part. 19.*

Utque derogatio præfata ſuum ſortiatur effectum,
requiritur, quod Gratia principalis irrita non ſit, 14
aliter in nulla penitus conſideratione habenda venit, *Tondut. dict. cap. 85. numer. 19. Lotter. dict. quæſt. 52. n. 31.*

In ſecunda vero parte Regulæ diſponitur, quod
impetrans Beneficium per annum ab alio poſſeſ- 15
ſum, teneatur infra ſex Menſes Poſſeſſorem in judicium vocare, & extunc Cauſam infra annum uſque ad ſententiam diffinitivam incluſive proſequi, alias gratia ſit nulla, *Quæſad. hic, Lotter. dict. quæſt. 52. num. 52. Tondut. dict. cap. 85. num. 20. Scopp. ad Fabr. lib. 1. tit. 2. explanat. 18. num. 2. Rot. dec. 152. numer. 56. part. 12. deciſ. 402. numer. 3. part. 13. dec. 518. num. 13. part. 14. deciſ. 329. num. 2. part. 15. dec. 263. num. 2. part. 17. deciſ. 609. num. 2. part. 18. Recent. deciſ. 392. numer. 7. coram Celſo, deciſ. 34. num. 45. cor. Priolo, deciſ. 230. num. 6. cor. Dunoz. & in Conchen. Præſtimonii 30. Martii 1685. §. Quidquid enim & ſeqq. cor. Rondinino.* Sed hæc ſecunda Regulæ 16

pars non amplius hodie ſervatur in Gallia, in qua
ex Edictis *Caroli IX.* & *Henrici III.* diverſa Pra-
xis eſt introducta, *Cabaſſut. in Theor. Jur. Canon.*
lib. 2. cap. 20. n. 13. Solier. ad Paſtor. de Benef.
17 *libr. 2. tit. 6. litt. A.* Quamvis, ut recte ponderat
Auctor *Gallus novar. Addit. ad eumd. Paſtor. loco
cit.* non parvum Reipublicæ Gallicanæ commodum
accideret, ſi & hæc pars Regulæ juri, & rationi
admodum conſentanea in Gallia ſervaretur. *Non
enim inficiari poteſt* (ſunt ejus verba) *quod contra
devolutarios Beneficiis alienis inſidiantes, & litis
exquirentes emanaverit, quos frenare intendit, odio
proſequi, & coercere ad communem utilitatem, fa-
vorem publicum, & Animarum ſalutem, favora-
bilis, extendenda, & interpretatione adjuvanda
cenſeri debet; ut omnes conveniunt, & ſic recipien-
da.*

Et huic ſecundæ parti Regulæ derogari non ſo-
18 let, nam licet prior pars fuerit æque, ac iſta, in-
19 ducta ad coercendam improbitatem impetrantium,
nihilominus, quia nihil aliud concernit, quam
inſtructionem Papæ circa Perſonam, & qualita-
tem Poſſeſſoris, quod neque jus publicum, ne-
que privatum lædit; propterea illius derogatio
20 nullam in ſe habet amaritudinem. At poſterior
Regulæ pars reſpicit jus publicum, nam, niſi ci-
tetur poſſeſſor intra ſex Menſes, & exinde intra
annum Cauſa expediatur, *Regula* præſumit ca-
lumniam in impetrante, & ſuper hac præſumtio-
ne amplius diſponit, ut in verſic. *Alioquin impe-
tratio*, annullando impetrationem, & alias pœ-
nas decernendo, quapropter, ſi etiam huic Regu-
læ parti derogaretur, foveri quodammodo vide-
retur ipſa malitia, quod leges abhorrent, *leg. in
fundo 39. verſ. Neque malitiis ff. de Rei vindi-
cat. Lotter. de Re Benef. dict. quæſt. 52. num. 52.
& ſeqq.*

Conſuevit tamen de facili unicuique petenti in-
21 dulgeri prorogatio termini, quæ operatur, ut tem-
pus non currat, *Gomeſ. ad hanc Regul. quæſt. 71.
in princip. Gratian. diſceptat. forenſ. 524. num. 24.
Lotter. dict. quæſt. 52. n. 55. & 56. Rubeus ſingu-
lar. part. 1. circa deciſ. Anton. Auguſtin. pag. mihi
222. cap. 7. n. 1. & 4. Tondut. dict. cap. 85. n. 21.
Quaſad. hic in fine, Kochier. ibidem num. 44.* ubi
cum *Rebuff. Gloſſ.* 14. id intelligit, ſi adhuc tem-
22 pus ſex Menſium lapſum non ſit, *Rot. deciſ. 507.
n. 1. & dec. 999. num. 3. & 4. cor. Pania, deciſ.
505. n. 1. part. 3. Recentior.* ubi, licet prorogatio
in prima inſtantia producta non fuerit, & in *Con-
chen. Præſtimonii 13. Maii 1689. §. final. cor. Ron-
danino, & in Paderbonen. Præpoſituræ 6. Aprilis
1717. §. In præſenti cor. Anſaldo, & in Leodien.
Canonicatus ſuper Remiſſoria, & Compulſoria 10.
Januarii 1721. §. Denique, cor. Rovault de Ga-
maches.*

Plura itaque requiruntur ad ſatisfaciendum Re-
gulæ ex parte Actoris. Primo, quod citare faciat,
23 & in judicium vocare Poſſeſſorem Beneficii intra
ſex Menſes, qui currere incipiunt non a tempore
expeditionis Bullarum, ſed a die datæ impetratio-
nis, ut habetur in antiqua Regula *Eugenii IV.*
apud *Gomeſ. in Proœm.* & tradunt *Sot. hic num.
12. Kochier. numer. 44. Rebuff. in Prax. ad eam-
dem Gloſſ. 14. Quaſad. ibidem verb. infra ſex Men-
ſes, Antonell. de Tempore Legali lib. 2. cap. 14.
numer. 7. P. la Croix Theolog. moral. tom. 1. lib.
4. de Benef. Eccleſ. num. 688. Wagnarec. in Jus
Canon. lib. 3. tit. 5. de Præbend. & Regul. Can-
cellar. ad hanc Regul. §. Nota tertio, Scopp.
ad Fabr. lib. 1. tit. 2. explanat. 15. num. 2. Ricc.
collect. 3328. verſ. Et hæc evocatio part. 8. Rota
dec. 983. numer. 2. cor. Seraphin.*

Et nedum requiritur citatio, ſed etiam illius
legitime facta exequutio, *Kochier. hic n. 39. Peleus* 24
*dict. cap. 36. pag. 122. §. Poſſeſſio, Wagnarec. loco
cit. §. Nota tertio, P. la Croix dicto lib. 4. de Be-
nef. Eccleſ. n. 688.* Quamvis in præjudicium ob-
tinentis non ſit neceſſaria exequutio, ut firmat 25
*Rota in Mediolanen. Prioratus 7. Junii 1681. §.
Rurſus, cor. Paulutio.*

Sufficit tamen citare Procuratorem in Cauſa
conſtitutum, & producentem legitimum Manda- 26
tum Procuræ, *Rota dec. 999. num. 4. verſ. Nec
refert, cor. Pania.* Vel, quod ipſemet Poſſeſſor 27
præveneriт introducendo judicium intra ſex Men-
ſes, quia habetur pro citato qui ſponte comparuit.
*Ricc. collect. 2394. verſ. Amplia ſecundo, & col-
lect. 3328. verſ. Item quod hæc Regula, Scopp. ad
Fabr. lib. 1. tit. 2. explanat. 15. num. 2. in fine,
Rota dec. 187. in fine, & dec. 228. numer. 2. cor.
Bich. deciſ. 332. cor. Coccin.* cum aliis *deciſ. 506.
n. 10. part. 18. Recent. & in Mediolanen. Priora-
tus 7. Junii 1681. §. Rurſus, cor. Paulutio*, ubi
in §. *Atque* ampliatur, etiamſi lis fuerit contra 28
alium introducta, vel ſi non citatus per ſe, vel
per Procuratorem veniat ad Cauſam, *Kochier. hic
num. 25.*

Literis tamen Apoſtolicis ſuper impetratione Be-
neficii ab annali Poſſeſſore retenti, non expedi- 29
tis, non cenſetur introducta vera lis, ut ait *Rot.
dec. 992. num. 4. & 5. cor. Cerro*, ſubdens exin-
de, quod, Literis non expeditis, recurſus ad Ju-
dices Laicos non poteſt ſupplere defectum citatio-
nis, & ingreſſus litis, niſi tamen fuerit conceſſa 30
derogatio Regulæ XXXI. *ut non valeant Com-
miſſiones &c. Rot. in dicta Mediolanen. Prioratus
§. Et quamvis.*

Secundo requiritur, quod poſt introductum ju-
dicium, & exequutam citationem impetrans cu- 31
ret proſequi Cauſam intra annum. Et hic annus
incipit currere, non a die impetrationis, neque
a fine ſex Menſium, ſed a die exequutæ citatio- 32
nis, juxta verba Regulæ, quæ poſt citationem
Poſſeſſoris infra ſex Menſes jubet, Cauſam ex
tunc deſuper infra annum expediri, *Sot. hic n. 14.
Kochier. num. 45. Rebuff. in Prax. ad hanc Regu-
lam Gloſſ. 15. Quæſad. verb. infra annum, Ru-
beus dict. par. 1. pag. 222. cap. 5. numer. 9. & 10.*
ubi, quod Feriarum tempora non ſubducuntur, 33
*Ricc. collect. 2394. verſ. Sed dubitatur, Lotter.
dicto lib. 2. quæſt. 52. n. 61. Tondut. dict. quæſtion.
85. numer. 24. Antonell. de Tempor. legal. lib. 2.
cap. 34. num. 8. Adden. ad Gregor. deciſ. 532. n. 7.
Rot. dec. 272. num. 1. cor. eod. Gregor. deciſ. 506.
num. 14. part. 18. Recent. & in Leodien. ſeu Co-
lonien. Canonicatus 13. Junii 1718. cor. bon. mem.
Cerro.*

Indulgetur tamen aliquando impetranti reſtitu-
tio adverſus lapſum temporis in Regula præſtituti 34
cum conceſſione aliorum ſex Menſium ad judicium
promovendum, nec non alterius anni ad Cauſam
proſequendam, prout reſtitutionem hanc indulſit 35
f. m. *Innocentius XIII.* Antonio de *Calatrava*,
qui nonnulla Beneficia Eccleſiaſtica in Diœceſi
Salamantin. tanquam nulliter collata ab Archidia-
cono ejuſdem Cathedralis impetraverat, & poſ-
ſeſſores infra tempus a Regula præfixum in judi-
cium vocare, minuſque infra annum ſibi ad pro-
ſequendam Cauſam uſque ad definitivam Senten-
tiam pariter præfixum, cauſam ipſam terminari 36
non fecerat, cum clauſula tamen *dummodo tempo-
re conceſſæ Gratiæ reſtitutionis adverſus Regulam
de Annali, Proviſi ab Archidiacono non eſſent*

trien-

trieімales poſſeſſores, ut ex Litteris Apoſtolicis a-
pud Sanctam Mariam Majorem 1721. Idibus Ju-
lii Pontificatibus ejuſdem ſa. me. Innocentii XIII.
anno Primo. Similemque Gratiam reſtitutionis cum
conceſſione aliorum ſex Menſium ad judicium pro-
movendum, nec non alterius anni ad Cauſam pro-
37 ſequendam obtinuit a ſan. memor. Benedicto XIII.
Joſeph Suppa, qui antea impetraverat a Sede A-
poſtolica Canonicatuum Cathedralis Squillacen.
de quo nulliter ab Ordinario proviſus fuerat Mi-
chael Melia, ut ex facti ſerie relata per Rot. in
Squillacen. Canonicatus 25. Aprilis 1727. coram
38 Reverendiſſ. Cincia, ubi §. final. firmatum fuit,
non evanuiſſe Gratiam reſtitutionis adverſus Re-
gulam de Annali, ex quo impetrans Literas Apo-
ſtolicas intra ſimile ſpatium ſex Menſium non ex-
pediverit.

Tertio requiritur, quod Impetrans Cauſam pro-
39 ſequatur uſque ad Sententiam difinitivam: animad-
vertendo, quod judicium debet eſſe ſuper petito-
rio, non autem ſuper poſſeſſorio, Rubeus ubi ſu-
pra pag. 221. cap. 5. n. 1. Riccius Collect. 2394.
verſic. Generaliter nota, Antonell. de Tempor. le-
gal. lib. 2. cap. 34. num. 14. Sarnen. in hanc Regul.
quæſt. 66. Lotter. dict. lib. 2. quæſt. 52. n. 66. Rot.
deciſ. 228. n. 3. coram Bichia.

Quod tamen intellige in mero, & ſimplici poſ-
40 ſeſſorio, ſeu in eo poſſeſſorio, quod adnexam ha-
bet cauſam petitorii, ut eſt illud adipiſcendæ, adeo-
ut ad effectum hujus Regulæ ſufficiat lis, & Sen-
tentia ſuper exequutione Literarum Apoſtolica-
41 rum, cum talis exequutio concernat poſſeſſorium
adipiſcendæ, ut bene animadvertunt Sarnen. ad
hanc Regul. quæſt. 66. ſub n. 2. Antonell. de Tem-
por. legal. dicto cap. 85. n. 26. Riccius Collect. 2394.
verſic. Amplia decimo, Lotter. dict. quæſt. 52.
numer. 67. Rot. deciſ. 601. part. 4. divers. circa
fin. deciſ. 999. numer. 8. coram Penia deciſ. 213.
& ibi adden. n. 4. coram Gregor. deciſ. 228. n. 4.
coram Bichia deciſ. 505. num. 2. part. 3. Rec. &
in dicta Mediolanen. Prioratus §. Ideoque cor. Pau-
lutio.

42 Idemque procedit, ſi Cauſa committatur alicui,
uti mixto Exequutori, quoniam tali caſu partes
Judicis aſſumere tenetur, & judicare poteſt, ne-
dum de poſſeſſorio, ſed etiam de petitorio, Rot.
deciſ. 507. n. 4. & ſeqq. coram Penia. Quinimo,
43 ſi per partem adverſam fuerit ſuſpenſum petito-
rium, tunc Impetrans excuſatur, ſi intra annum
Cauſam non expediret in petitorio, nam tempus
illud, quo lis in poſſeſſorio duravit, ſubducen-
dum eſt de medio, licet impetrans ſuccubuiſſet in
poſſeſſorio, Antonell. de Tempor. legal. dict. cap.
34. num. 16. Ricc. Collect. 2394. verſic. Ne tamen,
Tondut. dict. cap. 85. n. 27. Adden. ad Gregor. dict.
deciſ. 213. n. 6.

Prout etiam ſatis eſt, quod impetrans ex parte
44 ſua diligentias adhibuerit pro expeditione Cauſæ
intra annum, & judicium ita inſtruxerit, ut po-
tuiſſet Judex, ſi voluiſſet, pronunciare in Cauſa,
& eam expedire, argumento Text. in leg. Statu
liberas 3. §. Si quis hæredi, & leg. Si intra 23. §.
1. ff. de Stat. liber. & communiter firmant Sot. hic
45 num. 15. Kochier. n. 47. Pater la Croix Theolog.
moral. tom. 1. libr. 4. num. 668. pag. 429. late
Scoppa ad Cod. Fabr. tit. 2. explanat. 15. num. 3.
Lotter. dict. quæſtion. 52. a num. 59. uſque ad 65.
Antonell. de Tempor. legal. cap. 34. num. 9. Rot.
46 deciſ. 457. n. 6. cor. Penia, ubi ampliat, ut nec
etiam diligentiæ ſint neceſſariæ, quando illæ non
eſſent profuturæ, & deciſ. 999. num. 9. coram eo-
dem, & deciſ. 272. num. 2. coram Gregor. & de-
ciſ. 532. n. 2. ibique adden. coram eodem deciſ. 601.
num. 2. part. 4. diverſor. deciſ. 506. n. 16. & 17.
part. 18. Recent. & in Mutinen. Parochialis 13. Ju-
nii 1687. §. final. confirmata 1. Decembris ejuſdem
anni coram Rondinino.

An autem aliquo ſtante impedimento currant 47
tempora in Regula præfixa? Videtur affirmative re-
ſpondendum. Primo, quia impedimentum de fa-
cili tolli poteſt per temporum prorogationem, om-
nibus, ut diximus, concedi ſolitam. Secundo,
quia Regula utitur verbis debeat, & teneatur, quæ 48
præciſam neceſſitatem important, ut de verbo de-
bet adeſt Text. in Cap. Propoſuit §. Super quo Cap.
Oblatæ, de Appell. ibiq. Gloſſ. verb. Non debet leg.
Præter in princ. ff. de æden. Et de altero verbo te-
netur, tradunt Rebuff. ſuper Concord. Rubr. de Ap-
pellat. §. 1. verb. Debeat, Kochier in hanc Regul.
num. 50. cum aliis per Barbaſ. dict. 406. num. 1.
Et tertio, quia impetrans agit de lucro captando, 49
ideoque ei non ſuffragatur impedimentum, quod
tantum prodeſt ei, qui tractat de damno vitan-
do. Et ita hiſce rationibus hanc Sententiam tuen-
tur, Mandoſ. hic quæſt. 79. num. 10. Sarnen. ibi-
dem quæſt. 71. verſic. Et hoc putarem Gratian.
diſcept. 574. n. 21. & ſeqq. Rota deciſ. 267. n. 11.
& 12. part. 17. Recent. & in Leodien. Canonicatus
ſuper Remiſſoria 10. Januarii 1721. §. Denique
coram bon. mem. Rovault de Gamaches, ubi, quod 50
Regula veluti lata favore publicæ utilitatis, ad
conſervandum Beneficium penes pacificum anna-
lem poſſeſſorem, nullam admittit excuſationem
impedimenti in impetrante, qui, ſi legitime ſit
impeditus, obtinere poterit a Sede Apoſtolica
temporis prorogationem, quæ nulli denegari ſo-
let.

Sed his non obſtantibus verior eſt contraria Sen-
tentia, quod ſcilicet ſtante legitimo impedimen- 51
to, nec ſex menſes, nec annus currat, etiam pro-
rogatione non petita, neque facta proteſtatione
ſuper impedimento, nam ſemper impedimenti
tempus ſubducitur de medio, & reliquum com-
putatur. Juris enim principium eſt, quod non 52
valenti agere tempora non currunt, leg. 1. §. final.
Cod. de Annal. exception. Cap. Quia diverſitatem,
de Conceſſion. Præbend. Cap. final. de Electıon. &
firmant Lotter. de Re Beneficiar. dict. libr. 2.
quæſt. 52. num. 57. & ſeqq. Tondut. dict. cap. 85.
num. 21. & ſeqq. ubi reprobat Gratianum, Scopp.
ad Cod. Fabrian. lib. 1. tit. 2. explanat. 15. n. 3.
circa med. Rot. deciſ. 272. n. 5. & deciſ. 532. n. 4.
ibique adden. ad Gregor. deciſ. 457. n. 1. & ſeqq.
& deciſ. 1088. numer. 2. coram Penia deciſ. 228.
n. 15. & 16. coram Bichia deciſ. 884. num. 10. &
ſeqq. coram Cerra deciſ. 601. ſub n. 2. deciſ. 708.
part. 4. diverſ. & dec. 506. n. 8. & ſeqq. & n. 15.
part. 18. Recent.

Idque procedit, ſive impedimentum provenerit
a Judice, ſive a parte, quæ de facto, aut de ju- 53
re ſe oppoſuit, Lotter. dict. quæſtion. 52. num. 62.
Cum hac tamen diſtinctione, quod ubi impedi-
mentum provenit a parte, nulla requiritur prote- 54
ſtatio, quidquid ſit, quando provenit a Judice,
Sarnen. in hanc Regulam quæſt. 14. n. 10. Rot. de-
ciſ. 601. ſub n. 2. part. 4. diverſ. & deciſ. 228. n. 7.
coram Bichio, adden. ad Gregor. deciſ. 532. n. 6.
Licet contrarium ſentiat Rub. in Singular. Rotæ 55
part. 1. circa Deciſ. Anton. Auguſtin. pag. 221. cap.
5. n. 3. & ſeqq.

Rurſus amplia, quod nihil refert, quod plures
anni fuerint poſtea elapſi, in quibus Actor pro ex- 56
peditione Cauſæ, uſque ad Sententiam definiti-
vam non inſteterit, quia Regula de Annali loqui-

 tur

tur de expeditione intra annum, non autem de
ulteriori anno, quatenus facto partis adverſæ, aut
alio legitimo impedimento, Cauſæ expeditio in
primo anno haberi non potuerit, *Adden. ad Gregor. deciſ. 532. n. 5. Rot. deciſ. 708. n. 2. part. 4.
diverſ. & deciſ. 457. num. 3. & 4. cor. Peña, &
deciſ. 228. n. 3. cor. Bichio.*

Ceterum, ut impedimentum ſuffragetur, ne
57 tempora in Regula præfixa currant, debet illud
adeſſe tempore legitimo, & juſtificari, quod niſi
illud adfuiſſet, citatio intra ſex menſes, vel Cauſæ
expeditio intra annum, ſequi potuerit. Id enim eſt,
58 quod vulgo Doctores jactitant impedimentum tunc
ſuffragari, cum in ea cauſa eſt, ut eo non ſequuto,
potuiſſet actus explicari, *Gemini. in. conſil. 91.
n. 2.* & in noſtris terminis advertunt *Cardin. de Luc.
de Benefic. diſcurſ. 50. n. 8. Scopp. ad Codic. Fabr.
dict. Explanat. 15. n. 3. circ. med. Gomeſ. in hanc
Regul. quæſt. 71.*

Hæc requiruntur ex parte Actoris; Sed plura etiam
concurrere debent ex parte Rei, ut Regula
locum habeat. Primo, quod ipſe Reus opponat,
59 & excipiat de ea, nam licet ſit notoria, requiritur
tamen illius poſitivus uſus, *Lotter. de Re Beneficiar.
lib. 2. quæſt. 52. n. 13. Antonell. de Tempor.
legal. lib. 2. cap. 34. n. 13. Scopp. ad Cod. Fabr.
60 dict. explanat. 15. n. 14.* Quemadmodum Regula
de Triennali non excludit impetrantem, niſi
pacificus Triennalis poſſeſſor eam opponat, ut
61 dicemus in *Comment. in eandem Regul.* Bene verum
eſt, quod Regula præfata *de Annali* in quacumque
parte Judicii, & in quacumque inſtantia
opponi poterit, *Antonell. & Lotter.* ubi proxime
*Sarnen. in hanc Regul. quæſt. 5. Kochier. ibidem
ſub num. 64. Rubeus dict. part. 1. pag. 222. cap. 6.
num. 1. Ricc. Collect. 2394. verſic. Amplia decimo,
P. la Croix Theolog. moral. tom. 1. lib. 4.
de Benefic. Ecclef. num. 682. pag. 429. Rot. deciſ.
601. in princip. part. 4. & deciſ. 232. num. 9. cor.
Dunoz.*

62 Requiritur ſecundo ex parte Rei poſſeſſio Annalis,
ideſt per annum immediate præcedentem
ipſam impetrationem Beneficii, ejuſque Datam,
*Ricc. Collect. 2394. verſic. Et poſſeſſio, Mandoſ. in
hanc Regul. quæſt. 19. n. 3. Van Eſpen in Jus Ecclef.
univerſ. tom. 2. part. 2. cap. 3. n. 11. Rot.
deciſ. 505. num. 5. part. 3. & deciſ. 506. n. 1. part.
18. Recent. deciſ. 576. n. 1. deciſ. 591. & deciſ. 1103.
n. 2. coram Coccin.* & latius *deciſ. coram eodem deciſ.
332.* ubi perpendit Dictiones *tunc*, & *immediate*
in Regula appoſitas, quarum vigore ait, paſſim
in Rota ſervari, quod probari debeat pacifica
poſſeſſio in anno immediate præcedente ipſam impetrationem,
& in *Legionen. Beneficii 15. Februarii
1701. §. Minuſque, coram Olmo.*

Et hujuſmodi temporis initium deſumitur non a
63 die proviſionis, ſed a die adeptæ poſſeſſionis Beneficii,
& terminatur, poſtquam completus eſt
annus pacificæ poſſeſſionis, antequam Beneficium
ſic poſſeſſum alter impetret, *Quaſada hic verſic.
Tunc per annum, Kochier numer. 26. Rebuff. in
Prax. ad hanc Regulam gloſſ. 4. & 5. Antonell. de
Tempor. legal. dict. cap. 34. n. 4. Lotter. de Re Benefic.
dict. quæſtion. 52. num. 19. & 20.* ubi, an An-
64 nus computetur de momento in momentum,
*Rot. deciſ. 332. numer. 1. coram Coccin. & deciſ.
668. num. 16. coram clar. mem. Cardinali Caprara*,
præſumiturque continuata poſſeſſio per an-
65 num, niſi contrarium probetur, *Rot. deciſ. 983.
coram Seraphin. & deciſ. 202. num. 2. coram Dunoz.
Sen.*

66 Tertio requiritur, quod poſſeſſio fuerit pacifica,
ideſt ſuper qua nulla fuerit mota controverſia
juris, vel facti; Lite enim exiſtente, poſſeſſio nul 67
latenus dicitur pacifica, *Sot. hic n. 6. Kochier n.
32. Quaſada ibidem verb. Pacifice, Van Eſpen.* in
*Jus Ecclef. univerſal. dict. cap. 3. n. 12. Rebuff.
in Prax. ad eandem Regulam gloſſ. 6. Rot. deciſ.
289. n. 29. & ſeqq. part. 9. & deciſ. 580. num. 5.
part. 19. tom. 2. Recent.* Dummodo lis fuerit ſuper
titulo, non autem ſuper fructibus, aut Deci- 68
mis Beneficii, *Louet. in hanc Reg. n. 133. Van
Eſpen. loco cit.*

Poſſeſſor autem pacificus dici non poteſt ille, qui
habet pro ſe rem judicatam, quando pendet Cau- 69
ſa nullitatis, quemadmodum ad effectum præſentis
Regulæ firmat *Rot. deciſ. 576. n. 2. & deciſ. 591.*
n. 4. *coram Penia, & in Recent. deciſ. 505. in fine
part. 3. & in Baren. Beneficii 26. Aprilis 1694. §.
Nec pacificus confirmata 23. Junii 1695. §. His
omnibus, cor. Urſino.*

An autem poſſeſſio hujuſmodi annalis debeat eſſe
titulata, & non infecta, controverſa quæſtio eſt. 70
Nam Poſſeſſorem habentem titulum infectum, ſeu
evidenter nullum, non gaudere beneficio hujus
Regulæ, pluries fuit a Rota deciſum, præſertim
deciſ. 287. num. 17. coram Celſo, & deciſ. 317.
n. 17. *part. 13. deciſ. 402. n. 13. part. 18. Recent.*
Maxime, ſi Poſſeſſor ſe intruſit in Beneficio reſer- 71
vato, ea ratione, quia Regula hæc requirit poſſeſſionem
actualem, bonam, & pacificam, & ideo,
cum poſſeſſio Beneficii reſervati ſit infecta a Decreto
irritanti, quo Apoſtolicæ Conſtitutiones
Beneficiorum reſervatoriæ ſunt munitæ, hinc
eſt, quod habetur pro vacua, etiam ſi non agatur
de reſervatione in corpore juris clauſa, *Rota
deciſ. 884. num. 14. & ſeqq. coram Cerra, & deciſ.
45. num. 5. coram Durano*, ubi, quod hæc
Regula non habet locum in Beneficiis generaliter
reſervatis, & quod res eſt clara, & in magiſtralibus
Deciſionibus 523. & 580. *part. 19. tom. 2.
Recent. & deciſ. 866. coram Molines, & in Baren.
Beneficii 25. Junii 1693. §. Magis cor. Urſino, &
in Carthaginen. Beneficii 18. Februarii 1704. §. final.
cor. bo. me. Lancetta inter impreſſ. deciſ. 301.*

Sed hodie contraria invaluit opinio, quod ſcili- 72
cet Regula contentetur ſola, & nuda facti detentione,
&, ut vulgo dicitur, *Aſinina* poſſeſſione,
& favet etiam ei, qui ſe intruſit in Beneficio Sedi
Apoſtolicæ reſervato, ea ratione, quia non emanavit
in gratiam annalium poſſeſſorum, qui ideo 73
legitimo titulo deſtituti, legis favore remaneant
indigni, ſed prodiit in odium impetrantium, *ut
improbi lites exquirentium motus reprimantur*, un-
de ſufficit, ut verificetur quæcumque annalis poſ- 74
ſeſſio, ad hoc, ut impetrator ſubjiciatur conditionibus
in Regula præſcriptis *Fagnan. in Cap. de
Multa a n. 42. uſque ad fin. de Præbend. Faber
in Cod. lib. 2. tit. 6. definit. 15. Scopp. in eund. explanat.
15. numer. 7. Van Eſpen. in Jus Ecclef.
univerſal. tom. 2. part. 2. tit. 26. cap. 3. num. 7.
Louet in hanc Regul. n. 119.* ubi, quod nec titu- 75
lus, nec bona fide requiritur, *Lotter. dict. quæſt.
52. num. 40. & ſeqq. Cardin. de Luc. de Benefic.
diſcurſ. 47. num. 19. Rot. deciſ. 835. in princip.
part. 4. diverſor. & deciſ. 402. num. 10. & ſeqq.
part. 13. deciſ. 518. num. 14. part. 14. dec. 329.
num. 9. & 10. part. 15. deciſ. 148. num. 14. & ſeqq.
part. 18. Recentior. deciſ. 1060. n. 7. & 8. deciſ.
1068. coram Seraphin. deciſ. 292. num. 5. coram
Dunoz. Sen.* ubi, nulla habita ratione inter Bene- 76
ficia reſervata reſervatione clauſa in corpore juris,
vel non, & *dec. 392. num. 9. cor. Celſo*, & recedendo
a prius deciſis, *dec. 922. n. 10. & ſeqq. cor.
Cerro*,

Cerro, cum aliis *in Conchen. Præſtimonii* 30. *Mar-*
tii 1685. *§. Reſpondebant coram Rondinino*, ubi
77 de Proviſo a Nuotio, qui ſuas exceſſerat facul-
tates, & in *Paderbonen. Præpoſituræ* 16. *Aprilis*
1717. *§. Ejuſdemque, coram bon. mem. Anſaldo,*
& in Compoſtellana Beneficii 17. *Januarii* 1729.
§. Cujus quidem, coram Reverendiſſimo Aldro-
vando, ubi reprobatur *Felin.* qui in propoſito ſub-
78 jectæ controverſiæ conſtituit diſcrimen inter reſer-
vationes ſpeciales, & generales favore Sedis Apo-
ſtolicæ inductas, admittendo effectum Regulæ de
Annali favore intruſi in Beneficio reſervato reſerva-
tione generali, ſecus autem reſervatione ſpeciali,
cum diſtinctio hæc (ſunt verba Rotæ) *non fuerit*
a Tribunali recepta ex ea juridica ratione, quia
decretum irritans in Regula IX. adjectum inficere
ad ſummum poteſt poſſeſſionem juris, ſecus autem
poſſeſſionem facti, cum revera de medio non tol-
lat detentationem, in cujus prærogativa conſtitu-
ta eſt ratio juridica præmemoratæ Regulæ de An-
nali.

Limitatur tamen poſtrema hæc opinio, quan-
79 do conſtat de non jure, ſeu de non titulo Poſſeſ-
ſoris per rem judicatam, vel partis confeſſionem,
ſive expreſſam, ſive tacitam reſultantem ex pro-
ductione ab ipſo facta de Titulo evidenter nullo,
& infecto; tunc enim locum ſibi non vindicat
Regula de Annali, *Gomeſ. ad hanc Regul. quæſt.*
51. *Card. de Luc. de Benefic. diſcurſ.* 47. *n.*16 *&*
ſeqq. Tondut. dict. cap. 85. *n.* 35. *Rot. deciſ.* 983.
*n.*4. *& ſeqq. coram Seraphin. & deciſ.* 992. *n.* 10.
80 *coram Cerro deciſ.* 402. *part.* 13. *Recent.* Et in his
terminis loquuntur Deciſiones 523. & 580. *part.*
19. *tom.* 2. *Recent.* ſupra laudatæ *§. An autem*
poſſeſſio, in quarum themate proviſus a Cardinali
vigore Indulti de Beneficio reſervato cum De-
creto reportandi a Dataria novam proviſionem in-
tra quatuor menſes illam obtinere neglexit; di-
ctumque fuit, ei non prodeſſe *Regulam de An-*
nali, ex quo titulus collationis Beneficii ei factæ
per Cardinalem ob Decretum non adimpletum eva-
ſerat evidenter nullus. Quemadmodum Deciſio
in *Carthaginen. Beneficii coram bon. mem. Lan-*
81 *cetta* pariter laudata in dicto *§. An autem poſſeſ-*
ſio, loquitur de Proviſo a Nuncio Hiſpaniarum,
qui titulum produxerat evidenter pariter nullum.

Cetorum, licet Regula videatur in verbis re-
82 ſtricta ad impetrantes, *certo modo*, tamen locum
habet in quibuſcumque aliis Beneficia impetranti-
bus, ſive per obitum, ſive per Reſignationem,
ſive per contractum Matrimonii, aut Profeſſionis
emiſſionem, ſive alio quovis modo vacaverint,
cum, & eorum reſpectu, non minus, quam alio-
rum certo modo impetrantium militet eadem ra-
tio expreſſa in principio Regulæ, pro reprimendis
ſcilicet improbis lites exquirentium motibus, *Ko-*
*chier hic numer.*66. *Rebuff. in Prax. in hanc Re-*
gul. gloſſ. 7. *verſic. Sed poteſt, Peleus ibidem cap.*
36. *pag. mihi* 122. *a terga §. Cum Regula, Van*
*Eſpen. in Jus Eccleſ. univerſal. tom.*2. *part.* 2. *tit.*
26. *cap.*3. *numer.* 7. *Tondut. dict. cap.* 85. *nu-*
*mer.*28. *Rub. Singular. part.*1. *circa deciſ. Anton.*
Auguſtin. pag. 210. *ad Regulam de Annal. cap.* 1.
*numer.*1. *Riccius Collect.*2394. *verſic. Amplia ſex-*
to, Rot. in Tuden. Canonicatus 19. *Junii* 1671. *§.*
Non obſtat, coram Albergato confirmata deciſ. 267.
*numer.*3. *part.* 17. *Recentior.* cum aliis in dicta
Conchen. Præſtimonii §. finali coram Rondinino.
83 Afficit itidem Regula impetrantem Beneficia
ex capite Simoniæ, *Rebuff. ad hanc Regulam*
gloſſ. 3. *Van Eſpen. loco cit. numer.* 6. *§. Idipſum,*
Gratian. diſceptat. 574. *numer.* 25. *Tondut. quæſt.*
Beneficial. part. 1. *cap.* 85. *numer.* 29. Et quoad
impetrantem in forma Juris, nempe quando quis 84
ob aliquod crimen perpetratum Beneficio privari
petatur, contra *Gomeſium*, reſpondit *Rota cor.*
Penia dec. 418. *numer.* 1. ubi ait, hanc opinio-
nem placuiſſe Rotæ ob Regulas modernas, nam
ſub *Julio III.* facta fuit extenſio Regulæ ad im-
petrantes Beneficia per privationem, amotionem, 85
vel propter exceſſus, vacantia, & vacatura, &
ſimiliter ad impetrantes Beneficia tanquam va
cantia per devolutionem; quam appendicem ad- 86
ditam fuiſſe ad injiciendum durius frænum impe-
trantibus, ait *Kochier hic numer.* 23. *Paſtor de*
*Benefic. lib.*2. *tit.* 6. *numer.* 12. *& ſeqq. Rebuff. in*
Prax. ad hanc Regul. gloſſ. 20. *&* 21.

Similiter favet Regula poſſidenti duo Beneficia 87
incompatibilia, aut alias contra Decreta Conci-
lii Tridentini. Licet enim talis Poſſeſſor non ju-
vetur Regula *de Triennali*, ut dicemus in *Com-* 88
mentar. in eandem Regul. juvatur tamen Regula
de Annali propter multiplices differentias, quas
inter unam, & alteram Regulam notat *Fagnan.*
*in Cap. de Multa numer.*50. *& ſeqq. de Præbend.*
Regula enim iſta non defendit, tutumque reddit 89
Poſſeſſorem, nec ei dat aliquem titulum, ſed ex-
cludit tantum impetrantem, qui ſancita per Re-
gulam non adimplevit, & ideo, quamvis talis
impetrans repellatur, non propterea obtinens in-
compatibilia eſt tutus, cum poſſit ab alio impe-
trante, qui ſervet requiſita Regulæ Beneficio ſpo-
liari *Sarnen. in hanc Regul. quæſt.* 52. *verſic. pri-*
ma eſt, & §. Pro qua opinione, ait, non poſſe be-
neficio Regulæ etiam poſſeſſorem Beneficiorum
contra diſpoſitionem, *Extravagant. Execrabilis,*
Peleus dict. cap. 36. *pag.* 126. *in fine, Van Eſpen.*
*loco citat. numer.*6.

Sed Theoricam hanc locum ſibi vindicare poſ-
ſe exiſtimo reſpectu poſſeſſoris plurium Beneficio- 90
rum incompatibilium ex proviſione ordinaria, ſe-
cus Apoſtolica. Cum enim in Apoſtolica pro-
viſione ſecundi Beneficii incompatibilis apponi ſo-
leat Decretum dimittendi primum, & quidem
munitum altero Decreto irritanti, hoc ſuper cer- 91
to corpore Beneficii adjectum, non ſolum inficit
titulum, & poſſeſſionem, ſed etiam ipſam facti
inſiſtentiam, & nudam detentationem, & per
conſequens operatur, ut impetrans cenſuræ Re-
gulæ de Annali obnoxius non remaneat, *Rot.*
deciſ. 123. *numer.* 58. *& deciſ.* 580. *a numer.* 11.
& ſeqq. part. 19. *tom.* 2. *Recent.*

Præterea Regula procedit quoad impetrantes
quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica ſimplicia, & 92
curata, Dignitates, nec non Beneficia commen-
data, & alia, de quibus *Rebuff. in Prax. in hanc*
Regul. gloſſ. 3. *Peleus ibidem cap.* 36. *pag.* 123. *§.*
Regula procedit, & pag. 123. *a tergo* plene *Gameſ.*
& Mandoſ. per plures quæſt. ibidem. Et quod li-
cet loquatur de Beneficio, locum habeat etiam 93
in Officio Eccleſiaſtico, *Mandoſ. in hanc Regul.*
*quæſt.*8. *numer.* 1. *Piton. diſcept.* 111. *numer.*18.
Gonzal. in Reg. 8. *gloſſ.* 5. *§.*11. *a numer.*9. *Rot.*
in Monaſterien. Vicariæ 3. *Aprilis* 1713. *§. Ne-*
que, coram bo. me. Lancetta inter impreſſ. deciſ.
778. Prout etiam Regulam hanc, quemadmo- 94
dum, & alteram de Triennali afficere Impetran-
tes Præbendas illas Canoniſſarum, quibus adnexa
eſt Dignitas Abbatiſſatus, Decaniſſatus &c. di-
cemus in *Comment. in Regul. de Triennal. n.*36.

Afficit quoque Regula Beneficiorum Ceſſio- 95
nes, itaut obſtando cedenti, obſtet etiam Ceſſio-
nario, *Rubeus in Singular. ad Deciſ. Anton. Au-*
*guſtini cap.*1. *n.*3. *pag.* 220. *part.* 1. *Rot. deciſ.*1104.
numer. 5.

n. 5. *& ſeqq. coram Penia*, ubi declarat, id proce-
dere, quando gratia eſt ſolum reſtricta ad ceſſio-
nem, ſecus, ſi alternative ſit concepta, ſive per
ceſſionem, ſive per obitum.

Suffragatur inſuper Regula poſſidenti Benefi-
96 cium, quod ſit alteri Beneficio unitum, *Rebuff.
ad hanc Regul. gloſſ.* 10. *Rubeus ubi ſupra pag.* 221.
n. 17. *Ricc. Collect.* 2394. *verſic. Amplia primo*,
Rot. deciſ. 230. *n.* 9. *coram Dunozet.*

Et demum locum habet etiam in Proviſionibus
97 Beneficiorum, quæ fiunt a Legatis, & Nunciis
Apoſtolicis, itaut impetrans Beneficia ab illis col-
lata, & pacifice per annum poſſeſſa teneatur quid-
quid a Regula præſcriptum eſt, ſervare, *Mandoſ.
in Prax. ad hanc Regul. quæſtion.* 50. *Kochier ibi-
dem num.* 56. *Cabaſut. in Prax. Jur. Canon. lib.* 2.
cap. 10. *num.* 12. *Wagnaree in Jus Canon. lib.* 3.
tit. 5. *de Præbend. & Regul. Cancellar. in hanc Re-
gulam §. Nota quarto*, *Rot. dec.* 285. *num.* 8. *&* 9.
cor. Seraphin.

E contra vero plures ſunt caſus, in quibus Re-
98 gulæ diſpoſitio ſuum non obtinet vigorem. Et
primo non procedit in præjudicium Patroni, & in-
ſtitutionis in Beneficio faciendæ ad illius præſen-
tationem, quandocumque ſequutam, licet ſecus ſit,
quando agitur de præjudicio præſentati tantum,
ut diſtinguendo caſus *Gomeſ. hic quæſt.* 27. *Tondut.
dict. cap.* 85. *num.* 33. *Peleus in hanc Regul. cap.*
36. *pag.* 136. *in fine*, *Antonell. de tempor. legal.
dict. cap.* 34. *numer.* 22. *Lotter. de Re Beneficiar.
lib.* 2. *quæſt.* 14. *n.* 63. *Rot. dec.* 285. *n.* 6. *coram
Seraphin. dec.* 599. *num.* 41. *part.* 4. *tom.* 3. *Re-
cent. deciſ.* 866. *n.* 11. *coram Molines*, *& in Ro-
mana Beneficii* 15. *Maii* 1671. *§. Contrarium, co-
ram Taya*, *& in Mediolanen. Juriſpatr.* 28. *Junii*
1680. *§. final. coram eodem*, *& in Oſtunen. Beneficii*
10. *Decembris* 1708. *§. final. coram Reverendiſſimo
Criſpo*, *inter impreſſ. deciſ.* 3. *&* 27. *Januarii* 1710.
§. Atque ex his, *&* 29. *Martii ejuſdem anni §.
Et habemus*, *coram bon. mem. Anſaldo.* Quod pro-
99 cedere etiam in terminis Regulæ de Trienna-
li, dicemus infra in *Comment. in eamdem Regu-
lam.*

100 Secundo ceſſat Regula in proviſionibus Benefi-
ciorum factis ab Ordinariis ex rationibus, quas
late perpendit *Sarnen. in hanc Regul.* ubi *in §. Po-
ſtremo* ait, quod Regula antiqua *Eugenii IV.* pri-
mi conditoris ejuſdem Regulæ expreſſe loqueba-
tur de impetrante a Sede Apoſtolica, cumque mo-
derna Regula nihil addiderit illi *Eugenii*, ſed ſim-
pliciter loquatur, intelligi debet, & declarari ſe-
cundum illam, *Antonell. dict. cap.* 14. *num.* 26. *&*
27. *Luet hic dum.* 115. *Kochier num.* 55. *Rubeus
ubi ſupra num.* 221. *Ricc. Collect.* 2384. *verſ. Li-
mita nono*, *Paſtor de Beneſ. lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 6.
Azor. Inſtit. Moral. part. 2. *lib.* 7. *cap.* 34. *quæſt.*
5. *P. la Croix Theolog. moral. tom.* 1. *lib.* 4. *de Be-
neſ. Eccleſ. num.* 681. *pag.* 428. *Wagnaree in Jus
Canon. lib.* 3. *tit.* 5. *de Præben. & Regul. Cancell.
in hanc Regul. §. Nota quarto*, *Cabaſut. in Prax.
Jur. Canon. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 12. *& cap.* 23.
num. 12.

Tertio, Regulam non procedere in impetran-
101 te gratiam *Motu proprio*, firmant *Sarnen. in hanc
Regul. quæſt.* 10. *Antonell. de tempor. legal. dict.
cap.* 34. *num.* 14. *Peleus in hanc Regul. cap.* 36.
102 *pag.* 124. *a tergo §. Hæc Regula.* Sed contrariam
ſequuntur ſententiam *Rebuff. in Prax. ad hanc Re-
gulam*, *Van Eſpen in Jus Eccleſ. univ. tom.* 2. *part.*
2. *tit.* 26. *cap.* 3. *n.* 5. *P. la Croix ubi ſupra n.* 687.
& rectius, quia, cum hæc Regula emanaverit
publicæ utilitatis cauſa, & ad lites ſuccidendas,
non cenſetur, Papam velle eidem derogare per
clauſulam *Motus Proprii*, quæ contra veroſimilem 103
concedentis mentem nihil operatur.

Quarto, Regula locum ſibi non vindicat in
Beneficiis Conſiſtorialibus, quæ conſiſtorialiter 104
provideri conſueverunt, ſecus, ſi extra Conſiſto-
rium de illis diſpoſitio fiat *Sarnen. in hanc Regul.
quæſt.* 24. *Kochier ibidem num.* 24. *Mandoſ. conſ.*
25. *num.* 10. *verſ. ex præmiſſis*, *Paſtor. de Beneſic.
lib.* 2. *tit.* 6. *n.* 9. *Pariſ. de Reſignat. lib.* 2. *quæſt.*
2. *num.* 6. *Rubeus ſingular. Rot cap.* 2. *numer.* 2.
pag. 221. *Rot. dec.* 791. *num.* 2. *part.* 3. *rec. deciſ.*
490. *lib.* 2. *coram Puteo*, *deciſ.* 1023. *num.* 7. *co-
ram Coccin. & in Nullius*, *ſeu Senonen. Abatiæ*
23. *Januarii* 1722. *§. Secus autem*, *&* 15. *Maii*
1722. *§. Nullo pariter*, *coram bon. mem. Cerro*,
& 12. *Januarii* 1725. *§. Sed imo coram Reveren-
diſſimo Corio.*

Quinto, Regula non opitulatur ſucceſſori in 105
Beneficio; eſt enim perſonalis, proindeque non ju-
vat ſucceſſorem, qui ab anteceſſore cauſam non
habet, *P. la Croix Theolog. moral. tom.* 1. *lib.* 4.
n. 685. *Mandoſ. in hanc Regul. quæſt.* 24. *num.* 24.
verſic. Contraria, *Antonell. de tempor. legal. cap.*
34. *num.* 17. *Caſſador. ſuper Regul. Cancellar. de-
ciſ.* 16. *numer.* 1. *& ſeqq. Rot. in Mutinen. Paro-
chialis* 1. *Decembris* 1687. *§. Si quidem coram
Rondinino.*

Sexto, Proviſi contra Concordata Germaniæ
non poſſunt ſe tueri beneficio *Regulæ* cum omni 106
titulo careant, & poſſeſſione, eorumque poſſeſſio
potius uſurpationis, & intruſionis nomen mere-
tur, quam poſſeſſionis, ut clare præſcribitur in
Conſtitutione ſan. mem. Clementis VII. edita *an-
no* 1534. & impreſſa penes *Nicolarts ad Concor-
dat. German. tit.* 3. *pag. mihi* 218. & cohærenter
ad dictam Conſtitutionem *idem Nicolarts pag.* 223.
§. 13. *&* 14.

Septimo, Regula non juvat Proviſum de Be-
neficio reſervato a Cardinali Indultario cum De- 107
creto reportandi a Sede Apoſtolica novam Provi-
ſionem intra quatuor Menſes ſub Decreto irritan-
ti, ſi Decreto præfato non paruerit; tunc enim
poſſeſſio adepta vigore Proviſionis expletæ a Car-
dinali eſt evidenter nulla, & vigore Decreti irri-
tantis infecta etiam remanet ipſa facti inſiſtentia,
& nuda detentio, *Gomeſ. in hanc Regul. quæſt.* 14.
verſ. Poſtremo, *Rot. deciſ.* 440. *num.* 15. *part.* 4.
tom. 2. *Recent. & deciſ.* 523. *num.* 81. *& deciſ.* 580.
n. 14. *part.* 19. *tom.* 2. *Recent. & diximus ſupra
n.* 80.

Octavo, non procedit Regula in Officiis &
adminiſtrationibus, quæ non ſunt Beneficia Eccle- 108
ſiaſtica, *Rot. deciſ.* 52. *n.* 8. *coram Pœnia.* Quem-
admodum nec in Beneficiis manualibus; Poſſiden-
tes enim hujuſmodi generis Beneficia, ad nutum
Superiorum amoveri poſſunt, hac Regula non ob- 109
ſtante, *Ricc. collect.* 2394. *verſ. Limita octavo*,
Ronzal. in Regul. 8. *gloſſ.* 5. *num.* 64. *Pax Jordan.
var. elucubr. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 11. *numer.* 269.
Card. de Luc. de Beneſic. diſc. 98. *numer.* 20. *Rot.
deciſ.* 667. *num.* 3. *part.* 4. *diverſ. & deciſ.* 1. *n.* 7.
coram Burat. Et ex hac ratione locum nec ſibi
vindicat in Præceptoriis S. Joannis Hieroſolymi- 110
tani, quæ ſunt ad nutum amovibiles, *Rub. Sin-
gul. part.* 1. *circa deciſ. Antonii Auguſtin. pag.* 221.
cap. 2. *num.* 9. *Mohedan. deciſ.* 10. *de Cauſ. poſ-
ſeſſ.*

Poſtremo nec Regula iſta, nec altera de Trien- 111
nali favent Coadjutoribus Beneficiorum cum fu-
tura ſucceſſione, quia Regulæ præfatæ expreſſe lo-
quuntur de Poſſeſſoribus Beneficiorum Eccleſiaſti-
corum,

corum, inter quos non recenſentur Coadjutores,
qui poſſeſſionem Beneficiorum non habent, ſed ea
112 penes Coadjutum reſidet, *Garc. de Beneſic. part.*
4. *cap.* 5. *n.* 90.

Et quamvis in Litteris Coadjutoriæ exprimi coo-
ſueverit, quod Coadjutores gaudere debeant Re-
gulis *de Annali, & Triennali poſſeſſoribus*, ſicuti
113 fruuntur Coadjuti ipſi, & conſequenter ſi non de
jure, ex mente ſaltem Pontificis gaudere debeant
earumdem Regularum favore, *Gavant. in Ma-
nual. verb. Coadjutor in addit. num* 18. *Barboſ.
de Canon. & dignit. cap.* 29. *num.* 43. *& in ſumm.
Apoſtol. deciſ. collect.* 175. *num.* 10. *Et de Jur.
Eccleſ. univerſ. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 84. *Ceſar. de
Eccleſ. Hierarch. part.* 3. *diſput.* 14. *num.* 8. *Mal-
lect. de Hierarch. Eccleſ. Milit. lib.* 3. *part.* 1.
tit. 34. *num.* 10. Nihilominus expreſſio præfata in-
114 telligi debet poſt obitum Coadjuti, & poſtquam
Coadjutoriæ gratia ſuum plenarium, & integrum
ſortita fuerit effectum, ut ſcilicet, ſi Coadjutor
ipſe, defuncto jam Coadjuto, a quo tempore re-
cipitur in Canonicum, & in fratrem, ſtallumque
in Choro, & locum in Capitulo habere incipit,
per annum, vel per triennium in ſua poſſeſſione
continuaverit, earundem Regularum favore gau-
dere debeat, niſi aliud expreſſe in Litteris Coad-
jutoriæ caveatur, ut decrevit *Sac. Congreg. Rituum
in Colombrien.* 16. *Septemb.* 1606. Propoſito enim
Dubio -- *An Coadjutores, quibus data non fuit
nova poſſeſſio poſt mortem ſuorum principalium,
ſint tuti Annales, Triennales, vel decennales Poſ-
ſeſſores*, Prodiit reſponſum -- *Coadjutores, quibus
non eſt data nova poſſeſſio poſt obitum ſuorum prin-
cipalium, eſſe tutos annales, Triennales, ſeu
Decennales poſſeſſores, ſi per annum, triennium,
vel decennium continuaverint in ſua poſſeſſione poſt
obitum Coadjuti*, & firmant *Fermoſin. tom.* 2. *de
Offic. & Sacr. Eccleſ. tit. de Offic. Archipresbyt.
quæſt.* 4. *num.* 57. *& n.* 71. *Caſtropal. Oper. mo-
ral. tom.* 2. *tract.* 13. *diſput.* 1. *punct.* 10. *num.* 19.
quæſt. 11. *Garc. dict. part.* 4. *cap.* 5. *n.* 90. ubi e-
115 tiam, quod non tranſacto toto tempore anni, vel
Triennii, non poteſt Coadjutor effectus jam prin-
cipalis gaudere annali, vel triennali poſſeſſione
Prædeceſſoris, *Gonzal. in Regul.* 8. *§.* 9. *gloſſ.* 5.
num. 118. *De Magiſtris tom.* 1. *Sylv. Eccleſ. lib.* 2.
tit. 3. *de Coadjutor. cap.* 4. *num.* 16. *Rot. deciſ.* 102.
n. 18. *coram Martin. Andr.*

Remanet nunc videndum, quas pœnas Regula
116 decernat contra hujuſmodi impetrantes, & mole-
ſtantes annales Beneficiorum poſſeſſores non ſerva-
ta forma inibi præſcripta. Et in primis annullatur
impetratio cum omnibus inde ſequutis, nempe
Commiſſio Cauſæ, Acta judicialia, & totus Pro-
ceſſus, adeout ſi oppugnatur Regulæ diſpoſitio in
ſecunda, aut ulteriori Inſtantia, annullentur ſen-
tentiæ, & omnia acta præcedentia, *Ricc. collect.*
2394. *verſ. Hac etiam*, *Lotter. de re Beneſ. lib.* 2.
quæſt. 52. *n.* 69. *&* 70. *in fin. Antonell. de tempor.
legal. dict. cap.* 34. *n.* 18. *&* 19. *Rot. dec.* 893. *n.* 10.
coram Seraphin. & deciſ. 1003. *n.* 9. *coram Penia*,
& deciſ. 263. *n.* 7. *part.* 15. *deciſ.* 609. *n.* 2. *part.*
18. *Rec.* ubi, quod litem extinguit cum omnibus il-
lius Actis.

Ultra annullationem actus, mandat Regula im-
117 petrantem teneri ad id, quod intereſt alterius par-
tis, quod intelligit, *Lotter. de Re Beneficiar. dict.
quæſt.* 52. *num.* 70. quando Regulæ ſatisfactum non
118 eſt *omittendo*, nempe quis impetrans non vocavit
in judicium poſſeſſorem intra ſex Menſes, vel
Cauſam non eſt intra annum proſequutus. Quod,
ſi peccaverit in Regulam *committendo*, quia nem-
pe injuſte, & indebite, aut frivole moleſtavit
poſſeſſorem, tunc tenetur etiam ſolvere Cameræ
Apoſtolicæ quinquaginta florenos auri. Licet hæc
pœna nunquam exigi conſueverit *Sot. hic*, *Gomeſ.
quæſt.* 40. *Kochier num.* 44.

Denum Regula per verba illa -- *Nec alius*, 119
*quam præmiſſæ vacationis modus, etiam per Litte-
ras ſi Neutri, aut ſubrogationis, aut alias ſibi quoad
id hoc, ut Beneficium hujuſmodi ea vice conſequi, aut
obtinere valeat quomodolibet ſuffragetur, illudque
nullatenus in antea litigioſum propterea cenſeatur* --
taliter obſtringit impetrantem contra annalem poſ-
ſeſſorem ad juſtificandum modum vacationis in ſua
impetratione principaliter expreſſum, ut eum in-
habilem reddat ad obtinendum Beneficium ex alia
vacatione, ſeu alio modo vacandi diverſo ab ex-
preſſo in ſua impetratione, etiam per Litteras ſi
Neutri, aut ſubrogationis, aut alias extinguendo
litem, itaut Beneficium amplius litigioſum non
cenſeatur, ſuper quo late, & ſubtiliter, *Lotter. de
Re Beneſic. lib.* 2. *quæſt.* 52. *a n.* 70. *uſque ad fin.
Paſtor. de Beneſ. lib.* 2. *tit.* 6. *n.* 1. *& ſeqq.* Et ad-
eſt Notabile Cancellariæ his verbis conceptum -- 120
*Intellectus Regulæ de Annali poſſeſſore in fine in
verſic.* Nec alius *talis eſt &c. Vult Regula, quod
impetrans Beneficium poſſeſſum per annum & certo
modo vacans, debeat probare, quod vacet per mo-
dum principaliter expreſſum in impetratione, & in
eo perſiſtere, & non ſuffragatur ſibi alius modus
vacationis, ideſt poſito quod vacaret alio modo, non
tamen modo principaliter expreſſo in impetratione
nihil ſuffragetur, & non obtinebit Beneficium per
alios modos vacandi expreſſos in prima impetratio-
ne; licet etiam per illos, vel aliquam illorum va-
cet. Debet ergo juſtificare, & probare primum mo-
dum vacationis expreſſum principaliter in impetra-
tione, & niſi illum probet, non obtinebit, & lo-
cum habet nedum per primas litteras, ſed etiam
per ſecundas, puta ſubrogationis, & ſi Neutri,
vel alias, licet per alium modum vacet, & hoc
intendit verſiculus.* Nec alius *propter dictam di-
ctionem* etiam *implicativam de primis litteris ad a-
lias litteras, & ſecundum hoc omnes alii modi va-
cationis, qui ponuntur in prima impetratione ta-
lis Beneficii poſſeſſi per annum præter principalem
expreſſum nihil operantur, ideſt non ſuffragantur
ad conſequendum Beneficium ex illa dictione*, etiam
ſi per Litteras ſi Neutri &c. *& ſic videtur poni ſu-
perſlue.*

Ceterum diſpoſitionem Regulæ ſuper hoc pun- 121
cto locum in praxi ſibi non vindicare, & verſicu-
lum illum *Nec alius &c.* non fuiſſe uſu receptum a
Cancellaria, habetur ex alio notabili ibi -- *N. de Ca.
videns quod in omnibus impetrationibus Beneficiorũ
poſſeſſorum per annum poni ſoleant communiter om-
nes modi vacandi, dixit mihi, quod Cancellaria
non receperat uſu dictum verſiculum, imo ſemper
illo non obſtante, poſuit omnes modos vacandi in om-
nibus impetrationibus, etiam non derogando Regulæ
in ea parte, quia tanquam verſiculus uſu non re-
ceptus a Cancellaria, quæ Cancellaria habet ſpiri-
tum, & mentem Papæ, non erat curandus, alias
eſſet neceſſe dicere, quod Cancellaria, & conſequen-
ter Papa per medium ejus continuo erraſſet, & er-
raret ponendo omnes modos vacandi in dictis impe-
trationibus, quod non eſt admittendum, & mira-
batur, quod Rota alias intelligebat illum verſicu-
lum, quod ſit uſu receptus, & approbatus.*

Non impedit tamen Regula, quin ille, qui in
eam ſemel incidit, valeat novas impetrationes e- 122
juſdem Beneficii ex novo, & independenti jure ob-
tinere, quidquid veniat dicendum reſpectu aliarum
gratia-

gratiarum dependentium, quales ſunt Reformatoriæ, perinde valere, & ſimiles, *Lotter. de Re Benef. dict. lib. 2. quæſt. 52. n. 72. Rot. deciſ. 369. n. 1. & dec. 399. n. 4. coram Gregorio.*

Sed adhuc circa hanc Concluſionem diſtinguendi ſunt duo caſus ſupra etiam ponderati. Primus
123 eſt, quando quis peccavit in Regulam *omittendo*, quia nempe non vocavit in judicium poſſeſſorem intra ſex menſes, aut intra annum Cauſam expediri non curavit, & hoc caſu Regula non impedit, quin Beneficium poſſit iterum impetrari, & in his terminis loquitur *Lotter.* mox laudatus. Se-
124 cundus caſus eſt, quando in Regulam peccavit *committendo*, quia emanavit ſententia ad favorem poſſeſſoris, quæ, canonizando frivolas, & indebitas moleſtias impetrantis, detegat illum improbum litigatorem, & tali caſu pro ea vice declaratur inhabilis ad obtinendum Beneficium ex novo, & independenti jure, quia per ſententiam repulſus, tamquam doloſe agens, gravius punitur, ut fuit deciſum in *Rot. coram Pamia dec. 418. juxta impreſſionem Lugdunen. & 323. juxta Venetam, & late dec. 345. par. 17. Recent.* ubi pluribus rationibus comprobatur hæc diſtinctio, & perpenditur Dictio, *aut alias*, in Regula appoſita poſt proviſiones dependentes, quæ proinde comprehendit omnes alias novas proviſiones diverſas, & independentes, & quia exinde magis ſervatur finis Regulæ, quæ voluit punire improbos, & calumnioſos Beneficiorum expiſcatores, *& deciſ. 600. n. 14. part. 18. Recent.*

Atque hæc mihi viſa ſunt adnotatione digna ſu- 125
per hac Regula, utpote in Foro, & in Tribunalibus Curiæ magis practicabilia. Qui plura deſideraт, conſulat *Gomeſ. & Mandoſ.* in eandem, qui per multas quæſtiones Regulam dilucidarunt, ac etiam *Ricc. Collect. 2392. Rub. in ſingular. deciſ. Rot. part. 1. circa deciſ. Antonii Auguſtin. pag. 220. & Peleum in Comm. Analyt. ad Regul. Cancell. cap. 36.*

REGULA XXXVI.

De Triennali.

ITem ſtatuit, & ordinavit idem D. N. quod ſi quis quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica, qualiacumque ſint, abſque Simoniaco ingreſſu, ex quovis Titulo Apoſtolica, vel ordinaria collatione, aut electione, & electionis hujuſmodi confirmatione, ſeu præſentatione, & inſtitutione illorum, ad quos Beneficiorum hujuſmodi collatio, proviſio, electio, & præſentatio, ſeu quævis alia diſpoſitio pertinet, per triennium pacifice poſſederit, (dummodo in Beneficiis hujuſmodi, ſi diſpoſitioni Apoſtolicæ ex reſervatione generali in corpore juris clauſa reſervata fuerint, ſe non intruſerit) ſuper eiſdem Beneficiis taliter poſſeſſis moleſtari nequeat, nec non impetrationes quaslibet de Beneficiis ipſis ſic poſſeſſis factas, irritas, & inanes cenſeri debere decrevit, antiquas lites ſuper illis motas penitus extinguendo.

ARGUMENTUM.

REgula hæc a Calixto III. inter Cancellariæ Regulas inſerta, & in Gallia recepta, nullas, irritaſque declarat Impetrationes factas de Beneficiis adverſus triennales eorum Poſſeſſores, ipſaque favorabilis eſt, pluribus innititur rationibus & originem trahit ex Decreto Conciliabuli Baſileenſis, a quo in caſibus dubiis interpretationem recipit. Exponitur differentia, quæ viget inter Regulam de Annali, & hanc de Triennali, quæ locum ſibi vindicat tam in petitorio, quam in poſſeſſorio, & an ſuffragetur Coadjutori, qui munus ſuum pacifice exercuit per triennium? ac ſucceſſori in Beneficio ad effectum ut juvari poſſit poſſeſſione ſui Prædeceſſoris? Favet Regula Triennali Beneficii poſſeſſori, quamvis illud titulo optionis, aut in Commendam obtinuerit, nec non Canoniſſis obtinentibus Præbendas, quibus eſt adnexa dignitas Abatiſſatus, Decaniſſatus &c. etiam poſt rem judicatam provenientem ex ſententia unica lata extra Curiam per contradictas, maxime ex culpa Procuratoris non appellantis. Sed, ut Regula, quæ Poſſeſſorem juvat, tam in foro Fori, quam in Foro conſcientiæ, locum ſibi vindicet, requiritur, quod Triennium poſſeſſoris nedum ſit completum, itaut ad illud efformandum conjungi non

non poſſit pars aliqua temporis, quo Anteceſſor poſſedit; verum quod ſit pacificum, nulla judiciali moleſtia interruptum, & num ad illud interrumpendum ſufficiant moleſtiæ extrajudiciales? Lis vero ad prædictum effectum introduci debet intra annum poſſeſſionis, & quomodo cenſeatur illa introducta, & an tertius poſt trienninm opponere poſſit de moleſtiis per alium intra triennium poſſeſſionis illatas, plene examinatur. Expoſcit inſuper Regula in Triennali poſſeſſore titulum, ſaltem coloratum, & explicatur, qualis ille ſit, pluresque referuntur caſus, in quibus vel intercedat, vel excluſus remaneat. At vero excludit Regula a ſui favore, tum Simoniace proviſum de Beneficio, dummodo Simonia interceſſerit in ingreſſu, fuerit realis, & commiſſa ab ipſomet proviſo, ſecus a tertio eo inſcio, quamvis non remaneat Simoniacus præfatus deſtitutus ope Regulæ quoad alia Beneficia ſine dicta labe obtenta. Tum intruſum in Beneficio obnoxio reſervationi clauſæ in corpore juris, quæ ſolum oritur ex morte naturali Beneficiarii *apud Sedem*, ſecus ex vacatione Beneficii *juxta Decretum* in proviſione Apoſtolica adjectum. Excluduntur inſuper a favore Regulæ poſſeſſor Triennalis, de cujus nullitate Tituli evidenter illico conſtat, & referuntur exempla: Spoliator: Violentus Poſſeſſor: Detentor duorum Beneficiorum incompatibilium abſque Apoſtolica diſpenſatione, licet ei ſuffragetur decennalis, & multo magis vicennalis poſſeſſio; Canonicus Regularis de Parochiali Seculari ſine Apoſtolico Indulto proviſus: Reſignatarius Beneficii, qui Reſignationis literas intra tempus a Conſtitutione Gregorii XIII. præſcriptum non publicavit: Secularis Proviſus de Beneficio Regulari cum Decreto profitendi intra certum tempus ſub pœna nullitatis gratiæ, quemadmodum & Clericus, qui Apoſtolicam obtinuit Beneficii proviſionem cum Decreto eadem pœna munito, ſe promovendi intra certum tempus ad Sacros Ordines, aut gradum aliquem aſſumendi, ſi Decretis hujuſmodi non paruerint: Poſſeſſor Beneficii, quod ſit alteri acceſſorie unitum, & quomodo id intelligatur; nec non proviſi ab Ordinariis contra Concordata Germaniæ de Beneficiis eorum vigore Sedi Apoſtolicæ reſervatis. An vero proviſus de Beneficio de jurepatronatus, uti de libero, ſi per triennium illud poſſideat, juvari poſſit exceptione Regulæ, diſtinctione plurium caſuum quæſtio dirimitur. Examinatur inſuper, an favore Regulæ gaudeant Poſſeſſor triennalis Beneficii, quod dimittere tenebatur ob decretum adjectum in proviſione Apoſtolica alterius cum eo tamen non incompatibilis: qui Litteris Apoſtolicis ſuper Proviſione Beneficii non expeditis, illius poſſeſſionem nactus fuit, & per triennium in ea continuavit: Inhabiles, & incapaces Beneficia obtinendi: Proviſus de Beneficio ante legitimam ætatem: Illegitimi, Apoſtatæ, Excommunicati, præſertim ſi ſint denunciati, & evitandi, ac Clericus proviſus de Beneficio actu Sacerdotali. Regula de Triennali non requirit in poſſeſſore bonam fidem; Sed qui in poſitiva mala fide verſatur, illius favore non gaudet. Diſſeritur, an Regulæ præfatæ derogari ſoleat, an indulgeri temporis prorogatio, & an reſtitutio in integrum adverſus illius lapſum? Et poſtremo, quid ſibi velit Regula in illis verbis finalibus *antiquas lites ſuper illis motas penitus extinguendo?*

SUMMARIUM.

1 *Triennalis pacificus Beneficii poſſeſſor moleſtari non poteſt, irritæque ſunt impetrationes ſuper eodem Beneficio factæ.*
2 *Aſſignantur plures Regulæ rationes.*
3 *Regula favorabilis eſt, & publico bono edita.*
4 *Ex Conciliis Africanis quoad novas Eccleſiarum Colonias ſtatutum fuit, ut is eſſet cujuslibet Eccleſiæ, & Plebis Epiſcopus, qui eam unitati Catholicæ lucratus eſſet, & per Triennium pacifice obtinuiſſet.* & numer. 5. & 6.
7 *Concilium Baſileenſe, quid favore Triennalis pacifici Beneficii poſſeſſoris diſpoſuit?*
8 *Ex Decreto præfati Concilii, Regula de Triennali originem trahit.*
9 *Eamque inter alias Cancellariæ Regulas inſeruit Calixtus III.*
10 *Et in caſibus dubiis a Decreto præfato interpretationem recipit.*
11 *Regula de Triennali eſt una ex receptis in Gallia.*
12 *Et introducta fuit ad inſtar præſcriptionis, & Uſucapionis juris communis.* & n. 170.
13 *Eandemque parit ſecuritatem, ac præſcriptio quadragenaria.*
14 *Regula de Triennali quampluribus reſtrictionibus, & declarationibus eſt obnoxia.*
15 *Et in quo differat ab altera de Annali?* & numer. 16. & 17. & n. 214. & 215.

Digitized by Google

18 *Poſſeſſor Triennalis Beneficii, nec in petitorio, nec in poſſeſſorio moleſtari poteſt.*

19 *Et vigore Triennalis poſſeſſionis allegare poteſt meliorem Titulum de mundo.*

20 *Favet Regula de triennali poſſeſſori Beneficii etiam Optionis Titulo obtenti.*

21 *Et, an juvet Coadjutorem, qui per Triennium munus ſuum pacifice exercuit?* Remiſſive.

22 *Regula de Triennali locum habet etiam adverſus Reſervationes Regularum Cancellariæ.* & n. 102. & 208.

Sed non ſuffragatur quoad alias diſpoſitiones in iiſdem Regulis contentas. n. 24.

23 *Exceptio firmat Regulam in contrarium.*

25 *Regula favet ſucceſſori in Beneficio, qui poſſeſſione Prædeceſſoris juvari poteſt.*

26 *Contrarium, quod favor Regulæ ſit perſonalis, ipſique Triennali poſſeſſori tantum, non ſucceſſori competat.*

27 *Sed fædere diſtinctionis utraque ſententia conciliatur.*

28 *Qui Beneficium titulo permutationis obtinuit, juvari poteſt contra impetrantem poſſeſſione Triennali ſui Auctoris.*

29 *Proviſus de Beneficio, uti vacante per obitum ultimi Poſſeſſoris, qui per decennium illud pacifice poſſedit, tutus eſt contra impetrantem ex capite vacationis* ut prius.

30 *Regula de Triennali locum ſibi vindicat, etiam poſt rem judicatam provenientem ex unica ſententia lata extra Curiam, maxime per Contradictas.*

31 *Aut ſi res judicata orta fuerit ex culpa Procuratoris non appellantis.*

32 *Regulæ diſpoſitio procedit etiam favore obtinentis Beneficium in commendam.* & n. 34.

33 *Antiquitus tamen Commendatarios non juvabat.*

35 *Et comprehendit Abatias, & Beneficia Conſiſtorialia.*

36 *Nec non Præbendas illas Canoniſſarum, quibus adnexa eſt Dignitas Abatiſſatus, Prioriſſatus &c. cum ea inter Eccleſiaſtica Beneficia numerentur.*

Et quoad Præbendas præfatas locum etiam habet Regula de Annali. ibidem.

37 *Regula tutum reddit Triennalem poſſeſſorem, etiam in foro Conſcientiæ.*

38 *Triennium Poſſeſſionis ad effectum Regulæ eſſe debet continuum, & completum.*

Idque probandum a Reo, qui de Regula excipit. n. 40.

39 *Lex, ubi certum tempus deſignat, illud debet eſſe continuum de momento in momentum.*

41 *Qui ſe fundat in tempore, obſtringitur illud concludenter probare.*

42 *Pro efformanda Tiennali poſſeſſione jungi non poteſt tempus Anteceſſoris cum tempore ſucceſſoris.*

Amplia, licet Succeſſor ſit ſubrogatus in jus, & poſſeſſionem Anteceſſoris. n. 45.

44 *Et aſſignatur diſcriminis ratio.*

46 *Qui de Regula excipit, poſſidere debet de tempore, quo excipit, & favore Regulæ uti vult.*

47 *Spoliatus poſſeſſione opponere poteſt de Regula, poſtquam poſſeſſionem ipſam recuperavit.*

48 *Imo, etiamſi eam de facto non recuperaverit, dummodo animo civilem retinuerit.*

49 *Completa favore Rei poſſeſſione Triennali, ſecunda efformata favore Actoris non ſuffragatur, veluti infecta Decreto irritanti Regulæ.*

50 *Poſſeſſio Beneficii cum effectu adepta, præſumitur toto triennio continuata, ſi contrarium non oſtenditur.*

51 *Poſſeſſio adepta per Procuratorem non ſuffragatur abſque ſpeciali mandato Procuræ.*

52 *Mandatum tamen hujuſmodi neceſſe non eſt, quod ſit exaratum pro adipiſcenda poſſeſſione illius Beneficii in individuo, ſed ſufficit, quod contineat clauſulam generalem ad capiendam poſſeſſionem quorumcumque Beneficiorum.*

53 *Deficiente Mandato, non ſufficit ſubſequuta ratihabitio poſſeſſionis, quæ ab alio nomine Beneficiarii adepta fuit.*

Poteſt tamen triennium computari a die ratihabitionis. ibidem.

54 *Poſſeſſio Beneficii ad effectum Regulæ de Triennali debet eſſe pacifica.*

55 *Pacificus poſſeſſor ille dicitur, cui nulla ſuper Beneficio mota fuit controverſia Juris in Judicio.* & n. 56.

57 *Et ad interrumpendam Triennalem poſſeſſionem ſufficit lis ſuper Poſſeſſorio.*

58 *Incipit hæc interruptio a die motæ litis, non a die impetrati Beneficii.*

59 *Intellige, quando de ea datur pro extinctione litis, ſecus ſi agatur ad effectum juſtificationis gratiæ.*

60 *Pro interrumpenda Triennali poſſeſſione, præter litem, ſufficiunt etiam moleſtiæ extrajudiciales, & de facto.*

61 *Debent iſtæ tamen eſſe per actus naturales, nempe circa poſſeſſionem, vel perceptionem fructuum* & n. 7.

62 *Inobedientia in non recognoſcendo aliquem pro Beneficiato, poſſeſſionem Triennalem non interrumpit.*

64 *Moleſtiarum extrajudicialium effectus, tamdiu durat, quantum ipſa moleſtiæ, quibus ceſſantibus poteſt nova Triennalis inchoari. Ad differentiam Moleſtiarum judicialium quarum effectus continuo durat, donec lis terminetur per rem judicatam, vel ſententiam ſuper deſertione litis* n. 63. 78. 83. & 84.

65 *Lis, quoad impetrantem, a die Commiſſionis, ſed reſpectu poſſeſſoris, a die exequutæ citationis introducta cenſetur.* & numer. 66. & 67.

68 *Citatio debet eſſe legitima exequuta.* & n. 70. *Et quando citatur abſens ad formam* Clementin. Cauſam, de elect. *relinqui debet Copia Citationis in publica forma.* ibidem.

69 *De jure communi ad effectum interrumpendi poſſeſſionem requiritur conteſtatio litis.*

70 *Stylus juri communi contrarius, ſtricte interpretandus eſt.*

71 *Citatio fieri debet coram Judice competenti. Nec ſuperveniens Juriſdictio eam validat.* n. 73.

72 *A. C. nullam habet in Cauſis Beneficialibus Juriſdictionem.*

74 *Citatio, quæ prodiit a Judice ante expeditas Litteras intra terminum ad articulandum, Triennalem poſſeſſionem non interrumpit.*

75 *Citatio coram Judice incompetenti expedita, apta eſt interrumpere litem in vim moleſtiæ extrajudicialis, dummodo reſpiciat poſſeſſionem, vel fructuum perceptionem.* & n. 76. & ſeqq.

79 *Triennalis poſſeſſio interrumpitur, ſi Beneficii poſſeſſor in Judicio compareat, & Moleſtias judiciales ſibimet inferat.*

Etiamſi non adſit citatio Partis. n. 80.

81 *Regula non ſuffragatur, ſi poſſeſſor poſt completam triennalem, litem inſtruat.*

82 *Intel-*

82 *Intellige, ſi conſtituat ſe Actorem, ſecus ſi Reum, introducendo litem vigore* leg. Diffamari C. de Ingen. Manumiſ.

85 *Tertius allegare non poteſt poſt Triennium moleſtias per alium intra Triennium poſſeſſionis illatas.*

86 *Intellige, ſi moleſtiæ illatæ fuerint per actus civiles, ſecus ſi per actus naturales.* Et *redditur ratio.*

Contrarium, quod moleſtiæ illata per actus civiles allegari poſſint a Tertio, ſi fuerit ſubrogatus, etiam quoad litem in juribus illius, qui eas intulit. ibidem.

87 *Lis, ut impediat curſum Triennalis poſſeſſionis, inſtrui debet intra annum poſſeſſionis.*

88 *Pacificus Beneficii poſſeſſor, an dicatur qui poſſidet tantum ſpiritualia, non temporalia?*

89 *Talis dicitur, qui majorem partem temporalium poſſidet.*

90 *Regula de Triennali, ut ſuffragari poſſit, præter pacificam poſſeſſionem, titulum etiam requirit quem Triennalis poſſeſſor exhibere tenetur.*

Et redditur ratio n. 94. & 95.

91 *In rebus temporalibus ſola poſſeſſio ſufficit ad obtinendum interdictum* uti poſſidetis.

92 *Beneficia Eccleſiaſtica ſine canonica inſtitutione obtineri non poſſunt.*

93 *Exſcribitur Reſponſio Pii IV. nomine data Germanis petentibus, ut Poſſeſſores Triennales nullo caſu poſſent moleſtari.*

96 *Poſſeſſio Decennalis titulum exhibere non tenetur, quia tanti temporis lapſus illius præſumptionem inducit.* & n. 156.

97 *Sed, ut poſſeſſor Decennalis exceptione Regulæ abſque exhibitione Tituli uti poſſit, requiruntur treſdecim anni, decem nempe ad præſumendum titulum, & tres ad illum colorandum.*

98 *Titulus a Poſſeſſore Triennali exhibendus ſufficit, quod ſit coloratus.*

99 *Illeque adeſſe debet toto Triennio poſſeſſionis; alias Triennium incipiet ab eo tempore, quo Titulus coloratus obtentus fuit.*

100 *Titulus coloratus ille dicitur, qui emanat ab eo qui gaudet originaria facultate conferendi Beneficia, licet illius exercitium ſit ex aliqua cauſa impeditum.* & n.105. & 152.

101 *Hinc Beneficii proviſio, licet nulliter ab ipſo expleta, præſtat nihilominus titulum coloratum.*

102 *Collatio Beneficii quomodocumque Sedi Apoſtolicæ reſervati, præterquam ex reſervatione clauſa in corpore Juris ab Ordinario expleta, titulum coloratum præſtat.* n. 106. & 153.

103 *Quemadmodum eundem titulum tribuit collatio Ordinarii de Beneficio, quod ob lapſum temporis ad conferendum, jam erat devolutum.*

Et ita priſcis temporibus reſolutum a DD. Abbreviatoribus de Parco. n. 109.

104 *Ponderantur rationes in contrarium; Eiſque reſpondetur.* n. 105. & ſeqq.

110 *Titulus coloratus reſultat ex proviſione Epiſcopi, qui ſit excommunicatus, vel ſuſpenſus.*

Redditur ratio, quia excommunicatio, vel ſuſpenſio non adimit Collatori originariam conferendi facultatem.

112 *Necnon ex Proviſione expleta in partibus Germaniæ ab Epiſcopo Electo, nondum confirmato.*

113 *Aut a Vicario Generali Epiſcopi deſtituto ſpeciali Mandato conferendi Beneficia, ſi Epiſcopus paſſus ſit eum conferre.*

Contrarium, niſi accedat expreſſa ratihabitio Epiſcopi. ibidem.

114 *Seu a Vicario Apoſtolico, cui adempta ſit a Papa facultas conferendi.* & n. 116.

115 *Vicarius Apoſtolicus eadem gaudet in Juriſdictionalibus poteſtate, qua fruitur Epiſcopus.*

117 *Titulum coloratum non tribuunt proviſiones expletæ a Nunciis Apoſtolicis de Beneficiis excedentibus annuum reditum ſcutorum viginti quatuor. Et de ratione.*

118 *Nec proviſiones factæ a Legatis de Beneficiis exiſtentibus extra fines ſuæ Provinciæ.*

119 *Minuſque collationes Beneficiorum factæ a Cardinalibus Indultariis, non ſervata forma Indulti.*

120 *Maxime, ſi proviſus de Beneficio excedente valorem viginti quatuor ducatorum, novam proviſionem a Sede Apoſtolica intra quatuor Menſes non reportaverit, ut ab Indulto præſcribitur.*

121 *Quemadmodum nec titulum coloratum præſeferunt proviſiones Beneficiorum expletæ ab Univerſitate Studiorum Lovanii contra formam illius Apoſtolici Indulti.* & n. 143.

122 *Vel a Capitulo, Sede Epiſcopali vacante.*

123 *Beneficiorum collatio non pertinet ad legem juriſdictionis, ſed eſt Epiſcopo tributa ſpeciali legis commiſſione.*

124 *Titulus coloratus non reſultat ex reſignatione Beneficii, ſi Reſignatarius pacta, & conventiones a Pontifice approbatas non adimplevit.*

Reſignatarius, quando obſtringitur juſtificare titulum ſui Auctoris, qui per Triennium Beneficium reſignatum poſſedit? Remiſſive. numer. 125.

126 *Illumque nec præſtat proviſio de Beneficio in manibus Ordinarii dimiſſi, & ab eo vel ſuorum, vel dimittentis Conſanguineorum favore contra S. Pii Conſtitutionem expleta.*

127 *De quamplurimis aliis caſibus, in quibus titulus dicatur ad effectum Regulæ coloratus, vel non. Remiſſive.*

128 *Regula duos tantum caſus excipit, in quibus titulum diſcolorat, ingreſſum nempe ſimoniacum Beneficio, & intruſionem in Beneficio obnoxio reſervationi clauſæ in corpore Juris.* n. 168. & 197.

129 *Et hoc jure etiam vivitur in Gallia.*

130 *Simonia, ut titulum diſcoloret, & Regulæ favorem excludat, debet eſſe realis, nec ſufficit pura Conventionalis.*

131 *Et titulum diſcolorat, etiamſi ab alio commiſſa ſit inſcio Proviſo. Et de ratione.*

132 *Contrarium, quod Regulæ exceptio non afficiat Proviſum de Beneficio ignorantem ſimoniam a tertio commiſſam.*

133 *Simonia, ad effectum excludendi favorem Regulæ, debet eſſe in ingreſſu Beneficii, ſecus, ſi committatur poſt ingreſſum cum titulo.*

134 *Beneficiatus, qui poſt commiſſam ſimoniam acquiſivit novum titulum coloratum, cum quo Beneficium per triennium poſſedit, ope Regulæ non remanet deſtitutus.*

135 *Simoniacus reſpectu unius Beneficii, juvatur exceptione Regulæ quoad alia poſtea ſine ullo vitio obtenta, & per triennium pacifice poſſeſſa.*

136 *Reſervatio clauſa in corpore Juris unica eſt,*

quæ nempe reſultat ex vacatione Beneficii per obitum naturalem Beneficiarii apud Sedem, *vel intra duas dietas Curiæ vicinas.*

137 *Beneficium vacans juxta Decretum a Pontifice adjectum in proviſione alterius incompatibilis, ſi ab Ordinario conferatur, & per triennium pacifice poſſideatur, non cadit ſub exceptione Regulæ.*

Redditur ratio, quia non eſt reſervatum reſervatione clauſa in corpore Juris. ibidem.

138 *Beneficia vacantia juxta Pontificium Decretum vacant in Curia, ſed non apud* Sedem. & n. 164.

139 *Regula de* Triennali, *an procedat, ſi Beneficia vacent in Curia per ſententiam in ea latam?*

140 *Triennalis Poſſeſſio non ſuffragatur, ſi incontinenti evidenter conſtet de nullitate, ſeu vitio Tituli.*

141 *Non juvat illum, qui poſſedit Bona Conventus ſuppreſſi Monaſterio applicata.*

142 *Nec Reſignatarium, conſtito de Reſignatione evidenter nulla.*

Seu metu extorta. n. 150.

144 *Aut illum, qui, ſpreto Patrono, Beneficii collationem obtinet ab Ordinario jure devoluto.*

145 *Proviſo de Beneficio, de quo poſſeſſor privatus fuit per ſententiam notorie nullam, Regula de* Triennali *non ſuffragatur.*

146 *Quemadmodum nec juvat Spoliatores.* & numer. 147. & 148.

149 *Multoque minus violentum Beneficii poſſeſſorem.*

151 *Nec tertium de Beneficio litigioſo proviſum.*

152 *Contrarium, & redditur ratio.*

154 *Triennalis poſſeſſio non ſuffragatur ei, qui duo Beneficia incompatibilia poſſidet. Et de ratione* n. 155.

156 *Favet tamen illi Poſſeſſio decennalis, & multo magis vicennalis, aut tricennalis.*

Redditur ratio, quia Poſſeſſio decennalis inducit præſumtionem tituli, diſpenſationis nempe Apoſtolicæ, etiam contra Decreta Concilii Tridentini. ibidem.

Intellige, ut in n. 96.

157 *Ordinarii locorum compellere poſſunt quoſcumque plurium Beneficiorum incompatibilium poſſeſſores, ad titulum retentionis exhibendum.*

Et poſſunt etiam obtinentes Beneficia ſimplicia compellere, ut ſub eorum privationis pœna, titulum oſtendant. & n. 160.

158 *Poſſeſſoribus Beneficiorum, ſive incompatibilium, ſive ſimplicium, non ſuffragatur Triennalis pro ſe eximendo ab onere exhibendi titulum, ſi ab Ordinario requiratur.*

159 *Triennalis Poſſeſſor Beneficiorum incompatibilium, an teneatur juſtificare legitimum retentionis titulum pro excludendo Impetrante ex capite incompatibilitatis?* Remiſſive.

161 *Regulæ* de Triennali *favore non gaudet Canonicus Regularis Lateranenſis, qui abſque Apoſtolico Indulto poſſidet Eccleſiam Parochialem Secularem.*

162 *Nec Reſignatarius, etiam ex cauſa permutationis, qui Reſignationis Literas non publicavit intra terminum a Conſtitut. LXXXV. ſan. mem.* Gregorii XIII. *præſcriptum.*

163 *Proviſus a Sede Apoſtolica de ſecundo Beneficio cum Decreto dimittendi primum cum eo non incompatibile, ſi illud per tres annos pacifice retineat, favore Regulæ juvatur.*

165 *Regula* de Triennali *favet Triennali Poſſeſſori Beneficii, de quo fuerat proviſus ante veroſimilem notitiam ultimi Beneficiati.*

166 *Et, an juvet Proviſum Apoſtolicum, qui Literis non expeditis, Beneficii poſſeſſionem adeptus fuit; & in ea per triennium pacifice continuavit?*

167 *Regula de* Triennali *tuetur etiam eum, qui proviſus fuit de Beneficio de Jurepatronatus laicali, uti de libero.* & n. 174.

168 *Redduntur rationes.* n. 168. & ſeqq. & n. 171. 172. & 177.

171 *Mala fides, & ſcientia rei alienæ ſuperveniens poſt completam præſcriptionem, non obeſt præſcribenti, quominus illam, tuta conſcientia, ſibi retinere valeat.*

175 *Regula* de Triennali *tunc gaudet Proviſus de Beneficio de Jurepatronatus laicali, uti de libero, ubi agitur principaliter cum præſentato, qui jura ſua intra triennium experiri negligit.*

176 *Secus vero, ubi agitur principaliter contra Patronum, cui nota non fuit vacatio Beneficii.* & n. 178.

Et reſpondetur contrariis rationibus. n. 180. & ſeqq.

177 *Tempus quatuor Menſium Patronis laicis a Jure conceſſum ad præſentandum, currere incipit a die notæ vacationis Beneficii.*

179 *Beneficia de Jurepatronatus laicali a quacumque reſervatione, etiam illa clauſa in corpore Juris, ſunt exemta.*

180 *Regula* de Triennali *favet proviſo de Beneficio de Jurepatronatus Eccleſiaſtico, uti de libero.* & numer. 181.

182 *Regula* de Annali *non comprehendis Beneficio de Jurepatronatus laicali.*

183 *Regula* de Triennali *non juvatur Secularis proviſus a Sede Apoſtolica de Beneficio Regulari cum Decreto profitendi intra certum tempus ſub pœna nullitatis Gratiæ, ſi illi non paruerit.*

Limita, ſi Decretum ſit deſtitutum pœna nullitatis Gratiæ in caſu illius inadimplementi. n. 185.

184 *Nec Regularis, qui per triennium poſſedit abſque Apoſtolica diſpenſatione Beneficium Seculare.*

186 *Regula* de Triennali *non gaudet Proviſus Apoſtolicus, qui Decretum non adimplevit ſe promovendi intra certum tempus ad Sacros Ordines.*

Vel aſſumendi gradum aliquem in Jure, vel in Theologia. ibidem.

187 *Regula* de Triennali *locum non habet in Beneficio acceſſorie alteri unito. Et de ratione.*

Quemadmodum nec in unione nulliter expleta. n. 188.

189 *Intellige, quando opponitur de* Triennali *ex parte ejus, qui fundatur in Unione, ſecus ſi ex parte Poſſeſſoris Triennalis contra Actorem prætendentem unionem Beneficii, quam incontinenti non demonſtrat.*

190 *Regula* de Annali *locum habet etiam in Beneficio alteri unito.*

191 *Regula* de Triennali *non ſuffragatur Proviſis ab Ordinariis de Beneficiis, quæ vigore Concordatorum Germaniæ ſunt Apoſtolicæ Sedi reſervata.*

192 *Iiſdemque proviſis, nec decennalis pacifica poſſeſſio ſuffragatur.*

193 *Mi-*

193 *Minuſque favet Regula ei, qui non poſſidet Beneficia Eccleſiaſtica.*

194 *Seu Poſſeſſori Beneficiorum manualium, & ad nutum amovibilium.*

195 *Unde locum non habet in Præceptoriis Ordinis S. Joannis Hieroſolymitani.*

Præceptoriæ præfatæ, & Beneficia manualia nec ſub aliis Regulis Cancellariæ comprehenduntur. dict. n. 194. & 195.

196 *Regula non ſuffragatur, niſi Perſonis capacibus obtinendi Beneficia Eccleſiaſtica, ſecus, incapacibus omnimoda incapacitate, ut ſunt Laici, Fœminæ, Judæi &c.* & n. 197.

198 *Apoſtata favore Regulæ juvari non prohibetur.*

Nec proviſus de Beneficio ante legitimam ætatem. ibidem.

199 *Quemadmodum favet Regula illegitimo de Beneficio abſque Apoſtolica diſpenſatione Proviſo.* & n. 198.

200 *Secus vero illegitimo poſſidenti Beneficium in eadem Eccleſia, in qua Pater ſimile, aut diſſimile habet, vel habuit Beneficium.*

201 *Excommunicatus, etiam denunciatus, & evitandus, favore Regulæ non privatur. Et quare?*

202 *Contrarium, & de rationibus.* numer. 203.

Sed fœdere diſtinctionis utraque ſententia concordatur. num. 205.

204 *Abſolutio a Cenſuris non prodeſt ei, qui in illis per triennium inſorduit, non facta mentione Triennalis inſordeſcentiæ.*

206 *Regula* de Triennali *vim habet Literarum* Perinde valere, *quibus proviſio Beneficii ob aliquem defectum nulla, confirmatur, modo Proviſus ſit habilis eo tempore, quo Regulæ favorem implorat.*

207 *Clericus de Beneficio actu Sacerdotali proviſus, favore Regulæ non gaudet.*

208 *Contrarium, & redditur ratio.* & num. 209.

210 *Regula* de Triennali, *ut locum ſibi vindicet, neceſſe non eſt, quod concurrat in Poſſeſſore bona fides.*

Contrarium. n. 212.

211 *Imo favet etiam Poſſeſſori malæ fidei.*

213 *Contrarium, ſi in Poſſeſſore concurrat mala fides poſitiva.*

214 *Regulæ* de Triennali, *ad differentiam Regulæ* de Annali, *nunquam, vel ſatis difficillime a Papa derogatur.*

215 *Regula* de Triennali *eſt favorabilis, altera vero* de Annali *odioſa.*

216 *Derogatio Regulæ* de Triennali *debet eſſe clara, & expreſſa, nec per ſubauditos intellectus inducitur.* & n. 218.

Maxime, ſi in Literis Impetrationis Beneficii adſit clauſula — dummodo non ſit alteri jus quæſitum — *quæ jura Triennalis Poſſeſſoris præſervat.* n. 219. & 224.

217 *Id, quod procedit, etiamſi ceteris Cancellariæ Regulis derogari contingat.*

220 *Expreſſio emiſſa ab impetrante, quod Titius Beneficium* a decennio detinebat, *non operatur, quod Papa indulgendo Gratiam, diſpoſitioni Regulæ derogare voluerit.* & n. 221. & 222.

223 *Maxime, ſi impetrans inſuper expreſſit, quod Poſſeſſor Beneficii fructus* a decennio detineret occupatos, *& de ratione?*

225 *Reſtitutio adverſus Regulam* de Triennali, *regulariter concedi non ſolet.*

226 *Niſi doceatur a petente de legitimo aliquo impedimento, ob quod fuerit præpeditus agere intra triennium.*

227 *Et an, ſi impedimentum fuerit privatum, requiratur proteſtatio, illiuſque intimatio poſſeſſori facienda?*

228 *Minoribus, poſt annum decimumquartum, præciſa legitima cauſa, an concedi debeat reſtitutio adverſus Regulam?* & num. 229. & 230.

231 *Impetrationi Beneficii poſt Triennium ſequutæ, apponitur aliquando, rationabili concurrente cauſa,* Antidata, *ut intra Triennii tempus expleta apparere poſſit.*

232 *Prorogatio Regulæ ad aliquod tempus Pontifici beneviſum, & ab ultimo die labentis Triennii computandum, ſolet aliquando in præjudicium Poſſeſſoris concedi.*

233 *Refertur exemplum hujuſmodi prorogationis ad annum.*

234 *Stante prorogatione præfata, ſufficit, quod lis introducatur intra terminum prorogatum, ad effectum interrumpendi curſum triennalis poſſeſſionis.*

235 *Tempus prorogatum currere incipit a die ſignatæ Supplicationis.*

236 *Et ſufficit, quod dicto tempore completum adhuc non exiſtat Triennium, licet tempore expeditionis Literarum effluxerit.*

Amplia, etiamſi Supplicatio fuerit ex intervallo regiſtrata poſt lapſum Triennium. numer. 237.

238 *Literarum Apoſtolicarum expeditio non pertinet ad ſubſtantiam Gratiæ, ſed reſpicit ſolum illius probationem.*

239 *Explicatur quid denotent verba illa finalia Regulæ* — antiquas lites ſuper illis motas penitus extinguendo — & num. 240.

241 *Referuntur nonnulli Doctores, qui ſuper Regula* de Triennali *plene ſcripſerunt.*

CElebris eſt hujus Regulæ diſpoſitio, eaque 1
decernitur, quod Triennalis pacificus Poſſeſſor moleſtari non poſſit, & annullantur impetrationes de Beneficiis ſic poſſeſſis factæ. Hujus diſpoſitionis plures aſſignari poſſunt rationes. *Pri-* 2
mo, ut Beneficiorum poſſeſſores ſint ſecuri de ſuis Beneficiis, ob quorum incertitudinem Divinus cultus negligi poſſet. *Secundo*, ut tandem aliquando ſit litium finis. *Tertio*, in pœnam negligentiæ ejus, qui per triennium pacificum diſtulit agere contra poſſeſſorem. *Quarto*, quia patientia Colitigantis videtur tacitam includere renunciationem; Et *quinto*, propter exiguum præjudicium, quod irrogatur Colitigantibus, quorum tituli non annullantur, ſed ſuſpenduntur, durante vita poſſeſſoris Triennalis; ut has, aliaſque ponderando rationes notant *Sarnen. in hanc Regul. quæſt.* 42. *Riccius part.* 3. *dec.* 288. *per tot. Dartis Oper. Canon. Tract. de Benefic. ſect.* 6. *cap.* 9. §. *Utriuſque, Van Eſpen in Jus Eccleſ. univ. tom.* 2. *part.* 2. *tit.* 26. *cap.* 4. *n.* 6. *Rota in Caſalen. Beneficii* 1. *Decembris* 1687. §. *Non obſtat, coram clar. mem. Card. Caccia.* Proindeque, Regulam eſſe 3
favorabilem, & pro bono publico editam ait *Mandoſ. conſ.* 25. *n.* 11. & eſſe benigne interpretandam dixit *Rot. dec.* 39. *n.* 40. *part.* 12. *Recent.*

Triennalis hæc pacifica poſſeſſio non eſt aliud, quam Triennalis illa præſcriptio, quam ante mille 4
ducentos amplius annos auctoritatem nacta eſt in Africanæ Eccleſiæ Concilio relato in *Cap. Placuit* 1. *de Præſcript.* ubi jubetur, ut *ſi quis Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ, recolligat, ſocietque locum aliquem, vel tractum a Donatiſtis inceſſum,*

*eumque pacifice triennio poſſideat: ne evinci exin-
de eo poſſit, dummodo vicina Eccleſia, quæ illum
vindicare potuerat, proprio interim ne deſtituta*
5 *fuerit Epiſcopo. Non conceditur etiam novis E-
piſcopis ex eodem Canone, niſi triennium ad repe-
tenda hæc Eccleſiæ ſuæ, ut ajunt, membra -- Si
per triennium, nemine repetente, tenuerit.* -- Ita
*Thomaſſin. de Benef. tom. 2. lib. 1. cap. 51. num.
11. §. Porro, & tom. 1. lib. 1. cap. 55. numer.* 13.
refert, quod reſpectu ad novas Chriſtianorum Co-
lonias, novoſque Epiſcopatus Africana Concilia
ſtatuerunt, ut is eſſet Eccleſiæ, Plebiſve cujusli-
6 bet Epiſcopus, qui eam unitati lucratus eſſet Ca-
tholicæ, & per triennium pacifice obtinuiſſet, *Ben-
geus, & Pinſon. de Benef. pag. mihi* 442. *n.* 2.

Definitum idipſum anno 1431. a Conciliabuli
7 Baſileenſis *Decreto Seſſ. 23. tit. de Pacific. poſſeſſ.*
ibi -- *Quicumque non violentus, ſed habens colo-
ratum titulum pacifice, & ſine lite Prælaturam,
Dignitatem, Beneficium, vel Officium, triennio
proximo hactenus poſſedit, vel in futurum poſſide-
bit, non poſſit poſtea in petitorio, vel poſſeſſorio a
quoquam etiam ratione Juris noviter impetrati mo-
leſtari, excepto hoſtilitatis caſu, vel alterius legi-
timi impedimenti, de quo proteſtari, & illud inti-*
8 *mare teneatur.* Verum, cum Baſileenſe Conci-
lium ab *Eugenio IV.* receptum non fuerit, niſi in
certis caſibus, ideo Summi Pontifices tali Decre-
to uti noluerunt, ſed Regulam edidere particula-
rem, reticito ejuſdem Concilii nomine, a cujus
tamen Decreto Regulam præfatam ortum habuiſſe
tradunt *Felin. in cap. Sicut. numer.* 31. *de Sentent.
& Re judicat. Dartis Oper. Canon. Tract. de Be-
nefic. ſect. 4. cap. 9. §. Utraque Regula, Gomeſ. hic
in Proœm. Lotter, de Re Benef. lib. 2. quæſt.* 53.
numer. 2. *Zyp. de Præben. reſponſ. 3. num. 6. & 7.
Sanchez conſ. moral. lib. 2. cap. 1. dub. 20. Paſtor.
de Benef. lib. 3. tit. final. n. 2. Clericat. de Benefic.
diſcord. 13. n. 12. Peleus in Comm. Analytic. ad
Regul. Cancellar. cap. 35. pag. 109. verſ. Conci-*
9 *lium.* Et forſan primus Regulam hanc ceteris
inſeruit *Caliſtus III.* ut inquiunt *Gomeſ. hic in præ-
fat. Mandoſ. in Regul. de Subrogan. quæſt. 5. in fi-
ne.* Hinc eſt, quod in caſibus dubiis a Decre-
10 to dicti Concilii, etſi revocati, interpretationem
recipit, ut aliis relatis docent *Sanchez loco cit.
dub. 33. n. 1. Van Eſpen in Jus Eccleſiaſtic. uni-
verſ. tom. 2. part. 2. tit. 26. cap. 4. numer. 3.
& 19.*

Et hæc eſt una ex Regulis, quæ habent locum
11 in Gallia, nam per Pragmaticam Sanctionem ac-
ceptatum fuit Baſileenſis Conciliabuli Decretum,
& in Concordatis poſtea approbatum, ut in *tit.
de Pacific. Poſſeſſor. Paſtor. de Benef. ubi ſupra,
Thomaſſin. tom. 2. lib. 1. cap. 11. numer. 11. Ca-
baſſut. Theor. Jur. Canonic. lib. 2. cap. 20. numer.
15. Bauny de Benefic. diſput. 11. quæſt. 1. Doujat.
tom. 1. pag. mihi 60. Bengeus, & Pinſon. de Be-
nef. pag. mihi 442. numer. 4. Van Eſpen loco citat.
numer.* 2.

Fuit igitur Regula *de Triennali* introducta ad
12 inſtar præſcriptionis, & uſucapionis Juris com-
munis, ne propter ignaviam, & negligentiam Per-
ſonarum, Beneficia in incerto eſſent, & ut lites
de medio tollerentur, *leg. 1. ff. de Uſucap. ſeu
Uſurpat. Gomeſ. hic quæſt. 1. & Queſad. in princip.
Wagnarec. in Jus Canon. lib. 3. tit. de Præben. &
Regul. Cancellar. in hanc Regul. §. Nota denique,*
13 *Rota dec.* 812. *n.* 28. *cor. Dunoz.* paritque eam
ſecuritatem, quam præſcripto quadragenaria pro-
ducit, *Gomeſ. quæſtion. 58. Ricc. in prax. For. Ec-
cleſ. part. 3. reſol. 472. Antonell. de Tempor. le-
gal. cap. 53. numer. 15. Sanchez conſ. moral. libr.
2. cap. 1. dub. 21. ſub numer. 2. Antonell. de tem-
por. legal. lib. 2. cap. 53. numer. 15. Peleus in
Comm. Analyt. ad Regul. Cancellar. cap. 35. pag.
108. a tergo, verſic. Verba Regulæ.* Ex quo inferri
poteſt, quod ſicuti a ſola præſcriptione pauci Poſ-
ſeſſores præſidium validum quærere poſſunt, cum
ila ſit lubrica, ſicuti Anguilla, ita pauci ſunt ca-
ſus, in quibus ſola triennalis poſſeſſio Beneficii
Poſſeſſorem tutum reddat, propter varias reſtri- 14
ctiones, & declarationes, quibus obnoxia reperi-
tur, *Card. de Luca de Benefic. diſc. 91. n. 1. &
25. Scopp. in Codic. Fabr. explanat. 5. ſub n. 3.
P. la Croix Theol. moral. lib. 4. num. 695. Rot. in
Hoſtunen. Beneficii 29. Martii 1710. §. Sed his
parum cor. bon. mem. Anſaldo.*

Differt in pluribus Regula *de Triennali* ab al-
tera *de Annali*; Hæc enim in odium impetran- 15
tis, *Triennalis* vero in gratiam tuendæ pacificæ
poſſeſſionis per tam longum tempus, emanavit,
ut diximus in *Commentar. in Regul. de Annali*,
& tradunt *Sarnen. ſuper Regul. de Annal. quæſt.
52. verſ. pro qua opinione Mandoſ. ibid. quæſt. 3.
Faber in Cod. Definit. 15. Scopp. in eundem expla-
nat. 15. n. 9. Fagnan. in Cap. De Multa n. 54. de
Præben. Caſſador. deciſ. 14. ſuper Regul. num. 2.
Rota in dicta Hoſtunen. Beneficii §. Eoque.* Sed
geminæ præcipue ſunt adnotandæ differentiæ. Pri-
ma, quod Regula *de Annali* non impedit ortum 16
actionis, ſed natam perimit, niſi intra certum
tempus intentata, & terminata non fuerit. *Trien-
nalis* vero actionis ortum impedit. Secunda, 17
quod Regula de *Annali* non requirit titulum, il-
la vero de *Triennali* titulum, ſaltem coloratum
expoſcit, *Fagnan. d. cap. de Multa n. 55. Tondut.
quæſt. Benef. lib. 1. cap. 83. n. 30. Faber in Cod.
lib. 1. tit. 2. def.* 15. ubi quod Regula *de Trien-
nali* requirit titulum coloratum, quia tribuit jus
in Beneficio, Regula vero de *Annali* non item,
ſed excludit dumtaxat impetrantem ob non ex-
preſſas qualitates Poſſeſſoris Beneficii, neque tam
in favorem Poſſeſſoris inducta eſt, quam in odium
male impetrantis, *Scopp. ad eundem Explan.* 15.
*num. 8. & 9. Van Eſpen in Jus Eccleſ. univ. tom. 2.
part. 2. tit. 26. cap. 4. numer. 22. Piton. diſcept.
120. num.* 2. Aliaſque differentias enumerat *Lot-
ter. de Re Beneficiar. lib. 2. quæſt.* 53.

Præcipui autem, & principales effectus, quos
Regula *de Triennali* operatur, ſunt. Primo, ut 18
Poſſeſſor Triennalis tutus ſit, nec moleſtari poſſit
tam in poſſeſſorio, quam in petitorio, *Card. de
Lucæ de Benef. diſc. 91. n. 2. Engel. in Jus Canon.
tit. 5. de Præb. ſub n. 39. Tondut. quæſt. Benefic.
dict. cap. 85. n. 48. Rot. dec. 264. num. 1. part. 9.
dec. 238. num. 1. part. 12. dec. 263. n. 8. part. 17.
deciſ. 423. numer. 17. part. 19. Recent. deciſ. 217.
numer. 4. cor. Cerro, dec. 42. numer. 8. cor. Lan-
cetta, & in Hoſtunen. Beneficii 29. Martii 1710.
§. Et ad hunc effectum cor. Anſaldo, & in Ur-
gellen. Canonicatus Theologalis 19. Januarii 1728.
§. Dubitari, cor. bon. mem. Cornelio.* Et opera-
tur, quod a Poſſeſſore Triennali allegari poſſit 19
melior titulus de Mundo, *Rot. cor. Molinedan. dec.
15. numer. 2. de Cauſ. poſſeſſ. & propriet. & cor.
Achill. dec. 14. n. 2. de Probat. dec. 316. n. 6. cor.
Seraph. & in Hypporegien. Beneficii 11. Janua-
rii 1704. §. Rurſus, & §. Minime cor. Muto.*
Quemadmodum favet etiam Poſſeſſori ex titulo 20
Optionis, ut poſt *Monet. de Option. cap. 5. quæſt.
5. numer. 67. & ſeqq. Rot. dec. 663. num. 9. parti
19. tom. 2. Rec.* An vero Regula præfata opitu- 21
lari poſſit Coadjutori, qui per triennium munus
ſuum

Digitized by Google

ſuum pacifice exercuit? diximus in *Comm. in Re-
gul. de Annali.*
Secundo, ſuum Regula operatur effectum, etiam
22 adverſus Reſervationes promanantes a Regulis
Cancellariæ, quamvis iſtæ munitæ ſint *clauſula
ſublata*, & *Decreto irritanti*; Eo enim ipſo, quod
Regula præfata ſolum excipit Reſervationem clau-
ſam in corpore Juris, locum per conſequens ſibi
23 vindicat in cæteris Reſervationibus, ex vulgato
principio, quod exceptio firmat Regulam in con-
trarium, ad *text. in leg. Quæſitum §. Denique ff.
de Fund. Inſtruct.* & communiter tradunt *Card.
de Luca de Benefic. dict. diſc.* 91. *numer.* 4. *San-
chez conſ. moral. libr.* 2. *cap.* 1. *dub.* 34. *num.* 2.
Rot. decis. 264. *numer.* 1. *& ſeqq. part.* 9. *decis.*
64. *n.* 6. *part.* 12. *dec.* 401. *n* 23. *part.* 19. *Rec.
& coram Celſo decis.* 392. *n.* 10. *& ſeqq. & decis.*
408. *numer.* 6. *& cor. Cerro dec.* 327. *n.* 8. cum
concordantibus plena manu relatis in dicta *Hyp-
poregien. Beneficii §. Minus obſtat*, & poſt hæc
ſcripta *Piton. diſcept* 120. *numer.* 14. ubi admittit,
quod Regula *de Triennali* locum habeat adver-
24 ſus Reſervationes Regularum Cancellariæ, ſed
quoad alias diſpoſitiones in dictis Regulis con-
tentas, autumat, eam non ſuffragari, ob Decre-
tum irritans iiſdem Regulis adjectum, quod infi-
cit, & diſcolorat titulum, & poſſeſſionem.
Tertio prodeſt Regula Succeſſori, qui ad hunc
effectum juvari poteſt poſſeſſione ſui Prædeceſſo-
25 ris, juxta famigeratam *Allegat. Lapi* 89. quam
ſequuntur *Cardinalis de Luca de Benefic. diſ.* 91.
n. 7. *Sanchez conſ. moral. libr.* 2. *cap.* 1. *dub.* 22. *P.
la Croix Theol. moral. lib.* 4. *n.* 697. *Rot dec.* 51.
n. 13. *part.* 7. *decis.* 56. *n.* 10. *& ſeqq. part.* 16. *Re-
cent. decis.* 356 *cor. Seraphin.*
Sed contrarium, quod Regula *de Triennali*
26 ſit perſonalis, & ipſi Poſſeſſori tantum ſuffrage-
tur, nec juvet Succeſſorem, firmant *Gomeſ in
hanc Regul. quæſt.* 13. *n.* 9. *& per tot. Caſtropal.
Oper. moral. tom.* 2. *tract.* 13. *diſput.* 3. *punct.* 23.
ubi perpendit, quod per ceſſum, vel deceſſum Be-
neficiati, titulus Beneficii extinguitur, ergo &
ipſa poſſeſſio, *Azor. Inſtit. moral. tom.* 2. *lib.* 7.
cap. 35. *num.* 4. *Bengeus, & Pinſon. de Benefic. §.*
4. *pag. mihi* 443. *n.* 13. *&* 14. *Kochier. in hanc
Regul. n.* 85. *§. Sed an titulus, Peleus in Comm.
Analyt. ad Regul. Cancell. cap.* 35. *pag. mihi* 117.
§. 35. *verſ. Succeſſor. Paſtor. de Benef. lib.* 3. *cap.
ultim. n.* 30. *Rot. dec.* 27. *n.* 19. *& ſeqq. coram Zarat.*
Verum diſtinguendum eſt, quod aut Succeſſor
in Beneficio illud obtinet jure novo, & omnino
27 independenti ab Anteceſſore, quia nempe fuit de
Beneficio ex integro proviſus poſt illius obitum,
& locum ſibi vindicat ſecunda opinio, quod ei
non ſuffragetur Regula *de Triennali.* Aut Suc-
ceſſor metitur ſuum jus ab Anteceſſore Reſignan-
te, vel permutante, qui fuerit pacificus Trienna-
lis Poſſeſſor, & in his terminis favor Regulæ *de
Triennali*, quantumcumque perſonalis tranſit ad
Succeſſorem, quia pro una, eademque poſſeſſione,
illa Reſignantis, & Reſignatarii conſideratur, ſic-
que Succeſſor poſſeſſione ſui Auctoris ad effectum
gaudendi beneficio Regolæ juvatur, quemadmo-
dum Prædeceſſor ipſe juvari valuiſſet, ut explican-
do *Lapum dict. allegat.* 89. tradunt *Mandoſ. in ad-
dit. ad eundem; verſ. Et qui alias, Faber in Co-
dic. defint.* 15. *lib.* 1. *tit.* 3. *Scopp. in eundem ex-
planat.* 15. *a n.* 15. *& ſeqq.* cum concordantibus re-
latis per *Mareſcott. var. reſolut. libr.* 1. *cap.* 41.
n. 58. *&* 59. *& per tot. Rot. decis.* 122. *numer.* 6.
& 7. *cor. Carillo, & in Hypporegien. Beneficii* 11.
Februarii 1704. *§. Siquidem coram Mino, & in
Romana Cappellania* 3. *Februarii* 1708. *§. final.
cor. clar. mem. Cardin. Scotto.* Et in terminis
Permutationis Beneficiorum, quod uni ex Permu- 28
tantibus ſuffragari debeat poſſeſſio alterius, *Bauny
de Benef. diſput.* 11. *quæſt.* 11. *pag. mihi* 347.
Quod ſi Prædeceſſor longo tempore, & ultra
decennium Beneficium poſſederit, & communi
reputatione habitus fuerit pro legitimo illius Poſ- 29
ſeſſore, tunc Succeſſor noviter ex integro de eo-
dem Beneficio proviſus, juvatur titulo Anteceſſo-
ris ad excluſionem alterius, qui proviſionem re-
portaverat, uti de vacante, *ut prius*, quemadmo-
dum firmavit *Rot. in Conchen. Præſtimonii* 12. *Ju-
nii* 1701. *§. Minus, cor. Priolo.*
Quarto. Opitulatur Regula Triennali poſſeſſo- 30
ri, etiam poſt rem judicatam provenientem ex Sen-
tentia unica lata *extra Curiam*, maxime per Con-
tradictas *Card. de Luc. diſcurſ.* 91. *n.* 8. *Rot. decis.*
564. *part.* 3. *diverſ. decis.* 80. *n.* 14. *part.* 17. *Recent.
& coram Buratt. decis.* 585. *n.* 7. ubi eo fortius id
procedere dicitur, quando res judicata cauſata fuit 31
ex culpa Procuratoris non appellantis, cum tunc
res non videatur carere ſuſpicione fraudis, & doli,
quod Principali nocere non debet.
Quinto. Locum ſibi vindicat Regula in omnibus
Beneficiis cujuſcumque ſint generis, ſive in titulum
conceſſa fuerint, ſive in Commendam perpetuam: 32
Licet enim antiquitus Regula præfata non tuere-
tur Commendatarium, ut legitur in quodam *No-
tabili* Cancellariæ his verbis concepto - *Nota, quod* 33
*Regula de Triennali non tuetur Commendatarium
perpetuum, ſicuti nec Unionem, ita dixit mihi L.
Puccius, quod Cardinalis Alexandrinus his verbis
dixit, & quod ita tenet Rota, quæ verba non ve-
rificantur in Commendatario perpetuo, quod nota* -
Contraria poſtea invaluit opinio, cum noſtri tem- 34
poris Commendæ æquiparentur Beneficiis, præ-
ſertim ſtante majori amplitudine modernæ Regu-
læ, *Kochier hic lit. A. & B. Wagnarec in Jus Ca-
non. lib.* 3. *tit.* 5. *de Præbend. & Regul. Cancellar.
in hanc Regul. §. Nota primo, Peleus dict. cap.* 35.
pag. 111. *P. la Croix Theolog. moral. lib.* 4. *tit. de
Benefic. n.* 691. late *Sanchez conſil. moral. lib.* 2.
cap. 1. *dub.* 29. ubi in pluribus exemplificat, *Pa-
ſtor. de Benefic. lib.* 3. *tit. final. n.* 2. *in fine, Rot.
coram Mohedan. decis.* 16. *de Cauſ. poſſeſſ. & decis.*
765. *part.* 3. *lib.* 3. *diverſ.*
Sexto. Comprehendit Abbatias, & Beneficia 35
Conſiſtorialia propter amplitudinem verborum,
quibus eſt concepta, *Mandoſ. conſ.* 25. *per tot.
Crottus conſ.* 268. *ſub n.* 25.
Septimo. Regula de Triennali, quemadmo- 36
dum, & altera de Annali locum ſibi vindicat,
etiam quoad illas Præbendas Canoniſſarum, qui-
bus adnexa eſt Dignitas Abbatiſſatus, Decaniſ-
ſatus &c. cum Præbendæ præfatæ inter Beneficia
Eccleſiaſtica numerentur, *Gomeſius in hanc Regul.
quæſt.* 3. *Peleus dict. cap.* 35. *pag.* 3. *verſic. Tuetur,
Gnymier. in Gloſſ. ad Pragmatic. Sanct. tit. de Pa-
cific. poſſeſſ. verb. Quicumque, Rot. decis.* 136. *n.* 2.
part. 3. *coram Ubald.* & diximus in *Comment. in
Regul. III. part. I. §. II. n.* 419.
Octavo. Procedit diſpoſitio Regulæ, tam in 37
foro fori, quam in foro conſcientiæ, itaut Trien-
nalis poſſeſſor ſit ſecurus, etiam quoad Deum, *Go-
meſ. hic quæſt.* 42. *Sanchez. conſil. moral. lib.* 2.
cap. 1. *dub.* 21. *Bauny de Benefic. diſput.* 11. *quæſt.*
10. *pag.* 347. *Riccius dec.* 288. *per tot. part.* 3. *Cle-
ricat. de Benefic. diſcord.* 13. *n.* 14. *Sperell. decis.*
175. *n.* 94. *& ſeqq.* Sed an requiritur bona fides,
ut tutus eſſe poſſit in foro Conſcientiæ, dicemus
infra *n.* 210. *& ſeqq.*

Verum, ut Regula ſuum ſortiatur effectum plu-
38 ra requiruntur. Io primis enim Triennium debet
eſſe completum, & contiouum, ſitque computa-
tio a die adeptæ poſſeſſiooìs Beneficii, & finitur
poſt triennium de momento in momentum, *Re-*
buff. de Pacific. poſſeſſion. n. 302. *Sot. hic n.* 10. *&*
Kochier n. 63. *Wagnarec in Jus Canon. lib.* 3. *tit.* 5.
de Prabend. & Regul. Cancellar. in hanc Regul. §.
Nota tertio, ubi refert dictum *Baldi in Cap. Cum*
39 *viginti*, *de Offic. delegat.* quod ubicumque lex
deſignat certum tempus, illud debet eſſe conti-
nuum, videlicet de momento in momentum, *Van*
Eſpen. in Jus Eccleſ. univerſal. tom. 2. *part.* 2. *tit.*
26. *cap.* 4. *numer.* 7. *&* 8. *Sanchez conſil. moral.*
lib. 2. *cap.* 1. *dub.* 28. *Dartis Oper. Canon. Tra-*
ctat. de Benefic. ſect. 6. *cap.* 9. §. *Quod autem*,
Guymier. in Pragm. Tit. de Pacific. Poſſeſſ. verb.
Triennio, *Lotter. de Re Beneficiar. lib.* 2. *quæſt.* 53.
n. 19. *Rot. deciſ.* 551. *numer.* 15. *part.* 9. *Recent.*
deciſ. 178. *n.* 10. *part.* 11. *deciſ.* 238. *n.* 3. *part.* 12.
Recentior. deciſ. 884. *num.* 25. *coram Cerro*, *& in*
Mediolanen. Prioratus 16. *Junii* 1679. §. *finali*
40 *coram Bourlemont.* Idque probandum eſt ab ipſo
Reo excipiente, nam quando quis ſe fundat in
41 tempore, debet illud concludeoter probare, *Rot.*
dec. 178. *numer.* 9. *part.* 11. *Recentior. repetit. co-*
ram Celſo deciſ. 130.

Ad tempus illud poſſeſſionis non poteſt conjun-
42 gi tempus Prædeceſſoris, & unum continuum ef-
ficere cum tempore Succeſſoris, ut ſi hic biennio
poſſedit, non poteſt conſerre ſeu unire ad ſuum
bieonium annum poſſeſſionis ſui Prædeceſſoris,
quamvis in poſſeſſionibus rerum prophanaruio con-
43 jungi ſoleant ex juris diſpoſitione tempora duorum
ſucceſſive poſſidentium ad complendam præſcri-
44 ptionem: Ratio differentiæ eſt, quia in materia
prophana, poſſeſſor jus habet a ſuo Auctore, ideo-
que utitur acceſſione temporis ejus *leg. Pomponius*
§. *Cum quid ff. de acquir. poſſeſſ. leg. Id tempus ff.*
de Uſurpat. & Uſucap. At in Beneficiis poſſeſſor
jus ſuum non metitur a Prædeceſſore, ſed a Col-
latore, ideoque amborum tempora jungi non poſ-
ſunt, *Gomeſ. in hanc Regul. quæſt.* 13. *Rebuff. de*
Pacific. Poſſeſſor. numer. 321. & *numer.* 324. exi-
45 ſtimat, quòd tempora non conjunguntur, licet
Poſſeſſor ſit ſubrogatus in jus, & poſſeſſionem
Anteceſſoris, *Van Eſpen in Jus Eccleſ. univerſal.*
tom. 2. *part.* 2. *tit.* 26. *cap.* 4. *num.* 9. *Cabaſſut. in*
Prax. Jur. Canon. lib. 2. *cap.* 20. *n.* 17. *Peleus in*
Commentar. Analytic. ad Regul. Cancellar. cap. 35.
pag. 116. *verſic. Totum Triennium*, *P. la Croix*
Theolog. moral. lib. 4. *n.* 697. *Dartis Oper. Ca-*
non. Tractat. de Benefic. ſect. 6. *cap.* 9. §. *Quod*
autem, *Bengeus*, *& Pinſon. de Benefic. pag. mi-*
hi 443. *num.* 13. *&* 14. ubi perpendendo illa ver-
ba Regulæ -- *per Triennium pacifice poſſederit* --
ajunt -- *Colligitur ex his verbis &c. poſſeſſionem il-*
lam, *quæ huic Decreto cauſam præbet*, *præcede-*
re debere per Triennium, *illudque continuum*, *quod*
denotat dictio per *in Regula Cancellariæ uſurpata*:
Gloſſator antiquus, *& ibi Kochier numer.* 63. *non*
qua ratione in definitione uſucapionis legalis pro-
gredi dicitur per continuationem poſſeſſionis, *cum*
in ea computando inter Emptorem, *& Venditorem*
defunctum, *& hæredem poſſeſſionum tempora con-*
jungantur.

46 Inſuper excipiens de dicta Regula debet poſ-
ſidere de tempore, quo excipit, & illa uti vult,
Sarnen. in hanc Regul. quæſt. 25. *verſic. Regula iſta*,
Rot. deciſ. 891. *n.* 1. *&* 7. *coram Penia*, ubi ta-
men, quòd non requiritur curſus anoorum cohæ-
rentium, ad differentiam Regulæ de *Annali*, &
quod ſpoliatus, recuperata poſſeſſione poteſt op- 47
ponere de Regula, ſicuti opponere poterat ante-
quam fuiſſet poſſeſſione dejectus, *& deciſ.* 319.
coram Millino, ubi, quod Regula ſuffragetur poſ- 48
ſeſſori, etiam ſpoliato propter civilem poſſeſſio-
nem, quam retinuit, quodque non juvet ſecun-
da poſſeſſio Triennalis, quando primus Colliti- 49
gans pariter habuit Triennalem, nam hæc ſecun-
da poſſeſſio remanet infecta propter Decretum ir-
ritans in Regula appoſitum, imo præſumitur tur-
bativa, & clandeſtina, *Rot. dec.* 327. *n.* 9. *& ſeqq.*
cor. Cerro.

Dncto tamen de initio poſſeſſionis adeptæ cum 50
effectu, itaut non ſit ea ſolum inſtrumentalis, &
ineffectuata, tunc continuatio præſumitur, ſi adeſt
curſus neceſſarii temporis. & contrarium non
oſtenditur, *Card. de Luc. de Benefic. dict. diſcurſ.*
91. *numer.* 10. *Rot. deciſ.* 14. *numer.* 12. *part.* 10.
Recent. & deciſ. 327. *n.* 2. *cor. Cerro.*

Et ſi poſſeſſio adipiſcitur per Procuratorem, 51
Triennalis oon ſuffragatur, niſi probetur ſpeciale
Mandatum procuræ, quod tamen neceſſe non eſt, 52
quod ſit exaratum ad capiendam poſſeſſionem il-
lius Beneficii io individuo, ſed ſufficit, quod con-
tineat clauſulam generalem -- *Et ad capiendam*
quorumcumque Beneficiorum poſſeſſionem -- Et man-
dato deficiente oon ſufficit ſubſequuta ratificatio 53
principalis, quæ non retrotrahitur in præjudicium
Tertii, *Sanchez conſil. moral. lib.* 2. *cap.* 1. *dub.*
26. ubi, quod tali caſu computatur Triennium a
die ratificationis factæ per principalem, *Rot. coram*
Penia deciſ. 218. *num.* 5. *&* 6. *& in Recent. deciſ.*
64. *n.* 18. *part.* 12. *Rec.*

Rurſus requiritur, quod poſſeſſio ſit pacifica, 54
circa quod requiſitum, late *Sanchez conſil. moral.*
lib. 2. *cap.* 1. *dub.* 27. Sed ille ad effectum Regu-
læ de Triennali dicitur pacificus poſſeſſor, cui nul- 55
la mota fuit controverſia juris, aut facti in Judi-
cio, vel extra, *Lotter. de Re Beneficiar. dict. quæſt.*
53. *numer.* 19. *Bengæus*, *& Pinſon. de Benefic.*
pagin. mihi 443. *n.* 11. *& ſeqq. Dartis Oper. Ca-*
non. Tractat. de Benefic. ſect. 6. *cap.* 9. §. *Debere*
vero, *Paſtor eodem tractat. dict. tit. final. n.* 31.
Rot. deciſ. 669. *numer.* 2. *cor. Buratt.* cum aliis
dec. 64. *n.* 9. *part.* 12. *Recent. Tondut. Quæſt. Be-*
neficial. lib. 1. *cap.* 85. *numer.* 64. *verſic. Quoad*
primum.

Ceſſat itaque diſpoſitio Regulæ, ubi poſſeſſio
fuit interrupta per litem *Card. de Luc. dict. diſcurſ.* 56
91. *numer.* 21. *Rot. deciſ.* 130. *n.* 17. *coram Celſo*,
& deciſ. 255. *n.* 1. *part.* 11. *& deciſ.* 238. *n.* 1. *&*
ſeq. part. 12. *Rec.* Et ſufficit lis ſuper poſſeſſorio; 57
Ea enim ſtante, Beneficium pacifice poſſideri non
dicitur, *Van Eſpen. in Jus Eccleſiaſt. univerſ. tom.* 2.
part. 2. *tit.* 26. *cap.* 4. *n.* 12. *Zyp. reſponſ. Canon.* 3.
numer. 1. *tit. de Præb. Rot. dec.* 172. *numer.* 4. *cor.*
Coccin.

Et ex tunc, nempe a die introductionis litis, 58
poſſeſſio Triennalis incipit interrumpi, non autem
a die impetrati Beneficii, *Peleus in Comment. Ana-*
lyt. ad Regulam Cancellar. cap. 35. *pag.* 109. *a*
tergo verſic. Tres anni, *Rot. dec.* 585. *num.* 3. *co-*
ram Buratt. deciſ. 570. *numer.* 1. *part.* 5. *& deciſ.*
523. *n.* 81. *part.* 19. *Recent.* Quæ Concluſio vera
eſt, quando de ea datur pro extinctione litis, ſe- 59
cus, ſi agatur de exequutiooe Gratiæ, utpote quia
in Literis impetrationis adſit clauſula, *dummodo*
Adverſarius non ſit Triennalis poſſeſſor; nam pro
tali juſtificatione ſufficit, quod de tempore Datæ
gratiæ impetrationis, non eſſet Triennalis com-
pleta, *Rot. deciſ.* 551. *ſub num.* 14. *& deciſ.* 570.
n. 2. *part.* 5. *tom.* 2. *Recent.*

Non

Non ſolum autem pro interrumpenda Trien-
nali poſſeſſione ſufficit quæcumque lis talis qua-
60 lis ſit, ſed etiam ſufficiunt moleſtiæ extrajudicia-
les, & *de facto*, quæ faciunt ceſſare qualitatem
poſſeſſorii pacifici, *Lotter. dict. quaſt.* 53. *n.* 20.
Card. de Lucu de Beneſic. dict. diſcurſ. 91. *num.*
22. *Rot. deciſ.* 130. *in fine corum Celſo deciſ.* 172.
n. 6. *cor. Coccin. deciſ.* 882. *n.* 8. *coram Penia de-
ciſ.* 884. *numer.* 26. *coram Cerro deciſ.* 264. *num.*
10. *part.* 9. *deciſ.* 178. *num.* 19. *part.* 11. *dec.* 238.
numer. 7. *part.* 12. *Rec.*

Geminæ autem dignoſcuntur differentiæ inter
61 unum, & alterum caſum. Prima eſt, quod, ut
moleſtiæ extrajudiciales interrumpant Triennalita-
tem debent eſſe circa ipſam poſſeſſionem, vel per-
ceptionem fructuum, & ſic per actus naturales,
quemadmodum tradunt *Antonell. de Tempor.
legal. lib.* 2. *cap.* 53. *numer.* 22. *Rot. deciſ.* 305.
numer. 7. *part.* 18. *deciſ.* 264. *numer.* 31. *part.* 9.
deciſ. 64. *n.* 12. *part.* 12. *deciſ.* 269. *n.* 9. *part.* 17.
deciſ. 609. *n.* 9. *part.* 18. *Recent. deciſ.* 882. *n.* 9.
coram Penia, & quod requiratur ſpecifica pertur-
batio in ipſa poſſeſſione, & fructibus, *Rot. in Mo-
naſterien. Decunatus* 18. *Junii* 1706. §. *Non atten-
to*, *coram bon. mem. Lanceuu inter impreſſ. deciſ.*
62 426. ubi, quod inobedientia in non recognoſcen-
do aliquem pro Beneficiato non interrumpit pa-
cificam poſſeſſionem. Imo, ſi Superior præcepe-
rit Canonicis, quod recognoſcant Beneficiatum,
& iſte continuaverit in ſua poſſeſſione, id feciſſe
præſumitur in ſequelam, & exequutionem dicti
præcepti, itaut poſſeſſio potius confirmata, quam
turbata remanſerit, ut proſequitur *Rot. in dict.
Monaſterien.* §. *citato.*

63 Secunda, quod ubi moleſtiæ ſunt judiciales,
effectus turbativus exinde reſultans continuo du-
rat, donec lis terminetur, vel per rem judica-
tam, vel per Sententiam ſuper deſertione; Se-
cus vero eſt in moleſtiis extrajudicialibus, quarum
64 effectus durat durantibus ipſis moleſtiis, itaut no-
va Triennalis, ex tunc, quando ceſſarunt, in-
choari poſſit, *Tondut. Quaſt. Beneſic. lib.* 1. *cap.*
85. *numer.* 65. *Antonell. de Tempor. legal. lib.* 2.
cap. 53. *numer.* 22. *Rot. deciſ.* 458. *numer.* 32. *&
ſeqq. part.* 9. *deciſ.* 64. *numer.* 11. *deciſ.* 514. *n.* 31.
part. 12. *deciſ.* 263. *numer.* 9. *part.* 17. *Recent.*

65 Lis reſpectu Impetrantis introducta dicitur ab
ipſo initio impetrationis, ſeu Commiſſionis, *Card.
de Luc. de Beneſ. diſc.* 91. *ſub numer.* 23. *Rot. de-
ciſ.* 574. *n.* 2. *coram Dunoz. & deciſ.* 523. *in fine
part.* 19. *Recent.* At reſpectu Collitigantis, &
66 poſſeſſoris a die exequutæ Citationis, ut habetur
in Decreto ſupratelato Conciliabuli Baſileenſis,
& tradunt *Van Eſpen. in Jus Eccleſ. univerſal.
tom.* 2. *part.* 2. *tit.* 26. *numer.* 13. *Card. de Luc.
dict. diſcurſ.* 91. *ſub numer.* 22. *Lotter. de Re Be-
neſic. lib.* 2. *quæſt.* 53. *numer.* 23. *Rot. deciſ.* 574.
num. 3. *cor. Dunoz. deciſ.* 316. *n.* 4. *coram Sera-
phin. deciſ.* 475. *n.* 6. *& ſeqq. cor. Coccin. deciſ.*
264. *numer.* 11. *part.* 9. *Recent.* ubi, quod non at-
67 tenditur tempus reproductionis, ſed exequutionis,
& deciſ. 525. §. *final. part.* 19. *Recent.*

68 Citatio autem debet eſſe legitime exequuta,
& relinqui debet ejuſdem Copia in publica for-
ma, quando citatur abſens ad formam *Clementin.
Cauſam*, *de Elect.* Cum enim de ſtylo Rotæ in-
69 terrumpatur Triennalis poſſeſſio per ſolam Cita-
tionem, quando de jure communi requiritur con-
teſtatio litis, *Zyp. reſponſ. Canon.* 3. *n.* 3. *& ſeqq.
de Prubend.* hinc eſt, quod hujuſmodi ſtylus juri
70 communi contrarius debet ſtricte, & rigoroſe in-
telligi, quatenus ſcilicet citatio ſit rite, & recte
exequuta *Antonell. de Tempor. legal. lib.* 2. *cap.*
53. *n..* *Pelens in Comment. Analytic. in Regul. Can-
cell. cap.* 35. *pag.* 115. *Rot. deciſ.* 273. *numer.* 3. *&
ram Penia.*

Item debet fieri coram Judice competenti; 71
Si enim nullitas citationis proveniat ex defectu ju-
riſdictionis, nullo modo impeditus remanet curſus
Triennalis, ut de Monitorio expedito coram A.
C. qui nullam habet in Cauſis Beneficialibus Ju- 72
riſdictionem, tradunt *Card. de Luc. de Beneſic.
diſcurſ.* 91. *n.* 26. *Lotter. de Re Beneficiar. lib.* 2.
quaſt. 53. *numer.* 28. *Rot. deciſ.* 264. *numer.* 12.
part. 9. *deciſ.* 296. *num.* . *coram Royas deciſ.* 882.
numer. 5. *coram Penia*, ubi, quod non ſufficit 73
ſuperveniens Juriſdictio.

Itidem Citatio, quæ emanavit a Judice ante 74
expeditas Literas intra terminum ad articulandum,
non interrumpit Triennalem, quia deficit in tali
Judice juriſdictio, *Rota deciſ.* 305. *num.* 5. *part.* 8.
cum aliis *deciſ.* 401. §. *finali part.* 19. *Recent.* Et
diximus *in Comment. in Regulam XXXI.*

Et licet etiam Monitorium, & Citatio coram
Judice incompetenti interrumpat curſum Trien- 75
nalis, *Rot. deciſ.* 172. *numer.* 6. *coram Coccino.*
Attamen hoc non procedit in vim moleſtiæ judi- 76
cialis, ſed extrajudicialis, & de facto, *Lotter. di-
cta quaſt.* 53. *numer.* 30. *Rot. deciſ.* 264. *num.* 30.
part. 9. *Recent.* Et ideo non ſuffragatur, niſi ſint 77
circa ipſam poſſeſſionem, vel fructuum perceptio-
nem, ut diximus *n.* 61. nec impediunt, quin poſ-
ſit nova inchoari præſcriptio juxta indolem, & 78
natuiam extrajndicialium moleſtiarum, de quibus
ſupra *n.* 64. & proſequitur *Rot. dicta deciſ.* 264.
numer. 29. *& ſeqq. part.* 9. *Recent.*

Poſſeſſio autem Triennalis remanet interrupta,
ſi intra terminum poſſeſſor ipſe compareat in Cu- 79
ria Epiſcopali, & judiciales moleſtias, nulla co-
gente neceſſitate, ſibimer inferat; nam ex hoc ſta-
tim diceretur productum litigium ſuper poſſeſſio-
ne Beneficii, quo mediante ea remanet interrupta,
Gomeſ. in hanc Regul. quaſt. 56. *verſic. Prædictis
tamen non obſtantibus*, *Rot. in Conchen. Beneficii*
7. *Junii* 1715. *coram clar. mem. Card. Scotto*, con-
ſiſmata *coram Reverendiſſ. Criſpo deciſ.* 398. *n.* 4.
& ſeqq. etiam deficiente citatione partis, ut repro- 80
bando, *Pariſ. conſil.* 81. *tom.* 4. probant *Gratian.
diſcept.* 66. *numer.* 18. *Rot. dicta deciſ.* 398. *n.* 6.
& ſeqq. coram Rmo Criſpo.

Amplia, quod poſſeſſio Triennalis, nec ſuffra- 81
gatur poſſeſſori, ſi ipſemet poſt eam jam comple-
tam litem introduxerit, quemadmodum firmant
Sarnen. hic quaſt. 56. *num.* 5. *in fine verſic. Nec
etiam relevat*, late *Lotter. dicta quaſt.* 53. *n.* 21.
& ſeqq. Rot. coram Achill. deciſ. 1. *n.* 1. *&* 2. *ſu-
per hac Regul. & deciſ.* 94. *numer.* 3. *part.* 7. *Re-
cent. & deciſ.* 812. *in fine coram Dunot. & deciſ.*
398. *numer.* 9. *coram Reverendiſſ. Criſpo.* Quod
tamen intellige, ſi Triennalis ipſe poſſeſſor Acto- 82
rem ſe conſtitueret, ſecus ſi Reum, introducen-
do litem ſuper jactationibus alterius, ad tramites
*leg. Diffamari Cod. de Ingen. Manum. Lotter. di-
cta quæſt.* 53. *n.* 22. *Rot. deciſ.* 327. *numer.* 8. *co-
ram Cerro.*

Præterea, moleſtiæ non impediunt curſum
Triennalis, quando lis ceſſavit per renunciationem 83
illi factam, *Coſtu de Retrotract. caſ.* 21. *n.* 7. *Rot.
deciſ.* 609. *n.* 6. *part.* 18. *Recent. & in Valentina
Beneficii* 10. *Januarii* 1693. §. *Non obſtat confir-
matu* 19. *Junii ejuſdem anni* §. *At per conſequens*,
coram Urſino, vel per deſertionem, aut rem judi- 84
catam; quod intellige, juxta tradita per *Cardin. de
Lucu de Beneſic. diſcurſ.* 91. *numer.* 24. *& ſeqq.*

An

85 An autem tertius poſt Triennium opponere
poſſit, & allegare moleſtias per alium intra Trien-
nium poſſeſſionis illatas, negative reſpondent Ton-
dut. Quæſtion. Beneſic. lib. 1. cap. 85. n. 68. & ſeqq.
ubi, quod interruptio Triennii favet tantum Per-
ſonæ interrumpenti, nec Tertium juvare poteſt,
Rebuff. in Tract. de Pacific. poſſeſſ. n. 200. ubi,
quod hæc eſt praxis indubitata Regni Galliarum,
& n. 363. ubi ita ſæpius judicatum, Van Eſpen.
in Jus Eccleſ. univerſal. tom. 2. part. 2. tit. 26.
cap. 4. n. 15. Peleus in Comment. in Regul. Can-
cellar. cap. 35. pag. 115. a terg. Zyp. reſponſ. Ca-
non. 3. n. 7. lib. 3. de Præbend.
Sed diſtinguendum eſt. Aut moleſtiæ fuerunt
86 illatæ per actus civiles, prout ſunt Citatio, con-
teſtatio litis, & ſimilia; & tunc tertius de illis op-
ponere non poteſt, niſi fuerit ſubrogatus in juri-
bus Colligantis, qui dictas moleſtias intulit,
etiam quoad litem. Aut moleſtiæ illatæ fuerunt
per actus naturales, nempe circa poſſeſſionem, &
fructuum perceptionem, & iſto caſu poterit Ter-
tius illas allegare, quia naturalis interruptio pro-
deſt omnibus, civilis vero agenti tantum, ut poſt
Gomeſ. & Kochier tradit Rot. deciſ. 39. n. 38. &
ſeqq & deciſ. 154. numer. 33. part. 12. & deciſ.
609. numer. 8. ſeqq. part. 18. Recent.
Ceterum ad effectum, ut lis impediat curſum
87 Triennalis, neceſſe eſt, quod introducatur intra
annum poſſeſſionis; Si enim introducta ſit poſt
annalem poſſeſſionem, annalis hæc poſſeſſio ope-
ratur, ac ſi lis introducta non fuiſſet, nec impe-
dit, quominus Triennalis poſſeſſionis curſus pro-
ſequi valeat, Gomeſ. ad Regul. de Annal. quæſt. 81.
numer. 2. Rot. deciſ. 263. n. 6. & deciſ. 345. n. 10.
& ſeqq. part. 17. & dec. 609. per tot. part. 18. Rec.
& in Conchen. Præſtimonii 17. Januarii 1701. §.
Non relevante confirmata 12. Junii ejuſd. anni §.
Nec effectus, cor. Priolo.
Dubitatum etiam fuit, an dicatur pacificus poſ-
88 ſeſſor, qui poſſidet tantum ſpiritualia non tempo-
ralia, quod indeciſum reliquit Rot. deciſ. 39. a nu-
mer. 19. & deciſ. 154. part. 12. Recent. quia ex
facto apparebat, neque majorem partem tempo-
ralium Reum illum poſſediſſe. Sed in prima De-
ciſione videtur inclinare pro negativa, quia poſſi-
dens pro dimidia, non poteſt dici verus, & abſo-
lutus poſſeſſor, & licet poſſet dici poſſeſſor, ta-
men non poteſt dici habere poſſeſſionem pacificam,
pro qua requiritur etiam poſſeſſio temporalium ex
Sanchez reſponſ. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 7. n. 10.
qui ſubdit, quod licet Regula ſit benigna inter-
pretatione juvanda, non eſt tamen extendenda con-
89 tra verborum proprietatem. Extra tamen contro-
verſiæ aleam eſt, quod pacificus poſſeſſor dicitur,
qui majorem fructuum partem, ſeu majorem par
tem temporalium poſſidet Rebuff. de pacific. Poſ-
ſeſſor. n. 168. Sot. hic n. 13. Peleus in Comm. Ana-
lyt. in Regul. Cancell. cap. 35. pag. 118. Rot. de-
ciſ. 154. n. 38. part. 12. Recent.
90 Ultra Triennalem poſſeſſionem, ut Regula ſuf-
fragari poſſit, requiritur etiam Titulus. Hæc enim
duo copulative concurrere debent, Titulus nempe,
& poſſeſſio, itaut titulus ſine poſſeſſione, & poſ-
91 ſeſſio ſine titulo non ſufficiat. Licet enim in re-
bus temporalibus ſola poſſeſſio ſufficiat ad obti-
nendum interdictum uti poſſidetis §. Hodie Inſtit.
de Interdict. Paz de Tenut. part. 1. cap. 1. num.
71. & 72. Covarr. Pract. cap. 17. n. 1. Menoch.
de Retinen. remed. ultim. Secus tamen eſt in Be-
92 neficiis, quæ ſine Canonica inſtitutione obtineri
non poſſunt Cap. 1. de Regul. Jur. in 6. Cabaſut.
in Theor. & Prax. Jur. Canon. lib. 2. cap. 20. n.
21. Paſtor de Beneſic. lib. 3. tit. final. num. 4.
Hinc petentibus a Pio IV. inter cetera Germanis, 93
ut Triennalis poſſeſſor nullo caſu poſſet moleſta-
ri, Pontificis nomine anno 1563. ita fuit reſpon-
ſum -- Quod tamen de Triennali poſſeſſione Bene-
ficii in nullo caſu moleſtando exigunt, videri Suæ
Sanctitati Regulam Cancellariæ ſuper hoc editam
fuiſſe æquiſſimam, nec eum, qui evidenter notorie
abſque ullo Canonico titulo in Beneficium Eccleſia-
ſticum ſe intruſerit, beneficio poſſeſſionis Trienna-
lis gaudere debere. Apud Raynald. tom. 21. part.
2. ad annum 1563. ſub numer. 44. ad 12. ar-
ticul.
Tenetur igitur poſſeſſor titulum prædictum ex- 94
hibere, quandoquidem Regula ſolum præſumit,
titulum eſſe validum ex poſſeſſione Triennali, &
ſic præſumit qualitatem, non tamen præſumit ſub-
ſtantiam, ſeu titulum ipſum, qui proinde eſt a
Poſſeſſore exhibendus, Van Eſpen in Jus Eccleſ.
univerſal. tom. 2. part. 2. tit. 26. numer. 18. Card.
de Luc. de Beneſic. dict. diſc. 91. numer. 4. & 5.
Pater la Croix Theolog. moral. lib. 4. numer. 669.
Paſtor de Beneſic. dict. titul. final. numer. 15. Et
inducit ſolummodo præſumtionem validitatis in eo 95
titulo, cujus fuit per Triennium continuata poſ-
ſeſſio, Rot. deciſ. 80. n. 11. part. 7. Recent.
Niſi forte ageretur de eo, qui per decennium
pacifice poſſedit Beneficium; Hujuſmodi enim 96
longi temporis poſſeſſio inducit præſumtionem ip-
ſius Tituli; proindeque Poſſeſſor decennalis juva-
tur exceptione hujus Regulæ, etiam ſine titulo,
Paſtor de Beneſic. ubi ſupra n. 7. Cardinalis de
Luca de Beneſic. diſcurſ. 91. n. 16. Tondut. quæſt.
Beneſic. part. 1. cap. 85. numer. 1. Pater la Croix
Theolog. moral. lib. 4. numer. 669. & 715. Scopp.
in Codic. Fabr. explanat. 76. n... Peleus in Comment.
Analytic. ad hanc Regul. cap. 34. pag. 113. verſic.
Ad effectum, Lotter. de Re Beneſic. libr. 2. quæſt.
53. n. 31. Rot. deciſ. 1004. numer. 4. coram Penia
deciſ. 178. numer. 12. part. 11. deciſ. 518. num. 17.
part. 14. deciſ. 56. numer. 11. part. 16. & deciſ.
130. n. 10. cor. Celſo
Sed ad hunc effectum requiruntur treſdecim
anni, decem nempe ad præſumendum titulum, 97
& tres ad illum colorandum, Faber in Cod. de-
finit. 76. Scapp. in eandem Explanat. 76. in fine,
Lotter. dict. quæſt. 53. n. 31. Card. de Luca dict.
diſc. 91. n. 15. Rota deciſ. 877. n. 3. cor. Ubald.
& dec. 475. n. 4. & ſeqq. cor. Coccin. & deciſ. 1004.
n. 4. & 5. cor. Penia, dec. 198. n. 36. cor. Bichio,
dec. 130. n. 11. dec. 198. n. 36. coram Celſo, de-
ciſ. 518. n. 16. & ſeqq. part. 14. Recent & in Ro-
mana Beneficii 1. Februarii 1672. §. His poſitis
cor. Taya, & in Conchen. Præſtimonii 17. Janua-
rii 1701. §. Verum cor. Priolo.
Sufficit tamen, quod Titulus exhibendus a
Triennali Poſſeſſore ſit coloratus, Bengeus, & 98
Pinſon. de Beneſic. pag. mihi 443. n. 9. ubi quod il-
lud etiam Juſtinianus Imperator in materia non
diſſimili expreſſit in leg. 3. Cod. de Edict. D.
Adrian. tollen. dum ait, Inſtitutum hæredem in
poſſeſſionem bonorum ex eo Teſtamento mitti
debere, quod in prima figura ſine omni vitupera-
tione appareat -- Sanchez conſ. moral. lib. 2. cap. 1.
dub. 30. Van Eſpen in Jus Eccleſ. univ. tom. 2.
part. 2. tit. 26. cap. 4. n. 18. & ſeqq. P. la Croix
Theol. mor. lib. 4. n. 669. Pitan. diſcept. 120. n. 2.
Bauny de Beneſ. diſput. 11. quæſt. 2. pag. mihi 339.
Engel. in Jus Canon. lib. 3. tit. de Præben. ſub n.
39. Rot. dec. 178. num. 11. part. 11. dec. 238. n. 8.
part. 12. dec. 148. numer. 16. dec. 232. numer. 16.
part. 18. Recens. dec. 395. numer. 16. cor. Priolo,
cum

cum aliis in *Hoſtunen. Beneficii 29. Martii* 1710.
§. Poſita, cor. bon. mem. Anſaldo.
Neceſſe tamen eſt, quod titulus iſte coloratus
99 adfuerit toto triennio poſſeſſionis, unde, ſi quis
biennio abſque titulo colorato poſſedit, & in ter-
tio anno illum acquiſivit, locus non erit exceptio-
ni Regulæ, ſed triennium incipiet ab eo tempo-
re, quo titulus ipſe coloratus obtentus fuit, *Go-
meſ. in hanc Regul. quæſt.* 45. *Sanchez conſ. moral.
lib. 2. cap. 1. dub. 31. num. 12. Rebuff. de Pacific.
poſſeſſ. n. 34. Guymier. ſuper Pragm. Sanct. tit. de
Pacific. poſſeſſo. verb. Coloratum, Peleus dict. cap.
35. pag. 113. a tergo.*
Titulus vero coloratus ille dicitur, qui emana-
100 vit ab habente originariam facultatem conferendi
Beneficia, licet ex aliquo accidenti ſit ille impedi-
tus conferre, adeout neceſſarius ſit titulus prove-
niens a Papa, vel Ordinario, qui de jure gaudent
hac originaria conferendi poteſtate, ut clare col-
ligitur ex verbis Regulæ, ibi -- *ex quovis titulo*
101 *Apoſtolica, vel ordinaria collatione &c.* Unde,
licet ipſi nulliter conferant, præſtant nihilominus
titulum coloratum, *Peleus in Comment. Analyt. in
Regul. Cancellar. cap. 35. pag. 113. in princip. Ca-
baſus. in Theor. & Prax. Jur. Canon. libr. 2. cap.
20. numer. 21. Dartis oper. Canon. tract. de Beneſ.
ſect. 6. cap. 9. §. Et ad hujus, & §. Sed nec opinio,
Bengeus, & Pinſon. de Beneſ. pag. mihi* 443. *n.* 10.
*Van Eſpen. loco cit. numer. 19. P. la Croix Theol.
mor. lib. 4. num. 708. Bauny de Beneſ. diſput. 11.
quæſt. 2. pag. mihi 339. Rot. dec. 298. numer. 21.
& ſeqq. part. 17. cum concordantibus dec. 819. nu-
mer, 38. cor. Molines, & in Urgellen. Canonicatus
Theologalis 19. Januarii 1728. §. Nihilominus,
coram bon. mem. Cornelio.*
Ex quo principio plura deducuntur. Et primo,
102 quod collatio facta ab Epiſcopo de Beneficio va-
cante in Menſe Apoſtolico, vel per obitum Fami-
liaris Cardinalis, ſeu alteri reſervationi, non clau-
ſæ in corpore Juris, obnoxio, præbet titulum co-
loratum, quia etiam quoad Beneficia reſervata
Epiſcopus retinet habitu jus conferendi, *Gomeſ.
quæſt. 28. n. 4. verſ. Et Rota*, ubi refert deciſum,
collationem factam ab Ordinario de prima Dignita-
te, quæ per Regulam IV. eſt reſervata, præſtare
titulum coloratum, *Kochier. in hanc Regul. n. 85.
Paſtor. de Beneſ. lib. 3. tit. final. num. 11. Sanchez
conſ. moral. lib. 2. cap. 1. dub. 34. numer. 5. Rota
cor. Bich. deciſ. 171. numer. 4. & 5. repetit. in Re-
cent. dec. 264. numer. 5. & ſeqq.* ubi de Beneficio
vacante per obitum Familiaris Cardinalis, *part. 9.
& deciſ. 345. numer. 11. part. 17. Recent. & in Fer-
rarien. Cappellania 10. Junii 1695. §. Verum, cor.
Priolo.*
Eademque ratione Regula tuetur illum, qui
103 per triennium poſſedit Beneficium ab Ordinario
collatum, poſtquam ob lapſum temporis jam erat
devolutum ad Superiorem; Nam licet Ordinarius
ligatas haberet manus, & Beneficium conferre
non poterat, oritur tamen ex tali collatione titu-
lus coloratus favore proviſi, quippe collationem
obtinuit ab eo, qui originariam facultatem con-
ferendi habebat.
Nec obſtat, quod in tantum, ubi agitur de Be-
104 neficio reſervato, Regula favet Proviſo ab Ordi-
nario, quia iſte potuit ignorare reſervationem,
quæ ignorantia non cadit quoad Beneficia devo-
luta, dum Epiſcopus ſcit, aut ſcire debet Bene-
ficiorum ſuæ Diœceſis vacationes; proindeque,
dum ſciens collationem ad ſe non pertinere ad-
huc contulit, ſicque fuerit in culpa, privatus re-
manſit facultate conferendi, & ob id non poteſt
Proviſus juvari favore Regulæ, quæ ſolum opitula-
tur iis, qui titulum reportant ex *collatione illorum,
ad quos pertinet*, ut ſunt verba Regulæ.
Reſpondetur enim, quod vis non ſtat in ſcien-
tia, vel ignorantia impedimenti, propter quod Or- 105
dinarius conferre non poſſit, ſed in eo, an ille, qui
collationem explet, gaudeat de jure communi po-
teſtate originaria conferendi Beneficia, & hoc mo-
do intelliguntur verba Regulæ *ex collatione eo-
rum, ad quos pertinet*, ſcilicet *de jure communi.*
Non enim ſcientia Epiſcopi, quod collatio ad
ipſum non ſpectat, præjudicare poteſt Poſſeſſori
Triennali in Jure, quod ei Regula impertitur. 106
Alias ſequeretur, quod nec etiam daret titulum
coloratum collatio facta ab Epiſcopo de Beneficio,
quod ſciret eſſe reſervatum, & nihilominus, ut
diximus, id non ſubſiſtit, quia Regula, exceptis
duobus caſibus in ea expreſſis, ſimpliciter defen-
dit Triennalem Poſſeſſorem Beneficii, ſive Col-
lator ſciverit, ſive ignoraverit reſervationem. Imo
neque eſſet tutus, qui haberet titulum ab Epiſco-
po excommunicato, vel ſuſpenſo, quod, ut mox
dicemus, nec pariter ſubſiſtit.
Itidemque non officit, quod jus devolutionis
cauſatur a negligentia, & culpa Ordinarii in non 107
conferendo Beneficium intra terminum a Jure præ-
fixum; In caſu vero Reſervationis impedimentum
oritur ex facto Papæ ſine culpa ordinarii Colla-
toris. Quoniam, licet inferior Collator, diſpo- 108
nendo de Beneficio reſervato, non committat de-
lictum, ob quod privari debeat poteſtate confe-
rendi, tamen pariter hoc caſu eſt in culpa, quia
per reſervationem manus ligatas habebat, & con-
tra illam quodammodo attentavit: Ex quo fit,
quod in utroque caſu Ordinarius eſt in culpa, &
proinde in utroque caſu idem ferri debet judicium.
Et ita poſt longum diſcurſum concluſit *Antonius
de Sancto Severino* antiquus, & celeberrimus *Ab- 109
breviator* in ſuo Voto, quod reperitur in antiquo
mſ. *Notabilium Cancellariæ pag. mihi* 101. Et ſic
etiam fuit in eadem Cancellaria concluſum, ut le-
gitur in eodem Volumine *pag. mihi* 4. a tergo *nu-
mer.* 34. his verbis -- *Nota, quod Regula tuetur
eum, qui per triennium poſſedit Beneficium ſibi col-
latum ab Ordinario poſt devolutionem, & ideo fuit
refutata una Bulla F. Par. qui dicebat, quod unus
poſſederat per triennium, & ultra vigore collatio-
nis factæ de dicto Beneficio poſt illius devolutio-
nem* - Et rurſus ibidem *num.* 35. -- *Collatio Be-
neficii devoluti poſt devolutionem operatur, quod
illud poſſidens per triennium non poſſit amplius mo-
leſtari.*
Idemque dic de Collatione expleta ab Epiſco-
po excommunicato, vel ſuſpenſo, ut ex altero No- 110
tabili Cancellariæ *pag. mihi 4. numer.* 36 per hæc
verba -- *Item, ſi quis poſſedit Beneficium vigore
collationis ſibi factæ ab excommunicato, vel ſuſpen-
ſo, qui interim conferre non poteſt, tamen poſſidens
per triennium vigore collationis hujuſmodi ſibi fa-
ctæ ab excommunicato, vel ſuſpenſo tutus eſt, &
illa verba* ex collatione illorum, ad quos Bene-
ficiorum hujuſmodi collatio pertinet, *debent intel-
ligi*, pertinet *circumſcripta devolutione, reſerva-
tione, excommunicatione, & ſuſpentione propter
exceptionem, quam facit hæc Regula, & ita di-
cunt intelligere Dominos de Rota, & ſic fuit con-
cluſum in Parco.* Et quod collatio facta ab E- 111
piſcopo ſuſpenſo præbeat titulum coloratum, cum
ſuſpenſio non adimat Collatori jus originarium con-
ferendi, tradunt *Gomeſ. in hanc Regul. quæſt.* 28.
*Sanchez conſ. moral. lib. 2. cap. 1. dub. 31. nu-
mer.* 4.

Simi-

Similiter proviſio expleta in partibus Germa-
112 niæ ab Epiſcopo electo needum confirmato præ-
bet titulum coloratum. Proviſus enim non te-
nebatur inquirere, an Epiſcopus fuerit necne con-
firmatus, quando videns, illum Juriſdictionem
exercere, potuit, & debuit credere confirmatum
fuiſſe, itaut ex hac credulitate evaſerit poſſeſſor
bonæ fidei, & cum titulo ſaltem colorato, qui ſuf-
ficit ad effectum Regulæ *de Triennali*, *Rota in
Monaſterien. Decanatus* 19. *Junii* 1706. §. *Qua poſ-
ſeſſio, cor. bon mem. Lancetta inter impreſſ. dec.* 476.

Idem dici debet de Proviſo a Vicario Epiſcopi
113 habente generale mandatum, deſtitutum tamen
ſpeciali facultate conferendi Beneficia, ſi Epiſco-
pus paſſus ſit, eum conferre, & Proviſus ab eo
per triennium pacifice poſſideret, *Paſtor de Be-
nef. lib.* 3. *tit. final. n.* 15. licet *Solier. in addit.
ad eundem litt. D.* exiſtimet, proviſionem Bene-
ficii factam a Vicario Generali non habente ſpe-
ciale Mandatum, coloratum titulum non tribuere,
niſi appareat de expreſſa Epiſcopi ratihabitione.
Et generaliter, quod collatio Beneficii facta a
Vicario Epiſcopi, præſtet titulum coloratum, *Rot.
in Gerunden. Beneficii* 20. *Martii* 1683. §. *Ad-
debant, coram clar. mem. Card. Caccia.*

Id, quod magis locum ſibi vindicat in provi-
114 ſione expleta a Vicario Apoſtolico, cui, ademta
fuerit per Papam conferendi facultas. Cum enim
ille in Juriſdictionalibus omni prorſus poteſtate
115 gaudeat, qua fruitur Epiſcopus, *Nicol. in Floſ
cul. verb. Vicarius* §. 2. *de Vicar. Apoſtol. Sbrozz.
de Offic. Vicar. libr.* 2. *quæſtion.* 91. *n.* 4. *Pigna-
tell. Conſult. Canon.* 2. *n.* 1. *tom.* 8. *Epiſcopus Baſ-
ſin de Vicar. Apoſtol. tit.* 1. *n.* 1. *& tit.* 4. *n.* 4. hinc
116 ab eo de Beneficio proviſus, & illud per trien-
nium poſſidens, dicitur habere titulum colora-
tum, *Rota in Monaſterien. Decanatus* 18. *Junii*
1706. §. *Et in omnem, cor. bon. mem. Lancetta
inter impreſſ. dec.* 426. *numer.* 12.

At econtra ex eodem principio, quod titulus
coloratus ille dicatur, qui emanat ab eo, qui de
jure habet originariam conferendi facultatem, de-
ducitur, quoad Proviſiones expletæ a Nunciis A-
117 poſtolicis de Beneficiis excedentibus annuum va-
lorem ducatorum vigintiquatuor auri de Camera,
non tribuunt titulum coloratum, cum ipſi dicta
Beneficia non conferant jure ordinario, & origi-
naliter in eis radicato, ſed jure ſpeciali Papæ, &
vigore Induli reſtricti ad Beneficia dictum valo-
rem non excedentia, ideoque, excedendo fines eo-
rum facultatum, Proviſiones ipſæ ſtatim deſtru-
ctæ remanent ab eodem Indulto, *clauſula ſubla-
ta, & Decreto irritanti* munito, ut communiter
firmant *Cardin. de Luc. de Benef. diſc.* 91. *n.* 15.
Lotter. de Re Benefic. lib. 2. *quæſt.* 46. *numer.* 62.
Rot. decis. 297. *numer.* 7. *& ſeqq. part.* 1. *decis.* 235.
numer. 9. *part.* 12. *dec.* 297. *n.* 8. *part.* 16. *dec.* 298.
numer. 18. *& ſeqq. part.* 17. *decis.* 232. *n.* 8. *&*
9. *part.* 18. *Recent. decis.* 363. *n.* 3. *cor. Molines,
& in Palentina Beneficii* 16. *Januarii* 1704. §. *fi-
nal. cor. Anſaldo, & in Cracovien. Canonicatus*
23. *Aprilis* 1725. §. *Domini tamen, cor. bon. mem.
Criſpolto, & in Hiſpalen. Beneficii* 22. *Junii* 1725.
§. *final. coram eodem, & in Conchen. Cappellania*
5. *Aprilis* 1726. §. *penultimo, cor. bon. mem. Cor-
nelio.*

Quemadmodum nec proviſionem expletam a
118 Legato de Beneficio exiſtente extra fines ſuæ Pro-
vinciæ tribuere titulum coloratum, firmat *Zypeus
lib.* 3. *de Præben. reſponſ.* 3. *n.* 12.

Pariter Cardinalis Indultarius, qui in collatio-
119 ne Beneficii vigore Apoſtolici Indulti facultates
in eo præſcriptas excedit, titulum coloratum non
tribuit, *Rota decis.* 523. *n.* 74. *part.* 19. *tom.* 2.
Recent. Maxime, ſi ab eodem Cardinali proviſus
de Beneficio, valorem viginti quatuor ducatorum 120
auri de Camera excedente, reportare negligat a
Sede Apoſtolica intra quatuor Menſes novam
ejuſdem Beneficii proviſionem, ut præſcribitur in
Indulto præfato ſub Decreto priorem Cardinalis
proviſionem irritante, *Rota dec.* 551. *n.* 15. *verſ.
Sed ulterius, & numer.* 16. *& dec.* 570. *n.* 5. *part.*
5. *tom.* 2. *dec.* 523. *numer.* 85. *part.* 19. *tom.* 2.
Rec. dec. 19. *n.* 1. *& ſeqq. cor. Ottbobon. & in
Corduben. Beneficiorum* 2. *Decembris* 1704. §. *fi-
nal. cor. Omaña.*

Et de Proviſis ab Univerſitate Studiorum *Lo-
vanii* vigore ſuorum Indultorum, de quibus late 121
egimus in *Commentar. in Regulam IX.* §. III.
quod allegare nequeant titulum coloratum, quan-
do Univerſitas in conferendo, eorundem Indul-
torum fines exceſſit, *Rot. in Aquiſgranen. Cano-
nicatus* 18. *Martii* 1697. §. *Quin ab executione
cor. Muto.*

Idemque procedit in Beneficiorum proviſione
facta a Capitulo Sede vacante, cum ei neque 122
actu, neque habitu Beneficiorum collatio ſpectet,
cap. Illa, Ne Sede vacante, & diximus, in *Com-
ment. in Regul. II.* §. *III. n.* 48. unde ex defectu
poteſtatis, hujuſmodi titulus non eſt coloratus,
Gomeſ. in hanc Regulam quæſt. 37. *Pelens in Comm.
in eandem cap.* 35. *pag.* 114. *a tergo, verſ. Poſ-
ſidens, Rubeus in ſingular. Rota circa dec. Anto-
nii Auguſtini part.* 1. *pag.* 222. *cap.* 4. *n.* 7. *So-
lier. ad Paſtor. de Benef. lib.* 3. *tit. final. litt. D.*
ubi reprobat ipſum *Paſtor* contrarium ſentientem.
Nec refert, quod Juriſdictio Epiſcopalis Sede
vacante tranſeat ad Capitulum, quia collatio
Beneficiorum non ſpectat ad legem Juriſdictio- 123
nis, alias Epiſcopus extra Diœceſim exiſtens,
Beneficia conferre non poſſet, quod non ſubſiſtit,
ſed eſt Epiſcopo tributa ſpeciali legis commiſſio-
ne, ut plene oſtendimus in *Comment. in Regul.
II.* §. *III. numer.* 44. *& ſeqq. & n.* 99. & firmavit
Rot. in Segobien. Canonic. 11. *Aprilis* 1704. §.
Altera, cor. clar. mem. Card. Scotto, confirmata 9.
Maii 1705. *coram bon. mem. Anſaldo*, & bene
Solier. loco cit.

Item non juvatur exceptione Regulæ Reſigna- 124
tarius Beneficii, qui ex parte ſua pacta, & con-
ventiones a Pontifice approbatas non adimplevit.
Cum enim ob hujuſmodi conventionum inadim-
plementum abdicatum non ſit jus a Reſignante,
qui non aliter Reſignationi conſenſum præſtitit,
quam ſub conditione, quod Reſignatarius a pa-
ctis reſilire non debeat. Hinc, deficiente Titu-
lo, ſuffragari nequit Reſignatario Regula de trien-
nali, *Pariſ. de Reſignat. lib.* 1. *quæſt.* 3. *n.* 40. *Rot.
decis.* 19. *n.* 2. *&* 3. *coram Ottbobono, decis.* 40.
n. 13. *&* 14. *coram Priolo, decis.* 866. *numer.* 20.
coram Molines, decis. 530. *numer.* 5. *part.* 5. *de-
cis.* 232. *n.* 8. *&* 9. *part.* 18. *Recent.* Et quando
tenetur Reſignatarius juſtificare titulum ſui Au- 125
ctoris, qui, per Triennium Beneficium obtinuit,
tradit *Rot. decis.* 475. *per tot. coram*

Poſtremo nullum præbet titulum coloratum
proviſio Beneficii in manibus Ordinarii dimiſſi, 126
& ab eo expleta favore ſui, aut reſignantis con-
ſanguinei, contra præſcriptum celebris Conſtitu-
tionis *S. Pii la LVIII.* ob Decretum irritans, quo
dicta Conſtitutio munita reperitur, & quo nedum
tollitur Ordinario poteſtas conferendi Beneficia
reſignato hujuſmodi generis Perſonis, verum infi-
citur poſſeſſio omnis, quæ ab ipſo proviſo adepta
fuerit,

fuerit, unde excluſa collatione, tamquam funda-
mento tituli colorati, & præcluſo ingreſſu in
poſſeſſionem, nec incipere poteſt ſavore proviſi
de Beneficio præfato, tempus ad Triennalem ef-
formandum, *P. la Croix Theolog. moral. lib. 4. n.*
707. Quidquid in contiarium dicat *Antonell. de*
127 *Temp. legal. cap. 53. n.* 13. Plures alios caſus, in
quibus Titulus dicatur coloratus, vel non ad ef-
fectum Regulæ, videas apud *Sanchez cauſ. mo-
ral. lib. 2. cap. 1. dub.* 31.

Indubium igitur eſt principium, quod colla-
tio expleta ab eo, qui originaria gaudet facultate
Beneficia conferendi, Titulum coloratum tribuat.
Duos vero caſus tantummodo excipit Regula,
qui Titulum diſcolorant, Ingreſſum nempe ſimo-
niacum, & Intruſionem io Beneficio, quod ſit
128 reſervatum reſervatione clauſa in *corpore juris*;
adeout, cum iſti duo caſus excipiantur, firma re-
manet diſpoſitio Regulæ quoad alios caſus non
exceptos *Gomeſ. in hanc Regul. quæſt. 27. num. 7.
Quaſad. ibid. verſ. Nota ex hoc, Lotter. de re Be-
nefic. lib. 2. quæſt. 53. num. 15. Sanchez Conſ. mo-
ral. lib. 2. Cap. 1. dub. 31. numer. 4. Tondut. quæſt.
Beneficial. lib. 1. reſolut. 85. numer. 72. & ſeqq.
Mandoſ. conſ. 25. numer. 10. Sperell. decif. 175.
numer. 92. Rot. deciſ. 171. numer. 5. coram Bichio,
deciſ. 882. numer. 1. coram Penia, dec. 345. nu-
mer. 11. & ſeqq. part. 17. Recent. & in Urgellen.
Canonicatus Theologalis* 19. *Januarii* 1728. *§. Du-
bitari, coram bon. mem. Cornelio.* Et cum hac
129 Theorica procedi etiam in Gallia, ubi, ut dixi-
mus, Regula de Triennali eſt recepta, tradit *Bau-
ny de Benefic. diſput. 11. quæſt. 6. pag.* 343.

Sed, quod attinet ad Simoniacum ingreſſum,
alias in dubium revocatum fuit, An Simonia tam
130 realis, quam conventionalis pura, diſcoloret titu-
lum? Dubium hoc indeciſum reliquit *Kochier in
hanc Regulam n.* 57. Dicendum tamen eſt, puram
Conventionalem Simoniam, haud officere poſſeſ-
ſori Triennali, cum per eam non adhuc ſit com-
pletum delictum, ut fuiſſe deciſum in Senatu
Tholoſano, teſtantur *Menard. lib. 1. quæſt. cap.
58. & Tondut. dict. cap. 85. numer. 59. Peleus in
Comment. in hanc Regul. cap. 36. pag. 110. a terg.
verſ. Simonia tantum, P. la Croix Theolog. mo-
ral. lib. 4. n. 712. Gomeſ. in hanc Regul. quæſt.
12. in fine, Nava. in cap. Si quando de reſcript.
except. 4. Sanchez, conſ. moral. lib. 2. cap. 1. dub.
32. num. 1. Rot. deciſ. 1004. ſub numer. 8. verſ.
Et quoad ſolutionem, coram Penia*, Quidquid in
contrarium exiſtimet *Quæſad. hic*, quod ſola men-
talis non vero Conventionalis Simonia effectum
Regulæ excludat.

Rurſus quæritur, an Simonia ab alio com-
miſſa inſcio Proviſo, titulum diſcoloret? Affir-
131 mativam ſententiam tuetur *Paſtor de Beneficiis lib.
3. tit. final. numer.* 21. ea ratione, quia Regula
indiſtincte prohibet ingreſſum Simoniacum, er-
go indiſtincte eſt intelligenda, ſive Simonia com-
miſſa fuerit ab ipſomet Proviſo, ſive a tertio eo
ignorante. Et licet ignorantia excuſet a pœna
perſonali Irregularitatis, Excommunicationis &c.
tamen non excuſat a defectu, aut nullitate Ti-
tuli, & concludit, ita fuiſſe per *Arreſtum* in
Gallia reſolutum. Eandemque ſententiam ſequun-
tur *Charond. in ſuis Obſervat. ad Regul. Cancell.
verb. Beneficium, & lib. 1. reſponſ. cap. 44. Ca-
baſut. in prax. Juris Canon. lib. 2. cap. 20. n.* 18.
132 Sed receptior eſt in praxi contraria opinio,
quod ſcilicet hujus Regulæ exceptio competat pro-
viſo de Beneficio, ignoranti Simoniam a tertio
commiſſam, quemadmodum firmant *Cardinal. In-*

*nocent. & alii in cap. Cum pridem, de Renun-
ciat. Sarnen. in hanc Regul. quæſt. 12. n. 8. verſ.
Eſt iſta, Kochier ibidem n. 60. & 83. Leſſius de
Juſtit. & Jur. lib. 2. cap. 35. n. 140. P. la Croix
Theolog. moral. lib. 4. n. 710. Caſtropal. Oper. mo-
ral. tom. 2. diſput. 2. punct. 33. n. 11. Rubeus in
ſingul. Rot. circa deciſ. Antonii Auguſtin. part. 1.
pag. 222. cap. 1. numer. 5. Rebuff. de pacif. Poſ-
ſeſſor. n. 189. in fin. Sanchez Conſ. moral. lib. 2.
cap. 1. dub. 32. n. 2. Card. de Luca de Benefic.
diſc. 91. n. 6. Bauny de Benef. diſput. 11. quæſt. 6.
pag. 344. Garc. de Benef. part. 8. cap. 1. num. 15.
Lotter. de Re Beneficiar. lib. 3. quæſt. 29. numer.*
121. *Rot. deciſ. 319. n. 1. part. 2. diverſ. 270. n. 5.
coram Pœnia, deciſ. 211. numer. 3. coram Man-
tic. & in Romana Beneficii 1. Februarii 1672. §.
Non obſtante coram Taya, & in Dertuſen. Be-
neficii 29. Aprilis 1701. §. final. coram bon. mem.
Lancetta inter impreſſ. dec.* 179.

Præterea Simonia debet eſſe in ingreſſu ad Be- 133
neficium, ut clare diſponit Regula in principio,
ibi -- *quod ſi quis quæcumque Beneficia Eccleſiaſti-
ca, qualiacumque ſint abſque Simoniaco ingreſſu
&c.* -- Unde, ſi quis ab initio ingreſſus cum ti-
tulo, poſtea Simoniam commiſerit favore Regulæ
non remanet deſtitutus, *Gomeſ. in hanc Regul.
quæſt. 12. Kochier ibidem numer. 5. Rebuff. de pa-
cific. poſſeſſ. n. 198. Sanchez conſ. moral. dict. dub.
32. n. 3. P. la Croix dict. lib. 4. n.* 170. Parique
modo, Beneficiatus poſt commiſſam Simoniam 134
acquirat novum titulum coloratum, cum quo per
triennium Beneficium pacifice poſſideat, juvatur
hac Regula, quia jam non poſſidet virtute tituli
Simoniaci, ſed virtute novi Tituli a Regula non
improbati *Gomeſ. dict. quæſt.* 12. ubi, quod ſic Ro-
ta tenuit, *Sanchez loco citat. n. 4. P. la Croix
dict. numer. 170. Rubeus in ſingul. Rot. dict. pag.
222. cap. 1. n.* 5.

Et demum prodeſt exceptio Regulæ de Trien-
nali Simoniaco, & confidentiario quoad alia Be- 135
neficia poſtea ſine dicto vitio obtenta, & per
Triennium pacifice poſſeſſa, *Tondut. quæſt. Be-
nefic. tom. 2. part. 3. Cap. 135. n. 19. verſ. Verum.*

Quovero ſpectat ad reſervationem clauſam in 136
corpore juris, quidquid ex Concilio Baſileæ in-
volvat *Zipens lib. 3. de Præben. reſponſ. 3. n. 16.
& ſeqq.* ea unice reſultat ex obitu naturali Be-
neficiati apud Sedem, aut intra duas dietas Cu-
riæ vicinas, *Cap. 2. & Cap. Præſenti de Præbend.
in 6. Sarnen. hic quæſt. 27. numer. 7. Sot. ſub nu-
mer. 14. Antonell. de tempor. legal. lib. 2. Cap. 53.
numer. 23. Kochier n. 69. Quaſad. verſ. In cor-
pore Juris, Lotter. de Re Benefic. lib. 2. quæſt. 53.
n. 17. & 18. Sanchez conſ. moral. dict. lib. 2. cap.
1. dub. 34. Tondut. quæſt. Benef. lib. 1. Cap. 85. n.
61. Rot. dec. 264. n. 3. part. 9. & deciſ. 345. n. 12.
part. 17. recent.* & late diximus *in Comm. in Regul.
I. §. I. n. 34. & 35.* Hinc eſt, quod Beneficium va-
cans juxta Decretum a Pontifice appoſitum in pro- 137
viſione ſecundi incompatibilis, ſi ab Ordinario
conferatur, & per triennium fuerit pacifice poſſeſ-
ſum, non cadit ſub exceptione Regulæ, cum vaca-
tio præfata non inducat reſervationem, quæ ſit clau-
ſa in corpore juris, *Lotter. de Re Beneficiar. dict.
quæſt. 53. n.* 18. Beneficia enim vacantia juxta De-
cretum, vacant quidem *in Curia*, ſed non vacant 138
apud Sedem, prout in Regula requiritur, ut etiam
diximus *in Com. in Regul. I. §. I. numer.* 53. Li-
cet in hoc contrarium videatur innuere, *Rot. co- 139
ram Merlin. deciſ. 366. & deciſ. 48. par. 3. co-
ram Caputaquen.* in qua firmatum fuit, quod Re-
gula de Triennali non habet locum, ſi Benefi-

cium vacet *in Curia* per ſententiam in ea latam
contra præſentem, vel abſentem, ſed contuma-
cem; ſed a priori ſententia non recedendum.
140 Ceterum, ſi in continenti conſtet evidenter de
nullitate, ſeu vitio Tituli, poſſeſſio Triennalis
non ſuffragatur *Card. de Luc. de Beneſic. diſc.* 91.
ſub numer. 16. *Zypeus lib.* 3. *de Præben. reſponſ.* 3.
numer. 18. *Antonell. de tempor. legal. lib.* 2. *Cap.*
53. *numer.* 9. *Faber in Cod. definit.* 5. *late Scopp.*
in dict. Codic. explanat. 5. *numer.* 3. & 4. *Peleus*
in Comment. in Regul. Cancellar. Cap. 35. *pag.*
112. *Rot. deciſ.* 40. *n.* 14. *coram Priolo, & deciſ.*
882. *numer.* 2. *coram Pænia & deciſ.* 1173. *n.* 7.
& 8. *coram Emerix*, ubi reſolutum fuit ei, qui
141 per viginti annos poſſederat Bona Conventus ſup-
preſſi Seminario applicata, non ſuffragari hanc
Regulam, licet auctoritate Apoſtolica tamquam
de Beneficio fuiſſet proviſus. Et *dec.* 866. *n.*20.
cor. Molines, ubi de Reſignatione evidenter nulla.
Et in Aquiſgranen. Canonicatus 16. *Martii* 1697.
142 *in fine coram Muto*, ubi de habente titulum ab uni-
verſitate Studiorum Lonii, quæ conferre non po-
143 terat Canonicatum Collegiatæ *Aquiſgrani*, & ſic
habente titulum nulvalum & invalidum. Et de
eo, qui ſpreto Patrono provideri ſe fecerat ab Or-
144 dinario de Beneficio, tamquam devnluto, *Rot. in*
Hoſtunen: Beneficii 10. *Decembris* 1708. §. *final.*
coram Reverendiſſimo Criſpo inter impreſſ. deciſ. 3.
& 29. *Martii* 170. *coram bon. mem. Anſaldo &*
23. *Januarii* 1711. §. *final. coram eodem.*
Hinc bene *Gomeſ. in hanc Regul. quaſt.* 32. *per*
tot. proponendo caſum, quod Ordinarius per ſen-
tentiam notorie nullam privet Poſſeſſorem ſuo Be-
145 neficio, & alteri conferat, qui poſtea per trien-
nium illud poſſideat, concludit, quod ſtante tali
notoria nullitate, proviſus non juvatur triennali
poſſeſſione, nam titulus coloratus, ultra poteſtatem
in conferente, debet in ſe continere quandam ima-
ginem juſtitiæ, quæ juſtitiæ imago non adaptatur
ubi titulus privationis eſt evidenter nullus. Loqui-
tur pariter in caſu illius, qui nulliter, & de fa-
cto ſpoliatus fuerat ſuo Canonicatu, *Rot. coram*
146 *Priolo deciſ.* 395. *n.* 17. & *ſeqq.* & *deciſ.* 411. *nu-*
mer. 1. & *ſeqq.* ubi perpendit, quod, cum ſen-
tentia evidenter nulla apta non fuerit privare poſ-
ſeſſorem ſuo Canonicatu, non poterat colliigan-
ti ſuffragari triennalis detentio, vel quia duo in
ſolidum idem Beneficium poſſidere non poſſunt,
vel quia de Canonicatu non vacante fuit provi-
ſus. Cumque talis ſententia eſſet nulla, & ſpo-
liativa, titulum coloratum dare non poterat, ne-
que enim Regula Spoliatores tuetur, aut ſpolia-
tos debito jure defraudat *Antonell. de tempor.*
legal. lib. 2. *cap.* 53. *numer.* 12. *Peleus in Com.*
147 *Analyt. ad Regul. Cancellar. cap.* 35. *pag.* 111. *a*
terg. P. la Croix Theolog. moral. lib. 4. *num.* 701.
Kochier. in hanc Regul. n. 80. & 83. *Sanchez conſ.*
moral. lib. 2. *cap.* 1. *dub.* 33. *n.* 2. *Rot. deciſ.* 19.
numer. 4. *coram Otthobon.*
Et quamvis Regula duos tantum caſus exci-
piat, nihilominus Triennalis poſſeſſio vitio ſpolii,
in ipſo ingreſſu infecta, non poteſt efficacem pro-
greſſum tribuere, nec præſumitur, quod Regula
148 *de Triennali*, ſive quævis alia Conſtitutio, quan-
tumvis ampliſſimis verbis concepta Spoliatores in
ſua poſſeſſione confovere, & ſpoliatos a juſtiſſimo
reintegrationis Beneficio arcere abſque particulari
mentione voluerit, ut poſt *Sot.* proſequitur *Rot.*
coram Priolo deciſ. 395. *in fine*, & melius *deciſ.*
411. *numer.* 8. & 9. & habetur in antiquis No-
tabilibus Cancellar. *pag. mihi* 4. *numer.* 36. ibi --
Regula de Triennali non tuetur poſſeſſorem Trien-
nalem qui ſpoliavit, nec quemcumque alium, qui
poſtea illud habuit contra ſpoliatum, & ſic ſpo-
liatus poterit agere contra quemcumque Poſſeſſorem
Triennalem & decennalem.
Porro, ſi Regula non ſuffragatur Spoliatori,
multo minus juvare poterit violentum poſſeſſo-
rem, qui aperte excluditur in Decreto Concilia-
buli *Baſileenſis*, a quo Regula recipit declaratio- 149
nem, *Dartus Oper. Canon. Tract. de Benef. ſect.* 6.
Cap. 9. §. *Reliqui omnes*, *Sanchez Conſ. moral. lib.*
2. *cap.* 1. *dub.* 34. *numer.* 1. & 3. ubi, quod ſi
metu in favorem alicujus facta fuerit Beneficii re-
ſignatio, & is pacifice per triennium poſſederit,
non juvatur hac Regula durante metu, quia Re- 150
nunciatio eſt nulla, & violenta.
Quid autem dicendum, ſi defuncto altero ex
litigantibus, Epiſcopus in præjudicium ſuperſtitis
Beneficium tertio conferat, an titulus proveniens
ab hujuſmodi collatione licet nulla, quia contra 151
Text. in cap. 2. *ne lite pendente* expleta, ſufficiat
ad effectum Regulæ? Negative reſpondent *Zypeus*
lib. 3. *de Præbend. reſponſ.* 3. *numer.* 8. & *ſeqq. Ko-*
chier in hanc Regul. n. 82. *in fine* ea ratione, quod
ſpecies mali eſt, quod aliquis inſtituatur in Bene-
ficio viventis, ſi forte ſuperſtes juſtum habeat titu-
lum, unde, cum proviſio præfata ſpeciem mali
involvat, æquum non videtur, quod Triennalis
dicti Beneficii poſſeſſor ſit favore Regulæ juvan-
dus. At placet contraria ſententia *Gomeſ. in hanc*
Regul. quaſt. 41. quam ſequuntur *Peleus in Comm.*
Analyt. ad Regul. Cancellar. cap. 34. *pag.* 114. 152
verſ. Si duobus, *Sanchez Conſ. moral. lib.* 2. *cap.*
1. *dub.* 31. *numer.* 5. Tertius namque de dicto Be-
neficio litigioſo proviſus titulum habet ab eo, qui
originaria potitur facultate conferendi, & licet fa-
cultas hæc ſit per accidens ratione pendentiæ litis
ſuſpenſa, tamen ad effectum Regulæ apta eſt tri-
buere titulum coloratum, ut diximus ſupra *n.* 100.
& 105. Accedit, quod juxta nonnullorum ſen-
tentiam per litem, Beneficium cenſetur affectum.
Proviſio autem facta per Ordinarium de Benefi- 153
cio reſervato, ſeu affecto, bene tribuit titulum
coloratum, *Gomeſ. quaſt.* 27. *verſ. Infertur etiam*,
& late oſtendimus ſupra *n.* 406.
Non ſuffragatur vero poſſeſſio Triennalis obti-
nenti duo Beneficia incompatibilia propter obſta-
culum reſultans a Decretis Concilii Tridentini *Seſſ.*
7. *cap.* 4. *Seſſ.* 24. *cap.* 17. *de Reformat.* adverſus 154
quas Concilii Sanctiones decernentes utriuſque
Beneficii vacationem ipſo jure, locum non habet
præſumta diſpenſatio ſuper qua fundatur Regula
de Triennali, ut decrevit Sac. Congregatio Con-
cilii *in Aquilana* 14. *Auguſti* 1632. in qua pro- 155
poſito Dubio -- *An præſumta diſpenſatio in qua*
fundatur Regula de Triennali habeat locum con-
tra Decreta Sac. Concilii Tridentini Cap. 4. *Seſſ.*
7. & *Cap.* 17. *ſeſſ.* 24. & *Cap.* 15. *ſeſſ.* 25. *de Re-*
format. itaut poſſidentes Beneficia contra diſpoſi-
tionem dictorum Decretorum ex tali præſumta
diſpenſatione ſuam poſſeſſionem tueri valeant? --
reſponſum fuit -- *Non habere locum contra dicti*
Concilii Tridentini Decreta, -- ut *in lib.* 14. *De-*
cretor. pag. 653. ubi ulterius adnotatum reperitur --
qua declaratione ad Sanctiſſimum delata, Sanctitas
ſua dixit, bene Congregationem cenſuiſſe, atque
ita exequendum eſſe. Et inhærendo quamplurimis
aliis ejuſdem Sac. Congregationis Decretis, com-
muniter firmant *Fagnan. in Cap. de Multa n.* 48.
& *ſeqq. de Præb. Garc. de Beneſic. part.* 11. *Cap.*
5. *n.* 379. & *part.* 7. *cap.* 3. *n.* 88. *Clericat. de Be-*
neſic. diſcord. 13. *n.* 16. & 17. *Roſ. de Executor.*
Litter. Apoſtol. part. 1. *Cap.* 6. *num.* 91. *Piton. diſ-*
cept.

Digitized by Google

cept. 120. *n.* 10. & 11. *Kocbier in hanc Regul. n.* 49. *Panimoll. deciſ.* 31. *adnot.* 1. *n.* 48. *Adden. ad deciſ.* 250. *n.* 2. *part.* 9. *Recent. Rot. dec.* 305. *numer.* 4. & 5. *part.* 9. *deciſ.* 552. *num.* 9. *coram Coccin. deciſ.* 284. *numer.* 16. *coram Reverendiſſimo Criſpo, in Caſalen. Beneficii* 1. *Decembr.* 1687. §. *Præterea coram clar. mem. Card. Caccia*, & *in Giennen. Portionis*, & *Scholaſtriæ* 13. *Maii* 1701. §. *final. coram Priolo*, & *in Friſingen. Canonicatus* 9. *Januarii* 1705. §. *Minuſque*, *coram clar. mem. Card. Scotto*, & *in Nullius*, *ſeu Piſcien. Beneficii* 5. *Maii* 1718. §. 8. *coram bon. mem. Gamaches.*

Suffragatur tamen ad hunc effectum retinendi duo Beneficia incompatibilia Triennalis, & 156 multo magis vicennalis & tricennalis poſſeſſio, quippe quæ inducit præſumtionem tituli, diſpenſationem nempe Apoſtolicam, etiam contra Decreta Concilii Tridentini; *Fermoſin. de Offic. Eccleſ. ad cap. final. de fil. illegit. quæſt.* 30. *numer.* 20. *Pariſ. de Reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 6. *numer.* 34. *Barboſ. Epiſcop. allegat.* 62. *numer.* 30. *Antonell. de Jur. & oner. Cleric. part.* 3. *Cap.* 27. *num.* 6. *Panimoll. deciſ.* 31. *adnot.* 1. *nu.* 49. *Piton. dict. diſcept.* 120. *n.* 12. *Rot. deciſ.* 341. *n.* 6. *part.* 15. *Recent. deciſ.* 198. *numer.* 3. *coram Bichio, in Cracovien. Canonicatus* 26. *Junii* 1682. §. *Imo quatenus*, *coram Panlutio*, *Warmien. Canonicatus* 29. *Januarii* 1685. §. *Secundo quia*, *coram Hervault* & *in Hypporegien. Beneficii* 11. *Februarii* 1704. §. *Concilium coram Muto*, & *in Monaſterien. Canonicatus* 13. *Maii* 1715. §. *Alterum*, *coram clar. mem. Card. Falconerio inter impreſſ. deciſ.* 9. *tit. de Benefic. tom.* 1.

Pari ratione, decernente eodem Tridentino Concilio *Cap.* 5. *Seſſ.* 7. *de reform.* quod Ordinarii locorum quoſcunque plura Curata, aut alias 157 incompatibilia Beneficia Eccleſiaſtica obtinentes, diſpenſationes Apoſtolicas ſuas exhibere diſtricte compellant, innovando quoad hoc Conſtitutionem *Gregorii IX.* relatam in *Cap. Ordinarii*, *de Offic. Ordin. in* 6. communiter receptum eſt, Regulam 158 de Triennali non proficere contra Ordinarium, quominus poſſit inquirere, & cogere ſubditos ad oſtendendum titulum, quo Beneficia incompatibilia retineant, *Barboſ. in Concil. dict. ſeſſ.* 7. *Cap.* 5. *n.* 3. & 4. *Adden. ad dec.* 254. *n.* 96. & 98. *part.* 9. *Recent. tom.* 1. *Lotter. de re Beneficiar. lib.* 2. *quæſt.* 46. 36. & 37. An vero Triennalis Poſſeſſor Be- 159 neficiorum incompatibilium juſtificare teneatur legitimum retentionis titulum ad effectum excludendi Impetrantem, diximus *in Comment. in Regulam I.* §. *IX. a numer.* 30. & *ſeqq.*

Quinimo nedum ubi agitur de retentione duorum incompatibilium, verum etiam in caſu quo 160 quis non obtinet, niſi unicum Beneficium, poteſt Ordinarius illum compellere ad titulum oſtendendum; eumque privare, ſi Canonicum titulum non oſtendat, non obſtante pacifica illius Triennali poſſeſſione, cum Beneficium Eccleſiaſticum licite ſine Canonica inſtitutione obtineri non poſſit, *Cap.* 1. *de Regul. jur. in* 6. *Cap.* 3. *de Inſtit. cap. relatum* 21. *de Jurepatr. Gomeſ. in hanc Regul. quæſt.* 42. *verſ. Et ideo*, *Van Eſpen in Jus Eccleſ. univ. tom.* 2. *part.* 2. *tit.* 27. *cap.* 4. *n.* 30. *Zypeus lib.* 3. *de Præbend. reſponſ.* 3. *n.* 7. *Caſtropal. Oper. moral. tom.* 2. *tract.* 13. *diſput.* 2. *punct.* 33. *numer.* 9. *in fine*, *Murga de Benefic. quæſt.* 3. *numer.* 645. *Pax Jordan. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 19. *n.* 40. *Cardinal. de Luca de Benefic. diſc.* 91. *n.* 11. *Capon. diſcept.* 1. *n.* 8. *Flores de Men. variar. reſolut. quæſt.* 23. *numer.* 61. *Sperell. deciſ.* 173. *n.* 58. *Rot. deciſ.* 111. *numer.* 3. *coram Manzic.* & *deciſ.* 457. *numer.* 4. *coram Seraphin.*

Similiter non juvat Regula de Triennali Canonicum Regularem Lateranenſem obtinentem 161 Eccleſiam Parochialem ſecularem abſque Indulto Apoſtolico, ut ſancitur in Decreto *Clementis X.* edito *die* 18. *Martii* 1671. ibi - *Itaut qualibet collatio, inſtitutio, & deputatio in favorem hujuſmodi Canonicorum aliter facta, irrita prorſus, atque inanis cenſeatur, & ſit, ac nulla etiam triennali, longior poſſeſſio iiſdem ſuffragetur.* Et de hoc Decreto late agemus *in Commentar. in Regul. XLIII.*

Quemadmodum Regulam de Triennali non 162 favere reſignatario, etiam ex cauſa permutationis, qui Reſignationis Litteras non publicavit intra terminum præſcriptum a celebri Conſtitutione LXXXV. ſan. mem. Gregorii XIII. ſancitur in eadem Conſtitutione §. 5. Quidquid in contrarium exiſtiment quamplurimi Doctores qui loquuntur in terminis antiquæ Regulæ Cancellariæ *de Publicandis Reſignat.* vel in terminis *Conſtit. CLXXXII. S. Pii V.* quæ per Gregorianam Conſtitutionem revocata remanſit, ut plene diximus *in Comment. in Regul. XIX. numer.* 258.

Suffragatur tamen poſſeſſio Triennalis ei, qui a Sede Apoſtolica ſecundum obtinuit Beneficium 163 cum Decreto dimittendi primum, ceteroquin cum ſecundo de jure non incompatibile, nam ſi per triennium poſt dictum Decretum in poſſeſſione primi permanſerit, juvatur favore Regulæ *Rot. coram Millino dec.* 267. ubi quod contraria procedunt in caſibus, in quibus ſuper pluralitate Beneficiorum diſpenſari non ſoleat per Papam, itaut ceſſet præſumptio obtentæ diſpenſationis. Et licet poſtea contrarium deciſum fuerit *coram eodem Millino deciſ.* 366. Nihilominus ratio ibi ponderata, quod Cappellania per dictum Decretum vacabat in Curia, & ſic locus erat exceptioni Regulæ, non ſubſiſtit, quia Regula requirit vaca- 164 tionem *apud Sedem*, quæ, ut diximus, longe diverſa eſt a vacatione in Curia per Regulam non excluſa.

Quemadmodum favere Regulam poſſidenti Beneficium, quod ſibi collatum fuerat ante veroſi- 165 milem notitiam obitus ultimi Beneficiati, diximus in *Commentar. in Regulam XXX. de Veriſimili.* An vero exceptio, ne Regula uti poſſit, qui Literis ſuper Apoſtolica proviſione non expe- 166 ditis, Beneficii poſſeſſionem adeptus fuit contra diſpoſitionem *Extravag. Injunctæ, de Elect. inter Commun.* & Conſtitutionem Julii III. ac in eadem poſſeſſione per Triennium continuavit, conſule *Mandoſ. conſil.* 25. *per tot.*

Sed quid dicendum de Triennali Poſſeſſore Beneficii Juriſpatronatus, qui de eo proviſus fuit, uti de libero, an favore Regulæ juvari poſſit? Et videtur affirmative reſpondendum, etenim Re- 167 gula defendit quemcumque poſſeſſorem habentem titulum coloratum, ideſt Proviſionem ab eo, qui de jure originaria pollet facultate conferendi Beneficia, & excipit duos tantum caſus, extra quos colorat quoſcumque alios titulos, ut ſupra dixi- 168 mus. Unde, cum proviſio Beneficii Juriſpatronatus, uti de libero emanaverit ab eo, qui de jure conferre poteſt, quemadmodum tribuit proviſo titulum coloratum, ita illum capacem reddit, ut juvari valeat exceptione Regulæ; & licet proviſio præfata ſit invalida, & proviſus ſit intruſus de jure communi, nihilominus, quia talis nullitas, & intruſio non eſt de exceptis in Regula, quia nec Simoniaca, nec de Beneficio reſervato reſervatione

clauſa in corpore juris, hinc apta non eſt exclùdere titulum coloratum, & per conſequens favorem Regulæ.

Imo ex ipſimet verbis Regulæ quatuor reſultant argumenta, quæ oſtendunt, ſub illa com-
169 prehendi etiam Beneficia de Jurepatronatus, *Primo* concurrit prægnantia, & geminatio verborum, ibi -- *Quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica, qualiacumque ſint*, & ibi -- *Ex quovis titulo Apoſtolica, vel ordinaria Collatione* -- quæ verba perpendit, licet ad aliud propoſitum, *Mandoſ. conſil.* 25. *ſub n.* 6. Concurrit, *Secundo*, proprietas verborum, quæ adaptari poſſunt, etiam Beneficiis de Jurepatronatus, ibi -- *Præſentatione, ac inſtitutione* -- ac ibi -- *Præſentatio, aut quævis alia diſpoſitio* -- ut ponderat *Gomeſ. quæſt.* 9. *in princ.* Adſtipulatur *Tertio*, finalis ratio boni communis, ibi -- *Super eiſdem Beneficiis taliter poſſeſſis moleſtari nequeant &c. antiquas lites penitus extinguendo*, *Mandoſ. dict. conſil.* 25. Et *quarto* concurrit exceptio duorum titulorum, quos Regula tantummodo diſcolorat, videlicet Simoniaci ingreſſus, & intruſionis in Beneficio obnoxio reſervationi clauſæ in corpore juris, quæ ſola exceptio eſt exuberans fundamentum ad colorandum quoſcumque alios titulos.

Non obſtat præjudicium Patronorum, quorum jura ſarta tecta ſervari omnino expedit, ne alias Fideles retrahantur a Beneficiorum fundatione.
170 Etenim Regulæ de Triennali diſpoſitio inducta fuit ad inſtar præſcriptionis, ut diximus ſupra *n.* 12. De jure autem mala fides, & ſcientia rei
171 alienæ ſuperveniens poſt completam præſcriptionem non obeſt præſcribenti, quominus illam tuta conſcientia poſſit ſibi retinere; nec attenditur præjudicium Domini, quia res jam tranſivit in dominium alterius per præſcriptionem, ut poſt *Divum Thomam*, *Innocentium*, & alios advertit *Sylveſter. in Summ. verb. Præſcriptio n.* 13. *verſic. Decimo tertio quæritur*, dicens, ita indubitanter tenendum eſſe, quia ſic ſtatuerunt leges, & Canones propter commune bonum, cujus intereſt lites tandem aliquando dirimi. Papa autem, qui in Beneficialibus habet plenitudinem poteſtatis, induxit novam methodum acquirendi jus in Beneficiis Eccleſiaſticis per Triennalem præſcriptionem; Unde, ſi poſt eam completam ſuperveniat mala fides, & ſcientia, quod Beneficium ſit de jurepatronatus, præjudicium Patroni non attenditur, quia Beneficium completo Triennio jam tranſivit in jus præſcribentis, qui propterea illud tuta conſcientia retinere poteſt.

Et ſane, ſi per præſcriptionem rei alienæ præjudicatur Domino, a quo totaliter, & in perpetuum abdicatur Dominium, & in alium transfertur, multo magis per hanc præſcriptionem indu-
172 ctam a Papa præjudicari valet Patrono, qui non eſt abſolute Dominus Beneficii de jurepatronatus, & non amittit jus præſentandi perpetuo, ſed temporaliter, & pro illa vice tantum. Et licet excludatur præſentatus, hoc tamen non eſt principale præjudicium Patroni, ſed ſecundarium, quod in conſideratione haberi non debet.

173 Præterea Regula voluit præjudicare Papæ, & Ordinario, ergo etiam Patronis, quos ſub eadem periodo, & unica determinatione expreſſit, ibi -- *Ad quos Beneficiorum hujuſmodi Collatio, Proviſio, Electio, ſeu quævis alia diſpoſitio pertinet.* Quinimo ipſamet verba Regulæ comprehendunt literaliter Patronos, ibi -- *Præſentatione, & inſtitutione illorum, ad quos Beneficiorum hujuſmodi præſentatio, ſeu quævis alia diſpoſitio pertinet* -- nam verba *illorum*, & ad *quos* referuntur ad Patronos, & non præſentatos.

Et hanc affirmativam Sententiam tuentur, *Ko-* 174
chier in hanc Regul. n. 50. *Gomeſ. ibidem quæſt.* 9. *Peleus in Comment. Analytic. ad Regul. Cancellar. cap.* 35. *verſic. Regula locum habet*, *Pater la Croix Theolog. moral. lib.* 4. *de Benefic. n.* 691. *Zypeus lib.* 3. *de Præbend. reſponſ. Canon.* 3. *numer.* 12. *circa med. Wameſ. conſil.* 203. *numer.* 1. *Sanchez. conſil. moral. lib.* 2. *cap.* 1. *dub.* 29. *numer.* 4. & 18. ubi ita intelligit *Gomeſ. in hanc Regul. quæſt.* 9. licet dicat obſcure loqui *Sammarin. tractat. moral. de Caſib. Conſcient. tractat.* 4. *cap.* 3. *de Collat. Benefic. numer.* 12. *Pariſ. de Reſignat. lib.* 12. *quæſtion.* 3. *numer.* 22. & *ſeqq.* Et ita fuiſſe reſolutum in *Terdonen. Abbatiæ coram Mobedan.* ait *Mandoſ. in addit. Mſ. ad Gomeſ. dict. quæſt.* 9. cujus verba ſunt -- *Iſta quæſtio fuit propoſita in Rota in una Zamoren. Parochialis de Valdenema die* 6. *menſis Julii* 1541. *per D. Joannem Paulum*, & *tunc fuit dictum, quod non haberet locum. Et tunc de menſe Octobris* 1541. *iterum revocatum in dubium, mihi videtur, quod talia Beneficia ſub iſta Regula comprehendantur, non ſolum ex mente, ſed etiam ex verbis. Verba enim clara ſunt, dum dicitur hic in Textu - quod ſi quis quæcumque Eccleſiaſtica Beneficia, cujuſcumque qualitatis ſint &c. iſta enim verba de ſui natura comprehendunt Beneficia cujuſcumque qualitatis, ut de verbo quæcumque eſt Text. in cap.* 1. *de feud. quem cum pluribus aliis concordantibus allegat. Curt. Jun. conſil.* 1. *in prima column.* & *de verbo qualiacumque eſt Text. in Clementin. Si Romanus Pontifex, de Præbendis, qui concordat cum Textu iſtius Regulæ; Credo, quod pauci, aut nulli alii Textus reperientur, qui utantur conſimili verbo qualiacumque, prout iſte. Dic itaque, cum iſta verba ſint univerſalia*, & *geminata, procul dubio dicendum eſt, omnia includi, quæ non ſunt ſpecialiter excepta*, & *hoc ex mente Regulæ &c.* & *ita etiam hodie* 2. *Junii* 1542. *in una Terdonen. Abbatiæ coram D. Joanne Mobedano, tenuit, iſtam Regulam habere locum in Beneficiis de Jurepatronatus &c.* Hæc *Mandoſius.*

His tamen non obſtantibus pro articuli reſolutione duo ſunt diſtinguendi caſus. Primus eſt, 175
quando non agitur principaliter de præjudicando Patrono in præſentatione, ſed de præjudicando principaliter præſentato, & acceſſorie Patrono per negligentiam, vel culpam præſentati, qui jura ſua intra Triennium non experitur contra Poſſeſſorem; & hoc caſu locum ſibi vindicat exceptio Triennalis poſſeſſionis, quia nullum infertur præjudicium Patrono, ſed punitur culpa, & negligentia præſentati, & de hoc caſu loquuntur *Kochier*, *Mandoſ. Mobedan.* aliique ſupra laudati.

Secundus caſus eſt, quando agitur de præju- 176
dicando Patrono principaliter in præſentatione, quam facere debet intra quadrimeſtre numerandum a die notæ vacationis Beneficii, *Fagnan. in*
Cap. Quia propter n. 4. *de Jurepatronat. Garc. de* 177
Benefic. part. 10. *cap.* 2. *n.* 34. *Piton. diſcept. Eccleſ.* 4. *n.* 50. *Solorzan. de Jur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 3. *numer.* 48. *Antonell. de Tempor. legal. lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 2. & *ſeqq. Rot. deciſ.* 14. *numer* 8. & *ſeq. coram Cerro deciſ.* 459. *n* 7. *coram Buratt. deciſ.* 3. *n.* 6. *coram Reverendiſſ Criſpo*, & *in Romana Cappellania* 25. *Novembris* 1705. §. *Verum, cor. bo. me. Anſaldo*, & *in Capuana Juriſpatronatus* 10. *Januarii* 1709. *cor. R̃mo Aldrovando*, & in his terminis locum ſibi non vindicat
diſpoſitio Regulæ de Triennali, ne alioquin Patro- 178
nus,

nus, cui ob ignorantiam vacationis Beneficii, nul-
la poteſt imputari negligentia, præjudicium ſen-
tiat in jure præſentandi, &, ne fundatores re-
trahantur a fundationibus Beneficiorum, quæ eſt
ratio, quam perpendunt Doctores, dum firmant,
179 Beneficia de Jurepatronatus laicorum obnoxia non
eſſe Reſervationibus Apoſtolicis, nec illi clauſæ
in corpore juris, quæ inſurgit ex vacatione Bene-
ficii *apud Sedem*, ut in noſtris terminis *Lotter. de
Re Benefic. lib. 3. quæſt. 14. n. 62. & ſeqq. Anton.
Maur. Allegat. 66. n. 6. Monald. conſil. 79. lib. 2.
Rubens in Singular. part. 1. ſuper Deciſ. Antonii
Auguſtin. in Regul. de Triennal. cap. 2. numer. 7.
pag. 223. Piton. de Controverſ. Patron. allegat.
74. n. 2. Rot. deciſ. 866. n. 21. coram Molines, &
in Romana Beneficii 15. Maii 1671. §. Contrarium,
& 1. Februarii 1672. §. Et ipſi dixerunt coram
Taya, & in Hoſtunen. Beneficii 10. Decembris*
1708. §. *finali, coram Reverendiſſ. Criſpa* inter
impreſſ. *deciſ. 3. & 27. Januarii 1710. §. Atque
ex his, & 29. Martii ejuſdem anni fere per tot.
cor. bo. me. Anſaldo.*

Nec negocium faceſſunt verba tum generalia,
180 tum particularia Regulæ, ibi -- *Seu præſentatione,
ſeu inſtitutione illorum, ad quos Beneficiorum hu-
juſmodi collatio, proviſio, electio, & præſentatio,
ſive quævis alia diſpoſitio pertinet &c.* -- quia com-
prehendunt ſolum Beneficia de jurepatronatus Ec-
cleſiaſtico, quæ Reſervationibus Apoſtolicis ſub-
jecta ſunt, non autem Beneficia de jurepatronatus
181 laicorum, ad quæ, veluti Regulis Cancellariæ
non obnoxia, haud potuit Regula de Triennali
per ſupradicta verba reſpicere.. Exemplo *Regulæ
IX.* reſervatoriæ Menſium, quæ etiam loquitur
per verba generalia apta comprehendere Beneficia
Juriſpatronatus laicalis, ibi -- *Ad collationem, pro-
viſionem, præſentationem &c.* & rurſus *ad libe-
ram diſpoſitionem, ſeu præſentationem, vel ele-
ctionem &c.* -- & nihilominus perſpicui juris eſt,
Beneficia præfata immunia eſſe a cenſura ejuſdem
Regulæ, ut diximus in *Commentar. in eamdem
Regulam IX. §. II.* & appoſite objectioni reſpon-
det, *Rota in dicta Hoſtunen. Beneficii 29. Martii*
1710. §. *Nihilominus cum ſeqq. coram Anſaldo*,
182 & §. *Et habemus*, affert etiam exemplum Regulæ
de Annali non comprehendentis Beneficia de Ju-
repatronatus laicorum, cujus Regulæ in hoc pun-
cto eadem eſt ratio, ac illa Regulæ de Triennali.
Et obſervavimus in *Commentar. in Regulam præ-
fatam.*

Rurſus Regula non defendit Secularem a Se-
de Apoſtolica proviſum de Beneficio Regulari,
183 cum Decreto profitendi intra certum tempus ſub
pœna nullitatis Gratiæ. Si enim Decreto hujuſ-
modi non paruerit, tota Gratia irrita redditur,
& ad nihil reducitur propter Decretum illud irri-
tans, quod inficit nedum titulum, ſed etiam poſſeſ-
ſionem, *Tondut. quæſt. Beneficial. lib. 1. cap. 85.
n. 50. & ſeqq. Paſtor de Benefic. lib. 3. tit. final. n.*
184 25. ubi etiam de Regulari poſſidente Beneficium
Seculare, id, quod pariter tradunt *Cabaſut. in Theor.
& Prax. Jur. Canon. lib. 2. cap. 20. n. 15. Brodeus
ad Louet in hanc Regul. litt. B.* Et quamvis *San-
chez conſil. moral. lib. 2. cap. 1. dub. 31. n. 26. &
P. la Croix Theolog. moral. lib. 4. n. 669.* firment
185 juvari hac Regula Secularem, qui poſſidet per
Triennium Beneficium Regulare, attamen non
loquuntur, ubi ſub pœna nullitatis Gratiæ deman-
datur Profeſſio intra certum tempus, ſed de eo,
qui abſque diſpenſatione poſſidet Regulare Bene-
ficium; eodemque modo intelligendus eſt *Fagnan.
in Cap. Cum in Magiſtrum n. 22. de Elect.*

Pari modo proviſus auctoritate Apoſtolica de
Beneficio cum Decreto, quod intra certum tem- 186
pus ad Sacros Ordines promoveri, ſeu quod Li-
centiaturæ, aut Theologiæ, vel utriuſque juris gra-
dum obtinere debeat ſub pœna nullitatis Gratiæ
ipſo jure, ſi Decreto hujuſmodi non paruerit, ex-
ceptione Regulæ juvari non poteſt. Cum enim,
ut diximus, Regula requirat titulum coloratum,
hic manifeſte deficit eo ipſo, quod forma, ſeu con-
ditio in Literis Apoſtolicis præſcripta adimpleta
non fuit, tunc enim titulus ille, qui allegari poſ-
ſet vigore collationis habitæ ab habente originariam
facultatem conferendi, reducitur ipſo jure ad non
titulum *Gomeſ. in hanc Regul. quæſt. 18. numer. 6.
Faber. in Codic. lib. 1. tit. 2. definit. 72. Scopp. ad
eund. lib. 1. tit. 2. Explanat. 72. n. 5. Explanat.
90. numer. 3. Card. de Luc. de Benefic. diſcurſ. 91.
num. 18. Peleus in Comment. Analyt. in Regul.
Cancellar. cap. 25. pag. 11. a tergo, Tondut. quæſt.
Benefic. lib. 1. cap. 85. n. 39. & 54.* & poſt hæc
ſcripta *Piton. diſcept.* 120. fere *per tot.* ubi *n. 3.*
refert verba Rotæ ita ſentientis *in Romana Paro-
chialis S. Pauli 28. Januarii 1538. coram Rai-
naldo Petrutio.*

Item in Beneficio acceſſorie alteri unito non
habet locum Regula de Triennali, quia loquitur 187
de poſſeſſore Beneficii, & qui poſſidet Beneficium
ſubjective alteri unitum, illud non poſſidet, ut ti-
tulum Beneficii, ſed, ut membrum, & prædium
alterius, cui facta eſt unio; alias daretur perpe-
tua ſuppreſſio Beneficii per Triennalem præſcrip-
tionem, quod dici non debet, *Garc. de Benefic.
part. 12. cap. 2. n. 28.* ubi etiam, quod in Unio- 188
ne invalida, non intrat Regula de Triennali, *&
n. 192. Gonzal. in Regul. 8. gloſſ. 5. §. 7. n. 9. Ko-
chier in hanc Regul. n. 47. Antonell. de Tempor.
legal. cap. 53. numer. 8. Peleus in Comment. in Re-
gul. Cancellar. cap. 35. pag. 112. a tergo, Tondut.
dict. cap. 85. numer. 26. Rot. deciſ. 410. numer. 5.
part. 1. deciſ. 204. num. 11. & 12. part. 18. Re-
cent. deciſ. 202. numer. 4. coram Cavaler. deciſ.
133. numer. 7. coram Pamphil. deciſ. 398. numer.
final. cor. Priolo deciſ. 382. numer. 1. cor. Penia
deciſ. 349. cor. Veralla part. 3.*

Quod tamen intellige, quando opponitur de
Triennali ex parte ejus, qui fundatur in unione, 189
Garcias dict. numer. 28. Gonzal. dict. §. 7. n. 10.
ſecus, ſi opponatur ex parte poſſeſſoris Triennalis
contra Actorem prætendentem, Beneficium eſſe
unitum, & non conſtet incontinenti de Unione
valida, quæ ſuum fuerit ſortita effectum, tunc
enim nulla ſubeſt ratio, cur Regula de Trienna-
li locum habere non debeat, ſicuti locum habet 190
Regula de Annali, quæ etiam procedit in Benefi-
cio unito, *Gonzal. dict. gloſſ. 5. numer. 10. Cle-
ricat. de Benefic. Diſcord. 13. numer. 15.*

Rurſus Regula non ſuffragatur proviſis ab Or-
dinariis contra Concordata Germaniæ de Benefi- 191
ciis Apoſtolicæ Sedi reſervatis, cum per notiſſi-
mam Conſtitutionem ſan. mem. *Clementis VII.* im-
preſſam penes *Nicolarts in Concordat. German tit.
3. de Uſu, & obſervantia Concordat.* ſint omni
titulo, & colore deſtituti, neque ullo unquam tem-
pore favore Regulæ de Triennali, nec Decenna-
lis pacificæ poſſeſſionis gaudere poſſunt, & inhæ- 192
rendo Conſtitutioni præfatæ, tradunt idem *Nico-
larts ibidem quæſtion. 14. Branden. eodem Tractat.
quæſt. 5. n. 10. Rot. in Eyſtetten. Scolaſtria 3. De-
cembris 1704. §. finali coram Omaña*, & Nos di-
ximus in *Comment. in Regul. VIII.*

Similiter Regula non juvat eum, qui non poſ-
ſidet Beneficia Eccleſiaſtica, *Tondut. quæſt. Benefic.* 193

lib. 1. quæſt. 85. n. 62. Rot. dec. 55. n. 2. coram Coccin. deciſ. 202. numer. 4. coram Cavaler. deciſ. 334. in fine coram Manzaned. deciſ. 282. num. 1. part. 2. diverſ. Minuſque ſavet poſſeſſoribus Be-
194 neficiorum manualium, quæ ſicuti non comprehenduntur ſub aliis Regulis Cancellariæ, ita nec ſub iſta Regula de Triennali, *Scopp. in Codic. Fabrian. lib. 1. tit. 2. explanat. 26. n. 8. Gomeſ. in hanc Regulam quæſt. 5. & 7. Rebuff. de pacific. Poſſeſſ. n. 272. Pariſ. de Reſignation. lib. 11. quæſt. 3. n. 85. Rice. deciſ. 189. n. 6. part. 2. deciſ. 153. numer. 3. part. 3. & collect. 870. circa medium, Rot. deciſ. 10. de Cauſ. poſſeſſ. coram Mobedan.*
195 ubi de obtinentibus Præceptorias Ordinis S. Joannis Hieroſolymitani.

Sed dubium eſt, an exceptione Regulæ gau-
196 dere poſſint Triennales pacifici poſſeſſores, ſed tamen inhabiles, & incapaces. Diſtinguendum eſt. Aut agitur de Perſonis incapacibus Beneficiorum omnimoda incapacitate, ut ſunt Laici, Judæi, Fœminæ &c. & eorum reſpectu nullo unquam tempore poteſt collatio validari, & per conſequens, nec præſidium quæri a Regula de Triennali, *Sanchez conſil. moral. lib. 2. cap. 1. dub. 31. n. 20. verſic. Et eadem, Peleus in Comment. in hanc Regul. cap. 35. pag. 111. a tergo in fine, Rebuff. in Tractat. de pacific. Poſſeſſ. n. 45. & 206. Cabaſut. in Theor. & Prax. Jur. Canon. lib. 2. cap. 20. n. 21. Azor. Inſtitut. moral. part. 2. lib. 7. cap. 35. Bauny de Benefic. diſput. 11. Tondut. quæſt. Canon. part. 3. cap. 135. n. 22. Paſtor. de Benefic. lib. 3. tit. final. n. 14. Pater la Croix Theolog. moral. tom. 1. libr. 4. de Benefic. Eccleſ. n. 703.* Aut ſermo eſt de Perſonis capacitatem habentibus ob-
197 tinendi Beneficia Eccleſiaſtica, & dicendum, eis opitulari Regulam, Simoniacis exceptis, ac intruſis in Beneficiis obnoxiis reſervationi clauſæ in corpore Juris. Duos enim mox enunciatos caſus excipit Regula, ergo comprehendit omnes alios, etiam ex capite incapacitatis, & inhabilitatis provenientes. Neque exinde ſequitur, Pontificem velle, ut inhabiles, & incapaces Beneficia retineant, ſed tantum impedit, ne litibus ad petitionem partis impetantur *P. la Croix ubi ſupra, Caſtropal. Oper. moral. tom. 2. tract. 13. diſput. 2. punct. 33. n. 10. in fin. Paſtor. de Benefic. lib. 3. tit. final. n. 18.* ubi plura refert exempla *Quæſad. in hanc Regul. in fine, Gomeſius ibidem quæſt. 2.* ubi reprobat *Sotum, Ko bier pariter ibidem n. 51. Rubeus in Singular. in deciſ. Antonii Auguſtini pag. mihi 222. n. 2. Tondut. dict. part. 3. cap. 135. n. 22.* late *Sanchez conſil. moral. libr. 2. cap. 1. dub. 31. a n. 17. uſque ad finem,* & adeſt notabile Cancellariæ his verbis conceptum -- *Item dixerunt illi, Regulam de Triennali poſſeſſore habere locum, itant tueatur poſſeſſorem, quando fuit Beneficium collatum Ordinaria, vel Apoſtolica auctoritate, etiam ſi alias a principio fuerit nulla ipſo jure, ut puta collata Eccleſia Curata minori, vel inhabili, & quod ſolum obſtat, quod non tueatur Poſſeſſorem, ſcilicet in Simoniaco, & quando confertur per inferiorem a Papa Beneficium reſervatum reſervatione clauſa in corpore juris.*

198 Hinc Apoſtatam, Illegitimum, & Clericum ante legitimam ætatem abſque Apoſtolica diſpenſatione de Beneficiis proviſos, juvari favore Regulæ, habetur in alio antiquo notabili Cancellariæ per hæc verha -- *Apoſtatæ fuit per Ordinarium collatum Beneficium, qui detinuerat illud per triennium, Franc. de Parc. quærebat, an ſibi liceret. Fuit ſibi reſponſum, illam tueri hac Regula de Triennali, cum habuerit illud ab eo, qui dare potuit, & ſic Regula locum habet. Dicebat, an ſaltem poterat mandari privari, dicebatur, quod non, cum nunquam habuerit titulum, & Eccleſia nunquam potuit dici ſua, ergo illa privari non poterat, nec declarari collationem nullam, cum poſſederit triennio, ſicuti dicitur de patiente defectum ætatis, vel Natalium non diſpenſato, cui ab Ordinario facta eſt collatio, qui tuetur hac Regula, ſi triennio pacifice poſſederit. Sed Ordinarius bene contra tales inquirere poſſet.*

Et quod exceptione Regulæ gaudeat, qui non
obſtante defectu Natalium de Beneficio abſque 199
Apoſtolica diſpenſatione proviſus fuit, tradunt etiam *Felin. conſil. 2. n. 31. & 32. Gomeſ. in hanc Regul. quæſt. 2. verſic. Tamen iſtis non obſtan. Lotter. de Re Benefic. lib. 2. quæſt. 48. n. 274. Pariſ. conſil. 96. n. 2. tom. 4. Sanchez conſil. moral. lib. 2. cap. 1. dub. 32. n. 24. Sperell. deciſ. 173. n. 56. & ſeqq. & deciſ. 173. n. 56. & ſeqq. & deciſ. 175. numer. 9. Quæſada in hanc Regul. in fine, Antonell. de Tempor. legal. lib. 2. cap. 53. numer. 13. Peleus in Comment. Analyt. ad Regul. Cancellar. cap. 35. pag. 3. a tergo.* Non juvare tamen Re-
gulam de Triennali filium illegitimum poſſiden- 200
tem Beneficium in Eccleſia, in qua Pater ſimile, vel diſſimile habuit, aut habet Beneficium contra diſpoſitionem Concilii Tridentini *Seſſ. 25. cap. 15. de Reform.* reſolvit Sacra Congregatio ejuſdem Concilii in *Aquilana* quam adduximus ſupra *n.* 155. & apud *Garc. de Benefic. part. 7. cap. 3. numer. 68. Pax Jordan. tom. 2. lib. 10. tit. 19. n. 40. Murg. de Benefic. quæſt. 3. num. 645. Barboſ. allegat. 65. n. 9.*

De Excommunicato, præſertim denunciato, & 201
evitando, major eſt difficultas. Et quidem juvari illum Regula de Triennali exiſtimant *Navarr. in Cap. ſi quando except. 10. n. 9. de Reſcriptis,* ubi reprobans *Rebuff.* ait, *quod licet talis excommunicatus careat titulo colorato quoad alios juris communis effectus, non tamen caret quoad effectum illius Regula, per ea, quæ dicit Ludovic. Gomeſ. quæſt. 27. & 28. ſuper illa Regula,* ſequitur *Pater la Croix Theolog. moral. tom. 1. lib. 4. n. 703. pag. 430. Sanchez conſil. moral. lib. 2. cap. 1. dub. 31. numer. 20.* ubi, quod reſpectu Regulæ de Triennali omnis ille dicitur hsbere titulum coloratum, qui ab ea non excluditur, & ſoli illi, qui in Regula excluduntur, dicuntur habere titulos diſcoloratos, licet aliud ſit quoad effectus juris communis.

Econtra vero negant *Cabaſut. in Theor. & Prax.*
Jur. Canon. lib. 2. cap. 20. n. 21. late *Ludovicus* 202
Bellus conſ. 141. num. 11. & ſeqq. ubi quæſtionem hanc his verbis abſolvit -- *Quoad quartum, & poſtremum, an Excommunicatus triennali poſſeſſione ſe juvare poſſit, controverſi juris eſt quæſtio. Nam Navarr. in cap. Si quando except. 10. n. 9. de Reſcript. exiſtimavit prodeſſe, ex traditis per Gomeſ. in dict. Regul. quæſt. 27. & 28. Contrarium,*
ut ſcilicet dicta Regula non proſit Excommunica- 203
to, firmavit Rebuff. in Tract. de Pacif. poſſeſſ. numer. 205. & in cap. Poſtulaſti de Cleric. excomm. in Gloſſ. verb. Retinere numer. 68. Rebuffi ſententia, & verior eſt, & communiter recepta, & ſecundum quam ſolet judicari. Verior, quia, quando is, qui poſſidet, non eſt habilis, nec idoneus ad Beneficia obtinenda, tunc poſt triennium moleſtari poteſt, quia verba generalia legis, & hujus Decreti debent intelligi de habilitate etiam hoc verbum quicumque text. in leg. emancipati juncta Gloſſ. ff. de Adopt. leg. omnes Cod. Sine Cenſu,

&

& ibi Gloſſ. leg. 1. Cod. de Fid. Inſtrument. lib.
10. leg. 3. de Fid. Inſtrum. leg. ut gradatim, ibi --
Si idonei ſunt -- ff. de Muner. & leg. 1. & ibi DD.
communiter Cod. de Sacroſ. Eccleſ. & fuſe Rebuff.
dicto tract. numer. 172. At vero Excommunica-
tus eſt incapax, & inhabilis dict. cap. Poſtulaſti,
quia ſpiritualia in eum non cadunt, ergo non po-
teſt ſe juvare Regula de Triennali. Communiter
vero eſſe receptam, & ſecundum eam judicari ſo-
litum, ut ſcilicet inhabilitas Perſonæ impediat,
quominus incapax dicta Regula ſe juvare poſſit,
docent Chenu in addit. ad Papon. in compilat.
Arreſtor. tit. 8. lib. 9. Arreſt. 6. & Maynard. aux
notables, & ſingulieres queſt. lib. 1. cap. 56. & in
fortioribus terminis Rot. dict. dec. 850. part. 3. in
noviſſimis, nam ſi abſolutio Papæ non prodeſt ei,
204 qui per triennium inſorduit, non facta expreſſa
mentione de triennis, quanto magis erit omnino in-
habilis, nec poterit ſe juvare triennali poſſeſſio-
ne, ſi abſque abſolutione per triennium, & ultra
in excommunicatione permanſerit. Non obſtat Na-
var. dict. except. 10. numer. 9. quia dictum pro
ratione affert, & ſolum ſe fundat in traditis per
Gomeſium dict. quæſt. 27. & 28. qui de excommu-
nicato nec verbum quidem, ſolumque quoad con-
ferentem ait, duos tantum caſus excipi, in qui-
bus Regula ceſſat, nempe, ſi ſimoniace facta ſit
collatio, aut de Beneficio reſervato, & conclu-
dit, quod, quamvis quoad alios effectus Juris
communis multi cenſeantur non habere titulum
coloratum, & per conſequens excluduntur a bene-
ficio Juris communis, non tamen excluduntur ab
auxilio Regulæ de Triennali, quæ cum tantum di-
ctos duos caſus excipiat, firmat regulam in cæteris,
& verum dicit, ſed ſemper præſupponenda eſt ha-
bilitas, & capacitas Perſonæ, cui confertur, alio-
quin ſequeretur maximum abſurdum, nempe, ſi
ſine Simonia Beneficium non reſervatum conferre-
tur Laico, quod is triennali poſſeſſione ſe juvare
poſſet, quod nemo ſani judicii dixerit.

Poſſet hæc poſtrema opinio procedere, quan-
205 do excommunicatus toto triennii tempore fuit ex-
communicatione irretitus, nam quamdiu excom-
municatus eſt, exceptione Regulæ uti non po-
teſt, juxta ſenſum Belli, quia incapax. At ſi
habilis fiat intra triennium, vel poſt, & ab eo
tempore per triennium pacifice poſſederit, tempo-
re retrotracto, ejus proviſio quæ nulla erat inſpe-
cto initio, confirmatur hujus Regulæ præſidio.
Habet enim hæc Regula, ut diximus, vim Li-
206 terarum Perinde valere, quibus proviſio, quæ
nulla erat, ob aliquem defectum confirmatur,
modo Proviſus ſit habilis eo tempore, quo Re-
gulæ beneficium implorat, nam Regula non ha-
bilitat Perſonam, ſed purgato defectu, fingit,
eum talem fuiſſe tempore proviſionis, qualis fuit
per triennium, quo habilis factus, beneficium
Regulæ ſibi conciliavit, ut loquendo de excom-
municato, ſuſpenſo, Irregulari &c. firmat Paſtor
de Benefic. lib. 3. tit. ultim. n. 18. & ibi Solier. litt. G.

Succedit altera quæſtio, an ſi Beneficium actu
207 Sacerdotale conferatur non Sacerdoti, poſſit Pro-
viſus juvari Regula de Triennali? Negat Ludo-
vic. Bellus conſ. 146. a num. 5. ea ratione, quod
cum in tali caſu collatio ſit ipſo jure nulla, pro-
viſus non dicitur habere titulum coloratum, nec
poteſt ſe juvare Decreto de pacificis poſſeſſoribus.
208 Sed futilis eſt ratio, nam titulus coloratus ſemper
adeſt, quoties collatio fit ab eo, qui habet ori-
ginariam conferendi poteſtatem, ut pluries dixi-
mus; Nec titulus iſte ceſſat, ex quo collatio Be-
neficii actu Sacerdotalis expleta favore Clerici ſit
ipſo jure nulla, nam & ipſo jure nullæ ſunt pro-
viſiones omnes ab Ordinariis factæ de Beneficiis
Apoſtolicis reſervationibus obnoxiis, ob Decre-
tum irritans, quo munitæ ſunt Regulæ Cancella-
riæ, & nihilominus, excepto caſu proviſionis Be-
neficii, quod ſit reſervatum reſervatione clauſa in
corpore Juris, adhuc tribuunt titulum coloratum,
cujus ope Proviſi ab Ordinariis de Beneficiis ſic
reſervatis gaudent favore Regulæ. Cenſeo igitur,
Clericum de Beneficio actu Sacerdotali proviſum 209
juvari præſidio Regulæ, quæ, cum inducat præ-
ſumtionem diſpenſationis Apoſtolicæ, ut diximus
ſupra, facit conſequenter præſumere, quod fuerit
ille a S. Sede diſpenſatus ad Beneficium actu Sa-
cerdotale obtinendum.

An autem, ut locum ſibi vindicet Regula de
Triennali, neceſſe ſit, quod concurrat in Poſſeſ- 210
ſore bona fides; Negative reſpondent Caſtropal.
Oper. moral. tom. 2. tract. 13. diſput. 2. punct. 33.
n. 10. Peleus in Commentar. Analyt. ad Regul.
Cancell. cap. 35. pag. 114. a tergo, Antonell. de
Tempor. legal. lib. 2. cap. 53. n. 16. & 17. Dartis
Oper. Canon. Tract. de Beneſ. ſect. 7. cap. 9. §.
Inſuper tenendum eſt, Gomeſ. in hanc Regul. quæſt.
21. ubi plures perpendit rationes, eam præſertim,
quod ope triennalis poſſeſſionis non præſcribitur
titulus ſed prohibetur Poſſeſſoris moleſtatio, &
Beneficii impetratio. Quinimo Regulam tueri 211
etiam malæ fidei poſſeſſorem, tradunt Gomeſ. dict.
quæſt. 42. Tondut. de Beneſ. part. 1. reſolut. 85.
n. 47. Rubeus in ſingular. Rota part. 1. cap. 1.
n. 5. pag. 222. Nota marginalis ad dec. 882. Pæ-
niæ, Rot. dec. 765. n. 4. part. 3. libr. 3. diverſ.
deciſ. 280. numer. 8. coram Buratt.

Sed in hoc ultimo dicto aliquam ſentio diffi-
cultatem, etſi enim non requiratur in Poſſeſſore 212
Beneficii bona fides, licet illam neceſſariam eſſe
exiſtimet P. la Croix Theol. mor. lib. 4. n. 695.
Scopp. in Cod. Fabr. explanat. 5. n. 4. & 5. San-
chez conſ. moral. lib. 2. cap. 1. dub. 25. & articu-
lo late diſcuſſo Bauny de Beneficiis diſput. 11.
quæſt. 5. pag. 243. Sanchez conſ. moral. lib. 2. cap. 1.
dub. 25. adhuc, ſi concurrat in eo mala fides po- 213
ſitiva reſultans ex proteſtationibus, citationibus,
aut aliis actis per impetrantem expletis, qui eum
in poſitiva mala fide conſtituant, tali caſu bene-
ficio Regulæ non juvatur, Wagnarec. in Jus Ca-
non. lib. 3. tit. 5. de Præb. & Regul. Cancellar.
in hanc Regul. §. final. Scopp. in Cod. Fabrian.
Explanat. 5. numer. 4. Card. de Luca de Benefic.
diſc. 92. numer. 13. Sanchez conſ. moral. lib. 2.
cap. 1. dub. 25. n. 2. Rot. cor. Ottbobon. deciſ. 11.
n. 27. & dec. 178. n. 18. part. 11. Recent. repetit.
cor. Celſo, deciſ. 130. n. 17. dec. 669. n. 1. & 2.
cor. Buratto, & in Colonien. Canonicatus S. Ur-
ſulæ 10. Januarii 1718. §. Neque minoris cor. bon.
mem. Foſcaro, & in Urgellen. Canonicatus Theo-
logalis 19. Januarii 1727. §. Abſque eo, & §.
Attento, cor. bon. mem. Cornelio.

Illud itidem prætermittendum non eſt, quod
Regulæ de Triennali nunquam, vel ſatis difficil- 214
lime Papa derogat, ad differentiam Regulæ de
Annali, cujus derogatio facile obtinetur, ea ra-
tione, quia Regula de Annali eſt odioſa, utpote
directa in non facientem, Triennalis vero favora- 215
bilis, quippe quæ reſpectum habet ad pacifice poſ-
ſidentem, Lotter. de Re Beneſ. lib. 2. quæſt 53.
n. 3. Rot. dec. 385. in fine cor. Achill. de Graſſ. &
in Urgellen. Canonicatus Theologalis 19. Januarii
1728. §. Expreſſio, cor. Cornelio.

Quod ſi Regulæ derogari contingat, derogatio
debet eſſe clara, & expreſſa, non per ſubauditos 216

Digitized by Google

217 intellectus inducta. Si enim in derogatione qui-
buſcumque Cancellariæ Regulis, quibuſvis gene-
ralibus derogatoriis non obſtantibus, nunquam
derogatum intalligitur, niſi de eis ſpecialis, &
individua mentio facta fuerit, *Gomeſ. in Proœm.*
Regular. quaſt. 5. & 6. per tot. Pariſ. de Reſignat.
lib. 8. quaſt. 6. num. 166. & quaſt. 8. numer. 122.
Lotter. de Re Beneſic. lib. 2. quaſt. 39. n. 19. Ro-
ta in Tiraſonen. Prioratus poſt Puon. diſceptat. 25.
numer. 33. & in dicta Urgellen. Canonicatus §.
218 *Expreſſio vero.* Potiori jure id dicendum erit
reſpectu Regulæ *de Triennali*, quæ pro publico
bono, ut diximus, edita, ac jus tribuens ipſi
Poſſeſſori, ne amplius moleſtari queat, ſub ver-
borum involucro eliminari non debet, *Kocbier.*
in banc Regul. n. 23. & 28. Rota deciſ. 385. nu-
mer. 3. & 4. cor. Aebill. de Graſſis, & in Colonien.
Canonieatus S. Urſulæ 17. Junii 1718. §. Non
ſubſiſtente, cor. bon. mem. Foſearo, & in dicta
219 *Urgellen. Canonicatus Theologalis §. citato.* Maxi-
me, ſi in Literis Apoſtolicis impetrationis Bene-
ficii adſit clauſula — *dummodo non ſit alteri jus*
quaſitum — per quam clauſulam Jura Triennalis
Poſſeſſoris eo magis præſervata digooſcuntur, ut
proſequitur *Rota in dicta Urgellen. Canonicatus*
Theologalis §. Attento potiſſimum.

Hinc ex hiſca rationibus *Rota in dicta Urgel-*
220 *len. Canonicatus §. Attento potiſſimum*, rite cen-
fuit, quod Pontifex, conferendo Canonicatum
ſub narrativa ab Impetraote expoſita, quod Ti-
tius *a decennio detinebat*, Regulæ haud deroga-
re voluit, alias actum de illa eſſet, cum nullæ
ſere impetrationes fiant de Beneficiis per alios a
triennio, & ultra obtentis, in quarum Literis
expreſſio temporis non legatur. Eo vel maxime,
221 quod cum detentio ſupponat nudum factum ſine
titulo, quemadmodum hoc verificari nequit in
triennali Poſſeſſore, qui habet titulum ſaltem co-
loratum, ita multo minus dicendum, Papam,
222 indulgendo impetrationis Gratiam ſub expreſſione
decennalis detentionis Beneficii, voluiſſe dero-
gare Regulæ de Triennali præſupponenti titulum
in Poſſeſſore, *Gomeſ. in banc Regulam quaſt.* 17.
quem ſequitur *Sanchez conſ. moral. lib. 2. cap. 1.*
dub. 21. numer. 15.

Potiſſimum, quia in caſu laudatæ Deciſionis
223 expreſſum quoque fuerat Pontifici, quod Poſſeſ-
ſor Canonicatus illius fructus *a decem annis deti-*
neret oeeupatos, unde rite Papa intelligere po-
tuit, quod agebatur de intruſo non habente pa-
cificam triennalem poſſeſſionem cum titulo colo-
rato, non autem de Poſſeſſore munito titulo præ-
fato, cujus ope erat legitimus fructuum poſſeſſor,
ut in §. *Attento potiſſimum*, ubi etiam, quod eo
minus præſumendum erat, voluiſſe Papam dero-
gare Regulæ de *Triennali* ob clauſulam adjectam
224 in Literis Apoſtolicis impetrationis Canonicatus --
Dummodo non ſit alteri jus quaſitum -- per quam
jura triennalis Poſſeſſoris præſervata cenſentur.

Quemadmodum igitur Regulæ de *Trienna-*
li fere nunquam derogatur, ita nec in dubio ad-
225 verſus illam datur reſtitutio, *Lotter. de Re Be-*
nef. lib. 2. quaſt. 53. n. 32. Achill. de Graſſ. dee.
385. *Caſſador. dec. 2. numer. 1. in fine de Reſtit. in*
226 *integr.* Niſi concurrat ex parte petentis legitimum
aliquod impedimentum, ob quod fuerit præpedi-
tus agere intra triennium, quemadmodum evin-
citur ex Decreto Concilii Baſileenſis, a quo, ut
diximus, originem habuit, & interpretationem re-
cipit hæc Regula de *Triennali*, ibi -- *Excepto*
hoſtilitatis caſu, vel alterius legitimi impedimenti,
de quo proteſtari, & illud intimare teneatur --
& animadvertunt *Sanchez conſ. moral. libr. 2.*
cap. 1. dub. 20. numer. 3. ubi nonnullas adducit
declarationes, *Zypeus lib. 3. de Praben. Reſponſ.*
Canon. 3. numer. 6. Rubeus ſingular. Rot. part. 1.
circa dee. Anton. Auguſtin. pag. mibi 223. num.
15. eap. 1. Paſtor de Beneſ. lib. 3. tit. final. n. 33. 227
ubi ad tramites dicti Decreti Concilii Baſileenſis
requirit proteſtationem, ſi impedimentum fuerit
privatum, & quod proteſtatio intimetur Adver-
ſario, *Caſſador. deciſ. 2. de Reſtit. Spoliator.* in cu-
jus caſu conſtabat, nedum de impedimento, &
impotentia agendi, verum etiam de Minis ex par-
te Poſſeſſoris, *Rota in Colonien. Canonicatus S.*
Urſula 10. Januarii 1718. §. Et in omnem caſum,
cor. bon. mem. Foſearo.

Nec, niſi prævia legitima Cauſa, indulgetur
Minoribus reſtitutio adverſus Regulam de *Trien-* 228
nali poſt annum quartumdecimum, cum in hujuſ-
modi ætate conſtituti habeantur quoad ſpiritualia
pro Majoribus, & negotia gerere poſſint per
Procuratorem, *Paſtor de Beneſ. dict. tit. final. n.*
33. in fine, Sanchez eonſ. moral. lib. 2. eap. 1. nu-
mer. 22. ubi, quod hæc ſententia eſt probabilior, 229
licet ſit etiam probabilis opinio *Gomeſii in banc Re-*
gul. quaſt. 15. quam ſequitur *Peleus in Commentar.*
Analyt. ad Regulas Cancellar. cap. 35. pag. 109. verſ.
Communis, ubi diſtinguit caſum, in quo agitur de
lucro captando, ab illo, in quo agitur de damno 230
vitando.

Quandoque vidimus in Dataria dari *antidatam*
impetrationi Beneficii, & ſic licet ſit lapſum trien- 231
nium a die illius vacationis, impetratio nihilomi-
nus expleta apparet intra tempus triennii. Sed
hujuſmodi antidata concedi noo debet, niſi raro,
& quando alia via fraudibus occurri non poteſt,
Amayd. de Stylo Datar. cap. 31. eirea fin.

Aliquando tamen datur prorogatio Regulæ
ad aliquod tempus Pontifici beoeviſum in præju- 232
dicium Poſſeſſoris, computandum ab ultima die
labentis Triennii, per quam prorogatiooem jus
conſervatur, & ceſſat præjudicium impetrantis,
Lotter. de Re Beneficiar. libr. 2. quaſt. 53. n. 36.
Rota deeiſ. 382. ſeu 4. de Triennali cor. Achill. de
Graſſis, & in Squillacen. Canonicatus 25. Aprilis
1727. eoram R. P. D. Cineio, in cujus caſu Re- 233
gula prorogata fuit ad annum favore Proviſi A-
poſtolici. Et ſtante hujuſmodi prorogatione, ſuf-
ficit, quod lis intra terminum prorogatum intro- 234
ducatur ad effectum, ut per eam interruptus re-
maneat curſus triennalis poſſeſſionis, ut proſequi-
tur *Rota in dicta Squillacen. Canonicatus §. Nec*
eidem Michaeli.

Tempus autem prorogatum incipit currere a
die ſignatæ Supplicationis, & ſufficit, quod di- 235
cto tempore lapſum adhuc non exiſtat Triennium,
quamvis poſtea lapſum fuerit tempore, quo Lite- 236
ræ Apoſtolicæ expediuntur. Literarum enim ex-
peditio non pertinet ad ſubſtantiam Gratiæ, ſed 237
reſpicit ſolummodo extrinſecam illius probationem,
ut his terminis *Rot. dee. 288. cor. Pania*, & in di-
cta *Squillacen. Canonieatus §. Et licet*, ubi am- 238
pliat, etiamſi Supplicatio fuerit ex intervallo regi-
ſtrata poſt lapſum triennium.

Demum quæritur, quid ſibi velit Regula in illis
verbis finalibus — *antiquas lites ſuper illis motas* 239
penitus extinguendo — *Sot.* hic refert conſuluiſſe plu-
res doctos Advocatos, & Procuratores, qui ſi-
bi dixerunt non intelligere ea verba, nec puta-
bant unquam intellecta fuiſſe a Compoſitoribus
Regularum. *Gomeſ.* pariter in hanc Regulam *quaſt.*
61. refert de *Jaeobo Simonetta*, quod dixerit, nun-
quam dicta verba intellecta fuiſſe, & *Cardi-*
nalem

nalem SS. Quatuor, Virum ſingulariſſimum, qui ſæpe hujuſmodi Regularum editionibus interfuerat, reſpondiſſe, ſe ignorare quid illa verba præſeferrent, ſed ea, prout a Majoribus, quaſi per manus recepit, ita, prout jacent, deſcribi permiſerit; & opinatur, ipſum, & *Gomeſ.* præfata verba ſeptem, vel octo intellectus recipere poſſe *Kochier.* hic *numer.* 23. Tandem ipſe dicta *quæſt.* 61.
240 *verſ. Antiquæ igitur*, exiſtimat, ſenſum eſſe, quod Regula annullat antiquas lites, quæ inter alios ante triennalem poſſeſſionem motæ ſunt, itaut poſt completum triennium, intra quod Poſſeſſor de facto moleſtatus non fuerit, ſi quæ hujuſmodi lites antiquæ inter alios præexiſtant, illas ad hunc effectum extinguat, & hunc eſſe verum Regulæ ſenſum ajunt *Lotter. de Re Beneficiar. lib. 2. quæſt. 53. n. 12. & 19. Wagnarec. in Jus Canon. lib. 3. tit. 5. de Præben. & Reg. Cancellar. in hanc Regul. §. Nota ſeptimo in fine, Mohedan. dec. 14. in fine de Cauſ. poſſeſſ. & propriet.*

Cetera, quæ hanc Regulam reſpiciunt, videas
apud *Gomeſ. in eand. Ricc. collect.* 2395. *Rubeum* 241
Singul. Rot. Roman. circa Dec. Anton. Auguſtin. tom. 1. pag. 222. & ſeqq. Benny de Beneſ. diſp. 11. Sanchez conſ. moral. lib. 2. cap. 1. dub. 20. & plurib. ſeqq. P. La Croix Theolog. moral. lib. 4. a numer. 69. & pluribus ſeqq. Peleum in Comment. Analyt. in hanc Regul. cap. 35.

REGULA XXXVII.

De non appellando ante Sententiam diffinitivam.

ITem idem D. N. ut finis litibus celeriter imponatur, & Litigantium parcatur ſumtibus, & expenſis, ſuorum Prædeceſſorum Conſtitutionibus, & Statutis inhærendo, ſtatuit, & ordinavit, quod in Cauſis pendentibus, & quas impoſterum contigerit agitari, nulli ante diffinitivam Sententiam liceat appellare, nec appellatio, ſi fuerit emiſſa, debeat admitti, niſi ab interlocutoria, quæ vim habeat diffinitivæ, vel a gravamine minime concernente negocium principale, quod non poſſit per appellationem a diffinitiva ſententia reparari. Nullæque Cauſæ appellationum committantur, niſi in Commiſſione exprimatur, quod interlocutoria vim diffinitivæ habeat, vel gravamen ſit tale, quod in Appellatione a diffinitiva non valeat reparari. Alioquin Appellationes, & Commiſſiones impoſterum, & quicquid inde ſequutum fuerit, nullius ſint roboris, vel momenti, Commiſſionibus Appellationum jam Judicibus præſentatis, & exhibitis, in ſuo robore permanſuris, in quibus latis ſuper eiſdem Sententiis ſecundo, vel ulterius ab eis non liceat appellare. Appellantes vero, & Appellationes etiam ab interlocutoriis, & gravaminibus hujuſmodi, ſuo, vel alterius nomine proſequentes, ſi ſuccubuerint, ultra expenſas, & damna, ad quæ reficienda, de jure condemnatus compellitur, viginti florenorum auri pœna mulctetur.

ARGUMENTUM.

REgula decernendo, quod ante ſententiam diffinitivam appellari non poſſit, Juri Civili conformis eſt, non Juri Canonico, ad cujus tramites appellari poteſt ante, & poſt litis conteſtationem, in prolatione ſententiæ, & poſt, & examinatur, an, & quando a denegata juſtitia, & a denegatione Sacrorum Ordinum appellari poſſit. Poſt vero Decretum diffinitivum utroque jure appellare licet, & in quacumque Cauſa, etiam libertatis. Sunt tamen quamplurimi caſus, in quibus nec poſt illud admittitur Appellatio ſuſpenſiva, ſed in devolutivo tantum, ſi nempe agatur de Decretis in Sacra Viſitatione editis, aut reſpicientibus morum correctionem, ſive continentibus Mandatum de reſidendo, niſi correctio haberet exceſſum, aut Epiſcopus in viſitatione procederet compilato Proceſſu, & ſervata tela judiciaria, & a reſidentia legitima Cauſa non excuſaret. Explicatur natura ſententiæ interloquutoriæ, a qua, correcta Juris communis Canonici diſpoſitione, ſolum admittitur Appellatio,

tio, ſi vim difinitivæ habeat, aut contineat gravamen per difinitivam irreparabile, ut decernit Regula, quæ hodie generalis eſt, nec ut prius reſtricta ad Cauſas ſolum pendentes in Romana Curia, & Regulæ diſpoſitioni uniformia ſunt tum Concilii Tridentini, tum Sacræ Congregationis Epiſcoporum Decreta. A Decreto de exhibendo, veluti interloquutorio, non datur Appellatio, nec a Decreto conceſſionis Monitorialium; quemadmodum nec permiſſum eſt Metropolitano ante ſententiam difinitivam cognoſcere de gravamine, & ad hujuſmodi effectum etiam ſine inhibitione Suffraganeo ſimpliciter demandare tranſmiſſionem copiæ Actorum. Recenſentur plura exempla Sententiæ interloquutoriæ, quæ habeat vim difinitivæ, inter quæ illa, qua declaratur non eſſe aliquem legitimum Contradictorem, necnon Decretum Inſtitutionis in Beneficio judicialiter conceſſæ, ſecus ſi extrajudicialiter; & quid ſi adeſſet Conſuetudo in contrarium, aut Decretum Synodale prohibens Appellationem ſuſpenſivam ab hujuſmodi Decreto? Vim iidem Decreti difinitivi habet judicialis inſtitutio ad Parochiales de Jurepatronatus laicali, unius potius, quam alterius ex præſentatis favore conceſſa, necnon Decretum, quo approbatur relatio Examinatorum ſuper idoneitate Concurrentium ad Beneficia ſimplicia Curam Animarum adnexam habentia, & late examinatur, quomodo priſcis temporibus admitti conſueverit, & quomodo hodie admittatur Appellatio a mala relatione Examinatorum, vel ab irrationabili judicio Epiſcopi, unum potius, quam alterum ex approbatis in concurſu ad Parochialem eligentis? & an pro hujuſmodi Appellatione admittenda requiratur probatio gravaminis? Referuntur nonnulli caſus, in quibus Sententia Interloquutoria continet gravamen irreparabile per Difinitivam, & exponitur, quid requiratur ad effectum, ut Appellationes recipi debeant, & quid in Commiſſionibus, & inhibitionibus neceſſe ſit, ut exprimatur tam vigore Regulæ, quam Decretorum generalium Sac. Congregationis Epiſcoporum; & an ſuſtineatur immemorabilis conſuetudo recipiendi Appellationes a Sententiis Suffraganeorum, ac concedendi inhibitiones, alias, quam a Decretis præfatis præſcribitur? Ex Concordatis Gallicanis Cauſæ omnes terminari, & finiri debent apud Judices ordinarios in partibus, & in caſu Appellationis per Superiorem immediatum, excluſo etiam Romano Pontifice, cujus tamen judicio etiam in prima inſtantia reſervantur CAUSÆ MAJORES *in Jure expreſſe denominatæ*, necnon Cauſæ S. R. E. Cardinalium, etiam ab Urbe abſentium. Inter Cauſas vero majores præcipue recenſentur Cauſæ Criminales contra Epiſcopos, quæ privatione, & depoſitione dignæ ſunt, eaſque poſſe Romæ a Pontifice cognoſci, nec delegandas eſſe Judicibus in partibus, niſi aliter Pontifici placuerit, late oſtenditur; quemadmodum improbatur eorum ſententia, qui autumant, competere in Galliis Seculari Poteſtati facultatem cognoſcendi Cauſas Cardinalium, & Epiſcoporum in delictis, quæ vocant, Privilegiatis, illo præſertim læſæ Majeſtatis, & oſtenditur, hujuſmodi cognitionem, etiam ex Concordatis, Sedis Apoſtolicæ Judicio eſſe reſervatam. Pontifices vero, licet ubi agitur de Cauſis Cardinalium eorum privationem, aut depoſitionem tangentibus, quemadmodum & in aliis Sedis Apoſtolicæ gravioribus negotiis, aliorum Cardinalium Votum, aut Conſilium exquirere de neceſſitate non teneantur, honeſtatem tamen præ oculis habentes, Conſilium præfatum exquirere nunquam dedignati fuere.

SUMMARIUM.

1 *Appellatio ante ſententiam difinitivam non admittitur, nec ab interloquutoria, niſi hæc vim difinitiva habeat, aut contineat gravamen per difinitivam irreparabile.* & numer. 116.

2 *Regula eſt de antiquis Regulis Curiæ ante tempora* Innocentii VIII. *editas.*

3 *Priſcis temporibus uſque ad tempora* Sixti V. *Regula loquebatur de Cauſis in* Romana Curia *pendentibus, nec ultra Mœnia Urbis ſe protendebat. At ſub* Gregorio XIV. *expuncta fuerunt verba--* in Romana Curia.

4 *Traditur ratio Regulæ, quæ publicam reſpicit utilitatem.* & n. 53.

Exorbitat tamen a Jure, eſtque illius correctoria. n. 6.

5 *Diſpoſitioni Regulæ a Partibus renunciari non poteſt.*

7 *Sententiæ ſpecies triplex, Difinitiva, Interloquutoria, & Mixta.*

8 *Regula decernens, quod ante Sententiam Difinitivam appellare non licet, uniformis eſt Juri Civili, ſed adverſatur Juri Canonico.*

9 De

9 *De Jure Canonico quatuor temporibus appellari poteſt, nempe ante, & poſt litis conteſtationem, in prolatione ſententia, & poſt.*

10 *De caſibus, in quibus appellare licet, Jure Canonico inſpecto, ante ſententiam, legitima concurrente cauſa. Remiſſive.*

11 *Si Judex, Cauſam nimium protrahendo, terminare negligat, appellatur a denegata juſtitia.*

12 *Appellationi præfata non eſt locus, niſi concurrant. Primo, quod elapſum ſit biennium. Nec antea interpoſita admittenda eſt a Metropolitano.* numer. 13.

14 *Secundo, quod concurrat in Judice negligentia, & malitia, ſecus, ſi legitimo aliquo impedimento detentus, Cauſam intra biennium terminare non potuerit.*

15 *Tertio, quod præcedant judiciales inſtantiæ ter repetita pro expeditione Cauſa, cum proteſtatione appellationis in qualibet earum a denegata juſtitia.*

16 *Non ſufficiunt inſtantiæ præfata, ſi biennium quoque non ſit elapſum. Et reprobatur* Cardinalis de Luca.

17 *A judicio Epiſcopi recuſantis ſuum Subditum ad Ordines promovere, nulla datur Appellatio. Et redditur ratio.*

Permiſſum eſt tamen Subdito [illegible]rrere ad S. Sedem, quo opportunum ad[illegible] ſolet remedium. Et quale? numer. 18.

19 *Limita, niſi Clerici ſint arctati, vel ratione Beneficii, quod obtinent, vel alias, ad Ordines ſuſcipiendos, iſto enim caſu ab eorum denegatione datur appellatio ad Superiorem.*

20 *Poſt ſententiam diſinitivam utroque jure, & Civili, & Canonico, appellare licet, etiam ſine expreſſione rationabilis cauſa.*

21 *Et admittenda eſt appellatio in omni Cauſa, ac in quibuſcunque caſibus, in quibus non reperitur expreſſe prohibita.*

22 *Etiam in cauſa libertatis.*

24 *Secus vero in Cauſa, qua quis pronunciatur manumittendus.*

25 *Lata ſententia favore libertatis, Minor cavere debet, ut ſtatim ſuo loco, & tempore ab ea Appellationem interponat.*

De differentia inter Appellationem, & Reſtitutionem in integrum. Remiſſive. numer. 23.

26 *De caſibus, in quibus de jure, nec poſt ſententiam diſinitivam datur Appellatio ſuſpenſiva. Remiſſive.*

27 *A Decretis editis in S. Viſitatione, & ſuper correctione morum, non datur Appellatio ſuſpenſiva, ſed ſolum ad effectum devolutivum. Quemadmodum nec a privatione Beneficiorum ob turpem converſationem cum Mulieribus poſt præmiſſas debitas Monitiones,* numer. 28.

29 *Limita, ſi correctio haberet exceſſum, nam tunc datur appellatio ad utrumque effectum.*

30 *Vel quoties Epiſcopus in viſitatione procederet compilato Proceſſu ad inſtantiam partis, vel Promotoris Fiſcalis.* & numer. 31.

Aut, ſi Appellatio fuerit per Signaturam admiſſa. n. 47.

32 *A mandato de reſidendo non datur appellatio ſuſpenſiva.*

33 *Limita, ſi concurrat legitima cauſa non reſidendi.*

34 *Sententia interloquutoria qua dicatur?*

35 *Et ab ea de Jure communi Canonico datur Appellatio.* & numer. 40.

Sive illa ad Romanum Pontificem, ſive ad alium Superiorem interponatur. n. 38.

36 *De decem requiſitis, qua copulative concurrere debent ad effectum, ut hujuſmodi Appellatio admittatur. Remiſſive.*

37 *Sed illa præcipua, quod Appellatio interponatur in ſcriptis, quodque exprimatur cauſa, qua ſit juſta, probabilis, & vera.*

Intellige, ubi Appellatio interponitur a ſimplici interloquutoria; ſecus, ſi ab ea, quæ habeat vim diſinitivæ, quo caſu nec expreſſio cauſa, nec ſcriptura, nec alia requiſita ſunt neceſſaria. n. 64.

39 *Hiſce deficientibus requiſitis, poteſt Judex de Jure Canonico, non obſtante Appellatione, ad ulteriora procedere ſine vitio Attentatorum.*

Maxime, ſi Judex Appellationi non detulit, nec Appellans petiit Apoſtolos. numer. 41.

42 *Limita, ſi ultra Appellationem adſit Superioris inhibitio, nam tunc procedendo Judex ad ulteriora, attentata committeret.*

Intellige, dummodo inhibitio fuerit Rotalis, ſecus, ſi Judicis inferioris, cum hæc fieri debeat cum cauſa cognitione, & Parte citata, numer. 44.

43 *Quemadmodum cauſantur attentata ob Appellationem admiſſam a Sententia nondum lata.*

45 *Si poſt Appellationem a Sententia Interloquutoria per Signaturam ſimpliciter admiſſam, Judex a quo ad ulteriora procedat, geſta ſunt attentata.*

46 *Idem dicendum etiam poſt Appellationem extrajudicialem, quam eadem Signatura admiſit.*

48 *De Jure Civili non datur Appellatio a Sententia interloquutoria, niſi habeat illa vim diſinitiva, aut contineat gravamen per diſinitivam non reparabile.*

49 *Et Juri Civili præſato adhæſit Reg. XXXVII.*

50 *Quemadmodum Concilium Tridentinum* Seſſion. 13. cap. 1. & Seſſ. 24. cap. 10. de Reformat. & numer. 6.

Necnon adhæſere Decreta generalia Sacræ Congregationis Epiſcop. & Regular. edita anno 1600. *ſub* Clemente VIII. n. 55.

51 *Sed Regula latius patet, quam hujuſmodi Conciliares Sanctiones. Et quaæ?* & n. 52. 53. & 54.

57 *Et per hoc jus noviſſimum Regulæ, Diſpoſitionis Conciliaris, & Decretorum generalium, correctum remanſit jus antiquum Canonicum.*

58 *Intellige de Appellatione Judiciali, ſecus de ea, quæ interponitur a gravamine illato per Ordinarium extrajudicialiter procedente; hæc enim admittitur a quocumque gravamine, etiam reparabili per diſinitivam.*

59 *A Decreto* de exhibendo, *uti interloquutorio, non datur Appellatio.*

60 *Minuſque a Decreto Conceſſionis Monitorialium, uti pariter interloquutorio.*

61 *Metropolitanus cognoſcere non poteſt de gravamine ante diſinitivam.*

62 *Nec ad effectum præfatum mandare poteſt Suffraganeo, etiam ſimpliciter, & abſque inhibitione, ut ſibi tranſmittatur copia Proceſſus expenſis Appellantis ad finem interloquendi, prout de jure.*

63 *Sententia interloquutoria habens vim diſinitiva quæ dicatur?*

65 *Lata*

65 *Lato Decreto diſinitivo omnia geſta intra decendium ad appellandum ſunt attentata; ſecus ea, quæ ſiunt poſt Sententiam interloquutoriam habentem vim diſinitivæ.*

66 *Contrarium, quod attentata ſint etiam acta geſta, pendente termino ad appellandum a Sententia interloqutoria habente vim diſinitivæ.*

67 *Maxime, quando Signatura Cauſam Appellationis ſimpliciter committat, tunc enim retrotrabitur ad ipſum diem Decreti.*

68 *De quamplurimis exemplis Sententiæ interloquutoria habentis vim diſinitivæ. Remiſſive.*

69 *Decretum, quod aliquis non ſit legitimus Contradictor, vim habet Decreti diſinitivi.*

70 *Quemadmodum vim diſinitivi habet ſententia ſuper Inſtitutione in Beneficio, ſi judicialiter, & in partium contradictorio emanavit, ſecus, ſi extrajudicialiter. Et de ratione?* & n. 72.

71 *Amplia, ut inſtitutionis ſententia judicialiter emanata vim habeat diſinitivæ, quamvis ſit conſequutiva ad manutentionem.*

72 *Et attentata eſt poſſeſſio adepta poſt interpoſitam appellationem a Decreto Inſtitutionis.*

73 *Ab Inſtitutione judicialiter conceſſa admittitur appellatio, etiam ad effectum ſuſpenſivum, quamvis adeſſet Conſuetudo, aut Conſtitutio Synodalis illam prohibens.* & n. 74. & 80.

Ac ita pluries reſolutum. n. 85.

Maxime, ſi Inſtitutionis Sententia contineat etiam mixturam ſuper pertinentia Patronali. n. 84.

75 *Conſtitutio, vel Conſuetudo præfata interpretari debet, vel ubi appellatio interponitur ad Metropolitanum, aut alium Judicem, ſecus ſi ad Sedem Apoſtolicam.*

Redditur ratio. n. 77.

At explicantur contrariæ Auctoritates. n. 79.

76 *Vel ubi Ordinarius extrajudicialiter procedit ad inſtitutionem præſentati a Patronis.*

81 *Nulla conſuetudine impediri poteſt Appellatio ad Sedem Apoſtolicam, nedum in devolutivo, ſed etiam in ſuſpenſivo.* & n. 82.

83 *Et ad conſuetudinem hanc probandam, Rota Remiſſoriales Literas non concedit, quia etiam probata non relevaret.*

86 *Decretum ſuper Inſtitutione ad Eccleſias Parochiales de Jurepatronatus laicali, favore potius unius, quam alterius ex præſentatis latum, vim diſinitivi habet, & ab eo ad utrumque effectum appellatur.*

87 *Quemadmodum & a Decreto approbante relationem Examinatorum ſuper idoneitate, vel non idoneitate alicujus ad curam Animarum adnexam Beneficio ſimplici,*

88 *Niſi Appellans prius relationem Examinatorum approbaſſet.* n. 87.

89 *A relatione Examinatorum aliquem minus idoneum ad aſſequendum Eccleſiam Parochialem liberæ collationis declarante, non datur appellatio, niſi in devolutivo.*

90 *Quemadmodum & in devolutivo tantum admittitur a mala electione Epiſcopi.*

91 *Appellans a mala electione Epiſcopi ad ſolum effectum, ut electum ad novum examen provocare valeat, docere non tenetur, juxta Conſtitut.* S. Pii *de irrationabili judicio Epiſcopi.*

92 *Secus vero, ſi infirmare velit electionem per Epiſcopum expletam.*

93 *Et probatio irrationabilitatis Judicii Epiſcopi non reſultat ex eo, quod rejectus, idoneus poſtea in novo examine repertus fuerit. Et de ratione.*

94 *Appellans a mala electione Epiſcopi ad novum examen admitti non debet, ubi illud non eſſet profuturum.*

95 *Aut ſi eſſet elapſum a primo examine conſiderabile temporis ſpatium, in quo ſtudendo doctior fieri potuerit.*

96 *Niſi legitima impedimenta in cauſa fuerint, quod tamdiu novum examen protractum fuerit.*

97 *Ubi novo examini locus eſt, illud expleri debet coram Judice Appellationis.*

98 *Et, ſi ad Sedem Apoſtolicam Appellatio fuerit interpoſita, novum examen ſubeundum eſt in Urbe.*

99 *Nec provocatum ab acceſſu ad Urbem excuſare valet aut ætas ingraveſcens, aut diſtantia loci, etiam ultra Montes ſiti, aut paupertas, ſive quod Eccleſia Paſtoris præſentia indigeat.*

100 *Et ſolum tempore Peſtis delegatum fuit novum examen in partibus coram Ordinario viciniore peragendum.*

101 *Indulgeri tamen ſolet novum examen in partibus, ubi agitur de Parochialibus Jurispatronatus Laicorum, aut de Beneficiis ſimplicibus tamen ad Curam Animarum expoſcentibus.*

102 *Provocatus ad novum examen coram Judice Appellationis, etiamſi minus habens in eo reperiatur, admitti poteſt ad tertium, ſi velit.* & n. 104.

Et aliquando ex æquitate admiſſus fuit ad quartum examen. n. 105.

103 *Res judicata ex tribus ſententiis conformibus efformatur.*

106 *Exponuntur inconvenientia, quæ oriebantur ex antiqua praxi admittendi Appellationes vel a mala relatione Examinatorum, vel ab irrationabili judicio Epiſcopi, & provocandi ad novum examen approbatos, & præelectos, etiam non docto per Appellantes de ullo gravamine.*

107 *Ex noviſſimis Decretis S. Congregationis Concilii plura ſancita ſunt. Primo, quod in Concurſibus peragendis eadem quæſita omnibus Concurrentibus proponi debent, quibus in ſcriptis ſatisfaciendum eſt; & quiſque ex Concurrentibus ſermonem ſcribere debet ſuper Textu Evangelii eis aſſignando.*

108 *Secundo, quod Appellatio a mala relatione Examinatorum, vel ab irrationabili Judicio Epiſcopi interponi debeat intra decem dies.* & n. 112.

109 *Tertio, quod in eo, quod attinet ad Literaturam, admitti non poſſit, niſi doceatur de Gravamine, vel ex Actis originalibus Concurſus, vel ex copia authentica collationata ad formam Juris.* & numer. 113.

110 *Et quarto, quod Appellatio ab irrationabili judicio Epiſcopi, non ex capite Literaturæ, ſed aliarum qualitatum, admitti nequeat, niſi prius doceatur de gravamine, aut ex Actis primi Concurſus, aut ex aliis documentis, ſaltem extrajudicialibus ab Appellante exhibendis.* & n. 114.

115 *Exſcribuntur Literæ Encyclycæ Sac. Congregationis Concilii ad Prælatos omnes jus convocandi Concurſus ad Parochiales habentibus, in quibus præſcribitur methodus examinis inſtituendi, & modus, quo a Superioribus*

rioribus admitti debeant Appellationes a mala relatione Examinatorum, vel ab irrationabili judicio Epiſcopi.

Et præſcripta in dictis Literis methodo circa examen non ſervata, indulgetur Appellantibus, qui ſe gravatos dixerint, provocatio ad novum examen, nulla gravaminis prævia probatione, juxta methodum antiquam. ibidem.

117 *A Decreto interloquutorio datur de Jure novo Canonico Appellatio, nedum quando gravamen eſt irreparabile per diſinitivam, ſed etiam, quando gravamen magna cum difficultate, aut non ex toto per diſinitivam reparari poſſit.*

118 *De quampluribus caſibus, in quibus Decretum interloquutorium continet gravamen per Sententiam diſinitivam irreparabile.*

119 *Gravamen irreparabile per Sententiam diſinitivam, oritur ex facto, quod infectum fieri nequit, ut in caſibus Carcerationis, Torturæ, & Excommunicationis.* & n. 121. & 122.

120 *Reprobatur* Sanchez *contrarium exiſtimans in terminis excommunicationis.*

123 *Gravamen irreparabile oritur ex Decreto interloquutorio, quod ſecum trahit exequutionem, per ſententiam diſinitivam haud reparabilem.*

124 *Contendentibus Ordinario ſuper libertate Beneficii, & Patrono ſuper quaſi poſſeſſione præſentandi, Decretum Inſtitutionis ſavore præſentati, & ſi interloquutorium, infert Ordinario damnum per ſententiam diſinitivam non reparabile, & de ratione?*

125 *Decretum, quo Judex ſe declarat Judicem competentem, continet gravamen irreparabile per ſententiam diſinitivam.*

126 *Amplia, etiam ſi tacite id fiat, quia nempe oppoſita exceptione incompetentiæ, mandet Judex ad ulteriora proſedi.*

127 *A Decreto interloquutorio, præjudicium parante in negotio principali, ejuſque ſubſtantiam tangente, admittitur Appellatio.*

128 *Idque fortaſſe exprimere voluit Regula in verbis illis* -- vel a gravamine minime tangente negotium principale &c.

129 *Appellatio ſententia interloquutoria non ſubſtinetur; niſi in Commiſſione exprimatur, quod ipſa vim diſinitivæ habeat, vel gravamen per diffinitivam non reparabile contineat.*

130 *Limita, ſi Commiſſione, nedum Cauſa Appellationis, verum negotii principalis cum clauſula,* quam, & quas, *committatur.*

131 *Diſpoſitio a jure communi exorbitans, quæ loquitur in caſu ſimplici, non comprehendit caſum mixtum.*

132 *Ex Decretis generalibus Sac. Congreg. Epiſcoporum, Appellationes recipi non debent niſi per publicum documentum conſtet de gravamine; Nec concedi Inhibitiones ſine inſertione Tenoris ſententiæ, vel Decreti diſinitivi, aut interloquutorii vim diſinitivi habentis, ſeu gravamen per diſinitivum non reparabile continentis.* & n. 133.

Et an ſuffragetur immemorabilis conſuetudo Appellationes aliter admittendi, aut inhibitiones concedendi? n. 134. & ſeqq.

133 *Renuentibus Ordinariis copias publicas ſententiarum vel Decretorum Appellantibus concedere, an & quando debeat A. C. inhibitiones vigore Appellationis cum inſertione Copiæ ſimplicis concedere?*

137 *Teſtes non deponentes de viſu per quadraginta annos ante motam litem, eque coarctantes negativam, non probant immemorabilem.*

139 *Regula, quid ſibi velit in verbis illis* -- Commiſſionibus Appellationum jam Judicibus præſentatis &c.?

140 *Regula diſpoſitioni uniformia ſunt Concordata Gallicana.*

141 *Ex iiſdem Concordatis Appellationes interponi debent ad immediatum Superiorem, & non ad alium, etiam Romanum Pontificem.*

142 *Et Cauſæ omnes terminari, & finiri debent in partibus, exceptis* Cauſis Majoribus *in jure expreſſe denominatis, quæ reſervantur in iiſdem Concordatis Sedis Apoſtolicæ judicio, etiam in prima inſtantia.* n. 149.

143 *Et quænam ſint hujuſmodi* Cauſæ Majores? Remiſſive.

144 *Cauſæ criminales contra Epiſcopos, quæ depoſitione, aut privatione digna ſunt, inter* Cauſas Majores, *præcipue numerantur.* & n. 146. & 152.

145 *Concordata, reſervando Sedis Apoſtolicæ judicio* Cauſas Majores *in jure expreſſe denominatas, reſpectum habuerunt ad Gratiani Decretum, & Decretales.*

147 *Cauſæ hujuſmodi juxta ſenſum Gallorum Romæ a Pontifice cognoſci non poſſunt, ſed delegari debent Judicibus in partibus.*

148 *Reprabatur hæc ſententia, veluti aperte contraria diſpoſitioni Concordatorum.*

Et referuntur, ac rejiciuntur interpretationes, quas Gallici Doctores Concordatis dare nituntur. n. 150. & ſeqq.

156 Cauſarum Majorum *cognitio in Gallia, etiam ante Concordata, privative ſpectabat ad Sedem Apoſtolicam.*

Et referuntur exempla. n. 157. & ſeqq.

161 *Referuntur itidem exempla* Cauſarum Majorum, *quæ in Gallia poſt Concordata Pontificis judicium in prima inſtantia ſubierunt.* & n. 162. & 163.

164 *Et reſpondetur nonnullis exemplis Delegationum, quæ ab Innocentio X. Alexandro VII. & Clemente IX. in Cauſis Epiſcoporum Galliarum expletæ fuerunt in partibus.* & numer. 165.

166 *Cardinalium Cauſæ in Galliarum Concordatis Judicio Sedis Apoſtolicæ, etiam in prima inſtantia reſervantur.* & n. 142.

167 *Quamvis Cardinales extra Curiam degant, & reprobatur* Rebuff. & n. 169.

168 *Lex, quæ generaliter, & indefinite loquitur generaliter, & indefinite intelligi debet.* & n. 184.

170 *Cardinales æquiparantur Illuſtribus, ſeu Senatoribus, & Clariſſimis Viris.*

171 *Viri illuſtres ab alio judicari non poſſunt, quam a Principe.*

172 *Cardinalium Cauſæ in delictis Privilegiatis, illo præſertim læſæ Majeſtatis, an cognoſci poſſint in Gallia a Seculari poteſtate? Proponitur Sententia affirmativa; Referuntur exempla, & reſpondetur oppoſitis juribus.* n. 173. & ſeqq. & n. 180.

183 *Contrarium, quod Cauſæ Cardinalium, qui ſint læſæ Majeſtatis rei, ab alio, quam a Pontifice cognoſci non poſſunt.*

Idque faſſi ſunt tum Clerus Gallicanus, tum Reges ipſi Galliarum. n. 188. 189.

Ponderatur diſpoſitio Cap. Felicis de Pœnis, & Clement. I. eod. tit. *Nec non Conſtitutiones*

nes Eugenii IV. & Pauli II. ibidem. & n. 175.
Et ſingillatim reſpondetur exemplis in contrarium adductis. n. 193. & ſeqq.

186 *Crimen laſa Majeſtatis ab Epiſcopis, & Cardinalibus perpetratum, numeratur inter* Cauſas Majores, *de quibus fit mentio in Concordatis.*

187 *Concordata, nedum Sedi Apoſtolica reſervant Cardinalium Cauſas, qua Fidem reſpiciunt, ſed generaliter, & indiſtincte quaſcumque alias.*

190 *Non probatur, Galliarum Reges Privilegio gaudere Apoſtolico cognoſcendi Cauſas Cardinalium, & Epiſcoporum, qui ſint laſa Majeſtatis Rei.*

191 *Nec ab Auctoribus Gallis, qui de Cauſis Privilegiatis loquuntur, ulla fit hujuſmodi Privilegii mentio.*

192 *Cardinales, & Epiſcopi non comprehenduntur ſub exorbitanti, & odioſa diſpoſitione generaliter loquente de Clericis.*

199 *Cardinales ſunt Pontifices Conſiliarii, & Coadjutores in exequutione Officii.*

200 *Et in Cauſis eorum depoſitionem, aut privationem reſpicientibus, quemadmodum, & in aliis gravioribus Eccleſia negociis debet Pontifex alterum Cardinalium conſilia exquirere.*

202 *Intellige de honeſtate, non de neceſſitate.*
Honeſtatem hanc ſequuti Pontifices, dum in Cardinales delinquentes animadverterunt, aliorum Cardinalium, vel aſſenſum, vel conſilium exquiſivere. n. 204.
Et referuntur exempla n. 205. & ſeqq.

203 *Plenitudo Apoſtolica Juriſdictionis, & poteſtatis penes ſolum Pontificem reſidet, nullo exquiſito Cardinalium conſilio. Et reprobantur Doctores, qui contrarium exiſtimant.* ibidem.

1 Ante Sententiam difinitivam appellare non
licet, nec ab Interloquutoria, niſi habeat
vim difinitivæ, vel tale contineat gravamen, quod
per appellationem, a difinitiva reparari non poſſit,
hoc dicit Regula, de qua ultra *Sotum Kochier*, &
alios hic, meminerunt, *Gomez ad Regul. de Annal.
quaſt.* 2. *paulo poſt init. Gonzal. ad Regul.* 8. *in
adnot. contr. null. & attent. in Cauſ. Beneſic. n.* 175.
& 189. *Sanchez conſil. moral. lib.* 3. *dub.* 32. *n.*
204. & 211. *Ridulphin. in Prax. part.* 1. *cap.* 13.
n. 300. *cum ſeqq. & n.* 308. & 327. *Nicol. Inſtitut.
Canon. lib.* 2. *tit.* 28. *de Appellat. n.* 27. *Peregrin.
in Prax. Vicar. part.* 3. *ſect.* 1. *numer.* 17. *fol.* 253.
Coccin. adnotat. 116. *poſt primum volum. Deciſion.*
2 Eſtque de antiquis regulis Curiæ, & emanavit
longe ante tempora *Innocentii VIII.* ut refert *Sot.*
ibidem *verſic. Sed ego habeo.*
Priſcis temporibus uſque ad tempora *Gregorii
XIII.* & *Sixti V.* hæc Regula loquebatur de Cau-
3 ſis *in Romana Curia pendentibus*, nec extendeba-
tur ultra mœnia Urbis, *Sotus hic circa finem*, &
in terminis Regulæ Gregorii XIII. *Sanchez conſil.
moral. lib.* 3. *dub.* 32. *n.* 204. & 211. *in fine.* Ve-
rum ſub Gregorio XIV. deleta fuerunt a Regula
verba illa, quæ prius aderant in *Romana Curia pen-
dentibus*, & generaliter diſpoſitum -- *In Cauſis pen-
dentibus, & quas impoſterum contigerit agitari.*
4 Ratio Regulæ in ipſius proœmio exponitur, ut
ſcilicet finis litibus imponatur, & Partium ſumpti-
bus, & expenſis parcatur, quæ concernit utilita-
tem publicam, & eſt adeo potens, ut huic Regu-
5 læ renunciari non poſſit a Partibus: ita in Rota
reſolutum teſte *Gomez in dicta Regula de Annal.*
quaſt. 2. ubi multa congerit ad materiam litium 6
evitandarum. At è contra exorbitare a jure, &
eſſe illius correctoriam, firmat idem *Gomeſ. ad
Regul. de Impetran. Beneſic. poſt obit. Famil. Car-
dinal. quaſt.* 15. *circa finem*, & in terminis Con-
cilii Tridentini idem diſponentis *Seſſ.* 24. *cap.* 20.
de Refor. obſervant *Van Eſpen. in Jus Eccleſ. uni-
verſ. part.* 3. *tit.* 10. *n.* 15. *Sanchez conſil. moral.
lib.* 3. *dub.* 32. *n.* 206. & 211.
Sed, cum triplex ſit Sententiæ ſpecies, nempe 7
difinitiva, interloquutoria, & mixta *Paſſerin. ad
tit. de Appellat. in* 6. *art.* 7. *n.* 127. Ideo viden-
dum quid de earum qualibet Regula decernat. Et
in primis diſponit Regula, quod ante Sententiam 8
difinitivam appellare non licet, & in hoc eſt juri
civili conformis, non vero Sacris Canonibus, qui
facultatem tribuunt appellandi in quatuor tempo- 9
ribus, nempe ante, & poſt litis conteſtationem,
in prolatione Sententiæ, & poſt, *Cap. ſuper eo el* 2.
& *ibi Fagnan. n.* 1. *de Appellat.*
Sed plures caſus, in quibus ad terminos Juris
Canonici appellare licet ante Sententiam exiſtente 10
cauſa legitima, juxta *Text. in Cap. Ut debitus ho-
nor, de appellat.* refert *Peregrin. in Prax. Vicar.
part.* 2. *ſect.* 1. *n.* 13. & *ſeqq.* ſed ille eſt ex præci-
puis, quando Judex, nimium Cauſam protrahen- 11
do, illam terminare negligat, tunc enim permiſſa
eſt appellatio a denegata juſtitia, cum negligentia,
& retardatio, præſertim, ſi Reus detineatur in
Carcere, continent gravamen irreparabile *Adden.
ad Quatant. in Summ. Bullar. verb. Archiepiſco-
pi auctoritas num.* 21. *litt. M.*
Verum, cum ex provida Concilii Tridentini
Sanctione *Cap.* 20. *ſeſſ.* 24. *de Reſ.* ſit locorum Or- 12
dinariis præſtitutus terminus duorum annorum ad
terminandas cauſas, hinc ut locus ſit appellationi
a denegata juſtitia, plura requiruntur. Primum,
quod tempus præfatum ſit elapſum, ut decrevit
Sac. Congreg. Concilii in *Albinganen. Appella-
tionis* 18. *Novembr.* 1693. ubi, quod appellatio
a denegata juſtitia non debet admitti a Metropoli- 13
tano ante lapſum biennii, & firmant communiter
Scacc. de Appell. quaſt. 15. *n.* 277. *Marcheſ. de Ap-
pellat. extra Cur. part.* 1. *cap.* 9. *n.* 127. *Ventrigl.
de Juriſdict. Archiepiſcop. cap.* 112. *n.* 9. *Monacell.
in Formular. tom.* 3. *pag.* 152. *n.* 5. *Bertachin. Vot.
deciſ.* 125. *n.* 10. & *ſeqq.* Alterum, quod Judex ſit 14
in culpa, quia nempe noluerit, vel non curaverit
intra biennium cauſam expedire; Si enim ob illius
gravitatem, & qualitatem, vel ob exceptiones
Partium, aut ob infirmitatem, aliudve legitimum
impedimentum, non ſteterit per ipſum, quominus
Cauſa dicto tempore deciſa remanſerit, tunc, ceſ-
ſante illius negligentia, aut malitia, non erit lo-
cus appellationi a denegata juſtitia, *Barboſ. in Col-
lect. ad dict. cap.* 20. *Concil. Tridem. n.* 14. *Scacc.
de Appellat. quaſt.* 15. *n.* 220. & *n.* 280. *Marche-
ſan. de Commiſſ. part.* 2. §. 4. *numer.* 54. *Theſaur.
For. Eccleſ. part.* 2. *cap.* 5. *numer.* 72. *Genuenſ. in
Prax. Cur. Archiepiſcop. Neap. cap.* 88. *numer.* 5.
Ventrigl. dict. cap. 112. *numer.* 9. *Bertacchin. dict.
Vot. Zaul ad Statut. Faventin. rubr.* 7. *lib.* 3. *nu-
mer.* 3. Tertium vero, quod præcedant judiciales 15
inſtantiæ ter repetitæ pro expeditione Cauſæ, in
quarum ſingulis contineatur proteſtatio appella-
tionis a denegata juſtitia, & cum moderato die-
rum intervallo inter unam, & alteram, ut pro-
ſequuntur *Ventrigl. in Prax. part.* 1. *adnotat.* 49.
num. 5. & *de Juriſdict. Archiepiſcop. cap.* 112.
numer. 2. & *numer.* 8. ubi advertit, quod Judex,
qui non fuit ter requiſitus non dicitur negare juſti-
tiam,

tiam, ſed ſolum illam retardare, & a retardatio-
ne ſolum non poteſt appellari, *Zaul. loco citato
numer.* 14. *Bertacbien. Voto decif.* 125. *Scacc. de
Appellation. cap.* 2. *quæſtion.* 15. *n.* 280. *Monacell.
in Formular. tom.* 2. *pag.* 152. *n.* 5. ubi reprobat
16 Sententiam *Cardinalis de Luca* exiſtimantis, quod,
ſi factis requiſitionibus præfatis, & nullo concur-
rente legitimo impedimento, Judex ſit contumax
in expediendo Cauſam, appellari poſſit a denega-
ta juſtitia, etiam biennio non elapſo, dictamque
Sententiam verbis Concilii Tridentini *dict. cap.* 20.
ac quamplurimis Sacræ Congregationis ejuſdem
Concilii Reſolutionibus adverſantem, demonſtrat.

Hic tamen prætereundum non eſt, quod li-
17 cet a judicio Epiſcopi recuſantis Subditum ad
Ordines promovere, nulla detur appellatio ad
Metropolitanum, cum ſit in Epiſcoporum arbi-
trio repoſitum illos ordinare, *quos judicaverint aſ-
ſumendos pro neceſſitate, vel commoditate Eccle-
ſiarum*, ut inquit Concilium *Tridentinum ſeſſ.* 21.
de Reformat. cap. 2. & diſponitur in *Cap. Ad au-
res, de Tempor. ordinat.* ac, iiſdem juribus inhæ-
rendo, tradunt *Pignattell. tom.* 7. *conſultat.* 19.
numer. 4. *Eminentiſſimus Petra in Conſtitut. Apo-
ſtolic. tom.* 1. *pag.* 324. *n.* 13. *& ſeqq. Card. de
Luc. de Benefic. diſcurſ.* 71. *n.* 3. *Rot. decif.* 186.
& 195. *coram Rembold. & decif.* 1150. *coram
Coccino.* Nihilominus datur recurſus ad Sanctam
18 Sedem, quæ Metropolitano, aut viciniori Epiſco-
po committere ſolet, ut ab eodem Ordinario prius
requirat Cauſam recuſationis, quo legitimam non
allegante, liceat illi eundem recuſatum ordinare,
ut ex reſolutione Sacræ Congregationis Concilii
in *Rhemen.* 21. *Aprilis* 1668. quam eadem Sa-
cra Congregatio ſequuta fuit *in Calagurritana Gra-
vaminum* 16. *Julii* 1695. ubi propoſito inter ce-
tera *decimo* Dubio his verbis concepto -- *An, &
in quibus caſibus teneatur Epiſcopus exprimere cau-
ſas denegationis Ordinum, & an ad id compelli poſ-
ſit per Metropolitanum* -- reſponſum fuit - *Dan-
dum eſſe Decretum* in *Rhemen.* 21. *Aprilis* 1668.
in quo inter cetera habetur, ibi -- *Etenim cum
nullus ordinari debeat, quem ſuus Epiſcopus ſuæ
Eccleſiæ utilem, aut neceſſarium non judicaverit,
Congregatio non ſemel declaravit, ab hujuſmodi
judicio nullam dari appellationem, ſed recurſum
duntaxat ad Sedem Apoſtolicam, quæ juxta ipſius
Congregationis Sententiam per Gregorium XIII.
fel. record. approbatam, quotieſcumque Ordinarius
recuſaverit quempiam ordinare, Metropolitano,
aut viciniori Epiſcopo committit, ut ab eodem Or-
dinario prius requirat cauſam recuſationis, quo le-
gitimam non allegante, liceat illi eumdem recuſa-
tum ordinare. Itaque, ſi qui, ex Diœceſanis E-
piſcoporum Eminentia Veſtræ Provincialis Sedem
Apoſtolicam adverit, juxta prænarratum formu-
lam eorum querimoniis conſuletur, cui formulæ,
ut unum in præſens addatur cenſuerunt expedire
EE. PP. videlicet, ut Metropolitanus, aut Vici-
nior Epiſcopus, antequam commiſſas ſibi partes
exequi aggrediantur, paterne curent, ut illi de-
nuo apud ſuos Epiſcopos per tres vices ſuppliciter
inſtent* -- ut in *lib.* 45. *Decretor. pag.* 394. Et in
Viciequen. 28. *Januarii* 1696. mandavit eadem
Sacra Congregatio Concilii, ut iterum requiſito
Ordinario *Viciequen.* injungeretur Metropolitano,
ut nomine Sacræ Congregationis Literas Dimiſ-
ſoriales extraderet Diacono, ad effectum ſe pro-
movendi ad Sacerdotium, attenta recuſatione Or-
dinarii abſque juſta cauſa, ut in *lib.* 46. *Decretor.
pag.* 50. pluresque alias antiquiores Sacrarum Con-
gregationum ejuſdem Concilii, & Epiſcoporum,

& Regularium, refert *Eminentiſſ. Petr. in Conſti-
tut. Apoſtolic. tom.* 1. *pag.* 127. *n.* 43. *& ſeqq.*

Emanarunt laudatæ Sacræ Congregationis Re-
ſolutiones in caſibus, in quibus rejecti promoveri
inſtabant ad Sacros Ordines ad titulum Patrimo-
nii, & quorum tantummodo ordinationem Sa-
crum Concilium Tridentinum *dict. cap.* 2. judicio
Epiſcoporum, juxta neceſſitatem, vel commodi-
tatem Eccleſiarum remiſit; At, ubi agitur de Cle-
ricis, qui ratione Beneficiorum, quæ obtinent, 19
vel alias ſunt arctati ad Ordinem aliquem ſuſpien-
dum, tunc a denegatione illius Ordinis, admitti-
tur appellatio ad Superiorem, ac obſtringitur E-
piſcopus rejectionis Cauſam concludenter proba-
re, ne alias in illius arbitrio ſit per denegationem
Ordinis Beneficiarium implicite ſuo Beneficio pri-
vare, ut bene diſtinguunt *Barboſ. de Poteſtat. E-
piſcop. allegat.* 4. *n.* 66. *Card. de Luc. de Benefic.
diſcurſ.* 71. *numer.* 3. *& ſeqq. & in Miscell. Eccleſ.
diſc.* 25. *numer.* 9. *Pignatell. tom.* 7. *conſult.* 19.
n. 4. *Eminentiſſ. Petr. in Conſtitut. Apoſtol. tom.* 1.
pag. 325. *numer.* 19. *&* 20. *Rot. dec.* 1686. *&* 195.
coram Rembold. & decif. 1150. *coram Coccin.* Et
hic fuit ſenſus Sacræ Congregationis Concilii in
laudata Cauſa *Calaguritana Gravaminum*, nam
ad IX. Dubium his verbis conceptum -- *An Me-
tropolitanus poſſit cogere Suffraganeum ad confe-
rendum Ordines, & an poſſit admittere appella-
tiones ab Ordinum denegatione* -- Reſpondit -- *Den-
tur Decreta, alias a Sacra Congregatione Epiſco-
porum edita apud Quarant. in Summ. Bullar.
verb. Archiepiſcopi auctoritat impreſſa pag.* 71.
Cumque in dictis Decretis præſcribatur modus,
quo Metropolitani uti debent in admittendis ap-
pellationibus a Sententiis, & Decretis Suffraga-
neorum, hinc non excluſit appellationem, ſed eam
admittendam cenſuit, quatenus adſit gravamen,
quod plane eruitur ex denegatione Ordinum il-
lis, qui ſunt arctati ad eos ſuſcipiendos.

Poſt vero Sententiam diffinitivam, hoc eſt il-
lam, quæ principali quæſtioni finem imponit, 20
utroque jure appellare licet, etiam ſine expreſſio-
ne rationabilis Cauſæ, *Fagnan. in dicto Cap. Su-
per eo n.* 1. 6. *Ventrigl. in Prax. adnot.* 8. *§.* 1.
n. 1. *&* 2. *Gonzal. in dict. Cap. Ut debitus n.* 14.
ubi jura concordantia, *de Appellat.* Et quidem 21
in omni Cauſa, & in omnibus caſibus, in quibus
non reperitur appellatio expreſſe prohibita *leg. In
majoribus Cod. de Appellat. Gloſſ. in leg. Qui re-
ſtituere ff. De rei judicat. decif. Cap. Cum Romana,
de Appellat. Ridolphin. in Prax. part.* 1. *cap.* 15.
numer. 111. *Ruginell. de Appellat. cap.* 3. *num.* 4.
Pellegrin. in prax. Vicar. part. 3. *ſect.* 1. *num.* 14.
Franc. decif. 120. *num.* 4. *& decif.* 1556. *numer.* 5.
adeout etiam in Cauſa libertatis admittenda ſit
appellatio per dictam regulam generalem, & per 22
Text. in leg. Illud 9. *ff. de Appellat.* ubi *Bartolus*
ponit rationem differentiæ inter appellationem, & 23
reſtitutionem in integrum, *leg. final. ibique Gloſſ.
Verb. ſine appellatione, ubi Bartol. Bald. & Barboſ.
Cod. Si adverſ. libert. Decius in Cap. Cum ſit Ro-
mana num.* 30. *de Appellat. Franc. in Rubric. ejuſ-
dem Tituli de Appellat numer.* 20. *Scaccia de Ap-
pellat. quæſt.* 17. *numer.* 11. *Vincentius de Franch.
decif.* 684. *per tot. & ibi de Luca numer.* 3. *Ga-
briel. lib.* 7. *concluſ.* 14. *numer.* 2. *Oddus de Re-
ſtit. in integrum part.* 2. *quæſt.* 55. *numer.* 41. *&
quæſt.* 72. *n.* 25. ubi diſtinguitur inter Sententiam,
qua quis pronunciatur liber, & alteram, qua pro- 24
nunciatur manumittendus, quam differentiam tra-
dunt etiam *Caldas Pereyra in leg. Si curatorem
verſic. Læſis numer.* 161. *Cod. de In integrum re-*

tutione, *Sarmient. lib.* 1. *cap.* 14. *numer.* 10. *&*
1. *Barboſ. in Collect. ad leg. final. numer.* 2. *&*
. *Cod. Si adverſus libertatem*, ubi poſt *Caldaſ.*
dvertit, minorem cavere debere cum Sententia
rtur in favorem libertatis, ut ſtatim ſuo loco,
tempore interponat ab ea-appellationem.

Plures tamen ſunt caſus, in quibus de jure,
26 nec poſt Sententiam difinitivam datur appellatio
ſuſpenſiva, quos quia longum eſſet referre, vide-
ri poſſunt per es Doctores relatos a *Paſſerino ad
Titul. de Appellat. in 6. Quaſt. unic. artic.* 7. *nu-
mer.* 133. *Pellegrin. in Prax. Vicar. part.* 3. *ſe-
ction.* 1. *numer.* 15. *per tot. Ridolphin. part.* 1.
cap. 15. *numer.* 112. *& ſeqq.* Inter ceteros caſus
27 conſiderabilis eſt ille, quando agitur de omnibus
iis, quæ ad Viſitationem, ac morum correctionem
Subditorum ſpectant, tunc enim appellatio ſuſpen-
ſiva non admittitur, ſed tantum ad effectum de-
volutivum *Cap. Licet*, *& Cap. Irrefragabili*, *de
Offic. Judic. Ordin. Cap. Ad noſtram*, *de Appellat.*
& diſponitur in Concilio Tridentino *Seſſ.* 24. *cap.*
10. *Barboſ. ibid. numer.* 2. *& ſeqq. Fagnan. in
dict. Cap. Irrefragabili numer.* 6. *& in Cap. Ad
noſtram numer.* 4. *& ſeqq. de Appellat. Paſſerin. in
Titul. de Appellat. in* 6. *Quaſt. unic. artic.* 18.
numer. 150. *& ſeqq. Scaccia de Appellat. quaſt.* 18.
limitat. 26. *numer.* 9. *Panimoll. deciſ.* 12. *adnotat.*
5. *Gratian. Deciſ. March.* 188. *numer.* 2. *Amat.
Deciſ. March.* 25. *numer.* 6. *Ciarlin. controv.* 65.
numer. 17. *Rugiuell. de Appellat.* §. 2. *cap.* 3. *nu-
mer.* 292. *Pax Jordan. tom.* 2. *lib.* 7. *tit.* 1. *numer.*
67. *Barboſ. de Epiſcop. alleg.* 73. *numer.* 32. *Pelle-
grin. in prax. Vicar. part.* 3. *ſect.* 1. *n.* 65. *Rot. in
Cracovien. Præpoſituræ* 28. *Junii* 1686. §. *Neutra,
coram Rondinino*, ubi, quod non datur a corre-
28 ctione morum, & privatione Beneficiorum ob
turpem converſationem cum Muliere poſt præmiſ-
ſas debitas Monitiones.

Quod tamen locum ſibi non vindicat, quando
29 Ordinarius excederet modum in corrigendo, tunc
enim licet Subdito ad utrumque effectum appel-
lare, *Cap. de Priore*, *de Appellat. Cap. Super
Quaſtionem* §. *Nos autem*, *de Offic. delegat. Fa-
gnan. in Cap. Ad noſtram n.* 11. *de Appellat. Gra-
tian. dicta deciſ.* 188. *n.* 2. *Scaccia de Appellat. di-
cta quaſt.* 17. *limit.* 26. *numer.* 12. *Ruginell. dicto* §.
2. *cap.* 3. *n.* 229. *verſic. Vel niſi modus exeedatur*,
Ciarlin. dict. controverſ. 65. *numer.* 18. *Paſſerin.
ubi ſupra dicto artic.* 18. *numer.* 545. *Fagnan. in
dict. cap. Ad noſtram numer.* 11. *de Appellat.*

Prout etiam locum ſibi non vindicat, quando
Epiſcopus in Cauſis Viſitationis, ſeu Correctionis
30 morum procedit compilato proceſſu, & ſervata
tela judiciaria, tunc enim admittitur appellatio,
etiam ad effectum ſuſpenſivum, ut colligitur ex
dicto Cap. Irrefragabili, ibi - *Niſi formam in tali-
bus exceſſerint obſervandam* -- & firmant commu-
niter *Ciarlin. dict. contr.* 65. *lib.* 1. *Gratian. dict.
deciſ.* 188. *n.* 3. *&* 4. *Pax Jordan. tom.* 2. *lib.* 7.
tit. 1. *num.* 69. *&* 70. *Criſpin. de Viſitat. Paſtoral.
part.* 1. *quaſt.* 17. *n.* 37. *&* 38. *Barboſ. de Epiſcopis
dict. allegat.* 73. *n.* 7. *& ad Concil. ſeſſ.* 24. *cap.* 10.
numer. 3. *Fagnan. in dict. Cap. Ad noſtram num.*
11. *verſic. Inde infertur*, *de Appellat. & num.*
14. refert reſolutionem Sacræ Congregationis Con-
cilii a Papa approbatam, *Panimoll. deciſ* 12. *ad-
notat.* 5. *Pirhing. in libr.* 2. *Decret. lib.* 2. *numer.*
26. *de Appellat. ſection.* 3. §. 1. *numer.* 36. *Pigna-
tell. conſult.* 61. *numer.* 7. *tom.* 8. cum aliis penes
Rot. deciſ. 520. *numer.* 7. *& deciſ.* 523. *numer.* 4.
coram clar. mem. Card. Caprara. Cumque alias
31 Epiſcopus *Abellinen.* generaliter petiiſſet a Sacra
Congregatione Epiſcoporum, & Regularium, quod
Metropolitana Curia *Beneventana* non poſſet ſuſ-
pendere Decreta reſpicientia morum correctionem,
ſub *die* 18. *Maii* 1685. ſuit reſcriptum -- *Lectum* --
& cum in *Turritana* 15. *Novemb.* 1704. propo-
ſitum fuiſſet ſeptimum dubium ? *An procedente
Epiſcopo de tempore viſitationis cum fabricatione
proceſſus ad inſtantiam Partis*, *vel Promotoris
Fiſcalis liceat ab ejus Decretis appellare ad De-
legatum Apoſtolicum Judicem appellationis in Re-
gno Sardiniæ.* Sacra Congregatio Concilii reſpon-
dit - *Affirmative.*

Quemadmodum nec a mandato de reſidendo 32
datur appellatio ſuſpenſiva, *Cap. Relatum*, *&
Cap. Conquerente*, *de Cleric. non reſiden. Concil.
Tridentin. ſeſſ.* 23. *cap.* 1. *de Reformat. Barboſ. de
Poteſtat. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 73. *n.* 37. *Genuen.
Quæſt.* 320. *per tot. Scaccia de Appellat. part.* 17.
limit. 16. *per tot. Rota coram b. m. Lancetta deciſ.*
299. *&* 1346. Quod tamen non procedit, quan-
do adeſt injuſtitia mandati, quia nempe concurrat 33
legitima cauſa non reſidendi ob capitales inimi-
citias, vel alia a jure approbata, tunc enim ad-
mittitur appellatio, etiam ad effectum ſuſpenſi-
vum, *Rota deciſ.* 1346. *coram Seraphin. & in
Lancianen. Archipresbyteratus* 3. *Julii* 1705. §.
Haud, *cor. Kaunitz.*

Secunda ſpecies ſententiæ dicitur interloquuto-
ria, nempe, quæ datur ante finem litis ſuper ali- 34
quo incidenti, vel emergenti, nec per eam deci-
ditur negotium principale, *Fagnan. in dicto Cap.
Super eo il* 2. *n.* 38. *de Appellat. Paſſerin. eod.
tit. in* 6. *quaſt. unic. art.* 7. *n.* 12. *Ridolphin. in
Prax. part.* 1. *cap.* 13. *n.* 317. *Rot. deciſ.* 407. *n.* 1.
cor. Coccin. & dec. 453. *n.* 10. *cor. Bichio.*

De Jure communi *Canonico* datur a Senten-
tia interloquutoria appellatio *Cap. Super eo il* 2. 35
de Appellat. Cap. 2. *eodem titul. in* 6. *Paſſerin. ad
Tit. de Appellat. in* 6. *dict. artic.* 7. *n.* 134. *San-
chez conſil. moral. lib.* 3. *dub.* 32. *n.* 203. *Ridolphin.
part.* 1. *cap.* 13. *n.* 298. *Giurb. deciſ.* 56. *n.* 5. *Ro-
ta deciſ.* 1392. *n.* 11. *coram Coccin.* & alii paſſim:
Verum, ut ea admittatur, decem requiſita concur- 36
rere debent, quorum, ſi vel unum defuerit, ap-
pellatio, haud rite interpoſita dici poterit, eadem-
que requiſita enumerat *Fagnan. dict. cap. Super
eo numer.* 24. *& Ridolph. dict. cap.* 13. *num.* 316.
Duo tamen ſunt præcipua, quod nempe appel- 37
latio interponatur in ſcriptis, quodque exprima-
tur Cauſa, quæ ſit juſta, probabilis, & vera,
Fagnan. loc. cit. numer. 15. 24. *& ſeqq. Sanchez
conſ. moral. dict. Dub.* 32. *numer.* 182. *&* 186.
Ventrigl. in Prax. adnot. 8. §. 2. *numer.* 1. *& ſeqq.
Ridolphin. in Prax. part.* 1. *cap.* 13. *n.* 258. *&*
313. *Paſſerin. ad dictum Titulum de Appellat. in*
6. *artic.* 8. *num.* 140. *& ſeqq. & numer.* 162. *cum
ſeqq. Gonzal. in Cap. Ut debitus honor numer.* 10.
12. *& ſeqq.* ubi tria tempora diſtinguit, & am- 38
pliat, ſive ad Romanum Pontificem, ſive ad alium
appellatio interponatur, *Rota deciſ.* 1792. *numer.*
12. *& ſeqq. coram Coccino.*

Atque ex his ſequitur, quod in terminis ju-
ris communis *Canonici*, ſi non appellatur in ſcri- 39
ptis, & non adſit gravamen, & juſta Cauſa ap-
pellandi, cum exinde appellatio dicatur nulliter in-
terpoſita, Judex *a quo* poſſit procedere appellatio-
ne pendente ab interloquutoria, & procedendo,
non dicitur attentare, quia ad hunc effectum de-
bet prius juſtificari Cauſa appellationis: Unde,
cum alias Judex Decretum interloquutorium feciſ-
ſet – *procedi ad ulteriora* -- & Pars appellaſſet in
voce, nec Cauſam juſtam expreſſiſſet, hanc appella-
tionem,

tionem, etiam de jure Canonico nulliter interpo-
ſitam fuiſſe, ac attentata non cauſaſſe, reſpondit
Rot. dec. 1782. *n.* 11. *& ſeqq. coram Coccino.* Et
40 licet de jure Canonico detur appellatio, tamen
hæc non ſuſpendit Judicis juriſdictionem, *Ridol-
phin. dicta part.* 1. *cap.* 15. *n.* 299. *Rota deciſ.* 220.
part. 2. *Recent. deciſ.* 453. *numer.* 14. *coram Bi-*
41 *chio.* Præſertim, ſi non conſtet Judicem *a quo*
detuliſſe appellationi, nec appellantem petiiſſe A-
poſtolos, aut feciſſe pro illis recurſum, *Rota dict.
deciſ.* 420. *n.* 2. *part.* 2. *Recent.*

Sed ſi ultra appellationem adeſſet etiam Supe-
42 rioris inhibitio, tunc, quamvis ageretur de Sen-
tentia interloquutoria, adhuc committerentur At-
tentata, *Rota dicta dec.* 420. *part.* 2. *Recent. & de-
ciſ.* 1792. *n.* 18. *coram Coccin.* & de Appellatione
43 admiſſa a ſententia nondum lata, quod ſi adſit in-
hibitio, ex ea cauſentur attentata, reſolvit *Rota in
Romana Salviani penes Marcheſ. de Commiſſ. part.*
44 2. *fol.* 593. *n* 4. Dummodo tamen agatur de inhi-
bitione Rotali, quæ ſive juſta, ſive injuſta timen-
da eſt, ſecus, ſi de inhibitione Judicis inferioris,
quo caſu illa debet fieri cum Cauſæ cognitione,
& parte citata; hæc enim eſt differentia inter in-
hibitionem, quæ fit poſt latam ſententiam difini-
tivam, & illam, quæ fit poſt Interloquutoriam,
ut late proſequitur *Rota cor. Coccin. dict. deciſ.*
1792. *n.* 19. *uſque ad finem*, ubi contrariis reſpon-
det argumentis.

Adeſſent pariter Attentata, ſi *Signatura* ſim-
45 pliciter admitteret Appellationem, quia hujuſmo-
di admiſſio fieri ſolita, prævia diſcuſſione merito-
rum, & gravaminis Appellationis, habet implici-
tam declarationem, quod uſque ab initio eſſet ap-
pellabile Decretum, etiam ad effectum ſuſpenſi-
vum, *Rota deciſ.* 453. *n.* 15. *& ſeqq. cor. Bichio*,
quæ Deciſio, licet loquatur de Decreto habente
vim difinitivæ, nihilominus procedit etiam in hoc
caſu ſimplicis interloquutoriæ, & in his terminis
loquuntur auctoritates ibidem allegatæ, ut infra
46 dicemus. Et de Appellatione extrajudiciali per
Signaturam admiſſa, & ſtante gravamine, quod
ex ea cauſentur attentata, dixit *Rota coram Moli-
nes dec.* 235. *n.* 3. & in terminis clauſulæ de *Ap-*
47 *pellatione*, ubi agitur de correctione morum, *Ro-
ta cor. clar. mem. Card. Caprara deciſ.* 520. *nu-
mer.* 6.

Quamvis autem de Jure Canonico admittatur
48 a Sententia Interloquutoria Appellatio, tamen ſe-
cus eſt de Jure Civili, quod hujuſmodi Appella-
tiones non permittit, niſi in certis caſibus, vide-
licet, ubi illa habet vim Sententiæ difinitivæ, aut
contineat gravamen non reparabile per difinitivam,
leg. Ante Sententia Cod. de Appell. leg. 2. *Cod. de
Epiſc. audient. Sanchez conſ. moral. lib.* 2. *dub.* 32.
n. 202. *Giurb. dec.* 56. *num.* 1. *& ſeqq. Ridolphin.
part.* 1. *cap.* 13. *numer.* 298. *Kochier. ad hanc
Regulam n.* 4. *Fagnan. in dicto Cap. Super eo n.* 26.
& ſeqq. de Appellat. & eſt propoſitio indubi-
tata.

Huic diſpoſitioni adhæſit Regula noſtra, quæ
49 pariter non admittit Appellationes a Sententia In-
terloquutoria, niſi in ſupradictis duobus caſibus,
ut ex auctoritatibus in principio allegatis. Ad-
hæſit etiam Concilium Tridentinum *Cap.* 1. *Seſſ.*
50 13. *de Reformat. & Cap.* 10. *Seſſ.* 24. quæ Con-
ciliaria Decreta a calumniis Hæretici *Gentileti*
egregie tuetur *Natal. ab Alexandr. Hiſtor. Ec-
cleſ. Secul. XV. & XVI. part.* 4. *diſſertat.* 12. *ad*
51 *Seſſ.* 13. *pag.* 164. Sed Regula latius patet, quam
hujuſmodi Conciliares Sanctiones, quandoquidem
primum Decretum loquitur de Cauſis Criminali-
bus, quæ tractantur coram Epiſcopo, aut ejus
Generali Vicario, non autem comprehendit Judi-
ces ordinarios inferiores, ſeu delegatos, *Sanchez
conſ. moral. lib.* 3. *dicto dub.* 32. *numer.* 206. *Paſ-
ſerin. dicto tit. de Appellat. in* 6. *numer.* 134. Se-
cundum vero Decretum, licet ſit univerſalius, & 52
loquatur de omnibus Cauſis civilibus, & Crimi-
nalibus, locumque habeat etiam in Ordinariis in-
ferioribus, attamen procedit ſolum in Judicibus
Ordinariis, & quando cognoſcunt in prima inſtan-
tia, ſecus in Cauſis, quæ ab Ordinariis in ſecun-
da, vel ulteriori inſtantia cognoſcuntur, vel in
Interloquutoriis latis a Judicibus delegatis, & fun- 53
datur in eo, ut debitus honor Ordinariis, a quibus
poſſim Cauſæ avocabantur, deferretur, *Sanchez
conſ. moral. lib.* 3. *dub.* 32. *n.* 211. quem ſequi-
tur *Paſſerin.* loco ſupra allegato. At Regula no- 54
ſtra generalis eſt, ac generali innititur rationi,
ut nempe finis litibus imponatur, eaque univer-
ſaliter prohibetur Appellatio ab Interloquutoria,
niſi in duobus caſibus ſupra expoſitis, *Paſſerin.
dict. quæſt. unic. art.* 7. *n.* 134. *in fine.* Idemque
generaliter poſtmodum ſancitum fuit in *Decretis* 55
Sac. Congregationis Epiſcoporum, & Regula-
rium anno 1600. juſſu, & approbatione *Clemen-
tis VIII. die* 16. *Octobris* editis in §. *Appellatio-
nes*, & §. *Inhibitiones*, quæ Decreta per exten-
ſum exſcripta leguntur in *Appendic. ad Concilium
Romanum* ſub *ſan. mem. Benedicto XIII.* celebra-
tum *pag.* 279. necnon penes *Quarant. in Summ.
Bullar. V. Archiepiſcopi auctoritas*, *Nicol. Inſti-
tut. Canon. lib.* 2. *tit.* 28. *de Appellat. n.* 76. *&
ſeqq. Ciarlin. lib.* 2. *contr.* 125. *a n.* 100. *uſque ad
finem*, aliosque relatos in *deciſ.* 139. *&* 430. *part.*
18. *Recent.*

De Jure igitur Canonico novo hac lege vivi-
tur in omnibus Curiis Eccleſiaſticis, ut non detur 56
a Sententia Interloquutoria Appellatio, niſi in
præfatis duobus caſibus. Jus enim antiquum, a
diſpoſitionibus Regulæ, Concilii Tridentini, & 57
præfatorum Decretorum generalium ſublatum eſt,
Fagnan. in dicto Cap. Super eo n. 2. *n.* 29. *&* 35.
*in fine de Appellat. Van Eſpen in Jus Eccleſ. uni-
verſ. tom.* 2. *par.* 3. *tit.* 10. *cap.* 1. *n.* 16. *Peregrin.
in Prax. Vicar. part.* 3. *ſect.* 1. *n.* 17. *Kochier. hic
numer.* 7. *&* 8. *Giurb. dec.* 56. *num.* 6. *Thomat.
dec.* 8. *n.* 20. *Ridolphin. in Praxi part.* 1. *cap.* 13.
numer. 301. *Gratian. Deciſ. March.* 97. *numer.* 1.
& ſeqq. Bertacchin. dec. 21. *per tot. Adden. ad
Sanfelic. dec.* 395. *in princ. & §. de Jure Canon.*
Quod intellige, ubi agitur judicialiter, & in Ap- 58
pellationibus, quæ interponuntur in Judicio, ſe-
cus vero, quando Ordinarius, procedendo extra-
judicialiter, gravat Partes, nam tali caſu Jura,
quæ permittunt Appellationem extra Judicium a
quocumque gravamine etiam reparabili per difini-
tivam, non ſunt a Concilio correcta, *Fagnan. in
dicto cap. Super eo num.* 37. *de Appellat. Paſſe-
rin. eodem tit. in* 6. *quæſt. unic. art.* 7. *pag. mihi*
240.

Hodie itaque non datur Appellatio a Decre- 59
to *de Exhibendo*, uti interloquutorio, *Gratian.
deciſ. March.* 97. *numer.* 1. *& ſeqq.* Quemadmo- 60
dum nec a Decreto conceſſionis Monitorialium,
cum illud pariter ſit interloquutorium, *Gratian.
dicta dec.* 97. *n.* 14. Et de anno 1691. in Tribu-
nali A. C. ſervatum fuit pro Fratribus *de Petro-
nella* Civitatis *Altamuræ*.

Eadem ratione permiſſum non eſt Metropoli-
tano cognoſcere de gravamine ante Sententiam di- 61
finitivam, nec poteſt ad effectum prædictum,
etiam ſine inhibitione mandare ſimpliciter, ut 62

ſibi tranſmittatur copia Proceſſus expenſis Appel-
la tis, quemadmodum ſancitur in ſupra laudatis
Decretis Generalibus Sac. Congregationis Epiſco-
porum, & Regularium §. *Sed nec dum Cauſæ*, &
tradunt *Fagnan. in dicta cap. Super eo n. 36. de
Appellat. Ciarlin. contr.* 125. *n.* 51. & reſolvit Sa-
cra Congregatio Concilii in *Gallipolitan. ſeu Hi-
druntin. anno* 1697. 26. *Januarii*. Nam quidam
Sacerdos de crimine Carnis inquiſitus, ac præ-
tendens ſe gravatum a quadam citatione ad infor-
mandum ſub pœna carcerationis, appellavit ad
Curiam Metropolitanam, quæ, nihil interloquen-
do, demandavit transmiſſionem Actorum ad fi-
nem interloquendi, prout de jure. Quamobrem,
diſputato dubio — *An Acta eſſent tranſmittenda?* —
fuit *negative* reſolutum, cum non teneatur Epi-
ſcopus ante Decretum diſinitivum Acta tranſmit-
tere, nec inhibitiones attendere in Cauſis primæ
Inſtantiæ, ut refert *Beriachin. dec.* 21. *per tot.*

Caſus igitur, in quibus de jure novo poteſt
63 a Sententia interloquutoria appellari, duo ſunt:
Primus, quando Interloquutoria habet vim Sen-
tentiæ diſinitivæ, quæ licet expectet aliam ſen-
tentiam poſt ſe, ut contingit in poſſeſſorio, ha-
bito reſpectu, quod exinde expectat aliam ſen-
tentiam in Petitorio, *Fagnan. in dict. cap. Super
eo il* 2. *n.* 33. *& ſeqq. de Appellat.* attamen per
eam terminatur negotium, ſeu finitur Officium Ju-
dicis, *Paſſerin. ad titul. de Appellat. in* 6. *quæſt.
unic. n.* 135. cum aliis interpretationibus, quas
congerit *Ventrigl. de Juriſdictione Archiepiſcopi
cap.* 109. *n.* 2.

Et licet ad effectum, ut Appellatio admitta-
64 tur a ſimplici Interloquutoria requirantur illa de-
cem requiſita, de quibus ſupra *numer.* 36. *&* 37.
Attamen concluſio eſt vera, quando appellatur a
mera Interloquutoria, ſecus autem, quando ha-
bet illa vim diſinitivæ, *Coccin. deciſ.* 407. *num.* 4.
Et ratio eſt, quia Sententia interloquutoria habens
vim diſinitivæ, regulatur ſecundum naturam diſi-
nitivæ, ejuſque indolem ſortitur; unde nec ex-
preſſio Cauſæ, nec Scriptura requiritur, *Sanchez
conſ. mor. lib.* 3. *dub.* 32. *numer.* 132. 193. *&* 214.
Ridolphin. in Prax. cap. 13. *numer.* 259. 309. 318.
& ſeqq. Peregrin. in Prax. Vicar. part. 3. *numer.*
23. *de Magiſtris in Silva reſponſ. lib.* 1. *tit.* 10.
cap. 2. *numer.* 27. Quidquid incidenter dicat *Ven-
trigl. in Prax. adnot.* 8. §. 1. *num.* 34. quod non
poſſit interponi viva voce, cum poſtea *numer.* 9.
admittat, quod hæc Appellatio reguletur ſecun-
dum naturam diſinitivæ.

Eandem Concluſionem admittit etiam *Rota co-
ram Bichio dec.* 453. *numer.* 11. ubi, quod eſt
appellabilis æque ac diſinitiva, ſed eam agnoſcit
65 differentiam inter utramque, quod ubi agitur de
Decreto diſinitivo, geſta intra decemdium datum
ad appellandum, ſint attentata, ſecus vero ea,
quæ fiunt poſt interloquutoriam habentem vim
diſinitivæ, quia hoc caſu paria non ſunt, eſſe ap-
pellatum, & eſſe infra tempus ad appellandum,
& conſideratur diverſitatis ratio, quia alioquin nuſ-
quam eſſet litium finis, ſi in qualibet ſententia in-
terloquutoria vim diſinitivæ habente, Judex ex-
pectare deberet per decem dies, *ex Pania dec.*
1557. *n.* 3. *& dec.* 591. *n.* 3. *part.* 1. *Recent.* cum
aliis penes eundem *Bichium dec.* 453. *n.* 12. *&
ſeqq.* ubi etiam conſideratur, quod Sententia inter-
loquutoria non ſuſpendit juriſdictionem Judicis a
quo.

Verum hæc procedere quidem poſſunt in ſim-
66 plici interloquutoria, cujus reſpectu militant ratio-
nes, & auctoritates mox allegatæ, & præcipue
Text. in Cap. Non ſolum 7. *de Appellat. in* 6.
aliique adducti per *Bichium*, non autem in ea,
quæ habet vim diſinitivæ, quæque ſecundum na-
turam ipſius diſinitivæ regulatur. Præſertim,
quando *Signatura* Cauſam Appellationis ſimplici- 67
ter commiſit, hujuſmodi enim admiſſio fieri ſoli-
ta prævia diſcuſſione meritorum, & gravaminis
Appellationis, habet implicitam declarationem,
quod Decretum uſque ab initio appellabile eſſet
etiam ad effectum ſuſpenſivum, & ſtante Ap-
pellatione intra decemdium interpoſita, retrotrahi-
tur ad ipſum diem Decreti, itaut omnia in eo de-
cemdio geſta ſint attentata, non ſecus ac ſi ſtatim
appellatum fuiſſet, ut declarando contrarias au-
ctoritates, firmatum fuit in dicta *dec.* 453. *numer.*
5. *& ſeqq. cor. Bichio.*

Plura exempla Sententiæ interloquutoriæ ha-
bentis vim diſinitivæ ponit poſt *Scacciam Ridol-* 68
phin. part. 1. *cap.* 13. *numer.* 309. *Ventrigl. de Ju-
riſdict. Archiep. cap.* 109. *per tot, & in prax.
adnot.* 8. §. 1. *numer.* 30. *& ſeqq.* ſed pro eo, quod
attinet ad materiam Beneficialem, Nos aliquot ca-
ſus ſeligemus. Primus eſt, quando declaratur,
aliquem non eſſe legitimum oppoſitorem, nam 69
hoc Decretum habet vim diſinitivi, & ſi ab eo
fuerit appellatum, omnia poſtea geſta erunt at-
tentata, *Rota deciſ.* 407. *numer.* 1. *& ſeqq. cor.
Coccin.*

Item inſtitutio in Beneficio facta judicialiter, 70
& in Contradictorio Judicio habet vim diſinitivæ
ſententiæ, ſecus vero ſi ſit extrajudicialis. Ete-
nim inſtitutio de ſui natura, non comparente Con-
tradictore, eſt mere interloquutoria, nec ſortitur
vim diſinitivæ, niſi inter Inſtitutum, & Inſtituen-
tem, quia nempe inſtitutionem revocare non va-
let, proindeque ab ea non datur appellatio, *Ro-
ta deciſ.* 1784. *numer.* 2. *coram Coccin. & deciſ.*
251. *numer.* 13. *ibique adden. coram Gregor. de-
ciſ.* 422. *numer.* 2. *& ſeqq. coram Bichio deciſ.* 284.
n. 2. *part.* 11. *Recent. deciſ.* 433. *n.* 2. *coram Eme-
rix Jun. & in Bononien. Juriſpatronat. & Attenta-
tor.* 4. *Julii* 1681. §. *Secundum, &* 19. *Januarii*
1682. *coram Rondinino.* Sed ubi emanavit judi-
cialiter, & in contradictorio Judicio, ac cum Cau-
ſæ cognitione, habet abſolute vim diſinitivæ, &
gravat competitorem, ut diſtinguit *Rota coram Bi-
chio deciſ.* 39. *n.* 2. *& ſeqq.* ubi ampliat, etiamſi in-
ſtitutio ſit conſequutiva ad manutentionem. Et eſt 71
concluſio recepta, quod hæc inſtitutio ita conceſſa
in contradictorio, & judicialiter, habeat vim di- 72
ſinitivæ, itaut, ſi illius vigore quis fuerit immiſ-
ſus in poſſeſſionem, incurreret in attentata, *Gonzal.
in Annot. contra nullit. & attem. n.* 203. *Lotter.
de Re Beneficiar. lib.* 2. *quæſt.* 13. *n.* 80. *Rota de-
ciſ.* 1784. *n.* 1. *coram Coccin. deciſ.* 2. *numer.* 1.
coram Dunoz. Jun. deciſ. 63. *n.* 3. *coram Ottobon.
deciſ.* 1. *n.* 4. *coram Arguelles, dec.* 398. *n.* 1. *co-
ram Rembold deciſ.* 47. *n.* 9. *& ſeqq. coram Priolo,
deciſ.* 249. *numer.* 5. *coram clar. mem. Card. Ca-
prara, deciſ.* 82. *num.* 4. *& ſeqq. coram bon. mem.
Lancetta, deciſ.* 287. *n.* 8. *part.* 10. *dec.* 212. *nu-
mer.* 2. *part.* 11. *& in Baren. Beneficii* 19. *Novem-
bris* 1635. §. *Nam etſi cum ſeqq. cor. Pirovan. &
in Calven. Beneficii* 19. *Januarii* 1684. *in princip.
coram clar. mem. Card. Caccia.*

Et data inſtitutione judicialiter facta, admitti- 73
tur Appellatio ad utrumque effectum, devoluti-
vum ſcilicet & ſuſpenſivum, etiamſi in contrarium
adeſſet conſuetudo, aut Decretum Synodale pro- 74
hibens Appellationem ſuſpenſivam in his caſibus,
prout prohibent Synodus *Barenſis*, & Syno-
dus *Bituntina* juxta antiquam conſuetudinem illa-

rum

rum partium. Habui hunc caſum in Signatura
Juſtitiæ de anno 1692. & ex pluribus contende-
bam hujuſmodi Conſtitutiones Synodales non ob-
75 ſtare. Primo quia intelligi debent de appellatio-
ne, quæ interponitur ad Metropolitanum, aut
alium Judicem, non vero de illa, quæ immediate
interponitur ad Papam, vel S. Sedem, de qua,
cum nulla fiat mentio in dictis Synodis, dici de-
bet, quod caſus hujuſmodi in iis omiſſus, relictus
fuerit ſub diſpoſitione Juris communis, ut, arti-
culo de ordine Papæ plene diſcuſſo, fuit reſolu-
tum in *Rota in Melevitana Statuti 27. Aprilis
1689. & 26. Junii 1690. coram Urſino*, ubi late
omnibus contrariis reſpondetur.

Secundo, quia dictæ Conſtitutiones Synoda-
76 les intelligi debent, quando extrajudicialiter pro-
ceditur ad inſtitutionem præſentati, ſecus quando
Ordinarius, non uti Collator, ſed uti Judex ju-
dicialiter, & cum legitimo Contradictore pronun-
ciat, quem eſſe inſtituendum, *Lotter. de Re Be-
neficiar. dicta quæſt. 13. n. 83. & ſeqq.* ubi ait, in
quamplurimis cauſis ita fuiſſe per *Rotam* ſimiles
Conſtitutiones interpretatas, *Gonzal. ad Regul. 8.
Gloſſ. 9. tit. de nullit. & attent. n. 226. Rota deciſ.
251. numer. 7. coram Gregor. deciſ. 422. n. 5. co-
ram Bichio, deciſ. 1. numer. 13. & 14. coram Ar-
guelles, & in Recent. deciſ. 691. numer. 2. part. 3.
& 4. & deciſ. 240. n. 4. & ſeqq. coram clar. me-
mor. Card. Caprara*, quæ tali pariter modo inter-
pretata eſt ſimilem Conſtitutionem Synodalem *Va-
lentin.*

Tertio, quia ſi Conſtitutiones Synodales tolle-
77 rent appellationem ſuſpenſivam, quæ de Jure a
ſententia judiciali admittitur, eſſent nulla, *Cap.
quod ſuper his 9. de Majorit. & obedient.* nec poſ-
ſunt præjudicare Juriſdictioni Papæ, ad quem in
ſuſpenſivo devolvi debet appellatio *ad Beati Petri
Apoſtoli Sedem de qualibet Mundi parte Canones
appellari voluerunt, ab illa autem nemo eſt appel-
lare permiſſus*, inquit *S. Gelaſius Pontifex relatus
per Virum Clariſſimum P. Lupum de Appellat.
pag. mihi 9. circa medium juxta impreſſionem Mo-
guntinam, & pag. 580.* ubi, *quod nulla Synodus
contra appellationem ad Sedem Apoſtolicam ali-
quid ſtatuere poteſt*, *Cap. Venientes*, & ibi late
*Gonzal. a num. 14. de Jure Jurando Spad. conſ.
14. lib. 1. Rota deciſ. 249. numer. 10. coram Ca-
prara, Rota in d. Melevitana coram Urſino*, ubi,
quod detrahitur honorificentiæ Papæ. Et quod
78 Conſtitutio Synodalis tollens appellationem ſuſ-
penſivam, ſit nulla *Rota deciſ. 339. in fine coram
Gregor. & deciſ. 249. in fine coram Caprara*, &
proinde *Gonzal.* ubi ſupra *n. 214.* requirit, quod
ſint hujuſmodi Conſtitutiones auctoritate Apoſto-
lica confirmatæ, quodque dicta Statuta ſint per
verba clara concepta.

Nec obſtare dicebam Doctores, qui in con-
trarium allegabantur; Siquidem *Sperell. deciſ. 81.*
79 loquitur de Synodo *Parmen.* prohibente Appella-
tionem in Cauſis ſummariis, & poſſeſſoriis, in
quibus non admittitur de Jure appellatio, ex rela-
tis per *Poſth. de Manut. Obſervat. 106. numer. 1.
& ſeqq.* Quemadmodum *Vivian. lib. 11. Cap. 4.
numer. 94.* non examinat materiam, an ſtante Ap-
pellatione interpoſita ad Papam, habeat locum
Conſtitutio Synodalis. Et *Rot. coram Pœnia de-
ciſ. 626.* loquitur in proviſione Parochialis, a qua
propter animarum periculum non admittitur Ap-
pellatio ſuſpenſiva, & ulterius non exprimit, an
eo caſu fuerit proceſſum judicialiter nec ne, cum,
quando proceditur judicialiter, dari appellationem
80 non obſtante Synodali Conſtitutione, re ma-
ture examinata, firmavit idem *Pœnia dec. 1807.
numer. 11.*

Quod ſi Conſtitutiones Synodales tollere ne-
queunt ex defectu poteſtatis in Statuente appella-
tiones ſuſpenſivas ad Pontificem, pari modo nec
eam impedire poterat prætenſa conſuetudo eruta
ex quamplurimis ſententiis ſuper inſtitutione latis,
& exequutioni demandatis. Tum quia non do- 81
cebatur, ſententias præfatas fuiſſe exequutas in
Contradictorio Judicio, reclamantibus, & ſuc-
cumbentibus iis, qui ad Papam appellaverant,
cum contingere potuerit, hujuſmodi ſententias
fuiſſe exequutioni demandatas, quia litigantes Jus,
quod habebant, deſeruerunt, *Rota deciſ. 142. n.
4. part. 4. Tom. 2. Recent. & dec. 398. n. 5. cor.
Remboldo.* Tum quia, etiamſi eſſet conſuetudo
probata, nulla, & improba dicenda erat, cum 82
per nullam Conſuetudinem impediri poſſit recurſus
ad S. Sedem, nedum ad effectum devolutivum,
ſed nec etiam ſuſpenſivum, ut *in d. Cap. Venientes
de Jure Juran. Gonzal. in Regul. 8. Gloſſ. 9. nu-
mer. 211. Garc. de Benefic. part. 9. cap. 4. n. 27.
Rota deciſ. 392. n. 2. coram Millin. & deciſ. 615.
n. 7. coram Seraphin. & deciſ. 249. n. 8. coram clar.
mem. Card.* Et ideo ex hac ratione *Rota* denega- 83
vit Remiſſoriam ad probandam hujuſmodi conſue-
tudinem, quia etiam probata non relevaret, ut in
*d. deciſ. 142. n. 7. part. 4. Tom. 2. deciſ. 323. n. 15.
eadem part. & deciſ. 398. coram Rembold. Barboſ.
in dicto cap. Venientes n. 4. Adden. ad Burat. de-
ciſ. 170. litt. B. & in Baren. Beneficii 19. Novem-
bris 1635. §. final. coram Pirovano.*

Subdebam tandem, quod Ordinarius in eadem
ſententia non ſolum inſtituerat Præſentatum, ſed
multa alia dixerat, quæ involvebant præjudicium
in negotio principali ſuper pertinentia Juris patro-
natus, unde ex hac ſola mixtura dari debebat Ap- 84
pellatio ad utrumque effectum, quando ex ſola
Inſtitutione fuiſſet deneganda *Rota deciſ. 251. n.
10. coram Gregor. & in Cracovien. Scolaſtriæ 4.
Julii 1685. §. Quatenus etiam coram Rondinino.*
Et ita Cauſa in Signatura propoſita per *R. P. D.* 85
de Effectibus reſolutum fuit in *Bituntina 24. Ja-
nuarii* 1692. ad favorem *Martii Brigola*, & an-
tea in eadem Signatura reſolutum fuerat de an-
no 1689. in altera *Bituntina* pro *Andrea Spica*
proponente R. P. D. *Rimbaldeſio.* Et ita pluries
conſului, & ſervatum vidi in Inſtitutionibus da-
tis in diverſis cauſis illarum partium, & ſignan-
ter in alia Cauſa *Bituntina die 30. Auguſti* 1713.
propoſita per *bon. mem. R. P. D. de Sylva.*

Habet etiam vim difinitivi Decretum, quo, 86
pendente lite inter plures a diverſis Patronis præ-
ſentatos ad Parochialem de Jure patronatus lai-
corum, unius potius favore, quam alterius decer-
nitur Inſtitutio; unde ſi ab eo interponatur Ap-
pellatio, hæc ad utrumque effectum admitti de-
bet, *Rot. coram Burat. dec. 625. n. 5. & ſeqq. &
deciſ. 900. n. 1. & ſeqq.* ibique *Adden. coram Ar-
guelles deciſ. 47. n. 6. coram Bichio, deciſ. 237.
numer. 12. coram Duran. deciſ. 161. n. 3. coram
Coccin. deciſ. 1784. n. 9. & in Recent. dec. 48. n.
13. part. 10. dec. 360. n. 6. part. 15.*

Quemadmodum Epiſcopi Decretum, quo ap-
probatur relatio Examinatorum approbantium, vel 87
reprobantium aliquem ad Curam animarum, quoad
Beneficia ſimplicia eam adnexam habentia, & ex
fundatione, ſeu Indulto Apoſtolico debita certo
generi Perſonarum, ut ſunt Beneficia Patrimonia-
lia in Diœceſi Calaguritana; Hujuſmodi inquam
Decretum ſortitur naturam Decreti Difinitivi, &
ab eo ad utrumque effectum appellatur, ſicut ap-

pellatur tali caſu a relatione Examinatorum ad
effectum faciendi novum Concurſum, *Rota deciſ.*
515. 527. & 538. *coram Gregor.* & *deciſ.* 453. *cor.*
Bichio, ubi explicatur *deciſio* 591. *part.* 1. *Recent.*
88 quod ſcilicet procedat in caſu, quo appellans prius
relationem Examinatorum approbaſſet, quo caſu
utique appellatio rejicienda eſt.
Dixi *quoad Beneficia ſimplicia*, nam ubi agi-
89 tur de Eccleſiis Parochialibus per Concurſum pro-
videndis, Concilium Tridentinum *Seſſ.* 24. *Cap.*
18. per hæc verba ſancivit. *Nec prædictorum*
Examinatorum relationem, quominus exequutionem
habeat ulla devolutio, aut Appellatio ad Sedem
Apoſtolicam, ſive ejuſdem Sedis Legatos &c. Nun-
cios &c. Metropolitanos &c. impediat, aut ſuſpen-
dat. Per quam Conciliarem ſanctionem, licet
nonnulli, quos refert *Rota deciſ.* 64. *n.* 9. *coram*
Anſaldo, exiſtiment, prohibitam fuiſſe quamli-
bet Appellationem tam in ſuſpenſivo, quam in
devolutivo, communis tamen invaluit opinio,
quod ſanctio Conciliaris locum ſibi vindicet dum-
taxat quoad effectum ſuſpenſivum, ne interim ſub
prætextu Appellationis interpoſitæ per rejectos,
Eccleſia remaneat orbata proprio Paſtore, non au-
tem quoad effectum devolutivum, *Fagnan. in Cap.*
Eam te n. 35. & *ſeq. de ætate*, & *qualitate*, *Car-*
dinal. de Luca de Benefic. diſc. 37. *n.* 53. *Barboſ.*
de Parochis part. 2. *cap.* 2. *numer.* 145. *Lotter. de*
Re Benefic. lib. 2. *quæſt.* 31. *n.* 126. *Pax Jordan.*
var. Lucubrat. lib. 10. *tit.* 8. *n.* 189. & 246. *Pigna-*
tell. Conſult. Canon. 149. *n.* 5. & *ſeqq. tom.* 4. &
Conſult. 77. *n.* 65. *tom.* 9. *Rota dec.* 120. *n.* 2. *coram*
Zarat. & *deciſ.* 64. *n.* 10. *coram bon. mem. An-*
ſaldo, & *dec.* 24. *n.* 1. Quid vero opus ſit ad ef-
fectum, ut appellans a mala relatione Examinato-
rum ad novum examen admitti valeat, dicemus
infra.
90 Quemadmodum & in devolutivo admittitur
Appellatio a mala electione Epiſcopi; Sed an hu-
juſmodi detur Appellatio, non docto de irrationa-
bili ejuſdem Epiſcopi judicio, duo caſus ſunt di-
ſtinguendi, quos diſtinxit *S. Pius V.* in ſua cele-
91 bri *Conſtitutione XXXIII.* Primus eſt, quando
quis ſolum intendit appellare a mala electione E-
piſcopi, & electum provocare ad novum examen,
& in hoc nulla requiritur probatio prætenſæ irra-
tionabilitatis judicii, ſed Appellatio ad ſolum effe-
ctum devolutivum admittitur, ut colligitur ex ver-
bis ejuſdem Conſtitutionis §. 7. ibi -- *Poſſint ii,*
qui rejecti fuerint a mala electione hujuſmodi ad
Metropolitanum, aut ſi exemptus fuerit, ad vici-
niorem Ordinarium &c. aut alias ad ipſam S. Se-
dem appellare, ac Præelectum ad novum examen
coram ipſo appellationis Judice, & ejus Examina-
toribus provocare. -- Quæ verba probationem præ-
tenſæ irrationabilitatis judicii non requirunt. Ac
ita reſpondit Sac. Congregatio Concilii in una
Piſtorien. 12. *Junii* 1603. *apud Fagnan. in Cap.*
Cum te n. 21. *de Ætate*, & *qualitate*, necnon in
Cauſa *Montis Regalis* 2. *Auguſti* 1607. *ad IV.*
per hæc verba -- *Poſtpoſitum poſſe provocare præ-*
electum ad novum examen coram Judice appella-
tionis, & antequam per alia documenta doceat de
irrationabili judicio Epiſcopi, atque ita Congre-
gatio intellexit Conſtitutionem ſan. mem. Pii V. ut
in lib. 11. *Decret.* Et *in Inſulana Parochialis* 23.
Julii, & 24. *Septembris* 1718.
Secundus caſus, eſt quando agitur de Cauſæ
92 terminatione, & prætenditur infirmari electio facta
per Epiſcopum, & in hoc caſu debet conſtare de
irrationabilitate Judicii juxta terminos ejuſdem *Pia-*
næ Conſtitutionis, ibi -- *Et conſtito de prioris eli-*
gentis irrationabili judicio, eoque revocato, Paro-
chialis magis idoneo conferatur -- Unde, ſi quis ap-
pellando ob electione Epiſcopi, & repertus fuerit
in novo examine idoneus, non proinde electio-
nem præfatam infringere poſſet, niſi prius de ir- 93
rationabilitate talis judicii doceret, cum, ut ait *Ro-*
ta dec. 24. *numer.* 9. *cor. bon. mem. Lancetta*,
injuſtitia reprobationis non reſultet ex ſola littera-
tura, cum reprobatus carere potuerit aliis qualita-
tibus, ad quas Examinatores in Concurſu reſpe-
xiſſe cenſentur, ut relatis pluribus Sac. Congre-
gationis Concilii Decretis, reſolvit *Rota coram*
Celſo deciſ. 5. *per tot.* & melius *deciſ.* 24. *fere*
per tot. ubi hos duos caſus diſtinguit, & *deciſ.*
58. *ac in Recent. dec.* 477. *part.* 18. *Adden. ad*
Pamphil. deciſ. 115. §. 1. *Corrad. in Prax. Benefic.*
lib. 3. *cap.* 4. *numer.* 16. *Gratian. deciſ. March.*
97. *in addit. numer.* 7. *Ventrigl. in Prax. Eccleſ.*
part. 2. *adnot.* 5. §. 2. *numer.* 53. & 54. *Garc. de*
Benefic. part. 9. *cap.* 2. *numer.* 252. *Monacell. in*
Formul. tom. 2. *tit.* 15. *numer.* 20. & 21. *Rota de-*
ciſ. 10. *num.* 4. & 5. *poſt Monacell. tom.* 4. & *in*
Lunen. Sarzanen. Parochialis 2. *Julii* 1706. §. *Ne-*
que obſtare, coram Omaña, & *in Comen. Paro-*
chialis 10. *Januarii* 1707. §. *Objectum ſane, cum*
pluribus ſeqq. coram Caſſarello, & *in Comen. Præ-*
poſitura 13. *Maii* 1707. §. *Clara coram Omaña*,
& *in Lunen. Sarzanen. Parochialis* 2. *Julii* 1706.
§. *Fundabatur* & *ſeqq.* & 14. *Januarii* 1707. §.
Non enim, coram eodem.
Limitatur tamen primus Caſus, quando di-
gnoſcitur, novum Examen futurum fruſtratorium, 94
utpote quia etiamſi Appellans doctior appareret,
adhuc eſſet poſtponendus, quia nempe eſſet de
aliquo crimine diffamatus, nam ſi Parochialem
Eccleſiam numquam conſequi poſſet, nec æquum,
nec rationabile eſt, quod debeat electum ad no-
vum examen provocare *Cardinal. de Luca de Pa-*
roch. diſc. 8. *n.* 5. & 6. *bon. mem. Anſaldo in ad-*
ditione ad deciſ. 32. *n.* 70. & *in addit. ad deciſ.*
64. *n.* 30. *Rota deciſ.* 311. *coram Priolo*, & *deciſ.*
10. *n.* 11. *poſt Monacell. tom.* 4. Et ſervatum fuit
per Sac. Congreg. Concilii in *Cluſina Parochialis*
15. *Junii* 1697. Vel niſi jam lapſum eſſet notabi- 95
le temporis ſpatium a primo examine, nam licet
aliquando etiam poſt quindecim menſes fuerit de-
mandatum procedi ad novum examen, *ut in Lu-*
nen. Sarzanen. Parochialis 2. *Julii* 1706. & 14.
Januarii 1707. *cor. Omaña*, & poſt viginti duos
menſes *in Papien. Præpoſitura* 28. *Novembris* 1698.
§. 4. *cor. Anſaldo.* Attamen id evenit ſtantibus
impedimentis, & nulla concurrente negligentia in 96
Appellante, ſecus tamen, ſi impedimentis ceſſan-
tibus, negligentia & oſcitantia in dicto Appellan-
te concurreret, nam tunc novum examen admit-
tendum non eſſet *Corrad. d. Cap.* 4. *ſub n.* 16. *Ber-*
tachin. Vot. dec. 197. *per tot.* Tanto enim tempo-
re intermedio, potuit Appellans Studiis operam
dare, & doctior fieri, ex relatis per *Rot. dec.* 24.
n. 8. *coram bon. mem. Lancetta.*
In caſu tamen, quo ad tramites mox laudatæ
Pianæ Conſtitutionis locus eſt novo examini, il- 97
lud expleri debet coram ipſo Judice Appellatio-
nis, ejuſque Examinatoribus, & ſi fuerit ad San-
ctam Sedem appellatum, fit in Urbe coram Exa-
minatoribus Eminentiſſimi Cardinalis Vicarii, itaut
acceſſum provocati ad Urbem, ut ſe examini ſub- 98
jiciat, excuſare non valeant, nec ætas ingraveſ-
cens, nec loci diſtantia, utpote, ſi ipſe ultra Mon-
tes degeret, nec indigentia Eccleſiæ, *Rota deciſ.* 5.
numer. 14. *coram Celſo*, & *in Placentina Paro-*
chialis 25. *Februarii* 1707. §. *Abſoluta coram*
Anſaldo,

Anſalda, *& in Comen. Præpoſitura* 13. *Maii* 1707.
§. Quodque, *coram Omaña*, *& in Fulginaten.*
Parochialis 13. *Januarii* 1710. *§. Quoniam*, *co-*
ram Eminentiſſ. D. Cardinali Aldrovando impreſſ.
poſt Monacell. deciſ. 10. *tom.* 4. Et reſolutum fuit
a Sacra Congregatione Concilii, in una *Iſclana*
Parochialis; Propoſito enim in hac Cauſa *die* 23.
Julii 1718. dubio, an eſſet locus provocationi
ad novum examen faciendum in Curia, reſcrip-
tum prodiit *affirmative*, & *ad mentem.* Mens
fuit, ut exquireretur, an novum Examen in ter-
minis appellationis fuiſſet unquam in partibus de-
legatum; Agebatur enim de provocato paupere,
& Sene; Cumque pervolutis Regeſtis, unica tan-
99 tum Cauſa fuerit reperta in *Melphien. Concurſus*
21. *Junii* 1642. *lib.* 42. *Decret. pag.* 381; de qua
habetur etiam mentio in *deciſ.* 64. *n.* 23. *coram*
Anſaldo, in qua commiſſum fuit examen Epiſco-
po viciniori, ſed propter timorem peſtis, tunc in
Civitate *Melphien.* graſſantis, deprehenſum fuit
Reſolutionem non eſſe applicabilem, unde repro-
100 poſita Cauſa *die* 24. *Septembris* 1718. reſcriptum
prodiit, quod Examen fieret in Urbe. Indul-
getur tamen novum Examen in partibus, quan-
101 do agitur de Parochialibus Juriſpatronatus laico-
rum, aut de Beneficiis ſimplicibus, quæ examen
ad Curam animarum expoſcunt, & non Concur-
ſum, ut videre eſt *deciſ.* 348. *part.* 10. *Recent.*
deciſ. 307. *numer.* 6. *&* 7. *coram Celſo*, *& deciſ.*
24. *coram bon. mem. Lancetta*, *& in Calagurita-*
na dimidii Beneficii de Lamiago 13. *Februarii* 1705.
§. His ita cum ſeqq. coram Caffarello, & admit-
titur *in Fulginaten. Parochialis* 13. *Januarii* 1701.
§. final. coram Eminentiſſ. Aldrovando poſt Mo-
nacell. deciſ. 10. *tom.* 4.

Provocatus autem ad novum examen coram
102 Judice appellationis, etiamſi denuo minus habens
reperiatur, & inſtet admitti ad tertium, indulge-
tur inſtantiæ, cum deficientia in præcedentibus
examinibus adſcribi poſſit accidentali animi ægri-
tudini, ut ita per tria uniformia experimenta adin-
ſtar rei judicatæ de literatura, vel illiteratura con-
ſtare poſſit; quod etiam de jure ſancitum eſt in
103 quocumque judicio ordinario, & devolutivo, nam
ad excludendum juridicum, & judicialem Poſſeſ-
ſorem, tria uniformia Judicata requiruntur, ad
Text. in Clement. Ut calumniis, *de Sententia*, *&*
Re judicat. leg. unic. Cod. Ne liceat, *in una*, *ea-*
demque Cauſ. provocat; & in noſtris terminis ad-
104 mittendi pro tertia vice ad examen in duobus præ-
cedentibus reprobatum, *Rota in Papien. Præpo-*
ſituræ 28. *Novembris* 1698. *coram bon. mem. An-*
ſaldo, & in *Placentina Parochialis* 16. *Martii*
1708. *§. Verum coram eodem impreſſ. poſt Mona-*
cell. tom. 4. *deciſ.* 1. *& in Fulginaten. Parochialis*
13. *Januarii* 1710. *§. Tum etiam quia*, *coram*
Eminentiſſ. Aldrovando. Quarto vero Examini, licet
105 de jure locus non ſit, adhuc ex quadam æquitate,
& ad majorem exuberantiam, illud aliquando ad-
miſit Rota, *ut in dicta Placentina Parochialis co-*
ram Anſalda, licet in ea Cauſa quartum experi-
mentum, nec ab ipſo Victore recuſatum fuerat,
ut innuitur in *§. Ceterum Tribunali.*

Ceterum, cum ex praxi admittendi Appellatio-
106 nes, vel a mala relatione Examinatorum, vel ir-
rationabili judicio Epiſcopi, & provocandi Appro-
batos, & Præelectos ad novum examen, etiamſi
Appellantes de ullo gravamine non docerent,
quamplurima inconvenientia exoriri, experientia
compertum eſſet, dum ſæpe ſæpius appellationes
hujuſmodi frivole interponantur, vel ad vexan-
dum approbatos, & præelectos, vel quia notum
eſt appellantibus, quod ii ſi ob paupertatem, vel Senium, vel alias ob Cauſas ad Urbem pro ſubeundo novo examine accedere non poſſent, vel demum quia, etiam ſi accederent, Eccleſia proprii Paſtoris abſentiam per longum tempus pati deberet; Hinc cum in Sacra Congregatione Concilii *die* 11. *Maii* 1720. geminæ propoſitæ fuiſſent Cauſæ, nempe in *Nucerina Parochialis*, & *Caſſanen. Concurſus*, in quibus Reprobati ad Sedem Apoſtolicam appellantes ab irrationabili cujuſque Epiſcopi judicio, Præelectos ad novum examen in Urbe faciendum provocabant. Sacra Congregatio reſcripſit -- *Dilata*, *& ad mentem* -- Mens fuit, ut exquireretur, an adeſſet modus coercendi frivolas appellationes, quæ a non approbatis in Concurſu interponebantur, vel a mala relatione Examinatorum, vel ab irrationabili judicio Epiſcopi, necnon incongruas provocationes ad novum examen, quibus juxta obviam praxim locus erat, etiamſi appellans non doceret de ullo gravamine, ut narratur in folio Congregationis diſtributo 1. *Octobris* 1720. in Cauſa *Dubia Concurſuum.*

In hujus Reſcripti ſequelam vere doctum, & elaboratum edidit diſcurſum *Emus Dnus meus Cardinalis* Lambertini, tunc ejuſdem Sac. Congregationis a Secretis, in quo ſolide prius demonſtravit, quod ex dicta praxi quamplurima ſcatebant inconvenientia, & præjudicia, quorum nonnulla reſpiciunt juris diſpoſitionem, & ordinem, cum durum ſit, quod ſi juris præſumtio ſtat pro Epiſcopi judicio, quouſque contrarium doceatur, provocatio deinde ad novum examen admitti deberet, etiam abſque ullo fumo irrationabilitatis Judicii præfati; Maxime quia ex novo examine, ſolum deſumi poteſt major, vel minor Literatura, quæ non ſufficit pro Parochiali, cum ad illam regendam, non qui doctior, ſed qui aliis pollet qualitatibus neceſſariis pro regimine Animarum, ceteris aptior ſit. Nonnulla decorem Epiſcopi, cujus irrationabile judicium conſtare deberet ex Actis Concurſus coram eo habiti, non ex novo examine, in quo excluſus, victor extitit, quia ſicut poſſibile eſt, ut aliquis male reſponderit in Concurſu prius habito, & bene reſpondeat in Concurſu, qui fit coram Judice appellationis, ſic poſſibile eſt, quod rationabile fuerit Epiſcopi judicium, non obſtante approbatione a provocante in ſecundo examine reportata. Potiſſimum quia, ſive ex induſtria, ſive ex accidenti, longum, ut plurimum, intercedit tempus inter examen Epiſcopi, & examen coram Judice Appellationis peragendum, quo intermedio tempore reprobatus diſcere poterat, & doctior fieri; Nonnulla ibidem damna reſpiciebant Eccleſias ipſas Parochiales, & Parochianos, dum Parochus provocatus ad novum examen cogeretur per multum temporis ſpatium, extra reſidentiam permanere, quouſque fuerit completum Judicium novi examinis, quod ex ſupradictis tres, & quatuor inſtantias admittebat; Deinde bene perpendit, quod intantum inoleverat praxis provocandi ad novum examen abſque ulla probatione gravaminis, in quantum, cum Concurrentes non reſponderent in ſcriptis, non poterat ex Actis primi Concurſus gravamen deſumi, & ſic nullus alius ſupererat modus inquirendi, an ille, qui fuerat in primo examine reprobatus, rite, & recte fuiſſet reprobatus, quam novum examen decernendo, in quo rerum themate probatio gravaminis ante examen non videbatur quod exigi poſſet juxta cenſuram *Text. in Cap. Si forte*, *de Electione*,

Digitized by Google

Ctione in 6. Et poſtremo concludebat, quod omnia ſupradicta præjudicia, & convenientia ceſſaſent, ſi præciperetur. Primo, quod inpoſterum Concurſus taliter conficiantur, ut eædem interrogationes fiant omnibus Concurrentibus, quodque reſponſiones ſcriptæ ſint proprio unius cujuſque Concurrentis charactere. Secundo, quod ſtatuatur tempus, intra quod ille, qui fuit in Concurſu rejectus, debeat appellare. Tertio, quod provocans ad novum examen, gravamen oſtenderet ex Actis primi Concurſus, in quibus tam ſuæ, quam aliæ reſponſiones uniuſcujuſque charactere conſcriptæ, inſpiciantur. Et demum, quod Appellans non ex gravamine in Literatura, ſed ex aliarum ſuarum qualitatum præponderantia oſtendere deberet gravamen, aut ex Actis Concurſus, aut aliunde, & per documenta etiam extrajudicialia, antequam appellatio admittatur.

Propoſita igitur fuerunt in Congregatione habita die prima Octobris 1720. ſequentia dubia.

107 I. *An in Concurſibus, qui inpoſterum fient occaſione vacationis Eccleſiarum Parochialium, præcipiendum ſit, ut eadem omnina quæſita omnibus Concurrentibus proponantur, & quod unuſquiſque ex Concurrentibus intra congruum tempus aſſignandum debeat in ſcriptis ſatisfacere quæſitis propoſitis; & an ulterius præcipiendum ſit, ut unuſquiſque ex Concurrentibus ſermonem ſcribat ſuper Textu Evangelii omnibus Concurrentibus aſſignando.*

108 II. *An, & quantum tempus præfigendum ſit illis, qui intendunt Appellationem interponere, vel a mala relatione Examinatorum, vel ab irrationabili judicio Epiſcopi.*

109 III. *An, ante conceſſionem novi examinis Appellans a mala relatione Examinatorum, vel ab irrationabili judicio Epiſcopi, in eo, quod attinet ad Literaturam, debeat inpoſterum docere de gravamine ex Actis primi Concurſus, in quo tam ſuæ, quam Concurrentium reſponſiones proprio charactere, una cum Concionibus conſcriptæ invenientur.*

110 IV. *An, ante Appellationis admiſſionem, Appellans ab irrationabili judicio Epiſcopi non ex capite Literaturæ, ſed aliarum qualitatum, teneatur docere de gravamine, aut ex Actis primi Concurſus, aut ex aliis documentis, ſaltem extrajudicialibus ab ipſo exhibendis.*

Cumque in dicta Congregatione *diei primæ Octobris* 1720. nulla capta fuerit Reſolutio, repropoſitis iiſdem Dubiis in Congregatione habita *die* 16. *Novembris* ejuſdam anni, reſponſum fuit.

111 Ad I. *Affirmative per modum Inſtructionis.*

112 Ad II. *Eſſe præfigendum tempus decem dierum ad appellandum.*

113 Ad III. *Affirmative, & doceatur de gravamine, vel ex Actis originalibus Concurſus, vel ex copia authentica collationata ad formam Juris.*

114 Ad IV. *Affirmative.*

115 Hæc provide a Sac. Congregatione ſancita; ut locorum Ordinarii, eo quo par eſſet obſequio, & diligentia exequantur, datæ ſunt iis die 10. Januarii 1721. encyclicæ Litteræ, ſan. mem. Clementis XI. ſenſu, & oraculo comprobatæ, in quibus recta præſcribitur methodus, qua Concurrentium ad Eccleſias Parochiales, aliaque Beneficia Curam Animarum adnexam habentia, examina, peragi debeant; huc tamen addito, quod, ſi quis Ordinariorum aliter, ac in Literis præfatis deſcriptum eſt, examina inſtituere perrexerit, perget, & ipſa Sacra Congregatio more priſtino Appellantibus, qui ſe gravatos dixerint, provocationem ad novum examen, nulla gravaminis prævia probatione, indulgere. Tenor vero earumdem Literarum eſt, qui ſequitur.

Reverendiſſime Domine, uti Frater.

„ Quo Parochiales Eccleſiæ dignioribus Per-
„ ſonis gubernandæ traderentur, ſtatuit, ut no-
„ tum eſt, Sacroſancta Tridentina Synodus Seſſ.
„ 24. cap. 18. ut, vacante Eccleſia Parochia-
„ li, indiceretur, & fieret Concurſus; ac, poſt-
„ quam Concurrentes ab Epiſcopo, vel ejus Vi-
„ cario Generali, atque ab Examinatoribus Sy-
„ nodalibus ſaltem tribus, examinati, & appro-
„ bati eſſent, Epiſcopus eum eligeret, quem æ-
„ tate, moribus, doctrina, prudentia, aliiſque
„ rebus ad vacantem Eccleſiam gubernandam
„ neceſſariis, & opportunis, digniorem ceteris,
„ magiſque idoneum judicaret. Adjecitque ad
„ hanc Concilii Sanctionem validius confirman-
„ dam, re, & nomine Sanctiſſimus Pontifex
„ Pius V. quod, ſi unquam Epiſcopus minus
„ habilem, poſtpoſitis magis idoneis, elegiſſet,
„ poſſent ii, qui rejecti eſſent, a mala ejuſmodi
„ electione ad Metropolitanum, vel, ſi ipſe eli-
„ gens Metropolitanus, aut exemptus foret, ad
„ viciniorem Ordinarium, ut Sedis Apoſtolicæ
„ Delegatum, vel alias ad ipſam Sedem Apo-
„ ſtolicam appellare, ac Prælectum ad novum
„ examen coram ipſo Appellationis Judice, &
„ ejus Examinatoribus provocare; ea tamen cau-
„ tione, ut appellatio non in ſuſpenſivo, ſed in
„ devolutivo eſſe deberet: quemadmodum in ejus
„ Conſtitutione, quæ trigeſima tertia eſt, latius
„ cavetur; concludendo, quod, conſtito de prio-
„ ris Eligentis irrationabili judicio, eoque revo-
„ cato, Parochialis Eccleſia magis idoneo con-
„ feratur.

„ Cum autem, neque Concilii Decreto, ne-
„ que Pontificis Bulla examinis in Concurſu per-
„ agendi forma, ſeu methodus ulla certa, ac pe-
„ culiaris ſervanda proponatur; difficile dictu eſt,
„ quanta Examinum, aliorum alibi, diverſitas ex-
„ titerit, atque hinc occaſio querelarum. Nam
„ alicubi, cum non eædem omnibus quæſtiones,
„ non iidem caſus propoſiti fuiſſent: erant iden-
„ tidem, qui, vel in judicio, vel extra conque-
„ rerentur, ſibi quidem poſtpoſitis difficiliores,
„ Prælecto autem faciliores ad ſolvendum quæ-
„ ſtiones obtigiſſe. Alibi vero eædem quidem
„ omnibus quæſtiones propoſitæ fuerunt, ſed ne-
„ que hæ, neque datæ a Concurrentibus reſpon-
„ ſiones ſcripto, ſeu literis conſignabantur. Cum-
„ que poſtmodum, nec raro contingeret, ut e poſt-
„ poſitis quiſpiam jure Bullæ ſupradictæ, novum
„ ad examen coram Judice Appellationis, ejuſ-
„ que Examinatoribus Electum provocaret: Sacra
„ Congregatio uſque ab anno 1603. conſiderans,
„ gravamen non alia ratione, quam novo examine
„ probari poſſe; provocationem ad novum exa-
„ men cenſuit admittendam, gravamine nec dum
„ probato, & requiſitis tantummodo probationi-
„ bus in ſubſequenti judicio, in quo, probato per
„ novum examen Appellantis gravamine quoad
„ doctrinam, probanda ſupereſt ejuſdem præ jam
„ electo in reliquis ad regendam Eccleſiam re-
„ quiſitis præſtantia, ut de majori alterutrius
„ ad Parochialis Eccleſiæ gubernium idoneita-
„ te Sententia ferri poſſit; cum non continuo,
„ ſi quis eſt doctior, is etiam aptior, ſeu magis
„ idoneus ad id regimen habeatur, vel etiam
„ habendus ſit. Quam Sacræ Congregationis
„ Sen-

„ Sententiam Scriptores, & Tribunalia laudarunt. Aliis demum in Diœceſibus laudabilis invaluit conſuetudo, ut eædem omnibus Quæſtiones, iidemque caſus proponantur; ac (ne qua detur anſa Cancellario quidquam ſuo Marte addendi, minuendi, mutandi) ut ipſimet Concurrentes, quæ interrogati fuerint, quæque reſponderint, ſua manu perſcribant. Atque Ordinarii, qui morem hunc longe optimum in examinando tenuere, Sacræ deinde Congregationi, etiam, atque etiam conſiderandum, reliquerunt, his, qui ſic examinati eſſent, atque poſtpoſiti, inpoſterum, ut ſolent, Appellantibus, indulgenda, necne, ſtatim Electi novum ad examen provocatio, nulla gravaminis præ-requiſita probatione, videretur; cum iſti ex actis primi examinis gravamen Doctrinæ facile alioquin probare poſſent; quod alii aliter nimirum examinati probare, niſi ſecundo, ſeu novo examine non poterant. Nec defuere alii probitatis, ac peritiæ in adminiſtrandis diu Eccleſiis laude præſtantes, qui monerent, frenum aliquod hujuſmodi Appellantium licentiæ tandem injiciendum, eorumque jam nimis crebras novum ad examen provocationes eſſe reprimendas; quippe quæ vix unquam ſine magno Eccleſiarum damno contingunt. Nam, cum novum examen coram Judice Appellationis longe procul a Parochia peragendum ſit; Electus ab Epiſcopo, qui provocatur, Parochiam, quam poſſidet, cogitur interea temporis deſerere, eamque Œconomo, vel Vicario cuipiam, veluti Sponſam ignotis Cuſtodibus, relinquere, Sponſo non parumper, ſed diu ſane abfuturo; dum nempe implicita, ut ſit, lite, terna etiam, vel quaterna, alia ex aliis, examina ſuper præſtantia primum doctrinæ, tum deinde aliorum, quæ ad integrandam idoneitatem opportuna ſunt, contentioſe multiplicentur, & commode, ne dicam otioſe, tranſigantur, antequam deliberari poſſit, utri Concurrentium Parochia ſit adjudicanda.

„ Ad tollendam ejuſmodi non minus querelarum, quam incommodorum occaſionem, Sacra Congregatio Concilii Tridentini Interpres, poſtquam rem omnem a capite repetitam in gemina ſeſſione 1. Octobris, & 16. Novembris 1720. ſummo ſtudio recognovit, tandem, Sanctiſſimo etiam annuente, ſtatuit (quod per præſentes Literas Encyclicas exequitur) omnes, & ſingulos Epiſcopos, alioſque Prælatos, penes quos ſit jus, & auctoritas faciendi Concurſum, hortari, ut examen ejuſmodi inſtituere non graventur, quale jam, & multæ Diœceſes, & Urbs ipſa obſervat, atque Apoſtolica etiam Dataria poſtulat, ſive, cum, Sede vacante, vacat Eccleſia aliqua Parochialis, cujus collatio ad Sedem Apoſtolicam pertineat; ſive, cum vacat Parochialis aliqua, ut dicitur, juxta Decretum, ſive demum, cum, vacante in Collegiatis, aut Cathedralibus Eccleſiis Dignitate aliqua majori, annexam habente Curam animarum, faciendus eſt Concurſus, atque ad Apoſtolicam Datariam tranſmittendus, ut notum eſt, atque in Literis, quæ de ordine Sanctiſſimi, tunc e Dataria prodeunt, clare præſcribitur.

„ Vacante itaque Eccleſia Parochiali, quæ conferenda ſit per Concurſum, atque hoc ſolitis formulis indicto, hæc, quæ ſequuntur, ex Sacræ Congregationis Sententia, conſilio, ſuaſione, ſervanda proponuntur.

„ Primum nempe, ut aſſignentur eædem omnibus Concurrentibus Quæſtiones, iidem Caſus, idemque Textus Evangelii, ſuper quo ſermonis aliquid perſcribant, ad probandam dicendi pro Concione facultatem.

„ Alterum, ut caſus, & quæſtiones reſolvendæ, dictentur omnibus eodem tempore, atque omnibus pariter eodem tempore Textus Evangelii tradatur.

„ Tertium, ut certum, idemque omnibus ſpatium temporis conſtituatur, intra quod Caſus reſolvant, Quæſtionibus reſpondeant, Conciunculam componant.

„ Quartum, ut eodem Concurrentes omnes in Conclavi claudantur, onde, quandiu ſcribent (dabitur enim omnibus ſcribendi copia) nemo eorum egredi, neque alius quiſpiam eo ingredi poſſit, niſi, poſtquam ſcripta confecerint, & exhibuerint.

„ Quintum, ut omnes ſua quiſque manu tum reſponſa, tum ſermonem ſcribant, ſubſcribantque.

„ Sextum, ut reſponſa quidem latine, ſermo autem ea, qua ad Populum haberi ſolet, lingua ſcribatur.

„ Poſtremum, ut unumquodque reſponſum, & unuſquiſque ſermo, cum ab unoquoque Concurrentium exhibebitur, non ſolum ab eo, qui ſcripſit, atque a Cancellario Concurſus, verum etiam ab Examinatoribus, & ab Ordinario, vel ejus Vicario, qui Concurſui interfuerint, ſubſcribatur.

„ Peracto ſecundum hanc formulam Concurſu, collataque ei, qui magis idoneus, ac dignior judicatus fuerit, Eccleſia Parochiali, non admittatur Appellatio, aut a mala relatione Examinatorum, aut ab irrationabili judicio Epiſcopi, niſi intra decem dies a die Collationis interponatur.

„ Si quis autem hoc intra ſpatium appellaverit, Actaque Concurſus petat ad Judicem Appellationis transferenda; mittantur vel Acta ipſa originalia Concurſus clauſa, & obſignata, vel certe unum aliquod authenticum eorum exemplum, a Cancellario Concurſus, atque altero Notario collatum, & auſcultatum coram Vicario, vel alio in Eccleſiaſtica Dignitate conſtituto, quem eligat Ordinarius, ad quem etiam Notarii Cancellario adjungendi electio pertinebit, nec non ab Examinatoribus Synodalibus, qui Concurſui interfuerunt, ſubſcriptum.

„ Ex quibus actis, vel authentico eorum exemplo, niſi gravamen quoad doctrinam probet is, qui ſic, ut præmittitur, examinatus, aut a mala relatione Examinatorum, aut ab irrationabili judicio Epiſcopi appellaverit, novum ad examen provocandi facultatem a Sacra Congregatione fruſtra poſtulabit.

„ Quemadmodum, & in judicio Appellationis perſequi jus ſuum fruſtra tentabit is, qui forte ſe gravatum doleat quoad reliqua, niſi, interpoſita mature, ut dictum eſt, Appellatione ab irrationabili judicio Epiſcopi, gravamen quoad illa oſtenderit, vel ex actis primi Concurſus, vel ſaltem ex atteſtationibus, & documentis extrajudicialibus etiam, ſed non levibus.

„ Atque ita quidem ſenſit Sacra Congregatio, & Sanctiſſimus aſſenſit. At ſi quis tamen Ordinariorum aliter, ac ſupra deſcriptum eſt, Concurrentium examina inſtituere perrexerit, perget, & Sacra ipſa Congregatio more priſtino Appellantibus, qui ſe gravatos dixerint, provocationem ad novum examen, nulla gra-

„ vaminis

Digitized by Google

„ vomiois prævia probatione, indulgere. Inte-
„ rim tomen, ne barum ſiteratum memoria dila-
„ batur, vult eadem Sacra Congregotio, eas in
„ uniuſcujuſque Ordinarii Cancellario perpetuo
„ conſervari. Cujus interea conſilium, tum vo-
„ luntotem, dum ego omnibus ſignifico, Ampli-
„ tudini Tuæ fauſta omnio e Cœlo precor. Ro-
„ mæ 10. Jonuarii 1721.

Amplitudinis Tuæ

Uti Frater

P.M. Card.Corradious Præfectus.

P.Lambertinus Secretorius. (a)

Alter caſus, in quo de jure novo Canonico
116 oppellatur a Sententia interloquutotia, eſt, quan-
do continet gravomen irreparabile per diſinitivam,
ut ex hac Regula, Conciliö Tridentini diſpoſitio-
ne, & Decretis generalibus Sacræ Congregatio-
nis Epiſcoporum §. *Inhibitiones*, clare evincitur,
& tradunt *Thomat. decif.* 8. *n.* 15. *Gratian. diſcept.*
66. fere per totum, gloſſ. 9. in adnot. contr. nullit.
n. 176. Ridolphin. part. 1. *cap.* 13. *n.* 311. *Ven-*
trigl. de Juriſdiction. Archiepiſcop. cap. 110. *n.* 1.
117 & alibi paſſim; idque procedit etiam, ſi gro-
vamen magna cum difficultote, oui non in totum
reparari poſſet per diſinitivom, *Giurba dec.* 56.
numer. 9. *& ſeqq. Sanchez Conſil. moral. lib.* 3.
dub. 32. *numer.* 212. *Paſſerin. ad Tit. de Appel-*
lat. in 6. *quæſt. unic. artic.* 7. *numer.* 136. *Tho-*
mat. Deciſ. 8. *numer.* 16. *Gonzal. in Adnotat.*
contr. nullit. numer. 117. *Ridolphin. part.* 1. *cap.*
13. *n.* 308. *Ventrigl. de Jur. Archiep. cap.* 110.
numer. 3. *& ſeqq. & in Prax. adnot.* 8. §. 1. *nu-*
mer. 19.

118 Plures caſus principales, in quibus admittitur
appellatio a Decreto interloquutorio, utpote quia
continere dicatur grovamen irreparabile per Sen-
tentiom diſinitivam, enumerant paſſim Doctores,
ſignanter *Barboſ. ad Concil. Seſſ.* 24. *cap.* 20. *a n.*
21. *Gonzal. ad Regul.* 8. *gloſſ.* 9. *in adnotat. contr.*
nullit. & attentat. a num. 175. *Ridolphin. part.* 1.
cap. 13. *n.* 303. *& ſeqq. & n.* 328. *Ventrig. de*
Juriſdict. Archiepiſcop. cap. 111. *& in Prax. an-*
119 *notat.* 8. §. 1. Sed illud præ ceteris dicitur gravo-
men irreparabile per Sententiam diſinitivam, quod
continet factum, quod infectum fieri non po-
teſt, & exemplificotur in tribus caſibus Carcera-
tionis, Torturæ, & Excommunicationis, *Ven-*
trigl. in Prax. adnot. 8. §. 1. *n.* 6. *&* 18. *de Juriſd.*
Archiep. cap. 110. *numer.* 6. *& ſeqq. & cap.* 111.
n. 15. *Peregrin. de Vicar. part.* 1. *Seſſ* 3. *ſubſect.* 1.
Fagnan. in dict. Cap. Super eo il 2. *n.* 36. *& ſeqq.*
120 *de Appellat.* & quamvis *Sanchez*, pluribus olle-
gatis, in *Conſil. moral. lib.* 3. *dicta diſput.* 32.
numer. 235. exiſtimet, Sententiam Cenſurarum
eſſe interloquutoriom, & proinde oppellationem
interponendam eſſe in ſcriptis, & cum expreſſione
121 Cauſæ; Attamen contrarium videtur verius, tum
ex ſupradictis auctoritatibus, tum ex ſæpelaudo-
tis Decretis generalibus Socræ Congregationis
Epiſcoporum, & Regularium editis ſub *Clemente*
VIII. §. *Cum a gravamine*, ibi -- *Cum a grava-*
mine, quod per diſinitivam reparari nequit, ut
indebita Carcerationis, vel Tortura, aut excom-
municationis etiam comminata, appellatur &c. --
& ſic clare ſupponunt, Sententiam excommuni-
cotionis habere vim diſinitivæ, & ob ea dari
oppellotionem, ſervato tamen formâ eorundem
Decretorum, ac uti ibidem ſubjuogitur, *nonniſi*
viſis actis, ex quibus evidenter appareat de gra- 122
vamine, appellatio admittatur, aut inhibitio, vel
proviſio aliqua concedatur -- *Ciarlin. controverſ.*
125. *n.* 67. *& ſeqq.* & juxto diverſitatem caſuum,
quos diſtinguemus io *Commentar. in Regulam*
LXVI. de Inſordeſcen. ubi ſermonem habebimus,
quando a Sententia excommunicotionis detur Ap-
pellatio.

Item contineri dicitur domnum irreparabile, 123
quondo Sententia interloquutoria trahit ſecum exe-
quutionem, quæ non poſſet reparari per diſiniti-
vam. Sic contendente Ordinario ſuper libertate 124
Beneficii, & Patrono ſuper quaſi poſſeſſione præ-
ſentandi, ſi præſentoto detur Inſtitutio, quamvis
hæc Sententia ſit interloquutoria, tamen non eſt
reparabilis per diſinitivam; quia tunc videtur poſ-
ſe reparari, quando, ſi ſuccumbat, tenetur reſti-
tuere omnes fructus, quos percipit poſt litem con-
ſtatom, ſed ſi inſtitueretur præſentatus oppellatio-
ne pendente ob inſtitutione judicialiter conceſſa,
& ſuccumberet, Ordinarius, qui prætendit Bene-
ficii libertatem, oon poſſet recuperare fructus,
hoc eſt proviſionem ejuſdem Beneficii, quia
præſentatus a Patrono exiſtente in quoſi poſſeſ-
ſione præſentondi, etiom quod nullom detegatur
Jus poſſeſſionis, non debet omoveri, ut ratiocina-
tur *Rot. cor. Coccin. deciſ.* 1784. *numer.* 5. *& duob.*
ſeqq.

Rurſus Decretum, quo quis declarat ſe Judi-
cem competentem, dicitur continete gravamen ir- 125
reparabile per diſinitivam, ut obſervant communi-
ter *Gratian. diſcept.* 76. *n.* 1. *& ſeqq. Ventrigl. de*
Juriſdict. Archiep. Cap. 109. *n.* 4. *de Magiſtr. in*
Sylv. Reſponſ. lib. 1. *titul.* 10. *cap.* 2. *n.* 7. *Thomat.*
deciſ. 8. *n.* 10. *Rota deciſ.* 593. *n.* 8. *& ibi Adden.*
coram Pamphil. & deciſ. 748. *n.* 6. *part.* 18. *Recent.*
Idque ſive expreſſe, ſive tacite fiat, utpote quia,
propoſito exceptione incompetentiæ, Judex ad 126
ulteriora procedi mandoverit; *Thomat. deciſ.* 8. *n.*
8. *&* 14. *Gratian. diſcept.* 76. *n.* 1. *&* 16. *Ven-*
trigl. in Prax. annot. 8. §. 1. *num.* 15. *Adden. ad*
Pamphil. dicta deciſ. 593. *numer.* 20.

Admittitur etiam oppellotio, ubi Judex, inter- 127
loquendo, pararet præjudicium in negotio princi-
pali, ejuſque ſubſtontiam tangeret, *Scaccia de Ap-*
pel. art. 17. *limit.* 47. *membr.* 1. *n.* 168. *Ridolphin.*
dicta part. 3. *Cap.* 13. *n.* 310. *Giurb. deciſ.* 56. *n.*
11. *Paſſerin. in Tit. de Appellat. in* 6. *art.* 7.
numer.

(a) SANCTISSIMUS DOMINUS NOSTER BENEDICTUS XIV. qui Paſtoris æterni vices gerit in Terris, perſpectum habens, quod in pleriſque Diœceſibus, etſi recepta ſit laudabilis, firmiterque cuſtodienda conſuetudo in ſcriptis redigendi examen Concurrentium; Nihilominus contra præſcripta a Concilio Tridentino *cap.* 18. *ſeſſ.* 24. *de Reformat.* & a quamplurimis Decretis Congregationis ejuſdem Concilii Interpretis Examinatorum Suffragia in ſola litterarum peritia verſantur, nec illorum exquiritur ſententia de Clericorum ætate, inſtitutione, gravitate, & honeſtate morum, prudentia, muniis antea exercitis, & an tales demum ſint, qui Oves ſuas verbo, & exemplo juvare poſſint; Hinc ſapientiſſimas ſcripſit Litteras *Encyclicas* ad Patriarchas, Primatas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, ſub Datum *apud S. Mariam Maiorem die XIV. Decembris* 1742. *Pontificatus anno III.* in quibus, poſtquam patefecit graves qui ex dicta praxi irrepant abuſus, præſertim ſi a mala Relatione Examinatorum reprobati appellaverint, ſatis providum præſcripſit rerum gerendarum ordinem in Concurſibus ſervandum, quem longo uſu utilem agnovit inſtituendis Animarum Rectoribus, & plura inſuper decrevit, tum circa ea quæ peragi debent a Judice Appellationis interpoſitæ, vel a præfata mala Relatione Examinatorum, vel ab irrationabili judicio Epiſcopi, tum quoad modum quo Cauſæ hujuſmodi Appellationum, quanta fieri poteſt brevitate, terminentur. Dictarumque Litterarum tenorem in fine Commentaris in hanc Regulam exſcribemus ſub lit. A.

num. 136. *Gonzal. d. Gloſſ.* 9. *Annot. contr. nullit.*
hu. 179. & hoc fortaſſe voluit dicere hæc Regu-
la in illis verbis -- *vel a gravamine minime tangen-*
128 *te negotium principale, quod non poſſit per appel-*
lationem a diſinitiva ſententia reparari -- quaſi quod
dicatur a contrario ſenſu, quod, ſi gravamen tan-
gat, & concernat principale negotium, eo ipſo ap-
pellatio admittatur, etiamſi poſſet per diſinitivam
reparari.

In his ergo caſibus, in quibus appellatur a ſen-
tentia Interloquutoria, in Commiſſionibus id de-
129 bet ſpecialiter exprimi, ut in Regula, ibi -- *Nul-*
læ Cauſæ appellationum committantur, niſi in Com-
miſſione exprimatur, quod interlocutoria vim diſi-
nitivæ habeat, vel gravamen ſit tale, quod in ap-
pellatione a diſſinitiva reparari non poſſit -- alias
irritantur appellationes cum Commiſſionibus, &
omnibus inde ſequutis. Sed, cum Regula loqua-
130 tur in Commiſſionibus, per quas Cauſa appella-
tionis committitur, locum ſibi non vindicat in
caſu mixto, videlicet in Commiſſionibus, per
quas non ſolum Cauſa appellationis, ſed etiam
negotii principalis cum clauſula, *quam & quas*,
committeretur. Eſt enim Regula hæc a Jure com-
muni exorbitans, proindeque ſtricte intelligenda
in terminis, in quibus loquitur, unde, cum in ea
ſermo tantummodo habeatur caſus ſimplicis, ne-
131 quit illius diſpoſitio ſe protendere ad caſum mix-
tum. Ita *Gomeſ. in Regul. de Impetr. Beneſ. per*
obit. Familiar. Cardinal. quaſt. 15. *circa finem*,
Rota in Romana Salviani caram Lancellot. penes
Marcheſan. de Commiſſ. part. 2. *pag.* 594. *n.*7. ubi
agebatur de Commiſſione vigore appellationis ante
diſinitivam interpoſitæ, *Idem Marcheſan. part.* 1.
fol. 201. *n.* 68.

Sicut vero hæc Regula in Commiſſionibus par-
ticularem requirit expreſſionem, quod ſententia
habeat vim diſinitivæ, vel quod contineat grava-
132 men per diſinitivam irreparabile, ita in laudatis
Decretis Sac. Congregationis Epiſcoporum, & Re-
gularium ſtatutum fuit, quod Appellationes non
recipiantur, niſi per publicum documentum conſti-
terit de gravamine, quodque non concedantur In-
hibitiones, niſi cum inſertione tenoris ſententiæ,
aut Decreti diſinitivi, ſeu habentis vim diſſinitivi,
vel damnum per diſinitivam irreparabile continen-
tis; alias inhibitiones, & proceſſus, ac inde ſequu-
ta quæcumque, ſint ipſo Jure nulla, eiſque impune
non parere liceat. Quod etiam ſtatutum fuit per
Breve ſan. mem. *Urbani VIII.* de quo meminit *Ro-*
ta deciſ. 330. *in princip. part.* 16. *deciſ.* 136. *&* 530.
part. 18. *Recent.*

Et ſupradicta Sac. Congregationis Epiſcopo-
rum & Regularium Decreta confirmavit ſan. mem.
Benedictus XIII. qui experientia edoctus, non ra-
ro appellantibus ad Tribunal A. C. Ordinarios de-
negare copias publicas ſententiarum, vel Decre-
torum, & aliquando continuare actus præjudicia-
les contra Appellantes in odium etiam Appellatio-
133 nis interpoſitæ; hinc ulterius ſtatuit, & mandavit,
in aliquibus cauſis & circumſtantiis, in quibus ar-
bitrio, & prudentia A. C. & Locumtenentium,
ad quos Appellatio fuit interpoſita, neceſſe eſt op-
portune, & ſollicite providere, ut, prævia in A-
ctis productione copiæ ſimplicis ſententiæ, ſeu
Decreti, poſſint expediri inhibitiones vigore Ap-
pellationis cum inſertione ejuſdem ſimplicis Copiæ;
ita tamen, ut in corpore ejuſdem inhibitionis ex-
primatur, quod, ſi ſententia, ſive Decretum inſer-
tum, non fuerit latum ante expeditionem Littera-
rum inhibitorialium, vel copia non fuerit confor-
mis originali ſententiæ, ſive Decreto publicato,
tunc inhibitio nullatenus vim habeat, & afficiat,
ut legitur in Declarationibus laudati Pontificis ad
eadem Decreta, impreſſis *in Appendic. ad Concil.*
Roman. pag. mihi 288.

Sed fuit alias revocatum in Dubium, an ſuffra-
getur immemorabilis conſuetudo recipiendi Ap- 134
pellationes a ſententiis Suffraganeorum abſque ex-
hibitione publici documenti, ac etiam concedendi
inhibitiones ſine inſertione tenoris ſententiæ, vel
Decreti diſſinitivi? Et quamvis *Rota dicta deciſ.*
430. *num.* 2. *part.* 18. *Recent.* tolli immemorabi-
lem dixerit *ex Concilio ſeſſ.* 13. *Cap.* 1. *& ſeſſ.* 22.
Cap. 7. Nihilominus contrarium verius videtur.
Concilium enim in dicto *Cap.* 1. ſolum diſponit, 135
quod ante ſententiam diſinitivam non appelle-
tur; & *in dicto Cap.* 7. decernitur, quod ſerve-
tur diſpoſitio *Text. in Cap. Romana, de Appellat.*
in 6. Hic autem agitur de immemorabili in di-
verſis circumſtantiis, nempe recipiendi Appella-
tiones a ſententia diſinitiva ſine publico docu-
mento, & concedendi inhibitiones ſine inſertio-
ne tenoris ejuſdem ſententiæ, quæ ſane imme-
morabilis non adverſatur decretis Concilii, quod
de hac materia non loquitur. Decreta vero Sac.
Congregationis Epiſcoporum & Regularium,
nec non Breve ſan. mem. *Urbani VIII.* imme- 136
morabili non derogant. Atque ex his rationi-
bus conceſſa fuit Archiepiſcopo *Tarraconen.* re-
miſſoria ad probandam immemorabilem, ut in *d.*
dec. 330. *part.* 6. *Recent.* Sed ex Teſtibus in eo
articulo examinatis, concludens probatio habi-
ta non fuit, præcipue, quia non deponebant de
obſervantia per annos quadraginta ante annum 137
1626. quo tempore ad notitiam Archiepiſcopa-
lis Curiæ laudata Decreta generalia pervene-
rant, minuſque negativam coarctabant, ut *in de-*
ciſ. 139. *per tot. confirmat deciſ.* 430. *part.* 18.
Recent. ubi §. *final.* additur, ex Brevi ſan. mem.
Urbani VIII. confirmatorio eorumdem Decreto- 138
rum cum clauſula *ſublata*, & *decreto irritanti*,
omnes actus nullos, & inanes remanſiſſe, itaut
neque incipere, neque compleri potuiſſet præſcrip-
tio. (*a*)

Demum etſi Regula *Commiſſiones, Appellatio-*
nes, & omnia inde ſequuta annullet, attamen 139
præſervat, & vult in ſuo robore permanſuras
Commiſſiones jam præſentatas, & exhibitas Ju-
dicibus, *in quibus latius ſuper iiſdem ſententiis fa-*
ciendo, vel ulterius ab eis non liceat appellare --
Sed tam circa intellectum eorumdem verborum,

(*a*) Cohærenter ad præfata Decreta Sac. Congregationis Epiſcoporum & Regularium, juſſu & approbatione *ſan. mem. Clementis VIII. edita die* 16. *Octobris* 1600. necnon alia Congregationis particularis juſſu pariter, & approbatione *ſan. mem. Urbani VIII. promulgata die* 15. *Septembris* 1626. eorumque declarationes ſuperadditas a *ſan. mem. Benedicti XIII.* in Appendice Concilii Romani; Sanctiſſimus D. N. BENEDICTUS XIV. ad eradicandos abuſus jam ab aliquo tempore irreptos in admittendo indiſcriminatim Appellationes a quibuſvis Decretis Interloquutoriis, nulla facta diſtinctione caſuum, in quibus illa, vel omnino rejici, vel in devolutivo tantum admitti debeat, nimis providam edidit Conſtitutionem, *ſub Datum Romæ apud S. M. M. tertio Kal. Aprilis* 1742. quæ cum complectatur caſus omnes, in quibus juxta Concilium Tridentinum, & Apoſtolicas Conſtitutiones rejici, vel admitti debet Appellatio; ſtatuatque modum, quo juxta caſuum diverſitatem in devolutivo, vel in ſuſpenſivo admitti debeat, hinc ad publicum commodum, eam in calce præſentis Commentarii exhibemus ſub litt. B.

quam circa pœnam viginti florenorum, qua mul-
ctantur Appellantes a Decretis interloquutoriis,
videatur hic *Satus*, qui nonnullas movet quæſtio-
nes, quas non proſequor, cum nullius ſint uſus in
praxi.

Ceterum, quod Regula præſcribit, ut nulli ante
diffinitivam ſententiam liceat appellare, nec ab in-
loquutoria gravamen aliquod inſerente, niſi illud
ſit per difinitivum irreparabile, expreſſum quoque
habetur in Concordatis Gallicanis, in quibus §. 13.
ſtatutum fuit, *ne a gravamine quod in quacumque*
140 *inſtantia ante difinitivam ſententiam, extiterit, quo-*
modolibet appelletur, niſi forſitan tale gravamen,
quod in indefinitiva reparari nequiret, & eo caſu
nonniſi ad immediatum ſuperiorem liceat appella-
re. Specialiter tamen in iiſdem Concordatis ſan-
citur, quod tam in mox recenſito caſu, quam in
141 altero quo appellatur poſt ſententiam difinitivam,
Appellatio interponi non poſſit, niſi ad imme-
diatum Superiorem, non autem ad alium, etiam
Romanum Pontificem, aut Sedem Apoſtolicam.
Magnum ſane Privilegium Gallicanæ Genti elargi-
tum, cum liberum ſemper fuerit *unicuique*, *qui in*
quacumque cauſa ab Ordinario ſuo Epiſcopo, aut
Metropolitano ſe pergravatum putaret, hujus Se-
dis appellare judicium, eique appellationi ſemper
ab omnibus fuiſſe reverentiſſime delatum, ut nomi-
ne *Pii IV.* Electorum, & Principum Germaniæ
poſtulatis, reſponſum fuit apud *Raynald. ad annum*
1563. n. 44.

Illud quoque in dictis Concordatis §. cit. ſta-
tutum fuit, *quod omnes, & ſingulæ Cauſæ exceptis*
142 MAJORIBUS, *in jure expreſſe denominatis, a-*
pud illos Judices in partibus, qui de jure, aut con-
ſuetudine præſcripta, vel Privilegio cognitionem
habent, & terminari, & finiri debeant -- Et ab
hac diſpoſitione excipiuntur etiam Cauſæ S. R.
E. Cardinalium, necnon Apoſtolicæ Sedis Offi-
cialium, Officia ſua actu exercentium, quarum
cognitio eidem S. Sedi, etiam in prima inſtantia,
reſervatur.

143 Quæ vero, & quales ſint CAUSÆ MAJO-
RES in *jure expreſſe denominatæ*, quæ lege quo-
que Concordatorum Sedis Apoſtolicæ judicio in
prima inſtantia reſervantur, plene oſtendunt *Al-*
taſſer. de Juriſd. Eccleſ. lib. 10. Cap. 1. & ſeqq.
Vir clariſſ. *Antonius Charlas de Libertat. Eccleſ.*
Gallican. lib. 9. nu. 2. Sed inter præcipuas nume-
rantur Cauſæ criminales contra Epiſcopos, quæ
144 depoſitione, aut privatione dignæ ſunt, ut patet
ex Epiſtola *Innocentii I. ad Victricium Epiſco-*
pum Rathomagenſem ſcripta anno Chriſti 404. cir-
citer, necnon ex Decretali *Innocentii III.* relata *in*
Cap. 2. de Tranſlat. Epiſcop. quæ præciſe reſpicit
Epiſcopos Gallos, qui etiam judicio S. Sedis, &
pœnæ ab ipſa inflictæ ſe ſubmiſerunt, ut refert
Ganeal. in Not. ad dict. Cap. 2. n. 1. & 5. & demum
ex jure novo Concilii Tridentini in *Cap. 5. ſeſſ. 24.*
de Reformat.

Nec plane ambigendum eſt, Auctores ipſos
Concordatorum, dum reſervarunt Sedis Apoſtolicæ
judicio *cauſas majores in jure expreſſe denominatas*,
reſpectum habuiſſe, *ad Decretales*, nam ut teſta-
145 tur *Petrus de Marca in Tract. de Concord. Sacer-*
dot. & Imper. Cap. 6. n. 5. Galliæ Reges, & om-
nis Eccleſia Gallicana *antiquos Canones & jus com-*
mune intelligebant, quod Gratiani Decreto, & De-
cretalibus erat comprahenſum, & poſt ipſum ad-
vertit *Charlaſ. de Libert. Eccleſ. Gallican. Cap. 5.*
num. 9.

At hæc, cum ita ſint, contendunt nihilomi-
146 nus Galli, quod Epiſcoporum Cauſæ, quæ depo-
ſitione, aut privatione dignæ ſunt, Romæ a Pon-
tifice judicari non poſſint, ſed earum cognitio de-
legari debeat Judicibus in partibus. Cum *P.us IV.*
nonnullos Galliæ Epiſcopos ad Romæ comparen-
dum, & ſe expurgandum de impiis hæreſibus ci-
taſſet, Cardinalis *Lotharingius* (inquit *Spondan.*
ad annum 1563. num. 30.) *eum monuit, placi-*
ta, ſeu axiomata, quæ in Gallia obtinebant, lon-
ge differre a Romanis; in illo enim Regno in ma-
lam partem acceptum iri, ut cauſæ hujuſmodi in
prima inſtantia Romæ judicarentur, ac propterea
pro nulla, & irrita ibi futura quidquid contra E-
piſcopos gereretur. Et infra idem *Auctor* proſe-
quitur -- *Oyſellius autem Orator Regis Chriſtianiſ-*
ſimi homo vehemens, & impiger hæc ſedulo apud
Pontificem proſequutus, pervicit tandem, ut judicia-
lia contra Reginam Navarræ, & Epiſcopos, Acta
ceſſarent --

Et in Concilio Tridentino, cum ageretur de De-
cretis Reformationis *ſeſſ. 24.* promulgandis, Cardi-
nalis *Lotharingius in Cap. 5.* ubi lex habetur de E-
piſcoporum Cauſis, quæ privatione, aut depoſitio-
ne dignæ ſunt, ab ipſo tantum Summo Romano
Pontifice cognoſcendis, & terminandis, opinaba-
tur, aut *Caput* illud omnino delendum, aut reſtrin-
gendum, adjecta particula *ſalvis Provinciarum Pri-*
vilegiis, aliter neceſſe fore, ut Galli repugnarent,
cum Decretum illud opponeretur Privilegiis Eccle-
ſiæ Gallicanæ, ut poſt *Card. Pallavic. in Hiſtor.*
Concilii Tridentin. Cap. 7. refert *P. Redingius in ea-*
dem Hiſtoria ad dict. Cap. 5.

Teſtatur vero *Petrus de Marca* -- *Reges ſem-*
per exiſtimaſſe, Epiſcoporum Cauſas in Regno eſſe
judicandas ex delegatione Summi Pontificis, etiam
in Cauſa Hæreſeos, ut conſtat ex memoriis ſub Ca-
rolo IX. Rege confectis anno 1565. in cauſa Joan-
næ Reginæ Navarræ, & Epiſcoporum Romæ dam-
natorum propter hæreſim, ſunt illius Verba *in*
Tract. de Concord. Sacerdot. & Imper. lib. 7. Cap.
2. n. 4. & 5. Id ipſum etiam late probare contendit
Gerbaſius qui integrum edidit Tractatum inſcrip-
tum *de Cauſis majoribus ad Capit. Concordator. de*
Cauſ.

Verum hujuſmodi prætenſio juridico nullo inniti- 147
tur fundamento, deſtruitque Concordata ipſa, adeo
mature ſancita, ac ſancte, & religioſe ſervanda, ut
neque Papæ, neque Regi integrum ſit ab iis rece-
dere. Concordata enim clarius loqui non poſſunt,
dum ad tollendos illos, qui *inoleverant hactenus*
(ſunt verba *Conciliabuli Baſileenſis ſeſſ. 21.*) *intole-*
rabilium vexationum abuſus permultos, dum nimium
frequenter a remotiſſimis etiam partibus ad Roma-
nam Curiam, & interdum pro paucis & minutis re-
bus, & negociis quamplurimi citari, & revocari con-
ſueverunt, decrevere prius, quod omnes, & ſingu-
læ Cauſæ *in Partibus* terminari, & definiri debe-
ant, poſteaque litteris rotundis excipiunt *Majores, ac*
in jure expreſſe denominatas, inter quas, ut diximus,
præſertim ex Decretali *Innocentii III. in Cap. 2. de*
Tranſlat. Epiſcop. primum obtinent locum Cauſæ
contra Epiſcopos, quæ depoſitionis pœnam præfe-
ferunt; Proptereaque pronum eſt intelligere, quod
Cauſæ præfatæ non in partibus, ſed Romæ a Ponti-
fice ſunt judicandæ, ut ſuadet indoles ipſa, & natu-
ra exceptionis.

Accedit, quod Concordata ipſa, ubi voluerunt, 148
Cauſam committendam eſſe in partibus ex dele-
gatione Pontificis, id expreſſe dixerunt, quando
nempe quis immediate Sedi Apoſtolicæ ſubjectus
a ſententia in dictis partibus lata, ad eamdem Se-
dem duxerit appellandum, ut legitur in §. 13. eo-
rumdem Concordatorum; Ergo, dum quoad cauſas

majores

majores expreſſe in jure denominatas nullum ſit verbum de hujuſmodi delegatione, & ceteroquin illæ etiam in prima inſtantia eximuntur a cognitione Judicum illorum in partibus, qui de jure, aut conſuetudine præſcripta, ſeu privilegio omnium, & ſingularum Cauſarum cognitionem habent, ſequitur exinde, quod earumdem Cauſarum cognitio ſit privative Summi Pontificis judicio reſervata, ad *Text. in leg. Cum Prætor. ff. de Judic. Rot. dec. 314. n. 5. & dec. 769. n. 42. cor. Molines, & deciſ. 174. n. 3. coram Coccin. & dec. 174. nu. 48. & dec. 599. n. 9. part. 18. recent.*

149 Idipſum declararunt Adminiſtri Regii anno 1561. -- *Et pour cette cauſe a été adviſé que les Ordinaires, comme les vrais Paſteurs, auroient la connoiſſance, & juriſdiction de leurs ouailles, excepté les* Causes Grandes *reſervées par le dit Concile*, ſcilicet Baſileenſe; quam declarationis particulam *ex Puteano de Libert. Eccleſ. Gallic.* refert *Charlas loca mox laudato n. 12.* Atque hinc conjicere rite datum eſt, quod *Rebuffus* Auctor Gallus, qui ceteroquin tam Nationi ſuæ plus æquo tribuit, quam Romanæ Curiæ detrahit, quique Concordata Galliæ Commentariis illuſtravit, quæſtionem hanc non inoſcitanter alto ſub ſilentio præteriit, quia nempe auſus non fuit contra ſenſum obvium, & undique clarum eorumdem Concordatorum inſurgere.

Mirum eſt, quam Concordatorum verba Gallicos Doctores perſtringant, ut dum ea interpretari conantur, unus alterum quodammodo irridet, & carpit. Contendebatur anno 1565. ab illis Epiſ-
150 copis, qui *a Pio IV.* citati fuerant ad Romæ comparendum, & ſe expurgandum a crimine Hæreſis, *Cauſas majores*, de quibus mentio habetur in Concordatis, intelligendas eſſe *lites Eccleſiarum Cathedralium.* Sed reſponſionem hanc futilem, & pene puerilem agnoſcit ipſemet *Petrus de Marca lib. 7. cap. 2. num. 4.* ibi -- *Sed hæc reſponſio quæ extat in memoriis Caroli IX. confectis in gratiam Epiſcoporum Romæ damnatorum, futilis omnino eſt, & pene dixerim, puerilis. In iis quippe ſcriptum eſt, hic per Cauſas majores intelligi lites Cathedralium juxta Pragmaticam Sanctionem, quæ majores Cauſas ita interpretatur. Verum ſi concedimus, Cauſas Eccleſiarum Cathedralium eſſe reſervatas Apoſtolicæ Sedi, non video, qua ratione fieri poſſit, ut non ei quoque reſervatæ*
151 *cenſeantur Epiſcoporum depoſitiones.* Et bene congruunt verba *Nicolai* Pontificis *Epiſt. 42.* ad Epiſcopos Galliarum de depoſitione *Rothalai*, ibi-- *Nam quomodo non omnes vobis omnia vindicatis, qui judicia Epiſcoporum, quæ merito inter majora numerantur negocia, veſtræ deliberationi tribuiſtis? an modicum vobis eſſe videtur Fratres, & Coepiſcopos veſtros, præter Apoſtolicæ Sedis conſenſum depoſitioni ſubjicere: quod ſi damnationes Epiſcoporum non inter majora negocia dinumeratis, quorum jam cauſas inter majora computatis negocia?* -- & paulo poſt -- *An Epiſcopi de univerſali Eccleſia non ſunt, ut de illis damnandis per vos aliquid ad unam Petri Sedem deferri non curetur, vel quomodo nil unquam a ſuo capite diſſidet, cum de adjudicandis præcipuis membris Eccleſiæ* (ideſt Epiſcopis) *a Capite* (ideſt a Sede Apoſtolica) *diſſentitis?* Et mox -- *Adhuc tamen percunctari propter contentioſos libet, quænam judicia, vel quorum eſſe majora negocia prædicatis, ſi Epiſcoporum cauſas non inter præcipua computatis negocia &c.?* Et *Mauritius* Imperator non ignorans, judicium Epiſcoporum pertinere ad Summum Pontificem, Primatem *Bizacenum Africæ* a Suffraganeis accuſatum, per *Gregorium* Pontificem judicari voluit, quemadmodum teſtatur ipſemet *Gregorius lib. 7. Epiſt. 64. indict. 2.* ibi -- *In quodam e un crimine Bizacenus Primas fuerat accuſatus, & piiſſimus Imperator eum juxta Statuta Canonica per Nos voluit judicari*, & quamplurima alia refert hiſtorica documenta *Altaſer. de Juriſdict. Eccleſ. lib. 10. cap. 3. & 4.*

Novis a ſe propoſitis argumentis autumat *Pe* 152
trus de Marca Cauſas Depoſitionis Epiſcoporum non poſſe in Romana Curia cognoſci, ſed in *partibus* a Romano Pontifice eſſe delegandas; At in argumentis iiſdem diluendis immorandum non vi- 153
detur, cum novam, quam ad Concordata excogitavit interpretationem, *impropriam, ineptam, & inuſitatam* oſtendat *Joannes Gerbaſus de Cauſs Major. ad Caput Concordat. de Cauſ. art. 3. nu. 7. verſ. Repugnante*, ubi late *Petrum de Marca* impugnat.

Conatur vero *Gerbaſius* ipſe in præfato *Opere* 154
oſtendere, quod Clauſula *exceptis Cauſis Majoribus in jure expreſſe nominatis*, adjecta in Concordatis, vere nullam legem infert de Cauſis majoribus, ſed indicat modo legem iſtam, quæ Decreto Concordatorum figitur, ad majores nihil pertinere, & ſucceſſive *artic. 3. nu. 3. in fine, & n. 4.* concludit -- *Cauſæ Majores, quales ſunt Cauſæ ambiguæ fidei, diſciplinæ quæſtiones, & graviora Epiſcoporum judicia, in Provinciis terminari ſic non debent juxta vetuſtos Canones, antiquaſque Patrum Regulas, quin poſt Epiſcopale judicium ad Sedem Apoſtolicam referantur. Cum econtrario leviores Cauſæ, ceteraque non ita graves in Provinciarum Synodis fieri omnino queant, nec antiqua ulla lege referri eas neceſſe ſit ad Summum Pontificem.*

Sed *Gerbaſium* late confutat *Charlas in d. Oper.* 155
de Libertat. Eccleſ. Gall. lib. 9. cap. 5. & 6. ubi perſpicuis rationibus demonſtrat, quod licet eſſet Epiſcopale judicium præmittendum, idque ex antiquis juribus colligi aliqui ſenſerint, certum tamen eſſe, Concordata, cum Cauſas majores ab iis exceperunt, quæ deberent ab Ordinariis definiri, primum earum Judicium Summo Pontifici reſervaſſe; Cum enim Contentiones circa juriſdictionem dirimere voluerint, hanc quæſtionem, quæ maximi erat momenti, & a qua plurimæ, graviſſimæque diſceptationes oriri poterant, non reliquerunt in medio; Alioquin enim ſi ab illa determinanda ſuperſedendum Concordatorum Auctores judicaſſent, de illa omnino ſiluiſſent.

Quinimo etiamſi juxta ſenſum *Gerbaſii* Concor- 156
data novam legem circa Cauſas Majores non induxerint, adhuc ex antiquiſſima conſuetudine unica illarum cognitio ante Concordata ipſa ad Sedem Apoſtolicam ſpectabat; Faſſus id fuit Senatus Pariſienſis in Oratione ad Regem *Ludovicum XI.* anno 1461. (& ſic longe ante Concordata inita anno 1561.) ſuper *Libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ* habita, & inter Tractatus de illius *Libertatibus* in primo Tomo *Puteani* ſecundo loco relata; in qua declarat, primam cognitionem, & deciſionem Cauſarum, Nisi sint Majores, ad Epiſcopos pertinere. Id etiam faſſi ſunt Gallici Doctores, qui ante Concordata ſcripſerunt, *Guillelmus Durandus Epiſcopus Mimatenſis in Specul. Jur. partic. 1. tit. de Legato §. Nunc oſtendendum, n. 1.* Majores Causæ, inquit, *ad Sedem Apoſtolicam ſunt referendæ, ut extr. de Bap. Majores ext. de Tranſact. Cap. 1. quæſt. 6.* -- *Joannes Gerſon. Tract. de Examin. Doctrin. Conſiderat. 3.* ubi, quod Cauſæ majores ſunt ad Sedem Apoſtolicam, vel ad Sedentem in ea refe-

referendæ. Et *Gloſſa* ipſa *Pragmatica Sanctionis*, quæ ſemper in eo Regno maximi habita fuit, *in tit. de Cauſis §. Statuit verb.* Majoribus, ait -- *Quæ ex natura ipſarum ſunt deferendæ ad Sedem Apoſtolicam, nec in ipſis compellebatur quis litigare coram Judice inferiori* -- quod multis comprobat auctoritatibus.

157 Nec deſunt exempla; Nam miſſis antiquioribus circa Reges Franciæ, de quibus *Charlaſ. in Tract. de Libertat. Eccleſ. Gallican. lib. 4. cap. 10. & lib. 10. cap. 3.* illud ſpeciali nota dignum eſt, quod, cum Archiepiſcopus *Turonenſis* Epiſcopum *Abriceuſem*, præter Apoſtolicæ Sedis auctoritatem transferre præſumſiſſet ad Eccleſiam *Andegavenſem*: eodemque modo præter Apoſtolicæ Sedis mandatum, Archiepiſcopus *Rothomagenſis* ipſum a priori Eccleſia abſolviſſet, & ad poſteriorem tranſeundi licentiam impertitus fuiſſet, *Innocentius III.* qui anno 1217. obiit, utrumque Archiepiſcopum, & Epiſcopum ſuſpendit ab exercitio Ordinis Pontificalis, & ſucceſſive, eorum attenta ſpontanea confeſſione, & ſupplicatione, inflictam pœnam relaxavit, ut plene narrat *Gonzal. in Not. ad Cap. 2. de Tranſlat. Epiſcop.*

158 *Benedictus XI.* die 6. Junii 1404. *Guillelmum de Nogaretto Gallum*, alioſque iniquiſſimæ captivitatis *Bonifacii VIII.* Deceſſoris ſui Auctores peremptorie citavit, ut intra Feſtum SS. Apoſtolorum Petri & Pauli perſonaliter Romæ comparerent, audituri ſententiam contra eos latam, ut plene habetur in libro, cui Titulus -- *Hiſtoria particularis magni illius diſſidii inter Papam Bonifacium VIII. & Philippum Pulchrum Francorum Regem, Pariſiis 1655. pag. 181. & 232.* & ſucceſſive dictum *Nogaretum Clemens V.* Rege inſtante, & impoſita ei gravi pœnitentia, a Cenſuris ad cauthelam abſolvit, ut in dicta *Hiſtoria particulari pag.* 601.

159 *Eugenius* ibidem *IV.* anno 1438. Cardinalatu, aliiſque dignitatibus privavit *Ludovicum Alemandum* Epiſcopum Arelatenſem Gallum, qui contra Eugenium ipſum factus fuerat Dux Conciliabuli Baſileenſis, quemadmodum refert *Ciaccon. in Vit. ejuſdem Cardinalis tom. 2. pag.* 842.

Præclarum aliud exemplum, & per quinque
160 tantum annos Concordata præcedens habemus ex facto *Julii II.* Summi Pontificis, qui die 24. *Octobris*, actione judiciaria inſtituta contra quatuor Cardinales, inter quos duo Galli *Guillelmus Briſſonet*, & *Renatus de Pria*, adverſus eos Monitorium edidit, quo, niſi intra ſexaginta dies ſe Romam ſiſterent, eos Dignitate Cardinalatus privandos denunciabat, ut ſucceſſive privati fuerunt *Raynald. ad annum* 1555. *n.* 23. *&* 29. *Spondan. ad dictum annum num.* 55. *Bzovius* ad annum eundem *n.* 9. *Natal. Alex. Hiſtor. Eccleſ. tom.* 8. *Diſput.* 55. *art.* 4. *in fine pag* 607. *Guicciardin. lib.* 10. *Hiſtor. Ital. pag.* 551.

161 Longe vero clariora ſunt hiſtorica monumenta, ex quibus evincitur, Pontifices etiam poſt Concordata Cauſas Majores Galliæ eorum judicio in prima inſtantia reſervaſſe. *Pius IV.* Cardinalem *Chaſtillioneum* Epiſcopum *Bellovacenſem*, nonnulloſque alios Epiſcopos de hæreſi infectos, Romæ citavit, & poſt compilatum Proceſſum, Cardinalitia Dignitate, ſuiſque Epiſcopatibus privavit, ut ex ejus Conſtitut. LXVI. Et hæc inter Acta Conſiſtorialia adnotata reperiri, teſtatur *Raynald. ad Annum* 1563. *n.* 180. *Cardinalis a Burdeſia ſe a Rege, ac Regina Literas accepiſſe dixit, quibus ei mandabant, ut Summo Pontifici ipſorum nomine ſupplicarent, ut hanc Epiſcoporum Cauſam in Galliis judicari pateretur. Ea eſſe illius Regni Privilegia, quibus ſalvis, extra Galliam de his Epiſcopis judicium ferri non poſſet, ſed de his expreſſe cum Sanctiſſimo Domino, atque hujuſmodi reſponſum reportaſſe, ut ad Regem, & Reginam ſcripſerit:* Summi Pontificis Rationibus ita perſuaſum, ut quid contradiceret, non haberet, itaque obmutuiſſe. Quare petiiſſe, ut earum Majeſtates Summi Pontificis voluntati acquieſcerent, aut ſe docerent, quo pacto ipſorum poſtulata tueri poſſet. *Hac ſe pridie ſcripſiſſe, ſupplicare, ut judicium differatur, donec a Rege ſuo reſponſum acciperet. Idque eo magis, ut Rege huic judicio conſentiente, executio etiam ſententiæ obtineretur. Nemo cenſuit dilationem hujuſmodi concedendam. Summus Pontifex dixit ſibi non eſſe in animo infringere Galliæ Privilegia; Has tamen cauſas in Gallia cognoſci nolle, & poſt multa ſubdidit, Cauſam hanc nullo pacto diſſimulandam, aut ferendam illorum hominum negligentiam, neque hæreticam pravitatem in Epiſcopis cum tanta Animarum eis creditarum jactura, & pernicie tolerandam.* Præterea idem *Auctor* ibidem *ſub n.* 181. Epiſtolam *Pii IV.* Cardinali *Lotharingio* ſcriptam, refert, ſuper Proceſſu Romæ facto contra Cardinalem *Chaſtilioneum*, & Epiſcopos Galliæ, ubi inter cætera legitur -- *Quod ad Acta judicialia adverſus Caſtilionem, & alios Epiſcopos edita ſpectat, pro explorato habeat, nil actum contra Conſtitutiones Regni Galliæ, quia Cardinalium, & Epiſcoporum Cauſæ reſervatæ ſunt Pontifici ex ipſis Concordatis cum Galliæ Regibus, Cauſaque majores, & graviores ſemper Sedi Apoſtolicæ reſervantur.*

Gregorius itidem XIII. anno 1572. poſt expedi- 162
tas Litteras Monitoriales in Urbe affixas contra Epiſcopum *Apicen.* de Hæreſi inquiſitum, illum die 20. Maii ejuſdem anni ſucceſſive per ſuam ſententiam pronunciavit excommunicatum, & incurſum in pœnas in Litteris Monitorialibus contentas, ac omnibus Officiis, Beneficiis, & Epiſcopatu privavit.

Nec prætereunda ſunt Acta judicialia, quæ in 163
Causis Majoribus Galliarum Romæ inſtruxit tum laudatus *Pius IV.* anno 1563. qui Citationem publicis locis Urbis affigi juſſit contra *Joannam* Reginam *Navarræ* hæreſi infectam, ad Romæ comparendum, & niſi præſcripto tempore id adimpleret, convicta cenſeretur, ac Regnum, & Dominium proſcriberentur, *Spondan. ad annum* 1563. *n.* 48. & *n.* 50. qui in fine ait, quod Orator Regis Chriſtianiſſimi obtinuit, ut judicialia contra Reginam ceſſarent: quam tamen excommunicatione irretitam permanere Pontifex voluit, parum illa hæc curante, cum Bona in tuto ea parte eſſe vidit. Tum *Sixtus V.* qui poſt inſtructum Romæ Proceſſum contra *Henricum* tunc Regem Navarræ, & Principem *Condæum* ob relapſum in Hæreſim, eoſdem declaravit manifeſtos, publicos, & notorios Hæreticos, & in hæreſim relapſos, propterea que Cenſuras, & pœnas incurriſſe a Sacris Canonibus, & Apoſtolicis Conſtitutionibus inflictas; Et ſucceſſive die 9. Septembris anni 1585. Bullam relato Decreto conformem edidit, cui in Conſiſtorio ſubſcripſerunt vigintiquinque Cardinales. Idemque Pontifex anno 1589. *die* 23. *Maii*, *&* 23. *Junii*, mandavit *Meldis*, *& Carnuti* affigi Monitorium contra *Henricum III.* ob necem Cardinali *Guiſio* illatam, & detentionem Cardinalis *Borbonii*, ac Archiepiſcopi *Lugdunenſis*, ut infra ſexaginta dies per ſe, vel per Procuratorem idoneum Romæ in judicio ſiſteret, *Spondan. ad dicti annum* 1589. *n.* 20. *Natal. Alexand.*

Alexand. Hiſtor. Eccleſ. tom. 8. *ad ſecul.* 15. *&* 16.
art. 22. *n.* 4. *Davil. Hiſtor. Civil. Bellor. Gall. lib.*
10. Et *Gregorius XIV.* geminas publicavit Bullas,
quarum altera ſub excommunicationis, & privatio-
nis Beneficiorum pœna, omnibus Regni Eccleſia-
ſticis mandavit, ut infra quindecim dies ab *Hen-*
rica Navarro recederent. Altera vero directa ad
omnes Proceres Regni, ut Regem Catholicum eli-
gerent ſub interminatione Cenſurarum *Spondan. ad*
ann. 1591. *n.* 4. *Natal. Alex. Hiſtor. Eccleſ. a1 ſæ-*
cul. 15. *&* 16. *Davil. Hiſtor. Civil. Bellor. Galliar.*
lib. 13. *pag.* 623.

164 Scimus, nonnullas aliquando factas fuiſſe *in* E-
piſcoporum Cauſis Delegationes Præſulibus in Gal-
lia a ſan. mem. *Innarentio X. Alexandro VII. &*
Clemente IX. At nemo eſt, qui ignoret, delegatio-
nes hujuſmodi a libero eorumdem Pontificum pla-
cito emanaſſe. Reſpiciunt quidem Concordata Pon-
tificum favorem, ut ſi velint, cognoſcere valeant
Romæ per ſe ipſos CAUSAS MAJORES in prima in-
ſtantia, at, ſi propria utendo facultate, placeat ip-
ſis Cauſas eaſdem in partibus aliquando delegare,
non exinde inferri poteſt, quod ſpoliare ſe volue-
rint in perpetuum jure, vigore pacti Apoſtolicæ
Sedi quæſito, eas per ſe ipſos cognoſcendi; ad re-
gulam *Text. in leg. Nulla Juris ratio* 24. *ff. de Le-*
gib. leg. Quod favare C. eodem Cap. Quod ob Gra-
tiam 61. *de Regul. Jur.*

165 Accedit, quod Delegationes præfatæ conſovent
magis, quam infringunt jus Pontificum. Siquidem
Delegationes *Innocentii X.* & *Alexandri VII.* fa-
cultatem tantum impertiebantur Delegatis confi-
ciendi Proceſſum, illumque poſtea ad S. Sedem
tranſmittendi, adverſus nonnullos Epiſcopos, qui
Paſtorales Litteras publicaverant continentes propo-
ſitiones jam ab eodem Innocentio proſcriptas. Aliæ
vero ejuſdem *Alexandri VII.* & *Clementis X.* ex eo
emanarunt, quod, cum quatuor Galliarum Epiſco-
pi renuerent pure, & ſimpliciter ſubſcribere noto
Formulario laudati Pontificis *Alexandri* contento
in Conſtitutione publicata *die* 17. *Februarii* 1665.
commiſſum fuit Delegatis, ut Epiſcopis præfatis
certum præſcriberent terminum, ad effectum, ut
ſubſcriberent, & ab eorum Subditis Formulario
præfato ſubſcribi pure, & ſimpliciter curarent,
illoſque, ſi refractarii eſſent, ab exercitio Pontifi-
calium ſuſpenderent, ut ex Brevi *Alexandri VII.*
ſub Datum 22. *Aprilis* 1667. & ex altero in ea-
dem Cauſa *Clementis X.* expedito 23. Auguſti ejuſ-
dem Anni. Patet igitur, quod vigore hujuſmodi
Delegationum Epiſcopi in partibus meri potius
Exequutores, quam Judices conſtituti fuere, & ul-
terius poſterior hæc Cauſa non erat depoſitione
digna, dum tantum Delegatis præcipiebatur, ut
ſub pœna ſuſpenſionis, & Interdicti quatuor Epiſ-
copos renuentes, ſubſcribere cogerent *Formulario*
pure, & ſimpliciter.

166 Altera exceptio Cauſarum, quæ in Concordatis
Galliæ Pontificis judicio in prima inſtantia reſer-
vantur, reſpicit Cauſas S. Romanæ Eccleſiæ Car-
dinalium, qui pro univerſali Eccleſia laborant. Et
licet *Rebuff. in Comment. ad Concordat. §. Si quis*,
167 exceptionem hanc eludere ita conetur -- *Excipit*
Cardinales, videlicet, ut Cauſa Cardinalium Roma
tractari poſſint, & non debeant in partibus commit-
ti, intelligerem quando Roma reſiderent, alioquin
haberet locus iſte Textus; Nihilominus interpre-
tatio hujuſmodi vim facit, tum litteræ Concorda-
torum, quæ ampla, & indefinita eſt, proindeque
indefinite intelligenda de Cauſis omnibus Cardi-
nalium, ſive ipſi Romæ reſideant, ſive alibi de-
168 gant, *ad Text. in leg. non diſtinguemus ff. de Recept.*
Arbitr. Cap. ſoluta de Majorit. & obed. Cap. Quia
circa 22. *de Privileg. Clement. ultim. de Reſcript.*
Tum rationi, quæ Concordatorum Auctores im-
pulit ad declarandum, Cardinalium Cauſas ſupre- 169
mo Romani Pontificis Judicio tantummodo defi-
niendas eſſe, quæque locum ſibi vindicat, etiamſi
ab Urbe ipſos abeſſe contingat, quia nempe S. R.
E. Cardinales maxima excellunt Dignitate poſt 170
Summum Pontificem, ac æquiparantur Illuſtribus,
ſeu Senatoribus, & clariſſimis Viris, unde ſum-
mopere decet, ut non ab aliis judicentur, quam a
Papa, cujus corporis partes ſunt, *ad Text. in leg.*
ultima in princip. C. ubi Senat. vel Clariſſimi &c.
ubi ſancitur, quod Illuſtres Viri judicari non poſ- 171
ſint ab alio, quam a Principe, ibi – *Nullius alte-*
rius Judicis, niſi noſtræ pietati, hujuſmodi eſſe cog-
nitionem, vel Sacri tantummodo cognitaris, cui
veſtra Serenitas, hujuſmodi negotii audientiam vi-
ce ſua ſacris apicibus mittendis mandaverit. A-
liaque jura cogent *Lotter. de Re Beneficiar. lib.*
1. *quæſt.* 8. *num.* 42. *& ſeqq. Cabel. inſtit. Cardinal.*
cap. 16. *Privileg.* 18. Quod & ante Concordata
ſtatuerat *Eugenius IV. in Conſtit. de Dignit. & Præ-*
ſtantia Cardinalium Bullar. nov. in ordine la 15. §.
14. Tum demum exemplis ſupra relatis, quibus
patet, Cauſas Cardinalium, etſi a Romana Curia
abſentium, Romanorum Pontificum judicio fuiſſe
abſolutas.

Sed magis exorbitans eſt nonnullorum Galliæ
Pragmaticorum, plus æquo ſeculari Juriſdictioni
faventium opinio, quod fas ſit laicali poteſtati pro-
cedere contra Eccleſiaſticos cujuſcumque gradus, 172
& conditionis, etiamſi Epiſcopali ac Cardinalitia
Dignitate pollerent, in delictis quibuſdam, uti vo-
cant, privilegiatis, inter quæ illud læſæ Majeſta-
tis enumerant, autumantes, quod, cum non aga-
tur de cauſis Fidei, & diſciplinæ, ſed de re mere
prophana, ac temporali reſpiciente publicam Rei-
publicæ tranquillitatem, Perſonæ omnes indiffe-
renter ſubjacent juriſdictioni Regis, qui ſoli Deo
rationem eſt redditurus. Innituntur alii invetera-
to, ut aiunt ſtylo, ac uſui Galliæ, etiam ſub pri- 173
ma, ſecunda, & tertia ſtirpe Regum, juxta ex-
empla *Ægidii* Archiepiſcopi Rhemenſis, *Prote-*
ſtati Rothomagenſis, aliorumque, deprompta ab
Hiſtoria *Gregorii Turonenſis*, & relata *a Bou-*
chel. Biblioth. Canan. verb. Depoſitiau. pag. 417. *&*
verb. Juriſdiction temparelle pag. 755. *verſ. Par*
fais.

Alii vero exiſtimant, facultate hæc proceden-
di in Cauſis privilegiatis contra Eccleſiaſticos, 174
quamvis ſublimi Dignitate præditos, potiri Reges
Galliarum ex Privilegio Apoſtolico, quod admit-
tere videtur *Card. Bellarminus in Tract. de Po-*
teſt. Summi Pontificis in rebus temporalibus con-
tra Gulielmum Barclaium cap. 35. ibi -- *Adde-*
bat Barclaius, eſſe quædam delicta gravia, quæ
privilegiata dicuntur in Gallia, ſummis Principi-
bus reſervata : Sed hoc argumentum in ipſum Au-
ctorem retorqueri poteſt : illa enim non dicuntur
Privilegiata, quia Princeps ipſe ſibi reſervave-
rit, quando Privilegium exemtionis Clericis con-
ceſſit, ut Barclaius exiſtimat : ſed dicuntur Privi-
legiata, quia Privilegio Sedis Apoſtolicæ indul-
tum eſt Regibus Francorum, ut ea delicta cognoſce-
re poſſint : id, quod explicat Clarus quæſt. 36. *§. fi-*
nali verſic. Ulterius quæro, & Aufrerius in Cle-
mentina Ut Clericorum, de Offic. Judic. ordinarior.
limit. 13.

Et quoad Perſonas Cardinalium plura pro-
ferunt exempla. Primum ſub *Ludovico XI.* qui 175
Cardinalem *Balvam* in carcerem conjectum, quod

læſæ Majeſtatis reus eſſet, poſt undecim annos *Sixti*
IV. interceſſione, ejuſque Nepotis Cardinalis a
Latere, precibus, liberavit, quemadmodum teſtan-
tur *Card. Papienſ. Comment. lib. 7. Varillas in Vita*
ejuſdem Ludovici XI. pag. 335. lib. 9. pag. 350. &
lib. 10. pag. 315. Spondan. ad annum 1469. *& ad*
annum 1480. *Natal. Alexandr. Hiſtor. Eccleſ. Sa-*
cul. XV. & XVI. part. 1. cap. 1. art. 22. Licuiſſe
vero *Ludovico* Regi ex cauſa præfata in Cardina-
lem *Balvam* animadvertere, tradit *Gulielmus de*
Benedictis in cap. Raynutius, verb. Et Uxorem no-
mine Adelaſiam dec. 2. pag 82.

Secundum Cardinalis *Borbonii*, Archiepiſcopi
176 *Legionenſis*, quos *Henricus III.* poſt funeſtiſſimam
necem Cardinalis *Guiſii* in vincula conjici manda-
vit, *Spondan. ad ann.* 1558. *Mezeray Abregé*
Chronologiq. tom. 5. pag. 445. & ſeqq. Natal. Ale-
xand. dict. part. 1. cap. 1. art. 22. & part. 2. pag.
355. & ſeqq.

Tertium Cardinalis *de Sourdis*, qui veſtibus Car-
177 dinalitiis indutus, ac præcedente Cruce, familiari-
buſque ſuis, ac multis aliis armatis comitantibus,
cum Portas Carceris Civitatis Burdegalenſis effrin-
gi, indeque nobilem quemdam Gallum Rebellio-
nis, & multorum homicidiorum Reum, & con-
demnatum extrahi mandaſſet, Senatus *Burdegalen-*
ſis plura contra eundem Cardinalem *Arreſta* pro-
nunciavit, illumque capiendum eſſe decrevit.

Quartum Cardinalis *Mazzarini*, quem anno
178 1649. Pariſienſe Parlamentum, veluti læſæ Maje-
ſtatis Reum, publicumque Coronæ inimicum, ac
Bellorum Auctorem, proſcripſit, idemque Decre-
tum renovavit anno 1652. *Procurator Nani Hi-*
ſtor. Venet. part. 2. pag. 123. *Battaglin. Annal. Sa-*
cerdot. & Imper. tom. 3. ad annum 1551. *nu.* 4. 5.
& 17.

Poſtremum vero Cardinalis *de Retz* Carceribus
179 mancipati juſſu Regis, qui *die* 21. *Septemb.* 1654.
ſupremæ Curiæ Pariſienſi mandavit, ut illum in
Jus vocaret, Proceſſumque inſtrueret.

Nec obſtare autumant *Bonifacii VIII.* Decre-
180 talem in *Cap. Fœlicis, de Pœnis*, & Concilii Vien-
nenſis Sanctionem relatam in *Clementin. 1. eodem*
titul. quibus quamplurimæ infliguntur pœnæ con-
tra inſequentes, percutientes, aut capientes Car-
dinales, aut Epiſcopos, eoſque hæc fieri man-
dantes, ſeu facta ab aliis rata habentes. Ajunt
enim, Conſtitutiones præfatas Regio Juri, ſum-
moque Imperio officere non poſſe, potiſſimum,
ubi contra Epiſcopos, & Cardinales proceditur
ex juſta cauſa, pacem & Reipublicæ tranquillita-
tem reſpiciente, qualis præſertim eſt illa læſæ
Majeſtatis, cum eorundem *Canonum* Conditori-
bus nunquam mens fuerit, Subditos, etſi Eccle-
ſiaſticis Dignitatibus pollentes, a fidelitate eorum
Principibus Sæcularibus omni jure debita, eximere.
Quod ſi *Clemens III.* non improbavit factum Ma-
giſtratus laicalis Siciliæ, qui Sacerdotem ſeditio-
nis reum detineri mandavit, ut legitur in *Cap.*
Perpendimus 23. *de Sentent. Excommunicat.* multo
minus dicendum eſt, voluiſſe *Bonifacium VIII.*
& *Clementem V.* Galliarum Regibus, eorumque
ſupremis Magiſtratibus facultatem adimere, ne in
Perſonas Eccleſiaſticas, Cardinales, & Epiſcopos
læſæ Majeſtatis Reos pro debita coercitione pro-
cederent, ut latius legitur in Vindiciis ab Advo-
cato Regio *Servin* exaratis anno 1592. favore
Henrici III. & relatis a *Goldaſt. tom. 3. Monarch.*
& Natal. Alexandr. Secul. XV. & XVI. part. 1.
181 *cap. 1. art.* 22. Addunt, Romæ etiam declaratum
fuiſſe, diſpoſitionem laudatæ Decretalis in *Cap.*
Fœlicis, de Pœnis non procedere, quando Cardina-
lis læſæ Majeſtatis Reus eſt, ut ſequutum tempo-
re *Julii II.* in caſu mortis de ordine Ducis Ur-
bini illatæ Cardinali *Alidoſio* Epiſcopo Papienſi,
teſtantur *Gigas de Crimin. læſæ Majeſt. quæſt. 5. a*
n. 20. inter Tract. magn. tom. 1. part. 1. pag. 35.
Guicciardin. in Hiſtor. Italiæ lib. 10. pag. mihi
280. *Ferret. conſ. 31. lib. 1. Cabell. Not. Cardinal.*
pag. 178.

At ſi verum amamus, & res Juſtitiæ, & veri-
tatis ſtudio magis, quam Gallorum conatu expen-
denda ſit, prætenſio, quam fovent, inſubſiſtens
penitus eſt. Miſſam facimus quæſtionem, an ex-
emtio Perſonarum Eccleſiaſticarum a laicali juriſ- 182
dictione ſit de Jure Divino, vel potius poſitivo,
cum priorem ſententiam validis ſubnixam funda-
mentis, late propugnent *Bellarmin. tom. 1. Con-*
trov. libr. 1. de Cleric. cap. 28. German. lib. 3. de
Sac. Immun. cap. 15. Bobadill. tom. 1. lib. 2. cap.
18. *num. 17. Suarez adverſus Regem Angliæ lib.*
4. cap. 9. Cabed. part. 1. deciſ. 83. num. 10. Lar-
rea deciſ. Granaten. 4. n. 9. cum aliis penes *Gon-*
zal. in cap. Clerici vero num. 10. de Judiciis. Pro
eo, quod ſpecialiter attinet ad Cauſas Cardina- 183
lium, & Epiſcoporum, claræ ſunt diſpoſitiones *Bo-*
nifacii VIII. in cap. Fœlicis, de Pœnis, & Conci-
lii *Viennenſis* celebrati, & recepti in Gallia, rela-
ti in *Clement. 1. eodem tit.* quibus, non obſtante
quacumque conſuetudine, quæ pro corruptela ca-
nonizzatur, excommunicationis pœna plectuntur,
qui quemlibet Pontificem, aut Cardinalem cœ-
perint, ſeu banniverint. Nec attendi meretur in-
terpretatio, quod laudati Canones locum ſibi non
vindicant juſta concurrente cauſa, quia generali-
ter loquuntur, proindeque generaliter intelligi
debent, *ad text. in leg. 1. §. Generaliter ff. de* 184
Legat. præſt. leg. finali Cod. de Dot. promiſ. cap.
Solitæ §. final. de Major. & Obedient. & cetero-
quin cognitio, an revera juſta cauſa intercedat,
non ad Judicem laicum, ſed ad Eccleſiaſticum
ſpectare debet. Quod vero Romæ actum fuit in
Cauſa Ducis *Urbini*, qui Cardinalem *Alidoſium*,
uti Pontificiæ Majeſtatis Reum, occidi manda-
vit, nil favet prætenſioni Gallorum, nam licet
Dux præfatus a *Julio II.* abſolvi meruerit; nihi-
lominus abſolutionem præfatam, quippe non ad
Juris tramites, ſed ex gratia, ac nimia Pontificis,
qui & Duci Affinis erat, indulgentia, latam, *Leo*
X. revocavit, eumdemque Ducem tum ex cauſa
præfata, tum ex aliis, Ducatu, ac Præfectura Ur-
bis privavit, *Jovius in Vita Leonis X. lib. 3. pag.*
82. *Cobell. Notit. Cardinal. pag.* 178. Et quæ fa-
vore ejuſdem Ducis ſcripſere *Ruin. conſ. 4. lib. 5.*
Ferret. conſ. 31. lib. 1. Aretin. conſ. 165. qui cona-
ti ſunt oſtendere, quod licitum illi fuerit, etiam
ante Pontificis declarationem, impune occidere
Cardinalem *Alidoſium*, tanquam Pontificiæ Maje-
ſtatis notorie Reum, *ſunt emplaſtra Doctorum ad*
excuſandos Laicos compoſita, & ab omni ſano Chri-
ſtiano pectore, tanquam peſtifera, excutienda, cum
etiam a jure noſtro abhorreat, Senatorum crimina
ſine juſſu Principis nedum ulciſci, ſed nec audi-
re, leg. ultim. §. Adeo autem Cod. ubi Senat. vel
Clariſ. ut totidem verbis, Doctoribus præfatis
reſpondit *Lotter. de Re Beneſ. lib. 1. quæſt. 8. ſub*
num. 46.

Clara itidem eſt Conſtitutio *Eugenii IV.* la XV.
§. 14. qua ſancitur, Cardinales ab alio judicari non 185
poſſe, quam a Summo Pontifice. Id, quod ſimili-
ter ſtatuit *Paulus II.* altera ſua Conſtitutione, de
qua meminit *Varillas in Vita Ludovici XI. lib 5.*
pag. 333.

Clara ſunt Concordata Gallicana, quæ non 186
ſolum

ſolum Sedis Apoſtolicæ judicio reſervant CAU-
SAS MAJORES, inter quas numerari poteſt Cri-
men læſæ Majeſtatis ab Epiſcopis, vel Cardinalibus
perpetratum, ut loquendo de Cauſa Cardinalis *Bal-
væ* de ſimili crimine accuſati, dixit *Cardinalis Pa-
pienſis Comment. lib.* 7. ibi-- *Legibus habendum erat
Roma judicium, quod inter MAJORA in primis
hoc referretur* -- ſed expreſſe etiam ejuſdem S. Se-
dis judicio reſervant Cauſas Cardinalium. Hinc,
petente *Carolo IX.* Galliarum Rege a *Pio IV.* quod
Cauſa Cardinalis *Chatillionæi* in Galliis judicanda
remitteretur, Cardinalis de la *Bordiere* Pontificis
rationibus convictus, OBMUTUIT, ut ex A-
ctis Conſiſtorialibus relatis a *Raynald. ad ann.*
1563. *n.* 180. dictum eſt ſupra *nu.* 161. ubi etiam
exſcripſimus Epiſtolam ejuſdem Pontificis ad Car-
dinalem *Lotharingiæ* ſuper eadem Cauſa Cardina-
lis *Chatillionæi*, qua Ponriſex reſpondit, nil actum
contra Conſtitutiones Regni Galliæ, quia Cardi-
nalium, & Epiſcoporum Cauſæ reſervatæ ſunt
Pontifici ex ipſis Concordatis cum Gallis Regibus,
Cauſæque majores, & graviores. Et licet Cauſa
præſati Cardinalis reſpiceret Cauſam Fidei, nihi-
187 lominus Concordata non reſervant tantummodo
Sedis Apoſtolicæ judicio Cauſas Cardinalium fi-
dem reſpicientes, ſed generaliter, & iodiſtiocte
diſponunt, quod S. R. E. Cardinalium Cauſæ
ejuſdem Sedis judicio reſervatæ ſint, habito reſpe-
ctu ad ſervitium, quod Eccleſiæ continuo præ-
ſtant, & ad Dignitatis prærogativam, qua præ-
fulgent; unde generaliter intelligi debent de omni-
bus, & quibuſcumque Cauſis eorum Perſonas tan-
gentibus.
188 Et demum veritatem hanc agnoverunt tum Cle-
rus Gallicanus juxta articulum, qui legitur in
Summario Actorum ejuſdem Cleri edito anno 1680.
tom. 1. *part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 2. *art.* 37. ibi -- *Les Im-
munités, & exemptions acquiſes aux Cardinaux,
Archevêques, & Evêques doivent eſtre invialable-*
189 *ment gardées, & obſervées &c.* -- Tum Galliarum
Reges, dum *Ludovicus XII.* Cauſam nonnullo-
rum Galliæ Epiſcoporum, qui uti læſæ Majeſtatis
Rei accuſabantur, delegari obtinuit a ſan. mem.
Urbano VIII. Archiepiſcopo *Arelatenſi*, ac Epiſco-
pis *Maclovienſi*, *Leonenſi*, & *S. Flari*, ut ex Bre-
vi ſub *Datum die* 8. *Octobris* 1632. in quo legitur
clauſula-- *auctoritate noſtra, prout juris fuerit, pri-
vetis, & privatos declaretis* -- & ex altero Brevi ſub
Datum 6. *Maii* 1633. in quo ampliatur iiſdem
Delegatis facultas procedendi *omni appellatione re-
mota.*
Nec vero ſubſiſtit Galliæ Reges Privilegio gau-
190 dere Apoſtolico cognoſcendi Cauſas Cardinalium,
& Epiſcoporum, qui ſint læſæ Majeſtatis Rei:
quod Privilegium non inficiatur Cardinalis *Bel-
larminus* verbis ſupra exſcriptis. Privilegium nam-
que hujuſmodi *nuſquam reperiri*, ait *Clariſ.* Au-
ctor Libri, qui inſcribitur -- *Cauſa Regalia penitus
explicata pag.* 622. *n.* 18. Et *n.* 19. addit ex *Sua-
rez, non ſatis eſſe, quod ſemel conceſſum ſit, ſed
oportet, ut perſeveret non revocatum*, & revoca-
tum, quatenus adeſſet, dici poteſt ex ipſiſmet
Concordatis, quæ legem hanc præſcripſerunt, ut
MAJORES CAUSÆ, necnon illæ *Cardinalium*,
191 Sedis Apoſtolicæ judicio terminentur. Ac ſatis a
veroſimili aberrare videtur, quod Summi Pontifi-
ces Seculari Poteſtati facultatem adeo exorbitan-
tem, qualis eſt illa Epiſcopos, & Cardinales læſæ
Majeſtatis Reos judicandi, indulgere voluerit;
Merito proinde nemo ex Auctoribus, qui de hujuſ-
modi delictis privilegiatis in Gallia, loquuntur, de
Indulto Apoſtolico mentionem faciunt, ut videre
eſt penes *Bouchel. in Bibliothec. Canon. verb. Pri-
vileges, Cardinal. de Richelieu Teſtament Politiqua
part.* 1. *Section.* 2. *cap.* 3. *Natal. Alexandr. Hiſtor.
Eccleſiaſtic. Secul. XV. & XVI. part.* 2. *cap.* 2. *art.*
2. *pag. mihi* 88.
Accedit, ſat non eſſe, quod Galliæ Reges Apo-
ſtolico gaudeant Privilegio juris dicundi in Cauſis
Clericorum ſuper delictis gravibus, quæ privilegia-
ta dicuntur, ut inde Cardinales, & Epiſcopos læ-
ſæ Majeſtatis reos in eorum judicium trahere poſ-
ſint, ſed pro cognitione hujuſmodi ſibi vindicanda
indigent Apoſtolico Privilegio undique claro, in 192
quo expreſſa mentio fiat de *Cardinalibus*, &
Epiſcopis, cum ceteroquin in iis, quæ Cardinali-
bus ipſis, & Epiſcopis contraria ſunt, quæque con-
tinent materiam adeo exorbitantem, ac Sacris Ca-
nonibus & Apoſtolicis Conſtitutionibus improba-
tam, qualis eſt eorum ſubjectio Poteſtati Seculari,
ſub Clericorum, aut Eccleſiaſticorum nomine, mi-
nime ipſi comprehenduntur, ut in terminis Perſo-
næ Epiſcopi, quod non veniat ſub exorbitanti diſ-
poſitione generaliter loquente de Clericis, eſt *text.
in cap. Inquiſitores de Hæret. in* 6. *ubi Gloſſ. in
verb. Expreſſe*, & ibi *Geminin. nu.* 1. & alii paſ-
ſim; & quod multo minus comprehendatur Perſo-
na Cardinalis, *Felin. in Cap. Cum in jure ſub n* 9.
*verſic. Secundo limita de Offic. delegat. Joann. Mo-
nach. in cap.* 1. *n.* 1. *de Schiſmat. in* 6. *& ibi Gemin.
n.* 6. *Franc. n.* 2. *&* 6. *Lotter. de Re Beneſ. libr.* 1.
quæſt. 8. *n.* 84.
Exempla vero ſupra recenſita nil ad Gallorum
intentum deſerviunt. Et quidem illa depromta ex 193
Gregorio Turonenſi non evincunt, quod Reges pri-
mæ, ſecundæ, & tertiæ Stirpis propria auctoritate
Epiſcopos depoſuerint, ſed pandunt ſolum, quod
Epiſcopi ſuper eis impictis criminibus, accuſaban-
tur in Concilio Nationali, quod a Rege convoca-
batur, & perpenſis a Concilio probationibus, vel
abſolvebantur, vel deponebantur, ut quiſque fa-
cile dignoſcere poterit ex eorundem exemplorum
lectura penes *Bouchel. Biblioth. Canon. verb. Dé-
poſition. & verb. Juriſdiction temporelle.* Unde,
quidquid circa earumdem Synodorum auctorita-
tem differi poſſet, hoc unum ſufficit ad intentum,
quod ex præſatis exemplis nequit inferri, Epiſco-
pos, Regis, aut Magiſtratuum ejus judicio, ſubje-
ctos fuiſſe.
Quo vero attinet ad alia exempla. Primus ca-
ſus, qui in Gallia occurrit, fuit ille Cardinalis *Bal-* 194
væ a *Ludovico XI.* uti læſæ Majeſtatis reo Car-
ceribus mancipati, de quo *Cardinalis Papienſis
lib.* 7. *Comment.* ſcripſit. *Nova poſt hæc rei nun-
ciata ex Galliis eſt, tam illa quidem miranda om-
nibus, quam & in Regno ante hanc diem inſolita.*
Veritus Rex *Ludovicus*, ne magni ab Apoſtoli-
ca Sede hæc exempli novitas in re nondum cogni-
ta putaretur, duos ex Senatu Juriſconſultos Ro-
mam ablegavit a Ponriſice poſtulaturos, ut judi-
cium haberetur in Regno, ubi & probationum
major vis eſſet, & certior fieret juriſdicundi fi-
des. Hac de re *multa diſceptatione inter Cardina-
les* (verbis utar *Spondani* ad annum 1469. *num.*
4.) *coram Pontifice habita cum legibus habendum
Romæ judicium quidam dicerent, quod inter majo-
ra in primis hoc referretur; Nec videretur inſti-
tui poſſe judicium in Regno ex Gallis Epiſcopis,
quod non veniret in dubium propter Regem: Alii
magnum Regem per ſummam obſervationem Le-
gum irritari non oportere; de Cardinali judicium
Romæ fieri ſuſpectum futurum, tanquam ceteri Car-
dinales communem ſpectaturi forent magis Digni-
tatem, quam Cauſam. Juſtitiam a Rege peti, in*

qua præſtanda nemo diſſentiret. Judices modo, & locum, & libertatem in diſceptationem adduci: Demum, omnibus diligenter penſatis, factum eſſe Decretum, conſtituendos Judices delectu Pontificis, qui Galliam euntes, ante omnia contenderent a Rege, Avenionem permitteret dicendæ cauſæ ſedem conſtitui: id, ſi minus impetrare valerent, Civitates in Gallia tres proponerent ſummo imperio Epiſcopo ſubditas, quarum delecta per Regem una, ad eandem judicandi concederent, & in liberam Prælati captivi cuſtodiam permitterentur, fide primum accepta acquieturos eos judicio, quamcumque in partem accidiſſet, omnibus auditis, Commentarios Actorum rite conficerent, clauſoſque Romam mitterent aperiendos in Senatu Cardinalium, ac judicandos: Ipſique interim in Gallia præſtolarentur, eam tantum laturi ſententiam, quam præſignatam accepiſſent. Hæc *Spondanus* a Cardinali Papienſi *Comment. lib. 7.* fere exſcripta; idemque tradunt *Varillas in Vita Ludovici X. libr. 5. pag. 334. Mezery Abrégé Chranol. to. 3. pag. 312. &* alii relati a *Moreri Grand Dictionaire Hiſtoriq. verb. Balve.* Incertum eſt, an Commiſſarii a Pontifice electi, qui fuerunt *Alphonſus* Civitaten. in Hiſpania Epiſcopus, *Nicolaus Ubaldus* Rotæ Auditor, *Falco Sinibaldus* Cameræ Apoſtolicæ Clericus, *Paulus Tuſcanella* Advocatus Conſiſtorialis, *Ludovicus Jeminianenſis* Cautarum Patronus, Gallias irent, & Proceſſum formarent: hac enim de re altum ſilentium penes Cardinalem *Papienſem*, & Galliarum Hiſtoricos, ut ait *Spondan.* ad dictum 1469. *n.* 4. Addit *Varillas* loco mox laudato, quod Rex, cui temperamentum Commiſſariorum non arriſerat, Proceſſum, quem contra Cardinalem efformare cæperat, ſuſpendit, & *Sixto IV.* pro illius liberatione urgenti, reſpondit *haud ſe illum, uti Cardinalem, & Epiſcopum detinere, ſed tanquam Miniſtrum domeſticum, & infidum; qua tamen de re petiiſſe Regem a Sixto, & obtinuiſſe abſolutionem, Coccineus teſtatur*, ut inquit *Spondan. ad annum* 1480. *nu.* 4. Nil igitur bujuſmodi exemplum Gallorum intentioni deſeruit, ſed illi potius reſiſtit, dum Rex *Ludovicus* neceſſitatem agnovit, quod Proceſſus contra Cardinalem *Balvam* confici deberet de ordine Pontificis, quodque facti pœnitens, abſolutionem petiit, & obtinuit.

Carceribus mancipatis, mandante *Henrico III.*
195 Cardinali *de Borbone*, & Archiepiſcopo *Lugdunenſi*, hic nec coram Judicibus Laicis, nec coram Archiepiſcopo *Pariſienſi*, & Epiſcopo *Bovenſi* ſuper impictis criminibus reſpondere voluit, proteſtatus, ſe tanquam Galliarum Primatem, alium non agnoſcere Judicem, quam Summum Pontificem, reſponſurum tamen, ſi Cardinalis *Moroſinus* in Galliis a Latere Legatus, ceterique Regni Epiſcopi ſuaderent, certo ſciens, quod ipſi violatæ Eccleſiaſticæ Immunitatis Auctores dijudicandi eſſent, *Spondan. ad annum* 1588. *n.* 19. *Natal. Alexand. Sæcul. XV. & XVI.* Cumque Rex monitis, & ſuaſionibus Cardinalis Legati dimoveri non potuit, ut Cardinalem *de Borbone*, & Archiepiſcopum *Lugdunenſem* libertati reſtitueret, *Sixtus V.* poſt expeditum Monitorium, ad fulminationem Cenſurarum devenit, *Spondan. ad ann.* 1589. *n.* 7. *&* 10. *Auctor Vitæ Sixti V. poſt Platin. pag. mihi* 623. *Laxar. Motivi di Guerra part.* 3. *pag.* 173. *Davil. Hiſtor. Bellor. Gall. lib.* 10. *pag.* 181. Et ſucceſſive, ſequuto poſt duos Menſes funeſtiſſimo caſu *Henrici III.* ortum fuit Dubium, an a Cenſuris abſolvi poſſet; ſed recognito Pontificio Brevi, quo abſolvendi facultas omnibus denegabatur, præterquam in articulo mortis, impertita ei fuit abſolutio, prævia Regia promiſſione præſtandi debitam Pontifici ſatisfactionem *Davil. Hiſtor. Bell. Franc. lib.* 10. *pag.* 587. *Spondan. ad annum* 1589. *Lazzar. dict. par.* 3. *pag.* 177. Et ex hoc pariter exemplo, ut facile conjicere eſt, nil Juriſdictionis ſuper Cardinalibus, & Epiſcopis læſæ Majeſtatis Reis, Secularis Poteſtas ſibi vindicare poteſt, tum propter Pontificis reclamationes, tum ob promiſſionem Regis, qui facti pœnitens ad debitam Pontifici ſatisfactionem præſtandam ſe obſtrinxit.

Minus officit exemplum Cardinalis *de Sourdis* Archiepiſcopi *Burdegalenſis.* Extat *Breve ſan.* 196
mem. Pauli V. ſub *Datum apud S. Petrum* 20. *Decembris* 1615. *Pontificatus anno XIV.* qui, improbando factum Senatorum Burdegalenſium, *qui* (ſunt verba Brevis) *nulla habita ratione Immunitatis Eccleſiaſticæ, & eminentis Dignitatis Perſonæ dicti Franciſci Cardinalis, contra eum proceſſerint, illum capiendum eſſe decernendo, citando, aliaque forſan in detrimentum Eccleſiaſticæ Immunitatis, & auctoritatis noſtræ, & in perniciem Animarum ſuarum nulliter, & de facto faciendo; Nos, ne res hujuſmodi tranſeat in exemplum, pro noſtri Paſtoralis Officii debito, providere volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Acta, & Attentata omnia, & ſingula dicti Senatus contra præfatum Franciſcum Cardinalem pro expreſſis habentes, tenore præſentium nulla, & invalida, & nulliter, & de facto contra Sacros Canones, Conciliorum Decreta, & Apoſtolicas Conſtitutiones attentata &c. decernimus, & declaramus &c.* Eodemque tempore laudatus Pontifex Cardinalibus *de la Rochefoucault, de Guiſia*, & *Ubaldino* dedit in mandatis, ut Proceſſum ſuper prætenſo exceſſu Cardinalis *de Sourdis* efformarent, illumque clauſum, eorumque ſigillis munitum, ad eundem Pontificem tranſmitterent, ut ex altero Brevi ſub eadem *Data* 20. *Octobris* 1655. Et ſequenti anno per alterum Breve expeditum ſub *die* 19. *Aprilis* 1616. ſupplicante etiam *Ludovico* Galliarum Rege, plenariam diſpenſationem, & abſolutionem Cardinali impertitus fuit.

Remanent exempla Cardinalium *Mazzarini*, & *Retz.* Verum quidem eſt, quod *Pariſienſe* Par- 197
lamentum plurima in Cardinalem *Mazzarinum* evulgavit *Arreſta*, ipſumque per geminas vices, de annis nempe 1649. & 1652. uti publicæ Pacis perturbatorem proſcripſit; Sed itidem veriſſimum eſt, quod Rex Acta omnia, & Arreſta ejuſdem Parlamenti irrita, & nulla declaravit, quemadmodum fere omnes Hiſtorici teſtantur, inter quos *Procurator Nani Hiſtor. Venet. part.* 2. *pag. mihi* 123. *&* 164. *Battaglin. Annal. Eccleſiaſt. part.* 2. *ad annum* 1649. *Lazar. Motivi di Guerra part.* 3. *pagina* 706. *Elpid. de Benedictis in ſuis Memoriis pag.* 90. *&* 139. Et animadverſione dignum eſt, quod, nedum penes ipſoſmet Galliæ Prælatos invaluit admiratio de Romanæ Aulæ ſilentio, cum ex geſtis contra Cardinalem maximum Apoſtolicæ Sedis juriſdictioni irrogabatur præjudicium, ac Cardinalium Collegii decori, & majeſtati quamplurimum detrahebatur, *Battaglin. Annal. Sacerdot. & Imper. tom.* 3. *ad ann.* 1651. *num.* 4. *Elpid. de Benedict. pagina* 136. *& ſeqq.* Verum, ut Auctor iſte refert, eorundem Prælatorum Conventus ad Regem, mediante Perſona Archiepiſcopi *Rothomagenſis* adverſus Parlamenti Reſolutionem, uti omnino *inſolitam, impiam,*

Digitized by Google

impiam, & *ſcandaloſam*, reclamavit. Sed in illa
temporum perturbatione, adeo Parlamenti exceſ-
ſus erupit, ut *Arreſta* contra Cardinalem *Mazza-
rinum* promulgata, Perſonam quoque Regis per-
cutiebant.

198 Nullum pariter Arreſto Conſilii Status edito
die 26. *Aprilis* 1657. Rex declaravit Mandatum,
quo *die* 21. *Septembris* 1654. Supremæ Curiæ
Pariſienſi mandaverat, ut Cardinalem de *Retz* in
jus vocaret, eodemque Arreſto declaravit, ut in
caſu, quo Cardinales de Crimine læſæ Majeſta-
tis accuſarentur, eorum Cauſa, inſtrui, & judi-
cari deberet per Judices Eccleſiaſticos. Ita legitur
in Summario Actorum Cleri Gallicani *edito an-
no* 1680. *tom.* 1. *part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 2. *art.* 37.
ibi -- *Les immunités, & exemptions acquiſes aux
Cardinaux, Archevêques, & Evêques doivent
être inviolablement gardées, & obſervées dans ce
Royaume. Ce qui fut ordonné par ſa Majeſté par
Arreſt de ſon Conſeil d'Etat du* 26. *Avril* 1657.
& la Commiſſion du 21. *Septembre* 1654. *qui a-
voit été envoyée au Parlement de Paris, pour fai-
re le Procès à Monſeigneur le Cardinal de Rets,
fut declarée nulle*, & *qu'au cas qu'ils ſoyent ac-
cuſés de Crime de léze Majeſté, leur Procès ſera
inſtruit, & jugé pour leurs perſonnes, par les Juges
Eccleſiaſtiques, conformement aux Saints Décrets,
& Conſtitutions Canoniques, & ſuivant les formes
obſervées dans le Royaume, aux cauſes des Evê-
ques. Sa Majeſté donna une Déclaration du mê-
me jour* 26. *Avril* 1657. *qui confirme le dit Ar-
reſt.* Extat & aliud *Arreſtum* promulgatum an-
no 1656. cum circumſtantiis Apoſtolicæ Sedi
valde ſavorabilibus, quo Rex avita pietate, ne-
dum declaravit cognitionem Cauſarum Cardina-
lium, & Epiſcoporum, quibus læſæ Majeſtati cri-
men impingitur, ad Sedem eandem ſpectare, ve-
rum, quod Regia ejus mens erat, ut nec minimum
Eccleſiaſticæ Immunitati præjudicium unquam in-
ferretur.

Cauſæ igitur Cardinalium ab alio, quam a Ro-
mano Pontifice judicari non poſſunt. Verum quia
199 Cardinales, ut ſcripſit *D. Bernardus ad Eugenium*,
in partem ſollicitudinis Papæ vocati ſunt, ipſe
autem in plenitudinem poteſtatis, & præter alias
rationes, ob quas inſtitutus fuit ampliſſimus Car-
dinalium Ordo, illa maxime opportuna viſa
fuit, ut Papa ipſe tot lectiſſimis, probatiſque Vi-
ris circumſepitus, totidem, veluti oculos, au-
res, manuſque ſibi adjunctos haberet, ex quibus
Sacer illorum Senatus, tanquam unum corpus Sum-
mo Pontifici præſto eſſet; Unde merito Cardina-
les Pontificis Conſiliarios, & Coadjutores in exe-
quutione Officii, appellavit *Silveſter* Papa, relatus
ab *Eugenio IV. in dict. Conſtitut. XV.* §. 5. *& Six-
tus V. Conſtitut. L. Bullar. Nov. tom.* 2. *in Proœm.*
200 Hinc eſt, quod, ubi agitur de Cauſis majoribus
Cardinalium, eorum depoſitionem, aut privatio-
nem reſpicientibus, quemadmodum & de aliis gra-
vioribus Eccleſiæ negociis, debet Pontifex ordina-
ria, & non abſoluta poteſtate uti, ac aliorum Car-
dinalium audire conſilia, ad *Text. in Cap. Per Ve-
nerabilem* §. *Nam ſi, verſic. Sunt autem, Qui filii
ſint legitim. Cap. Fundamenta* 17. §. *Decet, de Elect.
in* 6. late *Card. Jacobat. de Concil. artic.* 5. *n.* 276.
apud *Roccabert. tom.* 9. *pag.* 251. *Cardinal. Paleott.
de Sacr. Conſiſt. Conſult. part.* 1. *quæſt.* 3. *art.* 2. *per
tot.* Et, ſi Papa in eligendo Cardinalem, Vota Car-
dinalium exquirit, potiori ſane jure eadem exqui-
201 rere debet in deponendo. Cauſa enim deſtitutionis
gravior eſt illa Inſtitutionis, quæ juxta Canonicas
Sanctiones non exigit tot, tantaſque ſolemnitates,
quas exigit deſtitutio, ad *Text. in Canon. Sexta ar-
tic.* 7. *quæſtion.* 15. *Canon. Si quid de quocumque
Clerico Cauſ.* 7. *quæſt.* 15. *Cap. Inter incorporalia* 2.
de Tranſlat. Epiſcop.

At vero, quod Pontifex in majoribus Cardina-
lium Cauſis, ac gravioribus Eccleſiæ negociis alio-
rum Cardinalium Vota exquirere debeat, intelli- 202
gendum eſt de honeſtate, non de neceſſitate, cum
apud ipſum ſit tota plenitudo poteſtatis, ipſeque
ſolos, tanquam Princeps Chriſtianæ Reipublicæ,
omnimoda gaudeat juriſdictione in Sede Apoſtoli- 203
ca, ut plene docet *D. Thomas in Opuſcul. contra
Error. Græcor. cap.* 66. *uſque ad cap.* 68. Quid-
quid in contrarium dixerint nonnulli, & præſer-
tim *Barbatia de Præſtant. Cardinal. part.* 1. *quæſt.*
8. *per tot.* innixi cenſuræ laudati *Text. in Cap. Fun-
damenta*, cujus tamen diſpoſitio non inducit ne-
ceſſitatem, ibi -- *Decet ipſi Romano Pontifici per
Fratres ſuos Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardina-
les libera prævenire conſilia* -- & infra -- *in quibuſ-
cumque negociis contingeret eorum peti conſilia in
conſulendo* -- ubi *Gloſſa in verb. Contingeret*, ait --
*Quia non compellitur: habet enim in ſe cœleſtis, &
terreni Imperii jura* -- Et hæc eſt communis opinio
Canoniſtarum in *dict. Cap. Fundamenta*, eamque
late præ ceteris tuentur *Card. Jacobat. de Concil.
dict. art.* 5. *n.* 276. *& pluribus ſeqq.* apud *Rocca-
bert. tom.* 9. *pag.* 351. *Fagnan. in Cap. Ex parte
tua num.* 18. *& ſeqq. de Feud. Cobell. Notit. Car-
dinal.* & confert reſponſio, quam *Clementem VIII.*
ſibi tradidiſſe, ait *Dux Niverſenſis* apud *Ame-
lot. in Not. ad Card. Oſſat. Epiſt.* 346. *pag.* 314.
n. 6. juxta impreſſionem anni 1714. ibi -- *Que le
Pape n'étoit tenu de communiquer au College des
Cardinaux, ſi non ce que bon lui ſembloit; & que
S. S. ne vouloit s'aſſujetir à demander avis, qu'à
ceux qu'elle jugeroit à propos, atendu qu'elle ſeu-
le avoit à repondre à Dieu de ſes actions: trou-
vant fort mauvais, qu'il y eut quelques Cardi-
naux, qui ſe fuſſent plaints de ce qu'elle ne leur
communiquoit rien de l'afaire de l'abſolution du
Roi.*

Et honeſtatem hanc ſequi dedignati non ſunt
Pontifices, ubi neceſſitas ſe præbuit animadvertendi 204
in Cardinales delinquentes: Semper enim aliorum
Cardinalium Vota exquiſiverunt, ſed pro ſuo ar-
bitrio, aliquando cum eorum conſenſu, & appro-
batione, aliquando vero ſimpliciter de ipſorum con-
ſilio, ſive auditis, & intellectis eorum conſiliis pro-
ceſſerunt; quod comprobat, poteſtatem Papæ, qui
ſi velit, poteſt deliberare cum Cardinalibus, ſed
non probat neceſſitatem, ut animadvertit *Cardin.
Jacobatius de Conciliis dict. artic.* 5. *n.* 285. apud
Roccabert. tom. 9. *pag.* 352.

Sic, antiquioribus prætermiſſis exemplis, *Urba-
nus IV.* anno 1261. diffamatum audiens de inconti- 205
nentiæ vitio Cardinalem Paduanum, quem menſe
Septembris Purpura decoraverat, illum in judicium
vocavit, eique vetuit Cardinalatus inſignia geſtare,
ac ſe immiſcere in negociis ad Cardinales ſpectan-
tibus, donec de ipſius Dignitate qui decernendum
foret, judicaret -- *De ipſorum Fratrum conſilio* -- ut
apud *Ciaccon. in Vit. Card. Paduani tom.* 2. *pag.*
158. *Victorell. in addit. ad eundem in Vita Urbani
pag.* 150.

Sic etiam *Bonifacius VIII.* anno 1298. Cardi- 206
nales Columnenſes, tanquam Schiſmaticos, & Bla-
ſphemos, a Cardinalatu depoſuit -- *De Fratrum no-
ſtrorum conſilio* -- ut legitur in *Cap. unic. de Schiſ-
mat. in* 6.

Similiter, dum *Eugenius IV.* Cardinalatu, aliiſ- 207
que Dignitatibus privavit Ludovicum *Alemandum*
Epi-

Epiſcopum *Arelatenſem* Gallum, præcipuum Conciliabuli Baſileenſis fautorem, ut ex *Ciacconio* ſupra diximus, id peregit -- *Habita ſuper his omnibus, & ſingulis cum præfatis Venerabilibus Fratribus noſtris matura deliberatione, de ipſorum omnium communi conſilio, & aſſenſu* -- ut legitur in Coostitutione laudati Pontificis, quæ incipit *Doctoris Gentium* ſuper tranſlatione Concilii Baſileenſis ad Civitatem Ferrariæ §. *Cum igitur* relata apud *Labbe Concil. tom.* 13. *anno* 1438. *col.* 896. *lit. E.* juxta Editionem Pariſienſem anni 1672.

Et in altera ejuſdem Eugenii *Conſtitutione* ſuper declaratione Incurſus pœnarum contra Inobedientes, incipiente -- *Expoſcit debitum Paſtoralis Officii*, ſub Datum *Ferrariæ* in generali Seſſione Synodi ſolemniter celebratæ anno 1438. *XV. Kalendas Martii* §. *Nos igitur* relata per eundem *Labbe loco citato*, hæc, inter cetera, leguntur verba -- *Hoc Sacro approbante Concilio, incidiſſe decernimus.*

208 Patet etiam ex geſtis anno 1311. *a Julio II.* contra Cardinales *Caravajal*, & *Socios*, qui recedentes ab obedientia Papæ, convocaverant Conciliabulum *Piſanum*, ad quod ipſum Papam citaverant: Unde excommunicati, & Cardinalitia, aliiſque Dignitatibus privati fuerunt per Sententiam a Pontifice latam *die* 24. *Octobris* ejuſdem anni *de eorumdem Fratrum Noſtrorum conſilio*, ut apud *Raynald. Annal. tom.* 20. *anno* 1511. *ſub n.* 24. *ad* 30. *& Ciaccon. in Vita Cardinalis Briſſoneta tom.* 3. *pag.* 183.

209 Leo X. in Conſiſtorio habito die 22. Julii 1517. cum *Voto omnium Cardinalium* (uno excepto Cardinali Dominico de Grimanis Epiſcopo Portuenſi) dicente, ſe non eſſe bene reſolutum, & propterea non poſſe cum bona conſcientia tunc Votum dare, Cardinalem *Raphaelem de Riario* Epiſcopum Hoſtienſem, *Dandinellum de Saulis* Presbyterum, & *Alphonſum Petruccium* Cardinales, Galero, & Dignitate Cardinalitia, omnibuſque Eccleſiæ Beneficiis, Officiis, & Bonis, quæ Fiſco applicata fuerunt, privari, degradari, Curiæque Seculari tradi mandavit, ob quatuor gravamina per eos commiſſa, contra Sanctitatem Suam, & Sedem Apoſtolicam perpetrata, quorum quodlibet erat læſæ Majeſtatis, ac privatione dignum, ut ex Monumento Vaticano *a Judice Mediceo* Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vice-Cancellario deſcripto, & relato per extenſum *a Ciaccon. tom.* 3. *in Vit. Card. Raphaelis Riarii col.* 71.

210 Et demum ſan. mem. Pius IV. anno 1563. Cardinalem *Chatillonæum* Gallum, utpote lue Calviniana infectum, hæreticum declaravit, Epiſcopatu *Belloacenſi*, nec non Cardinalitia, aliiſque Dignitatibus privavit, ſententiamque die 31. Maii in Conſiſtorio pronunciavit -- *Præhabita cum Venerab. Fratribus noſtris* (verba ſunt dictæ Sententiæ) *ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus matura deliberatione, de eorumdem unanimi Voto, conſilio, & aſſenſu* -- ut legitur in Conſtitutione ejuſdem Pontificis in ordine *la LXVI. Bull. Nov. tom.* 2. & refert *Ciaccon. in Vita Cardinalis de Coligny tom.* 3. *pag.* 527.

A

LITERÆ ENCYCLICÆ SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI BENEDICTI XIV.

Ad Patriarchas, Primates, & Epiſcopos, quibus præſcribitur modus examinis ſubeundi a Concurrentibus ad Eccleſias Parochiales, & quomodo admitti debeat Appellatio a mala relatione Examinatorum, vel ab irrationabili judicio Epiſcopi.

BENEDICTUS PAPA XIV. Venerabiles Fratres Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Cum illud ſemper plurimum formidaverit Eccleſia Catholica, ne indignis quibuſque, & extra Sacerdotale meritum conſtitutis Cura animarum, & Dominici Gregis cuſtodia crederetur: Hinc Canonicis Sanctionibus, ac præſertim Sanctæ Tridentinæ Synodi Decretis provide conſultum eſt, regimen Eccleſiarum Parochialium iis eſſe committendum, quorum omnis ætas a puerilibus exordiis ad perfectiores annos per diſciplinæ Eccleſiaſticæ ſtipendia ita cucurriſſet, ut de illorum ſupra alios provectione, ac potiori doctrinæ, morum, ac diuturni laboris ſuffragio nefas eſſet dubitare. Quia vero pernicioſa apud plurimos opinio ſenſim invaluit, Tridentini Decretis non præſcriptam eſſe Dignioris electionem, ſed caveri tantummodo, ne indignis Eccleſiæ Parochiales, aliaque Beneficia, quibus Cura imminet animarum, conferrentur: San. mem. Innocentius XI. Prædeceſſor Noſter erroneam doctrinam a vera, & ſincera Patrum mente longius deflectentem damnavit, & edocuit, quam prudens, ac diligens eſſe debeat Paſtoralis Officii diſpenſatio.

Ad tramites idcirco ejuſdem Sanctæ Synodi uſu receptum eſt, occurrente Parochialis Eccleſiæ vacatione, quæ libere ab Ordinario conferenda ſit, Concurſum inſtitui, ut habita in eo de cujuſlibet ætate, moribus, doctrina, & ſufficientia, ſolerti inquiſitione, Epiſcopus eligat, quem ceteris magis idoneum judicaverit.

At quia contingere quandoque poteſt, quod favore, vel gratia, vel minus æquo judicio minus Digni Dignioribus præponantur: San. mem. Pius V. Noſter Prædeceſſor, ne quid in hujuſmodi electione eſſe inordinatum, atque præpoſterum, edita ſaluberrima Conſtitutione, licere voluit injuſte in Concurſu rejectis, interpoſita ad Metropolitanum, vel Epiſcopum viciniorem, vel Sedem, quandoque Apoſtolicam appellatione, Prælectum ad novum examen provocare, & Eccleſiam alteri non rite collatam, novo facto meritorum periculo, ſi ita jus eſſet, vindicare. Et, ne frivolæ appellationis diffugio locus eſſet, provide ibidem cautum eſt, dictæ appellationi in devolutivo tantum deferri oportere, non ſuſpenſa, aut quoquo modo retardata Prælecto ab Ordinario Parochialis Eccleſiæ poſſeſſione.

Conſultiſſimæ hujuſmodi leges cum in finem inſtitutæ, ne in tanti momenti re imperiti magiſtris, novi antiquis, rudes præferantur emeritis, violatæ ſunt hominum fraude, & malitia, ipſa medela vulnus exaſperantium. Sæpiſſime enim rejecti ab Ordinario dictæ Conſtitutionis obtentu in vocem Appellationis facile prorumpere, & minus legitima concurrente cauſa Electos ab Epiſcopo ad novum Examen provocare conſueverant; illoſque præterea, relicta Gregis, Eccleſiæ cuſtodia, longum iter arripere, & diuturni laboris, temporis, & pecuniæ impenſa exhauſtos, litem in ſecunda, tertia, & ulteriori quandoque inſtantia ſubſiſtere cogebant.

Quin etiam experientia compertum eſt, magno juſtitiæ detrimento litem ipſam abſolvi. Quandoquidem ii, qui Examini ſe ſubjecerant, atque in primævo Concurſu, utpote legitimarum Inſtitutionum neſcii rejecti fuerant, longa poſtmodum decurrente lite, ſedulam literis ex induſtria navantes operam, præferri

aliis

aliis merebantur, & acerbe ſuccenſebant Epiſcopo, tametſi Judici adeptæ, non autem adipiſcendæ peritiæ, per injuriam ſe fuiſſe rejectos.

Hinc apud bene moratos homines, & juſtitiæ vindices, frequens querelarum occaſio, quibus ſedandis, cum Congregatio Concilii Tridentini Interpres omne ſtudium, diligentiamque conferret: Nobis, qui Secretarii munere fungebamur, mandatum eſt, ut ſermone, typis poſtea vulgato, rem ſedulo expendere, ingruentis mali originem, & apta eidem avertendo remedia inveſtigare pro viribus niteremur. Senſus hac de re Noſtros explicantes, vitio potiſſimum laborare comperuimus Praxim examinis oretenus habiti, nec ſcriptis conſignati: Electi ſiquidem ad Curam animarum ab Ordinario Collatore, & ad iteratum Examen coram alio Judice provocati, jus legitimæ Collationis tueri non poterant certo, ac permanenti teſtimonio jam probatæ idoneitatis; ſed a novi Examinis alea, ſubeunda coram Judice Appellationis geſtarum rerum prorſus ignaro, tota res pendere videbatur. Quocirca, gravi juſtitiæ detrimento, recepta in Foro erat opinio, provocari poſſe ad alium Judicem, nullo exhibito indebitæ rejectionis documento. Quod quidem, cum a Sacrorum Canonum cenſura longius aberraret, facile huic corruptelæ occurri poſſe cenſuimus, ſi certa primum, & apte diſpoſita habendi examinis forma præſcriberetur; ſi quæſtiones Examinatis propoſitæ, & conſentaneæ illorum reſponſiones, totaque rei geſtæ ſeries in ſcriptis redigeretur; & ſi Acta demum totius Concurſus ad Judicem appellationis integra aſportarentur.

Inita a Nobis conſilii ratio, non ſolum arriſit Congregationi, illam die 16. Novembris 1720. ratam habenti; Sed etiam Pontificii judicii acceſſione roborata fuit a Clemente XI. Eccleſiaſticæ Diſciplinæ vindice, & aſſertore eximio. Utque locorum Ordinarii ea omnia filiali, quo par erat, obſequio, & diligentia exequerentur; iis datæ ſunt die 10. Januarii 1721. opportunæ Literæ noſtro calamo exaratæ, ejuſdemque Pontificis ſenſu, & oraculo comprobatæ, quarum tenorem etſi alias prælo commiſſum, & inſertum in Bullario dicti Clementis Prædeceſſoris Noſtri, congrue hic duximus referendum. (*Sequitur tenor earumdem literarum, quas ſupra exſcripſimus in Commentario n. 215.*

Quantum recte diſpenſandis Eccleſiaſticis muneribus, adminiſtrandæ juſtitiæ, componendis diſſidiis, continendiſque in officio Clericis proficeret ſalubertima præmiſſarum legum inſtitutio, ſatis, ſuperque experientia comperuimus, cum Anconitanam primum Eccleſiam, ac deinde Bononienſem Sponſam noſtram paterna Charitate cominus amplecteremur; Freti ſiquidem dictarum legum præſidio Digniores Parochiis, & Curæ animarum præfecimus: Tantaque, benedicente Domino, id accidit animorum contenſione, ut nemo quæſtus ſit, traditum minus Digno celſioris loci præmium, vel minus juſte alteri credita vacantis Eccleſiæ gubernacula. At quia certis admonemur indiciis, non ita id aliis Epiſcopis contigiſſe, imo non deeſſe, qui privatis abrepti ſtudiis, ſæpe declinare, ac redarguere Judicium Epiſcopale præſumant: Nos propterea ſolliciti de implendis, prout decet, muneris Noſtri partibus, nonnulla præfatis Literis addenda, nonnulla vero tacite, breviterque ibidem tradita, clarius explicanda cenſuimus, ut recte omnia, atque ex ordine peragantur.

Mœrentes igitur audivimus, quod in pleriſque Diœceſibus etſi recepta ſit laudabilis, firmiterque cuſtodienda conſuetudo in ſcriptis redigendi examen Concurrentium: Nihilominus Examinatorum Suffragia in ſola literarum peritia verſantur, nec illorum exquiritur ſententia de Clericorum ætate, inſtitutione, gravitate, & honeſtate morum, prudentia, muniis antea exercitis, & an tales demum ſint, qui Oves ſuas verbo, & exemplo juvare poſſint. Quam devia ſit hujuſmodi praxis a Tridentini ſemita, is plane intelliget, qui expendet verba relata *Cap. 18. ſeſſ. 24. de Reformat.* -- *Peracto deinde examine, renuntientur quotcumque ab his idonei judicati fuerint, moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus ad vacantem Eccleſiam gubernandam opportunis* -- Idque probe noſcens Congregatio ejuſdem Concilii Interpres pluries edixit, Examinatores ſuo deeſſe muneri, ſi doctrinæ tantum Judices eſſent, nec inquirerent, qui præ aliis probitate morum, laboribus, præſtito antea Eccleſiæ obſequio, ceteriſque dotibus ad Officium Parochi cumulate obeundum neceſſariis, eſſent idonei, & commendabiles.

Abſoluto examine, ut cuique ſatis comperium eſt, fit tantummodo poteſtas Examinatoribus renuntiandi quotquot regendæ Eccleſiæ idoneos judicaverint, reſervata uni Epiſcopo electione Dignioris, quemadmodum ſancitum eſt a Tridentino illis verbis -*Ex hiſque Epiſcopus eligat, quem ceteris magis idoneum judicaverit* -- At ſi quem Clericorum forte contigerit appellare a mala relatione Examinatorum, quorum cura unice verſata fuerit in exquirenda doctrina, non facta uno, eodemque tempore ſolerti etiam inveſtigatione aliarum qualitatum, quæ Paſtoris congruat officio: Ordo judicii ſecumfert, ut etiam Judex, ad quem provocatum fuit, in ſola doctrinæ indagine immoretur; Nec ſine gravi animarum detrimento, & diſciplinæ injuria præficiatur Eccleſiæ, qui literis magis pollet, licet ad cetera minus aptus, & quandoque indignus; Contra vero arceatur ille, qui licet impar doctrinæ merito, attamen moribus, gravitate, prudentia, probato nomine, diuturno Eccleſiæ famulatu, ac multiplici virtutum laude præcellit.

Factum præterea ſatis extirpandis abuſibus non videtur, ſi tam Epiſcopus, quam Examinatores conjunctis ſtudiis, induſtriæ nervos omnes intenderint in conferenda concordi judicio Eccleſia Perſonæ, quæ licet ſcientia, & literis alteri concedat, majori tamen ceterarum qualitatum eminet ornamento; Siquidem poſtpoſitus, ſuæ nimium fidens doctrinæ, ab irrationabili judicio Epiſcopi non raro appellat; Cauſaque ad Judicem Appellationis delata, idem totus eſt in perquirenda majori doctrina, ac reparando gravamine literato homini irrogato, nuſquam librato aliarum virtutum pondere, quæ in Appellante deſiderantur: Lugentque, ut plurimum, vigiles Eccleſiarum Antiſtites exitum hujuſmodi appellationis, intimeque dolent, Parochias doctis, non aptis Paſtoribus, ut dictum eſt, regendas committi.

At ſi Judex etiam Appellationis (quod raro evenit) tantum tribuens ſcientiæ, quantum ſatis, majori, & accuratiori examine inquirat, qui mores hominum ſint, quæ gravitas, prudentia, qui ſuſcepti antea labores, quæ virtutum ſpecimina, quæ demum totius anteactæ vitæ ratio, paſcendo Gregi conſentanea: Tot Judici exhibantur atteſtationes ab Appellante ex induſtria collectæ, ut, revocato Epiſcopali judicio, tamquam irrationabili, non vereatur Judex ſuccurrere eidem Appellanti, quem tam copioſa, tamque conſpicua probitatis adjuvant documenta.

Demum, cum præcipue Epiſcopis, tamquam in ſpecula conſtitutis, pateant Subditorum exceſſus, contingere ſolet, ut in Concurſu tam inſpecta ſcientia, quam moribus ille idoneus ab Examinatoribus renuntietur, cui fœda aliqua vitii labes, ac criminis macula inuſta ſit, omnibus, præterquam Epiſcopo, occulta,

Si

Digitized by Google

Si Epiſcopus, juſta ſuadente cauſa, crimine non revelato, eundem criminoſum tacitus præterierit, aliumque immunem a ſorde prælegerit: Illico poſtpoſitus, ſimulato gravamine, provocat ad Superiorem Judicem criminis ignarum, & conſueto diffugio Appellationis evehitur ad Paſtorale faſtigium, qui non poteſt conſulere Populo, ſed nocere, nec præſtare regimen, ſed augere diſcrimen.

Ne igitur improbi ingenii homines remedium Appellationis ad juſtitiæ præſidium inſtitutum, callide traducant ad iniquitatis defenſionem: Optimum factu aliquibus fortaſſe videretur, ſi Appellatione quavia ſublata, cura præficiendi Rectores animarum prorſus relinqueretur Epiſcopia, rationem villicationis ſuæ Chriſto Judici tantum reddituris. Verum nullo pacto probare id poſſumus, quod adverſaretur menti Concilii Tridentini, tacite permittentis Appellationem in devolutivo a mala relatione Examinatorum, quemadmodum innuere videntur verba illa -- *Nec prædictorum Examinatorum relationem, quominus executionem habeat, ulla devolutio, & Appellatio, etiam ad Sedem Apoſtolicam, ſive ejuſdem Sedis Legatos, aut Vice-Legatos, aut Nuncios, ſeu Epiſcopos, aut Metropolitanos, Primates, vel Patriarchas interpoſita impediat, aut ſuſpendat* -- Cui Sanctioni reſpondet etiam Conſtitutio Piana, admittens appellationem in devolutivo ab irrationabili judicio Epiſcopi.

Qua de re, ut in hujuſmodi negocio apte omnia, atque compoſite peragantur, Officii Noſtri eſſe duximus, cum vobis Venerabiles Fratres, gerendarum rerum ordinem præſcribere, quem longo uſu utilem agnovimus inſtituendis animarum Rectoribus, qui credito ſibi Gregi præeſſe, & prodeſſe poſſint.

I. Epiſcopus, habita notitia vacationis Eccleſiæ, ſtatim, ad præſcriptum Tridentini, idoneum in ea deputet Vicarium, cum congrua ejus arbitrio fructuum portionis aſſignatione, qui onera ipſius Eccleſiæ ſuſtineat, donec ei de Rectore provideatur.

II. Publico evulgetur Edicto notitia Concurſus, congruo, & ab Epiſcopo præfinito tempore celebrandi, eodemque Edicto omnes clare, & aperte moneantur, ut interim, decurrente termino aſſignato, coram Cancellario Epiſcopali, vel altero ab Epiſcopo deputando, ſuarum qualitatum, meritorum, & munerum probationes, atteſtationes tam Judiciales, quam extrajudiciales, aliaque id genus documenta, quæ fraude vacent, exhibeant: Alioquin, dicto termino elapſo, Documenta hujuſmodi quæcumque, & qualiacumque ea ſint, nullatenus recipientur.

III. Eveniente die Concurſus, a Cancellario Epiſcopali ſingulorum merita, qualitates, & requiſita (ut vocant) incorrupta fide deprompta a Juribus tempore habili exhibitis, in ſcriptis ſummatim redigantur: Porro copia Epitomes tradetur non ſolum Epiſcopo, vel Vicario Generali vices illius obeunti, ſed ſingillatim omnibus Examinatoribus ad Concurſum adſcitis, ut, cum de ſcientia, tum de vita, moribus, aliiſque regendæ Eccleſiæ neceſſariis dotibus ferant judicium.

IV. Die præſtituta ab Epiſcopo habeatur Concurſus, ſervata accurate in omnibus forma tradita in ſupra relatis Literis anno 1721. editis, totaque rerum in eo geſtarum ſeriès ſcriptis diligenter enucleetur. Porro Examinatores ad aſſequendam certam, & indubiam conjecturam ſcientiæ, poſtquam diligenter expenderint ſingulorum peritiam in evolvendo, explicandoque oretenus aliquo Eccleſiaſticæ Doctrinæ capite, vel a Sanctis Patribus, vel a Sacro Concilio Tridentino, vel a Catechiſmo Romano excerpto, ac pari diligentia libraverint a quolibet ſcripto datas reſponſiones quæſtionibus propoſitis; Et, poſtquam demum deprehenderint, qua quiſque polleat gravitate Sententiarum, & elegantia ſermonis in Conciuncula ſcripto pariter exarata, & Textui Evangelico, vel altero dato Themati accommodata: Parem, ni forte majorem ſolertiam Examinatores adhibeant in perſcrutandis aliis qualitatibus, regimini animarum conſentaneis; morum honeſtatem inquirant, gravitatem, prudentiam, præſtita hactenus Eccleſiæ obſequia, acquiſitam in aliis muneribus laudem, aliaque ſpectabilium virtutum ornamenta, Doctrinæ arcto fœdere conſocianda; hiſque omnibus conjunctim expenſis, inhabiles per ſua ſuffragia rejiciant, & idoneos Epiſcopo renuntient.

V. Abſoluto Concurſu ab Epiſcopo, vel, eo impedito, a Vicario Generali una cum Examinatoribus Synodalibus non paucioribus, quam tribus, Notula compendiaria Requiſitorum antea diſtributa tradatur Cancellario, qui illam comburat, vel penes Acta ſecreto cuſtodiat, & nemini oſtendat, niſi de mandato Epiſcopi, vel ejus Vicarii Generalis. Subinde vero Ordinarius, cum primum ei libuerit, eligat ex approbatis Digniorem, nec illi Poſſeſſio ullo Appellationis, vel Inhibitionis obtentu retardetur.

VI. Si quem Clericorum appellare contigerit a mala relatione Examinatorum, vel ab irrationabili judicio Epiſcopi: coram Judice Appellationis Acta Concurſus integra omnino producat; Et Judex niſi illis viſis, & gravamine comperto, Sententiam non pronunciet. Præterea in ferenda Sententia, ac reparando gravamine, idem Judex innitatur ſolummodo probationibus ab Actis elicitis tam reſpectu doctrinæ, quam aliorum meritorum. Quia vero a publica indictione uſque ad diem habiti Concurſus tantum temporis interceſſit, quantum ſatis fuit commode exhibendis neceſſariis juribus, atteſtationibus, requiſitis, aliiſque meritorum documentis; Idcirco, ut quævis via fraudibus præcidatur, volumus, ac diſtincte mandamus, ne dictas Atteſtationes, Fides tam judiciales, quam extrajudiciales, & documenta quæcumque ſtudioſe conquiſita, & poſt Concurſum, ut ajunt, expiſcata ullo modo recipiantur: Non obſtantibus ſupra memoratis Literis, a Congregatione Concilii Tridentini Interprete anno 1721. editis, quibus ad præmiſſorum effectum in hac parte derogamus, illis tamen in reliquis, una cum omnibus in eis contentis, firmiter in ſuo robore permanſuris.

VII. Ubi vero Epiſcopus, poſthabito uno, vel altero ex approbatis, Eccleſiam contulerit magis idoneo ob aliquam ſibi ipſi tantum notam cauſam, quam cenſeat ſignificari oportere Judici Appellationis, ad detergendam injuſtæ fortaſſe prælectionis notam: Familiaribus literis Judicem certiorem efficiat, inviolabilis ſecreti lege adjecta. Nemo ſit, qui hanc praxim Noſtræ tribuat ſolertiæ, cum illa profluat a Tridentini Decretis. *Seſſione* etenim 24. *cap.* 20. *de Reformat.* ita diſponitur -- *Præterea, ſi quis in caſibus a Jure permiſſis appellaverit, aut de aliquo gravamine conqueſtus fuerit, ſeu alias ob lapſum biennii, de quo ſupra, ad alium Judicem recurrerit, teneatur Acta omnia coram Epiſcopo geſta ad Judicem Appellationis expenſis ſuis transferre*, EODEM TAMEN EPISCOPO PRIUS ADMONITO, UT SI QUID EI PRO CAUSÆ INSTRUCTIONE VIDEBITUR, POSSIT APPELLATIONIS SIGNIFICARE.

Et quamvis jure Nobis timendum ſit, ne dicta praxis monendi Judicem, a quo appellatum eſt, in more olim poſita, hac tempeſtate obſoleverit, & a Foro receſſerit; Attamen Epiſcopus (ut dictum eſt) ſi ex cauſa ſibi tantum, & non aliis nota, quæ tamen approbari digna ſit, Eccleſiam contulerit; illam Judici

Appellationis,

Digitized by Google

Appellationis, datis ſecreto literis, denunciet, & aperiat. Sciant porro Judices, delatas ab Epiſcopo cauſas, & rationes inviolabilis ſecreti fide eſſe cuſtodiendas; nec parvi pendendum eſſe teſtimonium illius Paſtoris, cui Divino mandatur eloquio, Oves ſuas agnoſcere. Facile enim credi non poteſt, Epiſcopos ſuæ non minus, quam alienæ ſalutis adeo immemores, ut non deterriti Divini interminatione Judicii, odio, vel favore moveantur; & in Sacrorum Canonum ſingularem injuriam, *dicant malum bonum, bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras.*

Si vero Epiſcopo fuerit ſuſpecta fides Judicis, ad quem appellatum eſt, nec eidem revelanda cenſuerit hujuſmodi occulta rationum momenta: Illa ſignificet ſecretis literis S. R. E. Cardinali Præfecto pro tempore Congregationis Concilii, qui nec conſilio, nec authoritate deerit, quominus a Judice Appellationis debitus juſtitiæ locus tribuatur.

Præterea, quia æquitati etiam convenit, Cauſas Appellationum, quæ magno Litigantium diſpendio, & Eccleſiæ pernicie immortales quandoque exiſtunt, quanta fieri poteſt brevitate terminari: Idcirco, ubi a Judice Appellationis lata ſit Sententia, quæ prælectioni factæ ab Epiſcopo omnino ſit conformia, nullus pateat novæ Appellationi aditus, ſed auctoritate Rei judicatæ controverſiæ finis imponatur. Sin vero Judex Appellationis, aliter, quàm Ordinarius pronunciaverit; liceat Prælecto ab Epiſcopo, qui Cauſa cecidit, ad alium Judicem appellare, firmiter interim retenta Parochialis Eccleſiæ poſſeſſione. Tandem, poſtquam tertius quoque Judex ſententiam dixerit, ne Partes ultra modum graventur laboribus, & expenſis, præſertim, quia agitur de Cura Animarum, cui damnoſum eſt, certi Paſtoris deſtitui ſolatio; Is legitimum regendæ Eccleſiæ jus obtineat, cui duæ conformes aſſiſtunt Sententiæ, nec ullum novæ Appellationis remedium ſuccumbenti ſuffragetur.

His ſane regulis, quamvis Appellatio ſublata non ſit, ſatis tamen præſidii comparatum eſſe arbitramur Eccleſiaſticæ diſciplinæ, ac recto gerendarum rerum ordini. Unum ſupereſt, ut propoſita hactenus media debitæ executioni mandentur; Eumque in ſcopum Locorum Ordinarii vigilantiam ſuam deſiderari non patiantur. Ferendum quippe non eſſet, ad noſtri Apoſtolatus auditum novas in diem deferri querelas, ac ſubmovendis abuſibus novas implorari leges ab iis, qui jam præſtitutas negligunt & contemnunt.

Demum, cum non raro contingat, Eccleſias Parochiales, Dignitates, Canonicatus, aliaque Beneficia, curam Animarum habentia, a Sede Apoſtolica eſſe conferenda; vel quia vacaverint in Menſibus reſervatis, vel quia ex alio capite dictæ Sedi reſervata ſint: Nos, Prædeceſſorum Noſtrorum veſtigiis inhærentes, præcipimus, & mandamus, ut uno, vel altero eveniente caſu, Concurſus ab Epiſcopo ſine ullo diſcrimine indicatur, nulla ad hunc actum petita venia, vel licentia, quam Noſtris hiſce Literis ſibi tributam Epiſcopi intelligant. Abſoluto concurſu, ſi res ſit de Beneficiis curatis, *quæ tantum ratione Menſium reſervata ſint*; Epiſcopus inter approbatos eligat magis idoneum, & Datariæ ſignificet, nec Acta concurſus tranſmittat, niſi a Dataria, cum id opportunum duxerit, requirantur. Sin vero dicta Beneficia, quibus cura imminet Animarum, *ex alio quovis capite, quam Menſium Apoſtolicorum*, S. Sedi reſervata ſint; Eo ſane caſu, veteri non immutato more, abſtineat Epiſcopus a ferendo Dignioris judicio, & Acta concurſus ultro Datariæ exhibeat.

Licebit tamen Ordinariis, pro ſuo arbitrio, familiaribus literis Datario ſcriptis eidem denunciare Perſonam, quam cenſeat regendæ Eccleſiæ magis idoneam, eundemque commonere, an occulta aliqua, & in Actis juſte reticita ſubſit cauſa, quæ cuipiam obſtet ad Beneficium curatum obtinendum. Nos ipſi poſtmodum ab hac Sede omnium Principe, & Magiſtra, luculento edocebimus exemplo, quanti faciendum ſit Epiſcopale judicium, quantoque vos honore proſequamur, Ven. Fratres, in partem noſtræ ſollicitudinis evocatos, quibus interim Apoſtolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die xiv. Decembris MDCCXLII. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

B

CONSTITUTIO SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI BENEDICTI PAPÆ XIV.

De Appellationibus, & Inhibitionibus concedendis, vel negandis.

BENEDICTUS EPISCOPUS Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad militantis Eccleſiæ regimen nullo meritorum Noſtrorum ſuffragio, ſed imperſcrutabilis conſilii altitudine evocati, inter graves curas, quas aſſidue pro Noſtro munere ſuſtinemus, poſtrema illa non eſt, in quam totis viribus Nobis incumbendum eſſe ducimus, ut graves nimium, diuturnæ, nulloque unquam tempore intermiſſæ Epiſcoporum, aliorumque ordinariam Juriſdictionem habentium querelæ adverſus Majora Tribunalia, atque illa etiam Noſtræ Romanæ Curiæ propoſitæ, tandem compeſcantur. Intimo ſiquidem Animi Noſtri mœrore, cum in minoribus adhuc eſſemus, jamdiu intelleximus, pleroſque Locorum Ordinarios conqueri, ſenſim abuſum irrepſiſſe, quod ad malitioſam petentium ſuggeſtionem a Patriarchis, Metropolitanis, S. Sedis a latere Legatis, & diverſis dictæ Romanæ Curiæ Judicibus *Inhibitiones* ſine delectu Cauſæ, & rei, de qua agitur, examine paſſim concedantur; Et quamvis in more poſitum ſit, dictas Inhibitiones indebite expeditas pro Cauſæ meritis revocari, & aboleri; remedium tamen inflicto vulneri non ſatis eſſe dicunt, cum interea oporteat Epiſcopos, alioſve inferiores Judices in ipſo Cauſarum, & Judiciorum curſu otioſos immorari, jus ſuum judicialiter aſſerere, & vindicare; & ad continendos in officio Populos gravia ſæpe incommoda, & diſpendia ſubire. E contrario Nobis quoque, dum etiam in minoribus eſſemus, Superiorum Judicum reſponſiones audire contigit, aſſerentium, memoratas querelas inanes eſſe, nec ulli innixas fundamento, utpote ex hac unica re cauſam, & originem habentes, quod inferioribus grave eſt obedientiæ, ac ſubjectionis jugum erga majora Tribunalia, ipſiſque nimia diſplicet, ſibi ſubditis appellationis beneficio ſuccurri. Porro, cum facile hæc diſſidia componi, & ſuccreſcentia litium ſemina avelli poſſint, ſi quæ a Sacra Tridentina Synodo, ab Apoſtolicis Conſtitutionibus, & Congregationum Decretis provide ſancita ſunt, debitæ executioni mandentur: Nos idcirco ad conſervandam Eccleſiæ diſciplinam, reſtituendamque Tribunalibus formam eiſdem Canonicis Legibus conſentaneam, pro credito Nobis Apoſtolicæ ſervitutis Officio, opportune duximus conſulendum.

Inhærentes itaque Decretis ejuſdem Sacri Concilii, necnon Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, juſſu, & approbatione rec. mem. *Clementis* PP. VIII. Prædeceſſoris Noſtri alias editis die xvi. Octobris MDC. Itemque aliis Congregationis particularis juſſu pariter, & approbatione fel. rec. *Urbani* PP. VIII. ſimiliter Prædeceſſoris Noſtri, promulgatis die v. Septembris MDCXXVI. eorumque declarationibus nuper ſuperadditis a piæ mem. *Benedicto XIII.* etiam Prædeceſſore Noſtro in Appendice Concilii Romani, aliiſque Apoſtolicis Conſtitutionibus, hac de re alias editis, & innovatis, & præſertim Conſtitutioni piæ mem. *Gregorii XV.* quæ incipit -- *Inſcrutabili* -- ſub Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ MDCXXII. Nonis Februarii: Diſtricte præcipimus, & mandamus, ne deinceps ab exequutione Decretorum dicti Sac. Concilii Tridentini in omnibus illis Cauſis, & negociis, in quibus exequutio hujuſmodi Epiſcopis, & Locorum Ordinariis, etiam uti Sedis Apoſtolicæ Delegatis, ab eodem Sacro Concilio, vel dictis Apoſtolicis Conſtitutionibus, appellatione, vel inhibitione quacumque poſtpoſita, commiſſa eſt, appellatio aliqua in Tribunalibus prædictis recipiatur, vel Inhibitiones, Citationes generales, vel ſpeciales cum Commiſſione inſerta, Monitoria, & alia hujuſmodi, per quæ dictorum Decretorum exequutio retardetur, aut proceſſus ad ulteriora in eadem exequutione ſuſpendatur, aut impediatur, quoquo modo concedantur.

Itaque a quibuſcumque Mandatis, prohibitionibus, proviſionibus, & Statutis tam in Viſitatione, quam extra pro Divino Cultu conſervando, & augendo, & præſertim circa ea, quæ obſervanda, & evitanda ſunt in celebratione Miſſæ, aut alio quovis modo reſpiciunt exequutionem Decreti Sacri Concilii *Seſſ.* 21. *de Reform. cap.* 8. *& ſeſſ.* 22. *in Decret. de Obſerv. & Evit. in celebrat. Miſſ.*

Item a Decretis cogentibus Clericos tam Seculares, quam Regulares etiam Monachos, & exemtos ad publicas Proceſſiones, ſervata tamen forma Conſtitutionis ſan. mem. *Pii V.* quæ incipit -- *Etſi Mendicantium* -- Prout etiam a Decretis, & proviſionibus ſuper præcedentia inter Perſonas Eccleſiaſticas tam Seculares, quam Regulares in eiſdem Proceſſionibus, vel aſſociatione Defunctorum, delatione Umbellæ, & hujuſmodi: Necnon ſuper obſervatione Cenſurarum, etiam Epiſcopalium, & Feſtorum Diœceſis, juxta diſpoſitionem ejuſdem Sacri Concilii *Seſſ.* 25. *de Regular. cap.* 12. *& cap.* 13.

Item in omnibus iis, quæ ad curam Animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem quoquo modo pertinent, & præſertim adverſus Monitiones, Cenſuras, aut alias proviſiones, per quas Parochi, aut alii curam Animarum exercentes, diebus ſaltem Dominicis, & Feſtis ſolemnibus Plebes ſibi commiſſas ſalutaribus verbis paſcere compellantur, docendo ea, quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, juxta Decretum Sacri Concilii *Seſſ.* 5. *de Reformat. cap.* 2.

Item adverſus deputationem Vicariorum etiam perpetuorum, cum aſſignatione Congruæ, per quos Cura Animarum exerceatur, quoties plura Beneficia Curata ex Diſpenſatione Apoſtolica ab aliquo obtineantur: Vel quoties eadem Beneficia Curata Cathedralibus, Collegiatis, ſeu aliis Eccleſiis, vel Monaſteriis, Beneficiis, ſeu Collegiis, aut piis Locis quibuſcumque perpetuo unita, & adnexa reperiuntur, juxta præſcriptum dicti Sacri Concilii *Seſſ.* 7. *de Reformat. cap.* 5. *& cap.* 7. & juxta Conſtitutionem ſan. mem. *Pii V.* quæ incipit -- *Ad exequendum.*

Item adverſus Viſitationem Beneficiorum Curatorum, ut ſupra perpetuo unitorum, necnon quarumcumque Eccleſiarum quomodolibet exemtarum, prout etiam adverſus Decreta, & proviſiones ab Ordinario capiendas, ut quæ in eis reparatione indigent, reparentur, & Cura Animarum, ſi qua illis imminet, aliiſque debitis obſequiis minime defraudentur, juxta diſpoſitionem Sacri Concilii eadem *Seſſ.* 7. *de Reform. cap.* 8. *& Seſſ.* 21. *cap.* 7.

Item a Decretis, ſeu Mandatis, per quæ Epiſcopi, etiam uti Apoſtolicæ Sedis Delegati, in Eccleſiis Parochialibus, aut Baptiſmalibus, in quibus Populus ita numeroſus eſt, ut unus Rector non poſſit ſufficere Eccleſiaſticis Sacramentis miniſtrandis, & Cultui Divino peragendo, cogant Rectores, vel alios, ad quos pertinet, ſibi tot Sacerdotes ad hoc munus adjungere, quot ſufficiant ad Sacramenta exhibenda, & Cultum Divinum celebrandum: Aut etiam invitis Rectoribus, procedant ad conſtitutionem novarum Parochiarum cum aſſignatione competentis portionis, ubi ob locorum diſtantiam, ſive difficultatem Parochiani ſine magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & Divina Officia audienda accedere non poſſunt; vel denique propter paupertatem, & in ceteris caſibus a Jure permiſſis deveniant ad uniones perpetuas aliorum Beneficiorum ſimplicium, non tamen Regularium, juxta diſpoſitionem Sacri Concilii *Seſſ.* 21. *de Reform. cap.* 4. *& cap.* 5. *& Seſſ.* 24. *ſimiliter de Reform. cap.* 13.

Item a deputatione Coadjutorum, aut Vicariorum pro tempore, vel aliis proviſionibus ab Epiſcopo capiendis, etiam tanquam Apoſtolicæ Sedis Delegato, quando illiterati, & imperiti Parochialium Eccleſiarum Rectores ſacris minus apti ſunt officiis, cum aſſignatione partis fructuum pro ſufficienti illorum victu: necnon a ſuſpenſione, atque etiam a privatione illorum, qui turpiter, & ſcandaloſe vivunt, & poſtquam præmoniti ſunt, in ſua nequitia incorrigibiles perſeverant, juxta præſcriptum ejuſdem Concilii *dict. Seſſ.* 21. *de Reform. cap.* 6.

Item a translatione Beneficiorum ſimplicium, etiam Juriſpatronatus, ex Eccleſiis, quæ vetuſtate, vel alias collapſæ ſint, & ob earum inopiam nequeant inſtaurari, vocatis iis, quorum intereſt, in Matrices, aut alias Eccleſias cum omnibus emolumentis, & oneribus: Prout etiam a Decretis cogentibus Patronos, Rectores, Beneficiatos, aut Parochianos, ſive Populum ad refectionem, & inſtaurationem Eccleſiarum Parochialium, ſervata forma Sacri Concilii *dict. Seſſ.* 21. *cap.* 7.

Item a Cenſuris, ſequeſtratione, & ſubtractione fructuum, aut aliis quibuſcumque proviſionibus, pro cogendis ad reſidentiam Parochis, ceteriſque omnibus, quibus Cura Animarum incumbit, juxta Decretum ejuſdem Sacri Concilii *Seſſ.* 23. *de Reformat. cap.* 1.

Item a denegatione, revocatione, ſuſpenſione, vel reſtrictione, & limitatione facultatis audiendi Confeſſiones reſpectu eorum, qui Parochiale Beneficium non obtinent, etiamſi fuerint Regulares, pro excipiendis Confeſſionibus Secularium, juxta ordinationem S. Concilii *Seſſ.* 23. *cap.* 15. & Prædeceſſorum Noſtrorum Conſtitutiones, ac præcipue illam fel. rec. *Clementis X.* quæ incipit -- *Superna.*

Item in illis Civitatibus, aut Locis, ubi vel Parochiales Eccleſiæ certos non habent fines, nec earum Rectores proprium Populum, quem regant, ſed promiſcue petentibus Sacramenta adminiſtrant, vel etiam nullæ ſunt Parochiales, a diviſione, ſeu diſtinctione Parochiarum, earumque ordinatione,

ſive

ſive inſtitutione in titulum perpetuum, juxta Decretum Sacri Concilii *Seſſ.* 24. *de Reformat. cap.* 13.

Item a deputatione Vicarii, vel Œconomi cum aſſignatione Congruæ pro tempore, quo vacat Eccleſia Parochialis: Prout etiam ab indictione Concurſus, relatione Examinatorum, necnon prælectione, & proviſione Epiſcopi in eodem Concurſu, juxta definitionem Sac. Concilii eadem *Seſſ.* 24. *de Reformat. cap.* 18.

Item a Mandatis, ſeu Decretis inhibentibus prædicationem, vel publicas lectiones, aut coercentibus, vel punientibus quoſcumque etiam exemtos tam Seculares, quam Regulares, qui in alienis Eccleſiis, quæ ſuorum Ordinum non ſunt abſque Epiſcopi licentia, & in Eccleſiis ſuis, aut ſuorum Ordinum, non petita illius benedictione, aut ipſo contradicente prædicare præſumſerint, juxta Decretum Sacri Concilii *Seſſ.* 5. *de Reformat. cap.* 2. & *Seſſ.* 24. *ſimiliter de Reformat. cap.* 4. & Conſtitutionem piæ mem. *Gregorii XV.* quæ incipit -- *Inſcrutabili* -- §. *fin.* Una cum declarationibus contentis in Conſtitut. *Clementis* PP. X. quæ incipit -- *Superna.*

Et generaliter in omnibus iis, quæ pertinent ad Curam Animarum, & rectam Sacramentorum adminiſtrationem adverſus viſitationem, correctionem, coercitionem, & quaſcumque alias proviſiones Epiſcopi Diœceſani, etiam quoad exemtos, ſive Seculares, ſive Regulares, juxta laudatam Conſtitutionem Gregorii XV. quæ incipit -- *Inſcrutabili.*

Item adverſus quaſcumque Proviſiones, & Decreta pro conſervanda, aut reſtituenda clauſura Sanctimonialium, aut pro correctione, ſeu punitione earum, qui circa Perſonas intra Monaſteria degentes, aut circa Clauſuram, vel circa Bonorum adminiſtrationem deliquerint. Prout etiam ab examine pro approbatione, vel reprobatione Confeſſariorum ſive Regularium, ſive Secularium quomodocumque exemtorum, & tam Ordinariorum, quam Extraordinariorum pro excipiendis Confeſſionibus Monialium, etiam Regularibus ſubjectarum: Itidemque a Decretis, vel aliis quibuſcumque proviſionibus cogentibus Adminiſtratores ſive Seculares, ſive Regulares quomodolibet exemtos ad reddendam ſingulis annis rationem Bonorum ad Monaſteria Sancti Monialium hujuſmodi pertinentium: Ac demum a quibuſcumque Decretis ſuper amotione Cappellanorum, Sacriſtarum, & aliorum quorumcumque Officialium, & Miniſtrorum tam Secularium, quam Regularium ipſis Monialibus, vel earum Eccleſiis inſervientium, juxta diſpoſitionem Sacri Concilii *Seſſ.* 25. *de Regular.* & *Monial. cap.* 5. *cap.* 9. & *cap.* 10. ſervata tamen quoad Regulares, & exemtos forma prædictæ Conſtitutionis rec. mem. *Gregorii XV.* quæ incipit -- *Inſcrutabili.*

Item adverſus paſtoralem Viſitationem Diœceſis, & præſertim Monaſteriorum Commendatorum, Abbatiarum, Prioratuum, & Præpoſiturarum, in quibus non viget Regularis obſervantia, necnon Beneficiorum tam Curatorum, quam non Curatorum Secularium, & Regularium, qualitercumque commendatorum, etiam exemtorum: Prout etiam ab exequutione eorum, quæ in ipſa Viſitatione mandata, decreta, aut judicata fuerint: necnon ſimiliter a quibuſcumque Decretis, & Proviſionibus, etiam extra Viſitationem pro conſervatione, vel reparatione Eccleſiaſticæ Diſciplinæ quoad vitam, mores, & honeſtatem quorumcumque Clericorum, luxum, comeſſationes, choreas, luſus, crimina, & ſecularia negocia fugienda, atque evitanda, juxta plura Decreta dicti Sacri Concilii, & præſertim *Seſſ.* 6. *de Reform. cap.* 4. *Seſſ.* 13. *cap.* 1. *Seſſ.* 14. *cap.* 4. *Seſſ.* 21. *cap.* 8. *Seſſ.* 22. *cap.* 1. & *cap.* 8. & *Seſſ.* 24. *cap.* 10. ad formam tamen Decretorum Sacræ Congregationis Epiſcoporum de mandato ſan. mem. *Clementis VIII.* editorum anno MDC.

Item a Decretis cogentibus præſentatos, electos, vel nominatos a quibuſvis Eccleſiaſticis Perſonis, etiam Noſtris, & Sedis Apoſtolicæ Nunciis ad quævis Eccleſiaſtica Beneficia, ad ſe ſubjiciendum examini Ordinarii, antequam inſtituantur, confirmentur, vel admittantur, quemadmodum cavetur *Seſſ.* 7. *de Reformat. cap.* 13.

Item a denegatione Sacrorum Ordinum, vel adſcenſus ad alios Majores; prout etiam adverſus ſuſpenſionem ab Ordinibus jam ſuſceptis ob crimen occultum, ſive ex informata conſcientia, juxta diſpoſitionem Sacri Concilii *Seſſ.* 14. *de Reformation. cap.* 1. & *cap.* 3. & *Seſſ.* 21. *cap.* 1. & *Seſſ.* 23. *cap.* 16.

Item a præfixione termini, intra quem Regularis Epiſcopo non ſubditus, qui intra Clauſtra Monaſterii degat, & extra ea ita notorie deliquerit, ut Populo ſcandalo ſit, a ſuo Superiore puniri debeat, ac de punitione ipſe Epiſcopus certior fieri, juxta Decretum Sacri Concilii *Seſſion.* 25. *de Regular. cap.* 14. & Conſtitutionem fel. rec. *Clementis* PP. VIII. quæ incipit -- *Suſcepti muneris:* Necnon adverſus punitionem, & correctionem eorumdem Regularium, qui circa Perſonas intra ſepta degentes, aut circa Clauſuram ipſam deliquerint, juxta prædictam Conſtitutionem *Gregorii XV.* quæ incipit -- *Inſcrutabili.*

Item a Cenſuris, aut aliis proviſionibus contra Concubinarios, & præſertim Clericos, etiam retinentes Domi, aut extra Mulieres ſuſpectas, juxta præſcriptum Sacri Concilii *Seſſ.* 24. *de Reformation. Matrim. cap.* 8. & *Seſſ.* 25. *de Reform. cap.* 14.

Item adverſus privationem Privilegii Fori, & alias proviſiones contra Clericos non incedentes in habitu, & tonſura, & in aliis caſibus a Sacro Concilio præſcriptis *Seſſ.* 14. *de Reformat. cap.* 6. & *Seſſ.* 23. *ſimiliter cap.* 6. Prout etiam ab examine, approbatione, vel reprobatione Patrimonii Sacri, Penſionis Eccleſiaſticæ, aut Beneficii quoad Clericos promovendos ad Sacros Ordines, juxta diſpoſitionem ejuſdem Concilii *Seſſ.* 21. *de Reformat. cap.* 2.

Item adverſus convocationem Capituli, quam faciat Epiſcopus ad aliquid deliberandum, & juxta vota ipſorum Capitularium concludendum, quoties de re ad ſuum, vel ſuorum commodum ſpectante non agatur juxta Decretum Sacri Concilii *Seſſ.* 25. *de Reformat. cap.* 6.

Item a Mandatis, ſeu Decretis ſuper converſione tertiæ partis fructuum, & quorumcumque proventuum, & obventionum tam Dignitatum, quam Canonicatuum, Perſonatuum, Portionum, & Officiorum in diſtributiones quotidianas, earumque diviſione inter Dignitates obtinentes, & ceteros Divinis intereſſentes, in Eccleſiis tam Cathedralibus, quam Collegiatis, in quibus nullæ ſunt diſtributiones hujuſmodi quotidianæ, vel ita tenues, ut veroſimiliter negligantur, juxta Conſtitutionem ejuſdem Concilii *Seſſ.* 21. *de Reformat. cap.* 3. & *Seſſ.* 22. *ſimiliter de Reformat. cap.* 3.

Item adverſus exercitium facultatum Epiſcopis competentium ſuper exequutione omnium piarum diſpoſitionum tam in ultima voluntate, quam inter vivos in caſibus a Jure conceſſis juxta diſpoſitionem Sac. Concilii *Seſſ.* 22. *de Ref. Cap.* 8.

Item a viſitatione Hoſpitalium, Collegiorum quorumcumque, & Confraternitatum Laicorum, Eleemoſynarum, Montium Pietatis, ſive Charitatis, & omnium Piorum Locorum quomodocumque nuncupatorum, etiamſi eorum Cura ad Laicos pertineat, aut exemtionis Privilegio ſint munita: ac denique a cognitione, & exequutione eorum omnium, quæ ad Dei cultum, aut Animarum ſalutem, ſeu Pauperes ſuſtentandos inſtituta ſunt juxta dictum Decretum Sacri Concilii *Seſſ.* 22. *de Ref. Cap.* 8.

Item a Decretis, ſeu Mandatis cogentibus Adminiſtratores tam Eccleſiaſticos, quam Laicos, etiam exemptos Fabricæ cujuſvis Eccleſiæ, etiam Cathedralis, Hoſpitalis, Confraternitatis, Eleemoſynæ, Montis Pietatis, & quorumcumque Piorum Locorum ad reddendam ſingulis annis ipſi Ordinario rationem ſuæ adminiſtrationis, niſi aliud in inſtitutione, & ordinatione talis Eccleſiæ, ſeu Fabricæ expreſſe cautum fuerit, juxta Decreta Sac. Concilii *Seſſ.* 7. *de Reform. Cap.* 15. *&* *ſeſſ.* 22. *Cap.* 9. *&* *Seſſ.* 25. *Cap.* 8.

Item a Decretis compellentibus Notarios etiam Apoſtolica, Imperiali, aut Regia auctoritate creatos, & Scribentes in Cauſis Eccleſiaſticis, vel Spiritualibus ad ſe ſubjiciendum examini: Eorumque remotione, vel ſuſpenſione in caſu delicti, vel imperitiæ juxta præſcriptum Sacri Concilii *dicta Seſſ.* 22. *Cap.* 10.

Item ab erectione Seminarii, & taxatione quarumcumque Dignitatum, Perſonatuum, Officiorum, Præbendarum, Portionum, Abbatiarum, & Prioratuum cujuſcumque Ordinis etiam Regularis, Hoſpitalium, quæ dantur in titulum, vel adminiſtrationem, & Beneficiorum quorumcumque, etiam Regularium, etiam Juriſpatronatus, etiam exemtorum, etiam nullius Diœceſis, vel aliis Eccleſiis, Monaſteriis, Hoſpitalibus, & aliis quibuſvis Locis piis etiam exemtis annexorum, ac quorumcumque aliorum Eccleſiaſticorum redditium, ſeu proventuum, ad Fabricas Eccleſiarum, Confraternitates, & Monaſteria omnis, non tamen Mendicantium, pertinentium; necnon Decimarum quacumque ratione ad Laicos, atque etiam Milites, cujuſcumque Militiæ, aut Ordinis, Hieroſolymitano excepto, ſpectantium, pro ejuſdem Seminarii manutentione: Prout etiam ab unione, & applicatione aliquot Beneficiorum ſimplicium, necnon a Decretis cogentibus eos, qui Scholaſterias obtinent, vel quibus lectionis, vel Doctrinæ munus eſt annexum ad docendum per ſe ipſos, vel idoneos Subſtitutos, & generaliter a Mandatis, & proviſionibus, quæ quoquo modo reſpiciunt Curam, directionem, & adminiſtrationem Seminarii, plenamque exequutionem Decreti editi a Sacro Concilio ſuper Collegio Puerorum in ſingulis Cathedralibus inſtituendo *Seſſ.* 23. *de Reform. Cap.* 18.

Item a Mandatis, ſeu Decretis cogentibus Œconomos, Vicarios Capitulares ad reddendam rationem Adminiſtrationis per eos geſtæ Sede Epiſcopali vacante juxta præſcriptum Sacri Concilii *Seſſ.* 24. *de Reform. Cap.* 16.

Item a comminatione excommunicationis a Jure latæ, & a Sentenția excommunicationis latæ ab homine, ſuſpenſionis, & interdicti, niſi appellatio fuerit interpoſita ex capite nullitatis. Et è converſo a Sententia abſolutionis ab eiſdem Cenſuris Eccleſiaſticis: Et generaliter ab exequutione aliorum quorumcumque Decretorum dicti Sacri Concilii Tridentini Epiſcopis, atque Ordinariis locorum demandata ab ipſo Concilio, & in Conſtitutione fel. rec. Pii PP. IV. quæ incipit — *Benedictus Deus.*

Volumus, præcipimus, & mandamus, quod ab Archiepiſcopis, Patriarchis, ſeu Primatibus, aliiſque Judicibus Eccleſiaſticis, etiam noſtris, & Sedis Apoſtolicæ Nunciis, vel de latere Legatis, etiam S. R. E. Cardinalibus, atque etiam Cameræ noſtræ generali Auditore, Signaturæ Juſtitiæ Præfecto, ceteriſque Judicibus Romanæ Curiæ, eorumque Vicariis, & Officialibus, citationes generales, vel ſpeciales cum Commiſſione inſerta, Monitoria, & alia hujuſmodi cum Inhibitione, per quam exequutio Decretorum, Mandatorum, & Proviſionum hujuſmodi retardetur, ſuſpendatur, aut impediatur, minime concedantur, & quatenus nunc, aut impoſterum conceſſa fuerint, nullatenus inhibeant, atque ab Epiſcopis, aliiſque Locorum Ordinariis impune ſperni poſſint, quacumque Conſuetudine etiam immemorabili, vel quovis Privilegio, aut ſtylo concedendi Inhibitiones in Cauſis prædictis, tametſi temporarias, penitus excluſis. Nos enim Citationes, & Monitoria, aliter, quam, ut præfertur, conceſſa, vel impoſterum concedenda, nulla atque irrita declaramus, & pro nullis, atque irritis haberi volumus, & mandamus. Decernentes, quod adverſus Decreta, Mandata, & Proviſiones ejuſmodi, quas, vel quæ ab Epiſcopis, aliiſque Locorum Ordinariis fieri, vel capi contigerit in Cauſis, & negociis prædictis, vel ſimplex dumtaxat, & extrajudicialis recurſus per viam ſupplicis libelli, ad Nos, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices vel reſpective, & juxta Cauſarum naturam, & qualitatem appellatio, ad quos de Jure, in ſolo devolutivo, & ſine retardatione vel præjudicio legitimæ exequutionis recipi, & admitti poſſit.

Quoniam vero in hiſce ipſis negotiis, & Cauſis, in quibus inhibitiones Canonicam exequutionem impedientes, aut ſuſpendentes concedi non debent, dari poſſunt caſus, qui per ipſum Sacrum Concilium Tridentinum, vel juxta ejus mentem per Apoſtolicas Conſtitutiones, & Sacrarum Congregationum declarationes, aut communem Doctorum Sententiam, a præfata generali regula de non concedendis Inhibitionibus, eiſque poſthabendis, excipiuntur, quique, ut plurimum, non aliter, quam prudenti Judicis arbitrio ſecundum particulares Facti circumſtantias æſtimari poſſunt: Hinc Nos, ne ſub ejuſmodi prætextu Inhibitiones, ut ſupra prohibitæ, vulgo, & ſine ullo delectu etiam in Caſibus non exceptis concedantur: Statuimus, & mandamus, quod in dictis Cauſis, & negociis ſuperius expreſſis Metropolitani, Patriarchæ, Primates, aliique Judices prædicti, & præſertim Cameræ noſtræ generalis Auditor, ejuſque Locumtenentes, & Signaturæ Juſtitiæ Præfectus, ejuſque Auditor, ad quos in contingenti caſu pro obtinenda Inhibitione recurſum haberi contigerit, etiamſi aſſeratur, caſum illum a Sac. Concilio, vel Apoſtolicis Conſtitutionibus quacumque de Cauſa exceptum eſſe: Nihilominus literas Citatorias vel Monitoria cum Inhibitione hujuſmodi non concedant, niſi prius ex facti circumſtantiis in ſupplici libello a Parte recurrente clare, ac dilucide exponendis, & cum aliquo documento, ſemiplene ſaltem verificandis, eiſdem ſummarie apparuerit, caſum illum eſſe de exceptis, & propterea Epiſcopo, vel Ordinario Loci inhibendum eſſe, ne ad ulteriora procedat; Tunc enim, & non alias, & poſtquam ipſi Judices, quorum conſcientiam hac in parte oneramus, ſuper dicto ſupplici libello manu ſua reſcripſerint, quod inhibitio concedi poteſt, libelluſque cum reſcripto ejuſmodi in actis productus fuerit, diligentes ibidem

cuſtodien-

cuſtodiendus, & aſſervandus, liceat eorum Notariis, ſive Actuariis literas Citatorias cum dicta Inhibitione expedire, & Parti recurrenti tradere, ita tamen, ut in earum calce expreſſe adjiciatur ſequens clauſula -- *Nos enim, attentis Juribus, & ſupplici libello Nobis præſentatis, atque in Actis exhibitis, ſic, ut præfertur, inhibendum eſſe ſpeciali Reſcripto mandavimus* -- Alias litteræ ejuſmodi ſine tali clauſula nullam vim inhibendi habeant in caſibus prædictis. Et nihilominus, ſi Notarii ſine dicto ſpeciali Reſcripto ſuper ſupplici libello, aut ſine productione illius in Actis, aut ſine prædicta clauſula, citationes ullas, aut Monitoria cum inhibitione ſub quocumque prætextu, ſeu colore expedire, ac tradere præſumſerint, etiamſi illæ, aut illa a Judice ſubſcripta fuerint, pœnam infamiæ, & perpetuæ inhabilitatis ad officium Notarii in Cauſis Eccleſiaſticis exercendum, & quoad illos Cameræ Noſtræ generalis Auditoris, aut aliorum Romanæ Curiæ Judicum ſuperius expreſſorum, etiam quinquaginta ducatorum auri de Camera, pro una medietate Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, & pro alia ipſi Parti recurrenti, & in cauſa intereſſe habenti, ſin minus alicui ex Locis Piis arbitrio Noſtro, Noſtrorumque Succeſſorum deſtinando applicandam ipſo facto incurrant.

Ad hæc ſimiliter inhærentes diſpoſitioni ejuſdem Sacri Concilii *Seſſ. 7. de Reform. cap. 14. & ſeſſ. 14. cap. 5.* nec non etiam decreto piæ mem. Benedicti XIII. hac in re promulgato inter ejus additiones ad decreta Urbani PP. VIII. in appendice ad Concilium Romanum, volumus, & mandamus, quod Clerici Seculares, aut Regulares extra Monaſterium degentes, quomodolibet exempti in Civilibus Cauſis Mercedum, & miſerabilium Perſonarum, etiamſi certum Judicem a Sede Apoſtolica deputatum in partibus habeant: In aliis vero, ſi ipſum Judicem non habuerint, coram Locorum Ordinariis, tanquam ab ipſa Sede delegatis, conveniri in prima inſtantia, & Jure medio ad ſolvendum debitum cogi poſſint.

Quo vero ad Perſonas non exemtas, inhærendo ſimiliter diſpoſitioni ejuſdem Sacri Concilii *Seſſ. 13. de Reform. Cap. 1. & ſeſſ. 22. Cap. 7. & Seſſ. 24. Cap. 20.* necnon ſupradictis Decretis generalibus Congregationis Epiſcoporum editis anno 1600. cum noviſſimis additionibus, ſeu declarationibus Piæ mem. Benedicti XIII. in Appendice Concilii Romani, Volumus, ſtatuimus, & mandamus, quod Cauſæ omnes, tam Civiles, quam Criminales ad Forum Eccleſiaſticum pertinentes, exceptis Privilegiatis, quæ ex eodem Concilio, vel alias juxta Canonicas Sanctiones apud Nos, & Sedem Apoſtolicam tractari poſſunt, aut debent coram Ordinariis Locorum dumtaxat, in prima Inſtantia cognoſcantur, neque a Metropolitanis, Patriarchis, aut Primatibus, aliiſque Judicibus Eccleſiaſticis, etiam Noſtris, & Sedis Apoſtolicæ Nunciis, vel de latere Legatis, aut Cameræ Noſtræ generali Auditore, & ceteris quibuslibet Curiæ noſtræ Judicibus ad ſe avocari, vel aliis committi poſſint, niſi per viam legitimæ appellationis, & in caſibus, ut ſupra non prohibitis, ad ipſorum Tribunalia deferantur. Appellationes autem non recipiantur, neque inhibitiones vigore illarum concedantur, niſi prius conſtiterit, quod nedum per legitimam Perſonam, & intra legitima tempora vere appellatum fuerit; ſed etiam, quod appellatum fuerit a ſententia definitiva, vel habente vim definitivæ, aut gravamine, quod per definitivam ſententiam reparari non poſſit: idque per publica documenta, quæ realiter in actis exhibeantur; Tunc enim, & non antea Judici, ad quem appellatum fuerit, in Cauſa ſe intromittere, citationes, & inhibitiones concedere liceat, dummodo tamen concedantur cum inſcriptione tenoris ſententiæ, aut Decreti, ſeu vim definitivæ habentis, vel damnum per definitivam irreparabile inferentis; alias citationes, inhibitiones, Proceſſus, & inde ſequuta quæcumque, ſint ipſo Jure nulla, atque impune ſperni poſſint.

Quod ſi appellans aſſerat Sententiæ, aut Decreti exemplum authenticum culpa Judicis, a quo, vel Notarii, ſive Actuarii habere non poſſe, tunc ſaltem copiam ſimplicem Sententiæ, ſeu Decreti in Actis producere teneatur, ejuſque tenori in litteris inhibitorialibus inſerto adjicienda erit, prout adjici volumus, & mandamus, in earum corpore expreſſa conditio -- *Quatenus tamen tenor inſertus vere, & in ſubſtantialibus cum Originali concordet, eodemque Originali præſentes litteræ ſint in tempore poſteriores, alioquin nulla, & irrita cenſeantur:* Et, ſi ſecus factum fuerit, inhibitiones aliter conceſſæ nullatenus afficiant, & Notarii, ſive Actuarii, qui illas expediverint, incidant in pœnas ſuperius expreſſas. Cum vero a gravamine, quod per definitivam reparari nequit, appellatum fuerit, ſiquidem res ſit de carceratione jam ſequuta cum Mandato verbali, non aliter expediri poterunt Inhibitiones vigore Appellationis, quam conſtito prius de ipſa carceratione per depoſitionem ſaltem duorum Teſtium. Interim tamen Appellans in eodem, quo reperitur, carcere permanebit, donec aliter ſer. judicatum fuerit: Ubi vero agatur de cenſuris jam prolatis, vel de comminatione Carcerationis, Torturæ, ac Cenſurarum, obſervetur omnino diſpoſitio dictorum Decretorum Congregationis Epiſcoporum ſub rec. mem. Clemente VIII. juxta additiones, & declarationes piæ mem. Benedicti XIII.

Ulterius in prædictis Cauſis in prima Inſtantia pendentibus, vel aliis ſuperius expreſſis, in quibus non admittitur appellatio in ſuſpenſivo, citationes, quæ expediri ſolent coram Cardinali Signaturæ Juſtitiæ Præfecto, vel ad effectum comparendi, vel pro adeundo eamdem Signaturam, tametſi ab ejus Auditore ſubſcriptas, vim inhibendi nullatenus ſortiri poſſe volumus, eaſque ad prædictos alios dumtaxat effectus, comparendi ſcilicet, vel adeundi Signaturam expeditas cenſeri, non autem ad retardandam exequutionem, vel ſuſpendendum Proceſſum ad ulteriora.

Denique quoad Cauſas privilegiatas, quæ, ut præfertur, in prima etiam Inſtantia apud Nos, & Sedem Apoſtolicam tractari poſſunt, nihil ex antiquo mutandum eſſe volumus, ſed Monitoria in illis coram Cameræ noſtræ generali Auditore, vel ejus Locumtenentibus, prout hactenus laudabiliter obſervatum eſt, expedienda eſſe juxta præſcriptum Apoſtolicarum Conſtitutionum, & præſertim fel. rec. Pauli V. Prædeceſſoris noſtri in Conſtitutione, quæ incipit -- *Univerſi* -- necnon prædictarum additionum, & declarationum Benedicti XIII. exceptis tamen Monitoriis intimandis ultra Montes, in quibus ad evitanda ſcandala, & litigantium incommoda, volumus omnino renovari, & obſervari ſtylum, qui olim in eo Tribunali vigebat, ideſt, quod ad ejuſmodi Monitoriorum expeditionem non aliter procedatur, quam oblato prius ipſi Auditori, vel alteri ex ejus Locumtenentibus, coram quo Monitorium expediendum erit, ſupplici Libello univerſam Facti ſpeciem clare, & dilucide continente, & prævio etiam Judicis reſcripto, quod Monitorium expediri poſſit, penes Cauſæ Notarium, vel Actuarium, diligenter cuſtodiendo. Etſi aliter, quam præfertur, & abſque dicto ſupplici Libello, ac ſpeciali

Judicis reſcripto dicta Monitoria ultra Montes intimanda expedita fuerint, Notarius, ſive Actuarius, & Subſtitutus, qui illa expediverit, ipſo facto incidat in pœnas ſuperius expreſſas.

Omnia, & ſingula hactenus a Nobis diſpoſita ad rectam Judiciorum methodum reſtituendam, eo impenſius ab omnibus exacte cuſtodiri, & obſervari mandamus, quo clarius conſtat, hac noſtra Conſtitutione non novas ferri, ſed antiquas inſtaurari leges, provide, ſapienterque inſtitutas, & temporum injuria, ac hominum fraude obſoletas, & novo Pontificiæ authoritatis præſidio communiri ordinem procedendi in Cauſis jamdiu præſcriptum Superioribus, & Inferioribus Tribunalibus a Sacra Tridentina Synodo, Congregationum Decretis, & Prædeceſſorum Noſtrorum Romanorum Pontificum Conſtitutionibus, aliiſque Ordinationibus Apoſtolicis; Ideoque ſi ipſi Judices, omni ſemoto, ut par eſt, humanæ cupiditatis affectu, præ oculis ſolum habuerint, quæ tam maturo, tamque ſaluberrimo ſunt conſtituta, & ordinata conſilio, facile eorum quilibet agnoſcet, quæ ſui, & quæ alieni Miniſterii partes eſſe debeant in admittendis, ac reſpective rejiciendis Cauſarum Appellationibus, & Inhibitionibus: atque ita fiet, ut non ſolum unicuique in ſuo Ordine debita Juriſdictionis, & authoritatis prærogativa ſervetur; Sed etiam, ut extinctis prorſus, ac radicitus avulſis omnium contentionum, & diſcordiarum ſeminibus, mutuo charitatis vinculo Tribunalia ſocientur, & inter illa recte agendi diſciplina Chriſtiano Populo utilis, & neceſſaria reſtituatur.

Demum, ut exemplo Noſtro, omnes præmiſſorum executioni caute, & pro viribus incumbant, & ut præſertim Notariis, Tabellionibus, & eorum Actuariis, & Subſtitutis omnis contraveniendi anſa præcidatur, volumus, & expreſſe mandamus, Proceſſus, & Acta Cauſarum in Noſtra Romana Curia coram quovis Judice pendentium, ac Inhibitiones, Appellationes, Monitoria, aliaſque Citatoriales, & Inhibitoriales literas, quas ab iiſdem Notariis, eorumque ſubſtitutis, ſcientibus, vel inſcus Judicibus, vel alias quomodolibet in poſterum expediri contigerit, ſedulo recognoſci, & examinari per fide dignas Perſonas a Nobis opportune deputandas, quæ ſi deprehenderint, eaſdem Inhibitiones contra hujus Conſtitutionis formam, & ad ſubterfugienda Ordinariorum, & Epiſcoporum judicia, quæſito gravaminis colore, fuiſſe perperam conceſſas, & expeditas, in eoſdem Notarios, & Subſtitutos Canonicis pœnis, aliiſque a Nobis ſupra expreſſis, ſevere pro modo culpæ animadvertant.

Decernentes, has præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari; ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. præfatæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & ejuſdem Sedis Nuncios, alioſve quoslibet, quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros; Sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus præmiſſis, ac quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de jure quæſito non tollendo, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alias roboratis Statutis, & conſuetudinibus; ac uſibus, & ſtylis, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis præfatis, aliiſque quibuslibet Judicibus, Curiis, Tribunalibus, & Perſonis, etiam quantumvis ſublimibus, & ſpecialiſſima mentione dignis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque decretis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, ac Conſiſtorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, editis, factis, ac pluries iteratis, & quantiſcumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata exprimerentur, & inſererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ac derogatum eſſe volumus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Ut autem eædem præſentes literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, illas, ſeu earum exempla ad valvas Eccleſiæ Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum, nec non Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque Generalis in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris eſt, affigi, & publicari, ſicque publicatas, & affixas, omnes, & ſingulos, quos illæ concernunt, perinde arctare ac afficere, ac ſi unicuique eorum nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent: Ipſarum autem literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis, manu tamen alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eamdem prorſus fidem tam in judicio, quam extra illud, ubique locorum haberi, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Noſtri decreti, Conſtitutionis, declarationis, annullationis, admonitionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem tertio Kalendas Aprilis anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo ſecundo Pontificatus Noſtri anno ſecundo.

REGU-

Digitized by Google

REGULA XXXVIII.

Non ſtetur Commiſſioni poſt Concluſionem.

ITem ſtatuit, & ordinavit, quod in Commiſſionibus de Juſtitia, ſeu Mandatis, etiam Conſiſtorialibus per eum, ſeu de ejus mandato, vel auctoritate in Cauſis, in quibus concluſum exiſtat, impoſterum concedendis, etiamſi in eis de Concluſione hujuſmodi implicite, vel explicite mentio facta fuerit, nihil cenſeatur eſſe conceſſum, niſi per conceſſionem hujuſmodi Commiſſionis, eidem Concluſioni, ac præſenti Regulæ derogetur expreſſe.

ARGUMENTUM

PATET EX SUMMARIO.

SUMMARIUM.

1 *Regula hæc eſt ultima ex Judicialibus, & vix in praxi ſervatur.*

2 *Diſponit, quod poſt concluſionem in Cauſa non attendatur Commiſſio, niſi expreſſe Concluſioni præfata derogetur.*

3 *Et ſub Alexandro VII. additum fuit, quod etiam huic Regulæ expreſſe derogari debeat.*

4 *Aſſignatur ratio Regulæ.*

5 *Illiuſque diſpoſitio cum jure civili concordat.*

6 *Concluſio in Cauſa quid ſit, & de illius effectibus?*

7 *Et de ſtylo deſervit in nonnullis Regionibus, loco Citationis ad Sententiam, ſi Colligantibus ſit legitime intimata.*

8 *Sed de jure hunc non operatur effectum.*

9 *Stylus præfatus æquitati innititur, & de ratione?*

10 *Et viget in Hiſpaniis.*
Non tamen in Portugallia. n. 13.

11 *Viget etiam in Inſula Melevitana.*

12 *Stylus præfatus, ubi viget, operatur effectum Citationis ad Sententiam, etiamſi hæc poſt Concluſionem in Cauſa ſequuta fuerit, ſed nulliter.*

13 *Eſt concludenter probandus ab allegante, & quidem in loco, ubi lata fuit Sententia.*
Et veluti contra jus, extendi non poteſt de loco ad locum. ibidem.

14 *Concluſio in Cauſa, ut locum habeat Citationis ad Sententiam, debet eſſe univerſalis ad totum Proceſſum.*

15 *Et eſſe debet vera Concluſio, quod nempe Judex interloquatur, ſuumque proferat Decretum.*

16 *Nec ſufficit, quod inſtante parte Judex mandet concludi in Cauſa.*

17 *Requiritur itidem, quod Concluſio in Cauſa ſequatur cum citatione perſonali partium.*

18 *Quodque Sententia lata non fuerit longe poſt Concluſionem ipſam, alias nova Citatio requiritur.*
Et requiritur nova Citatio, ſi lapſi fuerint plures menſes a die Concluſionis in Cauſa. numer. 19.

20 *Contrarium, quod ſtante prædicto ſtylo poſſit Sententia poſt concluſum in Cauſa quandocumque proferri, etiam poſt annum abſque nova citatione.*
Maxime ſi poſt Concluſionem interveniat Citatio aliqua, licet vaga, quod Partes in prima audientia compareant ad audiendam Sententiam definitivam cum continuatione ad quamlibet diem non feriatum. n. 21.

22 *Sed a priori Sententia non recedendum. Et de ratione.* n. 24.

23 *Vaga citatio ad Sententiam in prima die non feriali cum ſequentium continuatione, ſolum operari poteſt, ut Sententia lata poſt nonnullos dies valida cenſeatur.* & n. 25.
Quod tamen diſpoſitioni juris contrarium eſt. ibidem.

26 *Stylus, quod Concluſio in Cauſa vim habeat Citationis ad Sententiam, non procedit, quando Judex poſt concluſum in Cauſa partes ad novas probationes admittit, vel ad alios actus judiciales procedit.*

27 *Limita, ſi jura fuerint admiſſa ſine præjudicio Concluſionis in Cauſa.*

HÆc Regula, quæ dicitur ultima ex Judicialibus, brevis eſt, & vix in praxim deduci poteſt propter facilem Concluſionis derogationem, *Gomeſ. in eandem Regul. poſt princip.* ubi ſubdit nunquam vidiſſe de ea excipi in Rota, *Kochier, ibidem in fine, & Quæſada numer. unic.* 1

Diſponitur in ea, quod poſt concluſionem in Cauſa non ſtetur Commiſſioni, niſi expreſſe derogetur hujuſmodi concluſioni, de qua præter mox laudatos Auctores *Roman. conſil.* 176. *n.* 13. ibique *Horat. Mandoſ. Gonzal. in Regul.* 8 *gloſſ* 9. *tit. de Nullit. & Attentat. in Cauſ. Beneficial. n.* 127. Et ſub Alexandro VII. additum fuit, quod nedum Concluſioni, ſed etiam huic Regulæ derogari debet expreſſe, ibi -- *Niſi per conceſſionem hujuſmodi Commiſſionis eidem Concluſioni, ac præſenti Regula derogetur expreſſe.* 2 3

Fundatur Regula in ratione, ne alias Papa jus alteri quæſitum ex concluſione tollat, quod nunquam velle præſumitur, *Roman. conſil.* 176. *circa fin. Kochier hic n.* 7. Et conſonat cum jure civili 4

5 in Novell. Conſtitut. CXIII. collat. 8. titul. 14.
ibi -- In medio litis non fieri ſacras formas, aut
ſacras juſſiones, ſed ſecundum antiquas leges ge-
nerales lites decidi -- ut advertit Quaſada in eam-
dem Regulam Not. unic.

De Concluſione in Cauſa, quid ſit, & de ejus
6 effectibus, late agunt Fermoſin. in Cap. Cum Di-
lectus quæſt. 1. n. 6. & ſeqq. & quæſt. 2. & ſeqq. de
Fid. Inſtrument. Altimar. de Nullit. rubr. 12.
quæſt. 21. n. 220. & ſeqq. & quæſt. 40. n. 4. & ſeqq.
Marant. in Specul. part. 6. pag. mihi 419. ſub tit.
de Concluſ. in Cauſa, cum aliis quos refert Sabell.
in Summ. verb. Concluſio per tot.

Illum vero in nonnullis Regionibus Concluſio
7 in cauſa parit ſingularem effectum, ut, ſi utrique
parti ſit legitime intimata, deſerviat etiam pro ci-
tatione ad Sententiam. Licet enim de jure hunc
8 non operetur effectum, quia ſunt duo actus ſepa-
rati, concludere in Cauſa, & Sententia, & in
quolibet actu citatio de jure requiratur leg. de
Unoquaque ff. de Re Judicat. Ubert. de Citat. cap.
6. n. 8. Altimar. de Nullit. rubric. 12. quæſt. 21.
n. 222. & ſeqq. & quæſt. 40. n. 6. & ſeqq. Nihilo-
9 minus ſtylo induci poteſt, ut Concluſio in cauſa
vim habeat citationis ad Sententiam, qui ſtylus
æquitati innititur, quia Citatio ad Sententiam non
fit ad alium finem, & effectum, niſi ut pars ſciat,
ſe non eſſe amplius citandam, & in Actis nihil
aliud eſſe deducendum, qui effectus cum habea-
tur per concluſionem in cauſa, æquum utique vi-
detur, ut ad parcendum expenſis, & incommo-
dis, illa ſufficiat pro citatione ad Sententiam, ut
firmant Gonzal. ad Regul. 8. tit. Adnot. contr. Nul-
10 lit. n. 154. & ſeqq. ubi quod ſtylus iſte viget in
Hiſpaniis, Ubert. de Citat. dict. cap. 6. numer. 8.
Card. de Luc. de Judic. diſcurſ. 34. numer. 20.
Altimar. dict. quæſtion. 21. numer. 222. & ſeqq. &
quæſt. 40. numer. 6. Rot. deciſ. 140. in princip. co-
ram Gregor. ibique Adden. numer. 11. & deci-
ſion. 108. numer. 8. coram Zarat. Et de ſtylo hu-
11 juſmodi in Inſula Melevitana vigente Rot. deciſ.
176. numer. 2. & deciſ. 238. numer. 20. coram
Otthobon.

Id, quod locum ſibi vindicat, etiamſi poſt Con-
12 cluſionem in cauſa facta fuerit citatio ad Senten-
tiam, ſed nulliter, nam adhuc in locis, in quibus
ſtylus hujuſmodi viget, vigore præcedentis con-
cluſionis ſubſtinetur Sententia, & illa citatio ad
Sententiam, tanquam non neceſſaria non vitiat,
Altimar. dict. quæſtion. 40. numer. 11. Adden. ad
Gregor. deciſ. 140. n. 15.

Stylus autem hujuſmodi, veluti contra jus, eſt
13 ab allegante concludenter probandus, & quidem
in loco, ubi lata fuit Sententia, nec enim exten-
di poteſt de loco ad locum, ad Text. in leg. Jus
Singulare, & leg. Quod vero contra ff. de legib. &
in propoſito obſervant Altimar. dict. quæſt. 21. n.
224. Adden. ad Pamphil. deciſ. 67. n. 10. Adden.
ad Gregor. deciſ. 140. n. 12. Rot. deciſ. 301. n. 6.
coram Mantica, ubi, quod non probatur vigere
in Luſitania, licet vigeat in Hiſpaniis, & dec. 108.
n. 9. coram Zarat. & in Tarraconen. Præpoſituræ
27. Januarii 1694. §. Nullitas, coram Muto, in
cujus Themate probatum non fuerat, ſtylum hu-
juſmodi in ſpecie vigere in Curia Tarraconenſi.

Sed ut Concluſio in Cauſa vim habeat citatio-
14 nis ad Sententiam, plura requiruntur, primo, quod
ſit univerſalis ad totum Proceſſum, nam ſi parti-
cularis ſit, hujuſmodi effectum non operatur, ut
reſpondit Rota deciſ. 301. ſub n. 7. coram Manti-
ca, quam ſequitur Altimar. de Nullitat. Rubric.
12. quæſtion. 40. n. 11.

Secundo, quod adſit vera concluſio, ut ſcili-
cet Judex interloquatur, & ſuum Decretum in- 15
terponat, Altimar. dict. rubric. 12. quæſt. 21. nu-
mer. 223. Adden. ad Gregor. dict. deciſ. 140. n. 13.
Rot. dec. 420. n. 2. cor. Dunoz. Jun. itaut nec ſuf-
ficiat, quod, inſtante parte, Judex mandet con- 16
cludi, ſed neceſſe eſt, quod Cauſa ſit firmiter
concluſa, ut deciſum fuiſſe in Rota, teſtatur Gon-
zal. ubi ſupra n. 156.

Tertio requiritur, quod Concluſio in Cauſa ſe- 17
quatur cum citatione Perſonali partium, ut reſo-
lutum fuit a Signatura Juſtitiæ in Cauſa Giennen.
Collegiatæ die 27. Januarii 1701. Proponente bo.
me. R. P. D. Lonio.

Quarto, ut Concluſio in Cauſa ſufficiat pro
citatione ad Sententiam, neceſſe eſt, quod Sen-
tentia non ſit lata longe poſt Concluſionem ipſam, 18
alias enim requiritur nova citatio, Ubert. de Citat.
cap. 6. n. 12. Altimar. dict. quæſtion. 21. n. 224.
& quæſt. 40. n. 11. Adden. ad Gregor. deciſ. 140.
n. 14. Rot. deciſ. 60. n. 3. coram Dunoz. Senior.
ubi, quod Sententia lata poſt plures Menſes a die 19
Concluſionis, requirit novam citationem, & de-
ciſ. 335. n. 3. coram Ubaldo, ubi, quod nulla eſt
Sententia lata poſt tres Menſes a die Concluſio-
nis in Cauſa.

Sed contrariam Sententiam, quod nempe ſtan-
te prædicto ſtylo poſſit Sententia poſt concluſum
in Cauſa quandocumque proferri abque nova ci- 20
tatione, etiam poſt quatuor annos, ſequuta fuit
Rota deciſ. 108. ſub n. 11. coram Zaratt. Maxi-
me, ſi poſt concluſionem interveniat aliqua cita- 21
tio, licet vaga, quod partes in prima Audientia
compareant ad audiendam Sententiam definitivam,
cum continuatione ad quamlibet diem non feria-
tam, juxta ſtylum vigentem in nonnullis Curiis
Hiſpaniæ. Hac enim ſtante citatione, etſi vaga,
eo magis integrum erit Judici Sententiam ferre, li-
cet longe poſt concluſum in Cauſa, ut proſequi-
tur Rot. dict. deciſ. 108. n. 15. coram Zarat. & de-
ciſ. 596. n. 6. coram Penia.

Verum a priori Sententia recedendum non vi- 22
detur; Licet enim vaga illa citatio ad Sententiam
in prima die feriali, cum continuatione ſequen-
tium, poſſit de ſtylo operari, ut Sententia lata,
non in dicta certa die, nec die immediate ſequenti,
ſed poſt tres, quatuor, aut quinque alios dies, va- 23
lida cenſeatur, cum ceteroquin aliter de jure dicen-
dum ſit, ad Text. in leg. Cum ea die Cod. Quando
prov. non eſt neceſſe, Cap. Conſuluit, de Offic. dele-
gat. Gratian. diſcept. 156. numer. 3. Novar. ſu-
per Pragmat. Rubric. de Citat. n. 67. cum aliis
plene relatis per Altimar. de Nullit. rubric. 12.
quæſtion. 21. numer. 247. Satis tamen durum eſſet,
quod operari debeat validitatem ejuſdem Senten- 24
tiæ, etſi latæ poſt unum, vel duos annos, & ut
exiſtimat Rot. dict. deciſ. 108. coram Zaratta, etiam
poſt quatuor annos, & interim obſtricti eſſe de-
beant Citati, & pati aſperam ſervitutem, ut toto
dicto tempore ſint in judicio, & quidem incerti,
quando Sententia proferenda ſit, ut bene ratioci-
natur Card. de Luc. de Judic. diſcurſ. 34. numer.
25. Merito proinde in terminis hujuſmodi ſtyli
vigentis in Hiſpaniarum Curiis, in quibus, ut di-
ximus, poſt Concluſionem in Cauſa intervenit
vaga citatio ad Sententiam in prima Audientia
cum continuatione dierum ſequentium, quod con-
tinuatio præfata apta ſit ſolum extendere termi- 25
num ad duos, tres, vel ad ſummum quinque dies,
reſpondit Rot. deciſ. 26. numer. 1. part. 4. diverſ.
deciſ. 663. numer. 8. part. 4. tom. 1. Recentior.
& deciſ. 85. n. 2. & ſeqq. cor. Comuul. deciſ. 376.
numer. 5.

n. 5. *& ſeqq. coram Cavalerio deciſ.* 424. *n.* 1. *& ſeqq. & deciſ.* 869. *n.* 4. *& ſeqq. coram Manzaned.*

26 Quinto demum, ſi poſt Conclusionem in Cauſa Judex Partea ad novas probationes admiſerit, vel ad alios actus judiciales proceſſerit; tunc illa deſervire nequit pro citatione ad Sententiam, ſed nova requiritur citatio, quia cenſetur Judex in dictis caſibus tacite revocare Concluſionem in Cauſa, *Scacc. de Judic. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 30. *Gratian. diſcept.* 156. *numer.* 38. ubi limitat in caſu, 27
quo jura fuerint admiſſa ſine præjudicio Concluſionis in Cauſa; Sed vide *Adden. ad Ludoviſ. deciſ.* 140. *numer.* 17. qui *Gratianum* impugnat.

R E G U L A XXXIX.

De Literis Religioſorum expediendis.

ITem voluit, & ordinavit, quod ſi aliqui Religioſi petunt aliquod Beneficium ad nutum amovibile cum clauſula, quod exinde pro ſolo nutu Abbatis, vel Superioris amoveri non poſſint, Literæ quoad ipſam clauſulam, nullatenus expediantur, niſi idem Dominus Noſter ponat in Signatura, quod nôn poſſit amoveri, vel ad partem clauſulam ipſam concedat.

A R G U M E N T U M

P A T E T E X S U M M A R I O.

S U M M A R I U M.

1 *Beneficia omnia Regularia, ſunt regulariter manualia.*

2 *Et ab iis Beneficiarii removeri poſſunt ad libitum Superiorum, etiam ſine cauſa.*
Nec eorum reſpectu induci poteſt conſuetudo non removendi. n. 6.

3 *Prior Regularis manualis poteſt a Superiore ſine cauſa amoveri.*

4 *Et juſta aliqua concurrente Cauſa, etiam Priores, qui eliguntur a Monachis, & confirmantur a Superioribus, removeri poſſunt.*

5 *Quamvis Cauſa non ſit graviſſima, nec de illis, propter quas ſit locus privationi de jure. Et redditur ratio.*

6 *Ex actibus facultativis Conſuetudo non inducitur.*

7 *Regula agnoſcit in Auctorem Martinum V.*

8 *Et quid decernat?*
De Auctoribus, qui ſuper Regulæ diſpoſitione ſcripſerunt.

9 *Beneficii ſtatus nunquam mutatus cenſetur, niſi conſtet de voluntate Pontificis, qui poteſtatem habet illum mutandi.* & n. 13. & 17.

10 *Et de hac voluntate conſtare non dicitur, niſi Pontifex id expreſſe declaret.*

11 *Papa, conferendo Beneficium manuale jure devoluto ob negligentia inferioris, illius ſtatum mutare non cenſetur, nec Pontificis Collatio impedit, quominus ordinarius Collator Beneficiatum removere poſſit.*

12 *Expleta a Papa Beneficii manualis collatione jure Concurſus, ſed abſque ſcientia illius qualitatis, permiſſum eſt Superiori ſua uti facultate in removendo Proviſum Apoſtolicum.*

14 *Reticentia tamen manualitatis non reddit Gratiam ſubreptitiam. Et redditur ratio.*

15 *Si Papa ſciat, Beneficium eſſe manuale, vel annale, & adhuc illud conferat, Proviſus removeri non poteſt per Superiorem.*

16 *Contrarium, quod amoveri poſſit, niſi Papa contrarium præcipiat, vel expreſſe, vel per verba æquipollentia.*

17 *Papa, conferendo ſimpliciter Beneficium manuale, cenſetur conferre eo titulo, qui convenit Regulari, reſpectu nempe temporis Superiori bene viſi, non in titulum perpetuum.* & n. 27.

18 *Proviſus a Papa ad vitam de Beneficio manuali a Superiore removeri non poteſt.*

19 *Et hujus generis proviſio nuncupatur* -- Deputatio ad vitam.

20 *Eamque raro Pontifices indulgere ſolent.*

21 *Sed referuntur nonnulla exempla.* & num. 22, & 23.

24 *Defuncto Poſſeſſore Beneficii manualis a Sede Apoſtolica ad vitam collati, redit Beneficium ad priſtinam manualitatis naturam.*

25 *Removeri non poteſt a Superiore proviſus a Papa ex certa ſcientia de Beneficio manuali in Titulum perpetuum.*
Redditur ratio n. 26. & 27.

28 *Nec in facultate Superioris eſt removere Secularem proviſum a Sede Apoſtolica de Beneficio Regulari, ſive in Titulum, ſive in Commendam.* & n. 30.

29 *Aut Regularem proviſum de Beneficio ſeculari.* & n. 31.

32 *Regulares quomodo a Sede Apoſtolica diſpenſari ſoleant, ut in defectum Presbyterorum Secularium Parochiales obtinere valeant.* Remiſſive.

33 *Manuale Beneficium ſi a Papa conferatur tanquam reſervatum, ſuſpenditur virtus manualitatis, donec reſervatio conſumetur.*

34 *In Beneficiis Regularibus manualibus, quæ ſunt electiva, confirmatio electionis a Pontifice facta ex certa ſcientia operatur, ut Beneficium evadat perpetuum, & electus amoveri non poſſit.*

35 *Beneficia Regularia electiva ſunt ex ſui natura perpetua.*

36 *Supe-*

36 *Superior Regularis, quamvis non poſſit in certis caſibus removere proviſum a Papa de Beneficio manuali, non prohibetur tamen juridice contra illum procedere ad privationem, ſi delictum privatione dignum perpetraverit.*

37 *Quemadmodum poteſt Epiſcopus Proviſum a Papa de Beneficio ſeculari privare ſuperveniente delicto.*

38 *Regula non eſt recepta in Gallia quoad Monaſteria Religionum reformatarum.*

1 Regulariter omnia Beneficia Regularia ſunt
manualia, *ut diximus in Commentar. in Regu-*
2 *lam IV. §. III.* Et in manualibus amotio fieri po-
teſt, etiam ſine cauſa ad ſolum libitum Superio-
ris, ex plene relatis per *Rubeum adnot. ad deciſ. 2.*
n. 222. & ſeqq. part. 3. Recent. Card. de Luc. de
Beneſic. diſcurſ. 80. n. 5. & diſcurſ. 97. n. 6. Pigna-
tell. conſult. 143. per tot. tom. 9. Adden. ad Burat.
deciſ. 346. lit. A. Rot. deciſ. 96. numer. 2. coram
Carillo deciſ. 15. 83. & 95. coram Peutinger. & in
Senogallien. 1. Julii 1686. coram Hervault. Et in
3 terminis Prioris Regularis manualis, quod amo-
veri poſſit ſine cauſa, *Fagnan. in Cap. Cum ad*
Monaſterium numer. 33. & ſeqq. de Stat. Monach.
Germon. de Indult. Cardinal. §. Regularia nu-
mer. 50. Rot. coram Buratt. deciſ. 346. numer. 2.
& ſeqq. ibique adden. lit. A. ubi plures limitatio-
nes, & fallentiæ. Quinimo & in ipſis Priorati-
4 bus, qui dantur ad electionem Monachorum, &
confirmationem Superioris datur amotio concur-
rente aliqua cauſa *Cap. 2. §. Priores, de Stat. Mo-*
5 *nach.* quamvis Cauſa non ſit graviſſima, & de
illis, propter quas intrat privatio de jure, nam in
his Prioratibus, qui ſunt magis Officia, quam
Dignitates, minores, & leviores Cauſæ ſufficiunt,
cum illorum poſſeſſores non adeo pinguius jus ha-
beant, nec tantum ſit ſcandalum pro eorumdem
remotione, ſicut in ſecularibus, ut inquit *Gloſſ. in*
Cap. Per tuas verb. Levioribus, de Simon. Germon.
de Indult. Cardinalium verb. Regularia numer. 49.
& 53. Rota in Colonien. Prioratus 4. Julii 1704.
§. Ad quem effectum, & ſeqq. cor. clar. me. Card.
Scotto.

6 Nec conſuetudine induci poteſt, quod Bene-
ficium Regulare manuale, fiat irrevocabile. Cum
enim remotio ſit in facultate Abbatis, vel alterius
Superioris, ſi hic facultate præfata uſus non eſt,
non exinde dici poteſt introducta conſuetudo non
removendi, quia in actibus mere facultativis con-
ſuetudo nunquam inducitur, *Abb. in Cap. Ad No-*
ſtram. n. 11. ibique Decius n. 21. de Confirm. util.
vel inutil. Rebuff. de Pacif. poſſeſſ. n. 355. Germon.
de Indult. Cardinal. §. Regularia n. 52. Rot. de-
ciſ. 778. numer. 5. part. 1. diverſ.

Statuitur autem in præſenti Regula, quæ meo
7 quidem judicio in Auctorem agnoſcit *Martinum*
V. cum non legatur inter illas editas a *Joanne*
XXIII. & impreſſas apud *Hermannum Wonder-*
hart in Hiſtor. Concilii Conſtantien. tom. 1. part.
21. pag. 954. ſtatuitur, inquam, quod, ſi quis
8 Beneficium amovibile petat a Papa cum clauſula,
quod ex ſolo nutu Abbatis amoveri non poſſit, Li-
teræ deſuper non expediantur cum dicta clauſu-
la, niſi Papa ponat in Signatura, quod non poſſit
amoveri, vel id petatur in clauſulis generalibus,
& Papa dicat -- *Fiat, ut petitur.* Plura colligunt
reſpicientia hanc Regulam, *Rebuff. Quaſad. & Ko-*
chier. ibidem Gonzal. in Regul. 8. gloſſ. 5. §. 6. n. 26.
Caſtropal. Oper. moral. tract. 13. diſputat. unic. punct.
5. n. 14. in fine, Rot. deciſ. 2210. coram Coccino.

Ratio eſt, quia ſtatus Beneficii nunquam mu-
tatus cenſetur, niſi conſtet de voluntate Pontifi- 9
cis, cui poteſtas ineſt illum mutandi, *Card. de Luc.*
de Regular. diſcurſ. 10. n. 3. & in adnotat. ad Con-
cil. diſcurſ. 11. n. 21. Mareſcott. variar. reſolut.
lib. 1. cap. 55. n. 18. Roſ. de Executor. cap. 6. nu-
mer. 133. & ſeqq. Adden. ad Buratt. dict. deciſ. 346.
verſic. Sexto deciſ. 372. n. 13. part. 17. Recentior.
& deciſ. 1229. n. 51. deciſ. 1249. n. 19. coram Mo-
lines, & deciſ. 887. n. 4. & 5. coram Dunoz. Jun.
Et de hujuſmodi voluntate conſtare non dicitur, 10
niſi Pontifex id expreſſe declaraverit, *Sotus hic nu-*
mer. 2. Quæſad. in princip. Lotter. de Re Beneſic.
lib. 1. quæſt. 33. numer. 58. Rot. deciſ. 2210. nu-
mer. 10. & 13. coram Coccin. & deciſ. 887. num.
5. cor. Dunozett.

Sed pro majori Regulæ intelligentia, quæro,
quando inferior poſſit removere poſſeſſorem Bene-
ficii manualis a Papa collati? Et plures ſunt di-
ſtinguendi caſus. Primus eſt, quando Papa con- 11
fert jure devoluto ob negligentiam inferioris, &
tunc non alteratur facultas removendi, qua gaudet
inferior ipſe, *Clementin. Unic. & ibi Gloſſ. de Sup-*
plen. Neglig. Prælat. Milis in Repertorio verb. Be-
neficium numer. 26. pag. mihi 48. Caſtropal. loco
citato punct. 5. numer. 14. Lotter. dict. quæſtion. 33.
numer. 54.

Secundus caſus eſt, quando Papa Beneficium
manuale confert ſimpliciter *jure Concurſus*, ac tan- 12
quam Diſtributor omnium Beneficiorum, nec ei
expreſſa fuit qualitas manualitatis, & hoc caſu Be-
neficiatus amoveri poteſt a ſuo Superiore, quia Pa- 13
pa, conferendo Beneficium manuale, non cenſetur
voluiſſe illius naturam alterare, ideoque Benefi-
cium ipſum adhuc in ſuo integro primævo ſtatu re-
maneret, *Rot. coram Coccin. deciſ. 1061. n. 12. uſ-*
que ad finem, ubi advertitur, quod licet manuali-
tas non exprimatur, non exinde Gratia remanet 14
ſubreptitia; tunc enim de hujuſmodi vitio notari
poſſet, quando ageretur ad effectum, ut collatio
Papæ plus tribuat, quam proviſio Abbatis, ſecus
quando nihil plus tribuit, etiam ſi Papa Beneficii
qualitatem ignoret, & hanc *Coccini* Deciſionem
ſequitur *Lotter. d. lib. 1. quæſt. 33. n. 58. & ſeqq.*
Fuon. Diſcept. Eccleſ. 23. n. 24.

Tertius caſus eſt, quando Papa ſcit Beneficium 15
eſſe manuale, vel annale, & nihilominus confert,
& hoc caſu, licet nonnulli Doctores exiſtiment,
præpeditam eſſe Superiori removendi facultatem,
Milis in Repertor. verb. Beneficium ſub n. 9. & 26.
Bauny de Beneſic. diſputat. 1. quæſt. 17. §. Duo ta-
men, & quæſt. 19. §. 2. & ſeqq. cum aliis penes
Gonzal. in Regul. 8. gloſſ. 5. §. 6. n. 25. Rot. deciſ.
1061. n. 15. coram Coccino; Nihilominus in con-
trarium ſtat cenſura hujus Regulæ, quod ſcilicet 16
proviſus amoveri poſſit, niſi Papa contrarium præ-
cipiat, vel expreſſe, vel per verba æquipollentia,
Sot. & Quæſad. in eandem Regul. Fermoſin. ad Ru-
bric. de Confirm. util. vel inutil. quæſt. 3. numer.
17. Caſtropal. dict. punct. 5. numer. 14. & poſt *La-*
pum allegat. 26. Rot. coram Coccin. deciſ. 2210.
numer. 14. & ſeqq. ubi, quod nec ſufficiat Papæ
fuiſſe expreſſum Beneficium eſſe manuale, & *de-*
ciſ. 2219. numer. 1. Militat enim allegata ratio,
quod Papa nunquam mutare cenſetur naturam Be- 17
neficii, niſi id expreſſe dicat, & conferendo illud
in titulum, cenſetur conferre eo titulo, qui con-
venit Regulari, nempe reſpectu temporis Supe-
riori arbitrarii, non autem in titulum perpetuum,
qui repugnat voto paupertatis, & obedientiæ,
Rot. deciſ. 245. numer. 11. & ſeqq. part. 6. Re-
cent.

Limi-

Limitatur tamen Concluſio in pluribus caſibus;
18 Primo, quando Papa Beneficium manuale con-
fert *ad vitam*, tunc enim Beneficiatus ab Inferio-
ri removeri non poteſt, *Mandoſ. ad Lap. dict. al-
legat. 26. litt. I. Piton. diſcept. 23. n. 25. Lotter. de
Re Benefic. lib. 1. quæſt. 33. n. 55. Rot. deciſ.* 2210.
19 *n. 13. coram Coccin.* Et in praxi hujuſmodi Pro-
viſio vocatur *Deputatio ad vitam*; Raro tamen
20 ſimiles Gratiæ a Sede Apoſtolica conceduntur, ut
poſt *Corrad. in Prax. Beneficiar. lib. 1. cap. 6. n. 308.*
ait *Roſ. de Exequut. Apoſtolic. part. 1. cap. 6. n. 136.*
Exempla tamen vidimus hujuſmodi deputatio-
21 num *ad vitam* in Beneficio manuali dependente a
Monaſterio S. Antonii Viennen. in Civitate Nea-
polis exiſtente, in *Salernitana, ſeu Caſſinen. ſexto
Idus Julii* 1705. Monaſterio, tunc Abbatis regi-
mine deſtituto; Et de menſe *Julii* 1706. Præce-
ptoria Generali adhuc vacante, *Joannes Caruſo*
deputatus fuit a Sede Apoſtolica *ad vitam* io al-
tero Beneficio manuali ab eadem Præceptoria de-
22 pendente. Quemadmodum *Franciſcus Vaſconcellos*
Presbyter Ordinis Sancti Auguſtini Eremitarum
expreſſe profeſſus obtinuit a ſan. mem. Clemente
XI. deputari Vicarium *ad ſui vitam* cum omni-
bus, & ſingulis emolumentis &c. Vicariæ Paro-
chialis Eccleſiæ loci *de la Vocariſſa* Colimbrien.
Diæceſis Collegio Civitatis Colimbrien. Fratrum
ejuſdem Ordinis perpetuo canonice unitæ, & ad
quam Vicariam nominatio Perſonæ idoneæ ad
nutum tamen amovibilis, ad Capitulum Provin-
ciale Fratrum dicti Ordinis ſpectabat, cum clau-
ſula tamen, quod a ſuis Superioribus ſemper, &
quandocumque ad Clauſtra revocari poſſet, ut ex
Literis Apoſtolicis in forma Brevis ſub Datum *Ro-
mæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Anulo
Piſcatoris die 2. Octobris* 1713. *Pontificatus anno
XIII.* Et cum ſan. mem. Alexander VIII. in
23 Commenda Monaſterii N. N. Patavin. Diœceſis
expleta favore *Danielis Secundi Marci Delphini* ſi-
bi reſervaſſet omnimodam diſpoſitionem nonnullo-
rum Beneficiorum ſimplicium a dicto Monaſterio
dependentium eorum occurrente vacatione, hinc
ſequuta vacatione unius ex dictis Beneficiis ad
nutum Abbatis, ſeu perpetui Commendatarii amo-
vibilis, ad illud nominavit *Tornaquincium Bello-
num* Eccleſiæ Paduan. Canonicum *ad ejus vitam*
ſine præjudicio jurium Abbatis, ſeu Commenda-
tarii pro tempore dicti Monaſterii pro vacationi-
bus poſt dictum *Tornaquincium* contingentibus,
ut ex Literis Apoſtolicis ſub *Datum apud Sanctam
Mariam Majorem quartodecimo Kalendas Janua-
rii Pontificatus anno primo.* Clauſula vero præ-
fata, *ſine præjudicio jurium Abbatis* pro vacatio-
24 nibus in futurum contingentibus, innititur diſpoſi-
tioni juris, ad cujus tramites, mortuo poſſeſſore,
a Sede Apoſtolica de Beneficio manuali ad ejus
vitam proviſo, reaſſumit illud priſtinam naturam,
*Felin. in Cap. Conſtitutus numer. 10. de Reſcript.
Roſ. de Exequut. lib. 1. cap. 6. numer. 135. Re-
buff. de Pacific. poſſeſſ. numer. 279. Corrad. in Prax.
Benefic. lib. 1. cap. 6. numer. 308. Achill. de Graſſ.
deciſ. 9. numer. 5. de Præbend.* cum aliis io *deciſ.
561. n. 5. coram Molines.*
Secundo limitatur, quando Papa providet ex
25 certa ſcientia in titulum perpetuum de Beneficio,
quod eſt manuale, *Felin. in Cap. Per tuas ſub n.
3. de Majorit. & Obedient. Butr. in Cap. Porrecta
numer. 2. eod. tit. de Major. & Obedient. Calderin.
conſil. 26. de Præbend. circa finem, Gambar. de
Offic. Legat. libr. 4. numer. 17. verſic. Fallit ta-
men hoc in Papa, Gonzal. in Regul. 8 gloſſ. 5.
§. 6. numer. 27. Lotter. de Re Benefic. lib. 1. quæſt.
33. numer. 49. & ſeqq. & numer. 55.* ubi, quod
idem eſt, ac ſi in proviſione uſus fuerit clauſula
*quoad vixeris, Caſtropal. dict. Tract. 13. diſput.
unic. punct. 5. numer. 13. & 14.* Titulus enim hu- 26
juſmodi operatur, quod interim Beneficium ma-
nuale ſortiatur naturam veri Beneficii Eccleſiaſti-
ci perpetui, etſi poſtea ad antiquam manualitatis
qualitatem redeat, *Rot. in Burgi S. Sepulchri Prio-
ratus 25. Junii* 1688. *§. Abſque eo quod, coram
clar. memor. Card. Caccia.* Et hæc eſt differen- 27
tia, quando Papa Beneficium, quod eſt manua-
le, ſimpliciter confert, & quando confert io titu-
lum perpetuum, nam hoc ſecundo modo cenſetur
naturam Beneficii mutare, at primo modo cenſe-
tur conferre eo titulo, qui convenit Regulari,
juxta *Deciſionem 245. part. 6. Recent.*
Tertio limitatur, ſi Papa conferret ſeculari Be- 28
neficium Regulare, ſeu ſciens commendaret;
Prout e contra, ſi ex diſpenſatione Apoſtolica 29
Regularis obtineret Beneficium ſeculare; hiſce
enim caſibus proviſus Apoſtolicus removeri non
poſſet per Superiorem Regularem, qui de viribus
hujuſmodi Proviſionum cognoſcere non poteſt, ut
io terminis primi caſus tradunt *Rebuff. in hanc Re- 30
gul. Lotter. de Re Benefic. dict. quæſt. 33. n. 59.
Rot. dec. 1061. n. 17. & ſeqq. coram Coccin. & in
Tiraſonen. Prioratus 11. Martii 1689. §. Ultra
quod, coram clar. mem. Card. Caccia.* Et io ter-
minis ſecundi caſus, *Bauny in Prax. Benefic. diſpu- 31
tat. 1. quæſt. 17. Fraſſ. de Jurepatron. Regul. tom.
2. cap. 64. numer. 28. & 29. Murga de Benefic.
quæſt. 2. numer. 262. & ſeqq. Adden. ad Buratt.
deciſ. 346. verſic. Quarto limita.* Qualiter autem
Regulares ob defectum Presbyterorum ſecularium 32
ſoleant a Papa diſpenſari ad Beneficia Parochialia
ſecularia, late tradit *Corrad. in Prax. diſpenſat.
lib. 6. cap. 1. numer. 22. & ſeqq.* & Nos nonnul-
la dabimus exempla *in Comment. in Regulam
XLIII. de Commendis.*
Quarto limita, ſi pariter Papa Beneficium con-
ferat ex capite alicujus reſervationis, nam tunc 33
cenſetur velle, quod Beneficium perpetuo ſit pe-
nes Proviſum, cum per reſervationem videatur in-
ducta perpetuitas, donec reſervatio ipſa conſume-
tur, ex relatis per *Lotter. de Re Benefic. lib. 1.
quæſt. 33. n. 56.*
Limita quinto, ubi Beneficium Regulare eſſet
electivum, quia tunc confirmatio ad tale Benefi- 34
cium Regulare manuale ex certa ſcientia facta
operatur, ut Beneficium ex manuali efficiatur per-
petuum, itaut illud obtinens amoveri non poſſit,
*Mandoſ. de Signatur. Gratia verb. Confirmationes
§. Confirmatio aliquando, Lotter. dict. quæſt. 33.
n. 37. & ſeqq. Bauny de Beneficiis diſput. 1. quæſt.
17. §. Ad hunc caſum pag. mihi 32. Adden. ad
Buratt. dec. 346. verſic. Limita principalem,* &
conferunt, quæ ſcripſimus *in Commentar. in Re-
gul. 4. §. 3.* ubi demonſtravimus, quod Benefi- 35
cia Regularia electiva, ſunt ex ſui natura perpe-
tua.
Ceterum his caſibus, in quibus proviſus de
Beneficio manuali a Papa removeri non poteſt a 36
Superiore Regulari, præpedita non eſt eidem Su-
periori facultas juridice procedendo Beneficiatum
privandi ob crimen ab ipſo perpetratum, quem-
admodum videmus, proviſos a Papa de Bene- 37
ficiis ſecularibus ex ſupervenienti delicto poſſe
per Epiſcopos iiſdem privari, ut poſt *Felin. & Pa-
normitanum* obſervat *Lotter. dict. quæſt. 33. nu-
mer. 61.*
Hæc Regula locum non habet io Gallia quoad 38
Monaſteria Religionum Reformatarum, quia neque
in

in dictis Religionibus Profeſſi petunt confirmationem Beneficiorum cum clauſula -- *quod ad nutum amoveri non poſſint* -- neque Gratia Pontificis facientis Beneficium de Manuali perpetuum in dictis Monaſteriis Reformatis admitteretur ob peculiarem illius Regionis praxim, de qua *Bauny dict. quaeſt.* 19. §. *Primo*, & *ſeqq. pag. mihi* 34.

R E G U L A XL.

De Clauſula ponenda in Literis Permutationis Beneficiorum.

ITem, ſi committatur alicui Beneficii Reſignationis receptio, ponatur clauſula — *Attente quoque providens &c.* — Et ſi ex cauſa permutationis Reſignationes fiant, ponatur clauſula — *Quod neuter Permutantium jus acquirat* —, niſi quilibet ipſorum jus habuerit in Beneficio per ipſum reſignato.

ARGUMENTUM.

REgula, cujus Rubrica mutila eſt, mandat in prima parte, quod in Literis Apoſtolicis Reſignationis Beneficiorum ad favorem adjiciatur clauſula -- *Attente quoque providens &c.* --, cujus ſenſus explicatur; & priſcis temporibus demandabatur Exequutoribus, ut attente proſpicerent, ne in Reſignatione intercederent *Dolus*, *Vis*, *Metus*, & *Simonia*, quod tamen de jure ſubintelligitur, & an ex hiſce defectibus Reſignatio ſit ipſo jure nulla, ſeu potius annullanda veniat? Eſt pariter Juri uniformis clauſula, quam in Literis Permutationis Beneficiorum Regula apponendam eſſe decernit. Hinc non ſubſtinetur Permutatio, ſi alterum ex Beneficiis permutatis evincatur, aut ſi litigioſum ſit, competitque alteri Permutanti regreſſus ad proprium Beneficium. Nulla itidem eſt permutatio tum Beneficii veri cum ficto, aut cum eo, quod nullos haber reditus, tum Beneficii Eccleſiaſtici cum Cappellania, Legato pio, aut Hoſpitali, quæ in titulum Beneficii Eccleſiaſtici erecta non ſunt, ſi eorum qualitas Papæ non innoteſcat. Et quid, ſi agatur de Permutatione Juris, quod quis habeat *ad rem*? aut Permutatio expleta ſit in fraudem? Poſita vero nullitate Permutationis, ex quo unus ex Permutantibus jus non habeat ſuper Beneficio, ut alter ad ſuum Beneficium redire poſſit, novo titulo non indiget, ſed ſufficit ſententia declaratoria ſuper nullitate Permutationis. Ordinariis interdictum non eſt, Beneficiorum Permutationes, quæ *Canonicis Sanctionibus*, & *Apoſtolicis Conſtitutionibus permittuntur*, admittere etiam in Menſibus reſervatis, dummodo Beneficia ipſa reſervata non ſint, ac inter Conſanguineos, quamvis Beneficia ſint inæqualis reditus, pro quo tamen coæquando permiſſum non eſt Ordinariis, Penſionem ſive perpetuam, ſive ad tempus favore alterius Permutantis ſuper Beneficio majoris reditus imponere. Sed præter Epiſcopos, poſſunt etiam Permutationes admittere Prælati inferiores gaudentes Juriſdictione quaſi Epiſcopali cum Territorio ſeparato, necnon Vicarii generales ſpeciali Epiſcoporum ad id peragendum facultate muniti, quemadmodum & Vicarius Capitularis de Beneficiis illis, quæ ad ſimultaneam collationem Capituli, & Epiſcopi, non autem quæ ad ejuſdem Epiſcopi privativam collationem ſpectant, & quid ſi inter Epiſcopum, & Capitulum diviſa eſſet ſimultanea conferendi facultas? Sequuta Beneficiorum permutatione in manibus inferiorum Collatorum, etiam S. R. E. Cardinalium, debent ipſi intra Menſem Permutationem eandem aut admittere, aut rejicere, & examinatur, an intra idem temporis ſpatium teneantur etiam ad Beneficiorum permutatorum collationem devenire, ſeu potius gaudeant termino Juris, ſex nempe Menſium, ad conferendum? ad interpretationem Conſtitutionis ſan. mem. *Gregorii XIII.* LXXXV. §. *de Beneficiis & ſequent.*

SUM-

SUMMARIUM.

1 Rubrica Regulæ manca eſt, & quomodo inſeribi debet?

2 In Reſignationibus Beneficiorum ad favorem, appoui debet vigore primæ partis Regulæ clauſula—attente quoque providens &c.-- Et quomodo in Litteris Apoſtolicis illa extendi ſoleat?

4 De expreſſione, quæ in Literis præfatis juxta formulam antiquam fieri conſueverat.

5 Reſignatio Beneficii, præviis ſimoniacis pactis expleta, nulla eſt ipſo jure.

6 Amplia, quamvis Simonia fuerit conventionalis, & non probetur illius effectuatio.

7 Nulla itidem eſt Reſignatio extorta per dolum, fraudem, calliditatem, ſeu nimiam machinationem.

Et de Conjecturis, quibus evincitur, Reſignationem fuiſſe fraudolenter procuratam. Remiſſive, n. 8.

9 Quemadmodum nullitatis vitio ſubjacet Reſignatio extorta per vim, & metum.

10 Non eſt tamen ipſo jure nulla, ſed reſcindenda venit actione-- quod metus cauſa.

11 Refertur clauſula, quæ vigore ſecundæ partis Regulæ apponi debet in Permutationibus Beneficiorum.

Et quomodo in Literis Apoſtolicis concipi ſoleat. num. 13.

12 Irrita eſt Beneficiorum permutatio, ſi alter ex Permutantibus jus non habeat ſuper Beneficio, quod permutavit.

14 Evicto altero ex Beneficiis permutatis, competis Permutanti regreſſus ad proprium Beneficium.

15 Regreſſus hujuſmodi non eſt de probibitis a Concilio Tridentino.

16 Permutatio eſt nulla, ſi alterum ex Beneficiis permutatis ſit litigioſum. & n. 31.

17 Amplia, etiamſi Permutans tempore Permutationis fuerit in illius poſſeſſione.

18 Quemadmodum irrita prorſus, & ſimoniaca eſt permutatio Beneficii veri cum ficto, aut cum eo, quod nullius eſt reditus, vulgo de Pertica nuncupato.

19 Et Beneficium verùm remanet tali caſu diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervatum.

20 Beneficium permutari nequit, niſi cum altero Beneficio: Unde nulla eſt permutatio Beneficii cum Legato pio, ſeu Cappellania, aut Hoſpitali non erectis in titulum Beneficii.

21 Beneficia an permutari poſſint cum Perſonatibus, qui erigi ſolent in Provincia Cathalauniæ? Remiſſive.

22 Permutatio Beneficiorum in fraudem expleta, nulla, & irrita eſt.

Et enumerantur nonnullæ Conjecturæ, ex quibus fraus erui ſolet. ibid. & n. 58.

23 Conjecturæ præfatæ ſolum ſibi locum vindicabant priſcis temporibus favore Expectantium.

24 Sublatis expectativis per Concilium Tridentinum, illæ Conjecturæ non amplius attenduntur, nec hodie datur caſus permutationis Beneficiorum coram Pontifice expletæ, quæ dici poſſit fraudolenta. & n. 31.

26 Limita in Permutationibus Beneficiorum de Jurepatronatus, in quibus conſiderari poteſt fraus reſpectu Patronorum.

27 Contrarium.

28 In permutatione Beneficiorum de Jurepatronatus, non amplius hodie, ſicuti priſcis temporibus, derogatur Juripatronatus, ſed permutatio non aliter admittitur, quam cum clauſula-accedente conſenſu Patronorum.

29 Et ſolum derogatur Juripatronatus, quando iſtud eſt litigioſum.

32 Beneficium rite permutari poteſt cum jure, quod alter ex Permutantibus habet ad rem.

33 Contrarium, quod jus ad rem permutari non poteſt, ſed requiritur jus in re.

34 Et prior ſententia procedere poteſt in permutatione facienda coram Papa, qui eam admittat ex certa ſcientia.

35 Pro validitate permutationis neceſſe non eſt, quod alter ex Permutantibus ſit in poſſeſſione Beneficii permutati.

36 Per collationem acceptatam, etiam ante adeptam Beneficii poſſeſſionem, jus in re acquiritur.

37 Permutatio Beneficii ficti, litigioſi, non ſui &c. nulla eſt, etiamſi altera pars hujuſmodi qualitatis notitiam habuerit.

38 Redditur ratio, & reprobantur Doctores contrarium autumantes.

39 Permutatio non a Partium, ſed a Pontificis voluntate perfectionem recipit.

40 Stante nullitate permutationis ex culpa unius ex Permutantibus, non poteſt alter propria auctoritate ad ſuum Beneficium redire, ſed indiget vel nova collatione.

41 Vel Commiſſione Judici directa, quod conſtito de non jure compermutantis, canonizet primum titulum.

42 Aut ſaltem conſenſu, & auctoritate Superioris, quæ ad inſtar collationis eſt.

44 Ad effectum, ut alter ex Permutantibus ad Beneficium nulliter permutatum redire poſſit, non opus eſt nova collatione, ſed ſufficit Sententia declaratoria ſuper nullitate Permutationis, cum illa implicet licentiam Superioris ſuper tali regreſſu. & n. 47.

Et contrariæ auctoritates procedunt in permutatione facta bona fide, & ignoranter, quæ non ſit nulla ipſo jure, ſed veniat annullanda. num. 46.

45 Hujuſmodi Regreſſus datur non ſolum contra ipſum Permutantem, verum & contra illius Succeſſorem.

Quinimo, data nullitate Permutationis ob culpam unius ex Permutantibus competit alteri manutentio ſuper Beneficio, quod dimiſit. Et traditur ratio. n. 43.

48 Ordinarii ex Conſtitut. LVIII. S. Pii V. admittere poſſunt Beneficiorum permutationes, quæ Canonicis Sanctionibus, & Apoſtolicis Conſtitutionibus permittuntur. Et quæ iſtæ ſint? n. 49. & 50.

51 Permutationes Beneficiorum a Pontifice admiſſæ, ſemper canonice expletæ præſumuntur.

52 Ordinarii Beneficiorum permutationes a Canonicis Sanctionibus permiſſas admittere poſſunt, etiam inter Conſanguineos.

53 Et in quocumque Menſe.

54 Dummodo Beneficia non ſint Apoſtolicæ Sedi certo reſervata.

55 Ordinariis interdictum non eſt admittere permutationes Beneficiorum inæqualium, etiam quoad redditus.

56 Et ſubſtinetur Permutatio, quamvis enormiſſima læſio in fructibus interceſſerit, nec reſcindi poteſt remedio leg. 2. Cod. de Reſcind. vendit.

57 *Sola inæqualitas redditwum non inducit præſumptionem fraudis, aut doli in permutatione, niſi aliæ concurrant conjecturæ, quæ enumerantur, quæque inſimul concurrere debent.* & num. 58.

59 *Limita, ubi agitur de permutatione Beneficii veri cum ficto, ac, ut dicitur,* de Pertica, *quo caſu, ſecluſis etiam dictis conjecturis, irrita prorſus, & nulla eſt permutatio.*

60 *Ordinariis an permiſſum ſit, penſionem ſuper fructibus Beneficii pinguioris permutati, favore alterius ex Permutantibus imponere?* & n. 61. 62. & 63.

64 *Prælati inferiores juriſdictione quaſi Epiſcopali cum Territorio ſeparato gaudentes, poſſunt Beneficiorum permutationes admittere.*

65 *Quemadmodum & Prælati illi inferiores, qui ſolum facultate gaudent conferendi Beneficia, quamvis ſint dicta Juriſdictione deſtituti.*

66 *Contrarium, quod permutationes auctorizare ſpectet ad Ordinarium, Beneficia vero permutata conferre ad eoſdem Prælatos inferiores.*

67 *Vicarius Generalis permutationes admittere non prohibetur, ſi ad id peragendum, ſpecialis ei fuerit impertita ab Epiſcopo facultas.*

68 *Vicarius Capitularis, Sede Epiſcopali vacante, admittere poteſt permutationem Beneficiorum, quæ ſpectant ad ſimultaneam Epiſcopi, & Capituli collationem, ſecus eorum, quæ ad privativam ejuſdem Epiſcopi collationem pertinent.*

69 *Et quid dicendum, ſi inter Capitulum, & Epiſcopum diviſa fuerit hujuſmodi ſimultanea, an Vicarius Capitularis auctorizare poſſit permutationes Beneficiorum, quæ collationi Epiſcopi ſunt reſervata?*

70 *Ex quibus, deficiente claro diviſionis Inſtrumento, diviſa cenſetur inter Epiſcopum, & Capitulum ſubſtantia potius, & proprietas Juris conferendi, quam illius exercitium?* Remiſſive.

71 *Beneficiorum permutationes debent Ordinarii intra Menſem rejicere, vel admittere, & ſi illas admittant, tenentur intra idem temporis ſpatium ad collationem Beneficiorum devenire. Et redduntur rationes.* n. 73. & ſeqq.

72 *Contrarium, quod gaudeant termino ſex Menſium ad Beneficia permutata conferendum.*

73 *Sed prior ſententia receptior eſt, & reſpondetur rationibus in oppoſitum.* n. 78. & 79.

74 *Dictio* & *eſt copulativa, maxime ubi adjecta legitur inter plures in eadem oratione poſitos.*

75 *Eadem determinatio plura reſpiciens determinabilia, æque illa determinare debet.*

80 *Renuente Epiſcopo permutationem, quam admiſit, abſolvere, datur recurſus ad Superiorem.*

81 *Bona fides, & juſta credulitas non excuſat a nullitate actus geſti contra Conſtitutiones Apoſtolicas Decreto irritanti munitas.*

1 RUbrica hujus Regulæ manca, & mutila eſt;
Rectius enim inſcribi debebat -- *De Clauſulis ponendis in Literis Reſignationis, & Permutationis Beneficiorum* --, cum duas ipſa contineat partes, quarum prima reſpicit Reſignationes, altera Permutationes Beneficiorum, & in utriuſque Literis mandat certam inſeri clauſulam.

Igitur in prima parte diſponit, quod in Literis
2 Reſignationis Beneficii, quæ ad alterius favorem
expletur, apponatur clauſula -- *attente quoque providens &c.* -- quæ ſic extendi conſuevit -- *Ceterum ne dum prodeſſe ſtudemus aliqua forte irrepat iniquitas in exitium Animarum tu iſtic attente circumſpicias an ex parte N. N. præfatorum ſuper dicta Reſignatione ut fieret quam Nos nullo hucuſque vitio laborare deprehendimus interceſſerit ſimonia labes aut aliqua alia illicita pactio ſeu etiam cor-*
ruptela. -- Quamvis juxta formulam antiquam qua- 3
tuor in dictis Literis exprimerentur, attente per illorum Exequutorem conſideranda, ſcilicet *Dolus, Vis, Metus,* & *Simonia*, ac ita formula præfata concipiebatur -- *Attente quoque providens, quod in Reſignatione prædicta Dolus, Vis, Metus, vel aliqua ſimoniaca pravitas, non intervenerint* -- de qua formula *Sot. in hanc Regul. in princip. Rebuff. & Queſad. ibidem pariter in princip.*

Omnes tamen iſtæ clauſulæ inſunt de jure, &
ideo ſi fuerint prætermiſſæ, Gratiam non vitiant, 4
quia Papa præſumitur habere notitiam de Clauſulis conſuetis apponi ſolitis in Literis Apoſtolicis, *Koebler. in hanc Regul. n. 9.*

Et quidem non ambigitur, quod Reſignatio
Beneficii, præviis ſimoniacis pactis expleta, nulla
ſit, & quidem *ipſo jure*, ut ex *Extravag.* edita a 5
Martino V. in Concilio *Conſtantienſi*, incipiente -- *Multæ* -- & ex altera *Pauli II.* incipiente -- *Cum deteſtabile, de Simon. inter commun.* ex *Conſtit. XIII. Leonis X.* cujus initium *Supernæ*, & ex *Conſtit. V. S. Pii V.* quæ incipit -- *Cum primum* -- late probat *Pariſ. de Reſignat. lib. 14. quæſt. 2. de Magiſtris in Silva Eccleſ. lib. 1. tit. 12. cap. 7. Rebuff. in hanc Regul. §. Subjicitur, Rota deciſ. 256. numer. 22. part. 12. Recent. & in Corduben. Beneficii 22. Februarii 1693. §. Denique, coram*
Muto, & ſufficit pro nullitate Reſignationis ſimo- 6
nia conventionalis, etiam abſque probatione illius effectuationis, *ad text. in Can. ea quæ 1. quæſtion. 3. Rot. dec. 396. coram Pamphilio*, cum aliis in *Melevitana Permutationis Commendarum, cor. Reverendiſſ. Criſpo*, inter impreſſ. *deciſ. 102. §. Pariformiter in fine, & coram clar. mem. Card. Falconerio deciſ. 5. num. 10. tit. de Benef. Eccleſ. tom. 1.*

Rurſus nulla eſt Reſignatio per dolum, fraudem, calliditatem, ſeu nimiam machinationem 7
procurata, ad *text. in cap. 2. de Renunciat. in 6. Rebuff. conſ. 22. num. 5. & ſeqq. & in addit. ad hanc Regul. verſic. 1.* & *ſeqq. Caſtropal. Oper. moral. tom. 2. tract. 13. de Benef. diſput. 4. punct. 3. §. 5. n. 8. pag.* 310. ubi quod eſt *ipſo jure* nulla, *Leſſ. de Juſtit. & Jur. lib. 2. cap. 34. ſub n. 190. Cabaſut. in Prax. & Theor. Jur. Canon. lib. 2. cap. 18. nu.* 10. *Murg. de Benef. quæſt. 3. num. 197. & ſeqq. de Magiſtris in Silva Eccleſ. libr. 1. tit. 12. cap. 7. n. 26. & ſeqq.* cum aliis penes *Rot. in Aſculana Beneficii, ſeu Abbatiæ 9. Aprilis 1699. §. Et quidem cum ſeqq. coram bon. mem. Anſaldo*, ubi late diſſe-
ritur, quando, & ex quibus circumſtantiis Reſi- 8
gnatio dicatur fraudulenter procurata, quodque ad hunc effectum ſufficiant conjecturæ, quarum plurimæ inibi recenſentur.

Et pariter nullitatis vitio laborat Reſignatio,
ſi per vim, & metum extorqueatur *cap. Super* 9
hoc, de Renunciat., Rebuff. in addit. ad hanc Regul. §. Item dicemus, Leſſius de Juſtit. & Jur. lib. 2. cap. 34. num. 190. & 195. Cabaſut. in Prax. & Theor. Jur. Canon. libr. 2. cap. 18. num. 9. cum aliis apud *de Magiſtr. in Sylv. Eccleſ. dict. cap. 7. n. 29. & 30.* ubi de Carceratione, & metu illato Conſanguineis Reſignantis; in quibus etiam terminis *Rota dec. 132. & 341. part. 10. deciſ. 172.*

&

& dec. 212. part. 16. Rec. & in Capuana Canoni-
catus 9. Decembris 1682. cor. Urſino. Non eſt ta-
10 men Reſignatio per vim, & metum extorta, ipſo
jure nulla, ſed annullanda, & reſcindenda venit
actione quod metus cauſa. Non enim adeſt Canon,
qui reſignationem Beneficii metu factam declara-
ret ipſo jure nullam, ut antiquioribus relatis, fir-
mant Caſtropal. tom. 2. Tract. 13. de Benef. diſ-
put. 4. punct. 3. §. 5. num. 4. & ſeqq. ubi contra-
riis reſpondet Cabaſut. loco cit. n. 10. Et ita tenere
Dominos de Rota, & communiter Doctores ait
Rebuff. in addit. ad hanc Regulam verſic. Tamen
Doctores.

In ſecunda vero parte Regulæ decernitur,
quod in Beneficiorum Permutationibus appona-
11 tur clauſula -- Quod neuter Permutantium jus ac-
quirat, niſi quilibet ipſorum jus habuerit in Bene-
ficio per ipſum reſignato --, quod eſt etiam con-
forme diſpoſitioni juris, ad cujus tramites irrita
12 eſt Permutatio, ſi alter ex Permutantibus jus non
habeat in Beneficio, quod dimittit, quemadmo-
dum tradunt communiter Canoniſtæ in Cap. unic.
de Rer. permut. in 6. Kochier. in hanc Regul. ſub
num. 9. Paſſerin. in dict. Cap. unic. n. 43. Tondut.
de Benef. part. 2. cap. 4. §. 8. nu. 2. Dartis Oper.
Canon. de Benef. ſect. 10. cap. 4. §. Quod verum,
Rot. dec. 176. n. 4. cor. Merlin. decif. 943. n. 1. &
6. cor. Cerro, deciſ. 335. & 336. fere per tot. cor.
Priolo, ubi, quod hoc caſu nec poſſeſſio Benefi-
cii ab altero Permutante abdicatur deciſ. 40. n. 10.
13 part. 18. Recent. Et in Literis Apoſtolicis clauſu-
la præfata ſic concipi ſolet -- Noſtræ tamen inten-
tionis exiſtit, quod ex collatione & aſſignatione per
te vigore præſentium faciendis nullum prædicto
Franciſco in Archidiaconatus jus quomodolibet ac-
quiratur niſi Hieronymus in illo, & Franciſcus
præfati in Beneficiis reſignatis hujuſmodi jus habue-
rint tempore Reſignationis, ut apud Rot. dict. de-
ciſ. 943. ſub num. 1. cor. Cerro, & docet continua
praxis.

Et ad effectum ut Permutatio non ſuſtineatur,
14 ſat eſt, quod Beneficium permutatum evinca-
tur, competitque tali caſu alteri Permutanti re-
greſſus ad proprium Beneficium ratione tacitæ con-
ditionis illius dimiſſioni inhærenti, ſi nempe per-
mutatum Beneficium non fuerit evictum, & ſine
qua proprium non dimiſiſſet Beneficium, ad text.
in cap. Si Beneficia 20. de Præben. in 6. Felin. in
Cap. Cum Venerabilis num. 11. in fine de Except.
Cabaſut. in Prax. & Theor. Jur. Canon. lib. 2. cap.
17. n. 9. Dartis loco cit. Van Eſpen in Jus Eccleſ.
univerſ. part. 2. tit. 27. cap. 7. n. 18. & n. 23. recte
advertit, quod Regreſſus iſte non eſt de illis pro-
15 hibitis a Concilio Tridentino Seſſ. 25. cap. 7. de
Reformat. quod & Nos late diximus in Comm. in
Regul. XXVI. n. 160. & ſeqq. Garc. de Benef. part.
11. cap. 4. n. 11. Rot. dec. 348. n. 1. cor. Bellamer.
& dec. 235. n. 6. cor. Priolo, & dec. 493. n. 6. cor.
Cerro.

Item, ne valeat permutatio, ſufficit, quod alte-
16 rum ex Beneficiis permutatis ſit litigioſum, ex ra-
tionibus recenſitis a Pariſ. de Reſignat. lib. 2. quæſt.
3. n. 1. Kochier. in hanc Regul. n. 10. & de Permut.
Benef. part. 3. cap. 9. num. 1. & ſeqq. ubi plurimis
modis limitat, Paſſerin. in dicto cap. unic. nu. 46.
de Rer. permutat. in 6. Azor. Inſtitut. moral. part.
2. lib. 7. cap. 9. quæſt. 7. Garc. de Benef. part. 11.
cap. 4. num. 20. Rot. deciſ. 41. n. 6. part. 18. Rec.
dec. 335. n. 1. cor. Priolo. Etiamſi Reſignans per-
17 mutationis tempore in illius poſſeſſione reperire-
tur, quia non implicat Beneficium poſſeſſum
ſubjacere vitio litigioſi, ut poſt Lotter. de Re Be-
neficiar. lib. 2. quæſt. 21. num. 180. verſic. Sunt
enim, proſequitur Rota dict. dec. 335. num. 13. cor.
Priolo.

Permutatio itidem Beneficii veri cum ficto,
aut cum eo, quod nullius eſt redditus, quodque 18
nuncupari ſolet de Pertica, nulla prorſus, & ir-
rita eſt, eamque uti ſimoniacam improbavit ſan.
mem. Pius IV. in Conſtitutione, quæ incipit--
Sanctiſſimus in Chriſto Pater -- Bullar. veter. Con-
ſtit. 163. & Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni reſerva-
vit collationem Beneficii veri permutari cum Be- 19
neficio palliato, & fictitio, & Pianam laudando
Conſtitutionem, tradunt Kochier. de Permutat.
Beneficior. part. 1. cap. 1. num. 20. Lotter. de Re
Benefic. libr. 1. quæſt. 31. nu. 27 & 28. Ventrigl.
in Praxi tom. 2. adnot. 4. §. 2. num. 29. Caſtropal.
Oper. mor. tom. 2. tract. 13. diſput. 6. punct. 2. §.
2. num. 16. Rot. dec. 176. num. 7 & deciſ. 329. n.
8. cor. Merlino, & in Colonien. Canonicatus 9.
Decembris 1707. §. Validius coram bon. mem. An-
ſaldo.

Similiter Beneficium permutari non poteſt, niſi
cum alio Beneficio, unde ſecluſa certa ſcientia Pa- 20
pæ, nulla eſt permutatio Beneficii cum Cappella-
nia non erecta in titulum Beneficii, ſeu Legati,
aut pia fundatione, ſeu cum Hoſpitali, quod non
datur in titulum, Sanchez conſ. moral. lib. 2. cap.
3. dub. 37. num. 18. Mantic. de Tacit. lib. 25. tit.
9. num. 28. 40. & ſeqq. Scopp. ad Cod. Fabrian.
lib. 1. tit. 2. explanat. 53. n. 4. Papon. lib. 2. tit.
7. Arreſt. 1. ubi ſic Arreſto Pariſienſi judicatum
refert, Paſtor de Benef. lib. 3. cap. 11. §. 2. nu.
5. Tondut. quæſt. Beneficial. part. 2. cap. 4. §. 8.
n. 25. & ſeqq. Corrad. in Prax. Benef. lib. 1. cap.
2. n. 25. & 57. Rot. deciſ. 224. num. 6. cor. Burat.
An autem fieri poſſint permutationes Beneficio- 21
rum cum Perſonatibus, qui erigi ſolent in Provin-
cia Cathalauniæ, diximus in Comment. in Regul.
IX. §. II.

Inſuper Beneficiorum permutatio, quæ ſit in
fraudem expleta, non ſuſtinetur, & ad effectum 22
eruendæ fraudis, conjecturæ etiam ſufficiunt ex
relatis per Garc. de Benef. par. 11. cap. 4. n. 101.
Rot. dec. 766. n. 15. & ſeqq. cor. Dunozet. ubi frau-
dis conjecturæ deducuntur ex diſparitate valoris,
ex mutatione ſtatus de proximo faciendæ ab uno
ex Permutantibus, & ab aliis facti circumſtantiis,
de quibus etiam Kochier. de Permut. Benefic. lib. 3.
cap. 1. per tot. Piton. Diſcept. Eccleſiaſtic. 29. nu.
11. Menoch. præſumpt. 78. lib. 6. Ventrigl. in prax.
part. 2. adnot. 4. §. 2. n. 40. Rota in Aſculana Be-
neficii, ſeu Abbatiæ 9. Aprilis 1699. cor. bon. mem.
Anſaldo.

At Garcias de Benef. part. 11. cap. 4. n. 102.
poſt Menoch. de Præſumt. lib. 6. præſumt. 78. nu.
2. & ſeqq. animadvertit, quod conjecturæ per 23
Doctores perpenſæ ad effectum dijudicandi, Per-
mutationem eſſe in fraudem expletam, procede-
bant favore Expectantium, ne ſcilicet prætextu
fraudolentæ Permutationis excluderentur a Benefi-
cio, ſuper quo expectativam obtinuerant; ſed
cum expectativæ non amplius vigeant, quippe
quæ ſublatæ fuerunt a provida Concilii Tridentini
Sanctione Seſſ. 24. cap. 19. de Reformat. & dixi-
mus in Comment. in Regul. XXVI. Hinc eſt, quod
conjecturæ præfatæ nec amplius attendi meren- 24
tur, ita quidem, ut hodie non dari caſum, quo
Permutationes, quæ coram Pontifice fiant, dici
valeant in fraudem expletæ, inhærendo Garciæ,
communiter tradunt Piring. in lib. 3. Decret. tit.
19. num. 36. in princip. Paſſerin. in cap. unic. nu.
28. de Rer. Permut. in 6. Kochier. de Permut.

Benefic. part. 3. *cap.* 1. *num.* 18. *Murg. de Beneſ.*
quæſt. 3. *nu.* 1007. *bon. mem. Severol. apud Palm.*
allegat. 300. *ſub num.* 23. *Rot. in Colonien. Cano-*
nicatus 9. *Decembris* 1707. §. *Potiſſime coram bon.*
25 *mem. Anſaldo.* Quidquid in contrarium, rece-
dendo a communi DD. ſententia, dixerit *Ven-*
trigl. in prax. part. 2. *adnot.* 4. §. 2. *numer.* 40.
quem ſequitur videtur *Piton. diſcept. Eccleſiaſt.* 29.
num. 10.

Poſſet ſententia *Garciæ* aliquam pati difficulta-
26 tem reſpectu Patronorum, in quorum præjudicium
non ſubſtineri fraudolentas permutationes Be-
neficiorum de Jurepatronatus, etiamſi fraus ex
conjecturis depromatur, firmavit *Rota dec.* 776.
cor. Duuoz. Jun. Verum nec Patronorum reſpe-
27 ctu poteſt hodie fraus ulla conſiderari, ex quo
non amplius, ſicuti priſcis temporibus, in permu-
tationibus Beneficiorum de jurepatronatus dero-
28 gatur eorum conſenſui, ſed ſub ſan. mem. *Cle-*
mente X. laudabilis invaluit Stylus, quod in Li-
teris Apoſtolicis Permutationis adjiciatur clauſu-
la -- *accedente conſenſu Patronorum* --, in quorum
proinde facultate repoſitum eſt permutationi aſ-
ſentiri, vel non, ut dicemus infra in *Commen-*
tar. ad Regulam XLII. Quemadmodum nec
eorundem Patronorum reſpectu fraus conſiderari
poſſet in permutatione Beneficii litigioſi de Ju-
repatronatus, quo caſu Patronorum conſenſui de-
29 rogari ſolet, juxta terminos Deciſionis *Rotæ in*
dicta Aſculana Beneficii, ſeu Abbatiæ 9. *Aprilis*
1699. *cor. bon. mem. Anſaldo.* Quia, ubi Benefi-
cium eſt litigioſum, permutari non poteſt, ut ſu-
30 pra diximus, ideoque ex hoc alio capite aſſet nullo
permutatio, non autem ratione fraudis erga Pa-
tronos adhibitæ. Ex quibus firma remanet aſſertio
31 *Garciæ*, hodie non dari caſum, quo Beneficiorum
permutatio coram Pontifice expleta, dici poſſit
fraudolenta.

An autem jus ad rem alicui competens ſuper Be-
32 neficio permutari poſſit, vel potius neceſſe ſit,
quod habeat jus in re? *Paſſerin. in dicto cap. unic.*
n. 48. more ſolito contra communem, exiſtimat
ſufficere jus ad rem, ea ratione, quia omne jus
Beneficio adnexum permutari poteſt, & licet Be-
neficium, ad quod quis jus *ad rem* habet, non
ſit ſuum, tamen ſuum eſt jus, quod habet ad il-
lud, quod ſufficit, ut poſſit permutari. Eandem-
que ſententiam ſequitur *Caſtropal. Oper. moral.*
tract. 13. *diſputat.* 6. *punct.* 2. §. 2. *n.* 15. Sed con-
33 traria invaluit opinio, quam pluribus rationibus
tuentur *Kochier. de Permut. Beneſ. part.* 1. *cap.* 1.
num. 5. & *ſeqq.* & *num.* 7. infert, quod præſenta-
tus, nominatus, approbatus ad Parochialem per
concurſum, vel electus, qui non habent jus *in*
re, ſed tantum *ad rem*, permutare non poſſunt,
& *lib.* 3. *cap.* 44. *verſic. ſecus dicetur*, *Garc. de Be-*
neſ. part. 11. *cap.* 4. *nu.* 17. *Scopp. ad Cod. Fabr.*
lib. 1. *tit.* 2. *explanat.* 53. *nu.* 4. *Murg. de Beneſ.*
quæſt. 3. *nu* 957. *Ventrigl. in Prax. part.* 2. *adnot.*
4. §. 2. *ſub num.* 34. *Tondut. quæſt. Beneſ. part.* 2.
cap. 4. §. 8. *num.* 2. & *n.* 45. *cum ſeqq.* Et opinio
Paſſerini procedere poſſet in caſu, quo permuta-
34 tio fieret coram Papa, ex certa ſcientia admitten-
te permutationem Beneficii cum jure, quod alter
ex Permutantibus habet *ad rem*, *Tondut. dicto* §.
8. *num.* 9.

Non eſt tamen neceſſe pro validitate permuta-
35 tionis, quod quis adeptus fuerit poſſeſſionem Be-
neficii, quod permutare intendit, nam per colla-
tionem acceptatam, etiam ante adeptam poſſeſ-
36 ſionem Beneficii, jus *in re* acquiritur, *cap. Si tibi*
abſenti de Præben. in 6. *Barboſ. de Poteſtate Epiſ-*
cop. allegat. 69. *n.* 16. & 17. *Kochier. de Permut.*
lib. 1. *cap.* 1. *ſub num.* 4. & *latius libr.* 3. *cap.* 44.
Garc. de Beneſ. dict. part. 11. *cap.* 4. *num.* 15.
Paſſerin. dicto cap. unic. num. 4. *Tondut. dict. part.*
2. *cap.* 4. §. 8. *n.* 3. *Rot. dec.* 329. *n.* 6. *cor. Mer-*
lino.

Atque in caſibus ſupra relatis Beneficii *litigio-*
ſi, non ſui &c. adeo nulla, & irrita eſt permuta- 37
tio, ut nihil referat, quod altera pars notitiam ha-
buerit hujuſmodi qualitatis; Nam quamvis *Rebuff.*
in addit. ad hanc Regulam §. *Fallit, quando quis*,
& latius *Rot. dec.* 27. *cor. Emerix jun.* exiſtiment,
quod clauſula, qua in Regula faveat ignoranti,
non autem ſcienti; eorum tamen opinio ſubſiſtere
non videtur; Siquidem, cum in Literis permuta- 38
tionis velit Pontifex, quod neutri Permutantium
jus quæratur, niſi quilibet ex iis ſuper Beneficiis
permutatis jus habuerit, ſequitur, quod ceſſante ju-
re unius ex illis, permutatio irrita remaneat, cum
illa non a Partium voluntate dependeat, ſed a vo-
luntate Pontificis perfectionem deducat, ut, rece- 39
dendo a priori ſententia, reſpondit eadem *Rota*
deciſ. 335. *n.* 16. *coram Priolo.* Et hanc ſequitur
ſententiam *Caſtropal. Oper. moral. tom.* 2. *Tract.* 13.
diſput. 6. *punct.* 2. §. 2. *ſub n.* 16.

Data vero nullitate Permutationis, ex quo unus
ex Permutantibus jus ſuper Beneficio non habue-
rit, an poſſit alter redire ad ſuum Beneficium pro- 40
pria auctoritate, vel requiratur nova Superioris
collatio, controverſa quæſtio eſt. *Antonius de Bu-*
tr. ad Cap. Cum Venerabilis de Except. negat citra
novam collationem id fieri poſſe. Et hanc ſenten-
tiam communem appellat *Sotus in hanc Regulam*,
ſubdens, ſaltem requiri, quod obtineatur Commiſ- 41
ſio, ut conſtito de non jure Compermutantis, com-
mittatur *Auditori*, quod canonizet primum titu-
lum. Eandem opinionem ſequitur *Kochier. ibidem*
nu. 11. & *ſeqq.* ubi, quod aut requiritur nova col-
latio, vel ſaltem conſenſus, & auctoritas Superio-
ris, quæ eſt ad inſtar collationis, & in *Tractat.* 42
de Permut. Beneficior. part. 3. *cap.* 9. *per tot. Pau-*
lut. Juriſprudent. Sacr. lib. 6. *tit.* 10. *cap.* 9. *num.*
4. *verſic. in Permutatione*, *Rot. deciſ.* 412. *num.* 6.
cor. Merlino, & *dec.* 68. *numer.* 20. & *dec.* 249.
part. 10. *recent.* & in *Gerunden. Permutationis co-*
ram Litta penes Garc. de Beneſic. part. 11. *cap.* 3.
num. 19.

Sed adhuc abſque nova collatione, data nullitate
permutationis, conceſſa fuit per *Rotam* manutentio 43
Compermutanti, ut in *deciſ.* 943. *cor. Cerro*, &
dec. 336. *cor. Priolo*, ex quo ille poſſeſſionem non
amiſit per dimiſſionem, ſeu permutationem Bene-
ficii, quæ tam ex parte Reſignantis, quam ex par-
te Superioris fuerat conditionalis; Ex parte Reſi-
gnantis, quia conſentit dimiſſioni, quatenus e con-
verſo aliud Beneficium conſequeretur, & non
alias; ex parte Pontificis, quia voluit, neutri ex
Permutantibus jus acquiri, niſi jus haberent ſuper
Beneficiis dimiſſis, adjecto Decreto irritanti, quod
inficit quemcumque titulum, & poſſeſſionem; &
proinde in caſu, quo alter ex Permutantibus jus
non habet, deficit præfata conditio, & nec jus, nec
poſſeſſio ab eo abdicantur, *Lotter. de Re Beneſ. lib.*
2. *quæſt.* 14. *n.* 89. late *Rot. dec.* 336. *n.* 1. & *ſeqq.*
cor. Priolo.

Non requiritur igitur novus titulus, ut alter
ex Permutantibus ad Beneficium nulliter permu- 44
tatum redire poſſit, ſed ſufficit Sententia decla-
ratoria ſuper nullitate Permutationis, quæ ſenten-
tia implicat licentiam Superioris ſuper tali Regreſ-
ſu, juxta originalem doctrinam *Jo. Andr. in cap.*
unic. de Rer. Permut. in 6. quam magis commu-
niter

niter ſequuntur Lotter. dicta quaſt. 14. a num. 87.
Azor. Inſtit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 29. quaſt.
21. Van Eſpen in Jus Eccleſ. univerſ. part. 2. tit.
27. cap. 7. n. 19. & 22. Luetius in Regul. de Public.
Reſignat. litt. B. n. 13. Petr. Gregor. libr. 17. Syn-
tagm. Jur. cap. 17. num. 3. Faber in Codic. lib. 1.
tit. 2. definit. 53. ibique Scopp. Explanat. 53. n. 7.
& ſeqq. Cabaſut. Theor. & Prax. Jur. Canon. lib.
2. cap. 17. num. 9. Tondut. de Penſion. cap. 46. n.
7. Papon. lib. 2. tit. 7. de Permut. Benef. Arreſt. 2.
ubi refert, ſic quoque judicatum fuiſſe Arreſto Pa-
riſienſi, & poſtea Arreſto majoris Conſilii, Paſtor.
de Benef. lib. 3. tit. 11. n. 12. cum aliis penes Pa-
riſ. de Reſignat. lib. 1. quaſtion. 14. n. 12. & 15. Et
Regreſſus hujuſmodi datur, non ſolum contra Per-
45 mutantem ipſum, ſed etiam contra illius Succeſ-
ſorem in Beneficio ex indole, & natura permu-
tationis, juxta quam datur actio de evictione ad
recuperandam rem permutatam contra quemcum-
que Poſſeſſorem, juxta text. in leg. Cum Preci-
bus Cod. de Rer. Permut. & recte obſervant Re-
buff. in Prax. libr. 3. tit. de Permutat. numer.
13. Charondas lib. 1. reſponſ. cap. 24. & libr. 1.
Pandect. cap. 10. & 11. Cabaſut. dict. cap. 17. nu-
mer. 9.

Nec obſtant contrariæ Auctoritates, quia lo-
46 cum ſibi vindicant, ubi Permutatio facta eſt bona
fide, & ignoranter, itaut non ſit nulla ipſo jure,
ſed veniat annullanda; quemadmodum de Permu-
tatione facta ignoranter de Beneficio, quod erat
de Jurepatronatus, loquitur Rota penes Garciam
dict. cap. 3. n. 19. Et de Permutatione expleta con-
tra legem fundationis Beneficii ignoranter, & bo-
na fide, loquitur eadem Rota dec. 249. part. 10. re-
47 cent. At ubi ex culpa unius ex Permutantibus Per-
mutatio non habuit effectum, quia nempe permu-
tavit Beneficium litigioſum, fictum, non ſuum,
vel quia non erat valoris expreſſi, tunc nova colla-
tio non requiritur ea ratione ſupradicta, quod in
his caſibus, deficiente conditione, & ſtante expreſ-
ſo Pontificis Decreto, alter Permutantibus neque
jus, neque poſſeſſionem amiſit, ut diſtinguit Rot.
dec. 412. n. 7. cor. Merlino.

Ex recenſitis igitur clauſulis in Literis Apoſtoli-
cis Reſignationis, ac Permutationis Beneficiorum
vigore hujus Regulæ inſerendis, plane dignoſci-
tur, quam circumſpecta, & laudanda ſit Summo-
rum Pontificum providentia in præcavendo, ut
Reſignationes ad favorem, ac Beneficiorum per-
mutationes ſincere fiant. Recte vero monet Pau-
lut. Juriſprud. Sacr. libro 6. tit. 10. quod idipſum
ſedulo attendere debent Ordinarii, quorum au-
ctoritate etſi Reſignationes ad favorem expleri
48 nequeant, fieri tamen poſſunt Beneficiorum per-
mutationes, quæ Canonicis Sanctionibus, & Apo-
ſtolicis Conſtitutionibus permittuntur, quemadmo-
dum, relaxata prohibitione per Conſtitutionem
XLII. Ordinariis ipſis præcedenter facta, de non
recipiendis Permutationibus Beneficiorum, ſanci-
vit S. Pius V. per alteram Conſtitutionem LVIII.
ut diximus in Commentar. in Regul. IX. §. III.
num. 36. Ita quidem, ut ſi Ordinarii hodie ad-
mittant Beneficiorum permutationes contra for-
mam Sacrorum Canonum, & Apoſtolicarum San-
ctionum, duret adhuc ſuſpenſio per laudatam
Conſtitutionem XLII. Sancti Pii demandata, &
Beneficia ſic coram ipſis nulliter permutata, va-
cant, Sediſque Apoſtolicæ diſpoſitioni reſervata
remanent, Garc. de Benef. part. 11. cap. 4. num.
49. & ſeqq. Filliuc. Oper. moral. tom. 3. Tract 41.
de Benefic. cap. 9. num. 46. Piton. diſcept. 29. nu.
4. & 5.

Permutationes vero Beneficiorum Canonicis San-
ctionibus, & Apoſtolicis Conſtitutionibus permiſſæ, 49
illæ ſunt, quæ reſpiciunt ſive evidentem Eccleſiæ
utilitatem, vel neceſſitatem, cap. Quaſitum de Rer.
permut. can. Mutationes 7. quaſt. 1. ſive, juxta
mitiorem ſententiam, utilitatem Permutantium, 50
quæ tamen in Eccleſiæ etiam utilitatem, & ne-
ceſſitatem tendat, & reducatur, Cap. Cum univer-
ſorum, & ibi Gloſſ. de Rer. permut. Gonzal. in di-
cto cap. Quaſitum num. 3. Thomaſſin. de Benefic.
part. 2. lib. 1. cap. 14. num. 14. verſic. Ex quibus,
Barboſ. de Jur. Eccleſ. univ. libr. 3. cap. 5. n. 172.
Piton. diſcept. 29. ſub n. 4. Ventrigl. in Prax. part.
2. adnotat. 4. §. 2. n. 18. Paulut. Juriſprud. Sacr.
lib. 6. tract. 10. cap. 9. nu. 5. Kochier. de Permu-
tat. Benefic. libr. 2. cap. 21. nu. 2. & 3. Et in hoc
differunt Permutationes Beneficiorum coram Or- 51
dinariis expletæ, ab iis, quæ in manibus Pontifi-
cis peraguntur, nam iſtæ ſemper canonice celebra-
tæ præſumuntur, Ventrigl. in Praxi dict. §. 2. a
num. 16. Novar. in Summ. Bullar. part. 1. Com-
ment. 30. n. 11. Rot. deciſ. 163. n. 5. cor. Duran.
& dec. 489. n. 22. cor. Priolo, & in Colonien. Ca-
nonicatus 9. Decembris 1717. §. Denique coram
Anſaldo.

An vero permiſſum ſit Ordinariis Beneficiorum
permutationes inter Conſanguineos auctorizare?
Quamvis hæc priſcis temporibus famoſa eſſet inter
Doctores controverſia, hodie non ambigitur, ipſos
hujuſmodi potiri facultate, ut diximus in Comment.
in Regulam IX. §. III. ubi etiam oſtendimus, Per- 52
mutationes quocumque Menſe, etiam Apoſtolicæ 53
Sedi reſervato, per Ordinarios admitti poſſe, &
præter inibi allegatos Rota in Baren. Primiceria-
tus 4. Julii 1727. §. Minoris, & 12. Januarii
1728. §. Et quamvis cor. bon. mem. Ratto. Licet,
ſi agatur de Beneficiis reſervatis, præpedita ſit 54
eis facultas permutationes admittendi; Cum enim
in permutatione Beneficiorum utriuſque Beneficii
interveniat ceſſio, & conſequenter utriuſque va-
catio, & Beneficiorum ſic vacantium facienda erit
collatio, Clement. unic. de Rerum permut. planum
eſt intelligere, quod ſi Beneficia, quæ permutan-
tur, ſint Pontificis diſpoſitioni reſervata, præpedi-
ta ſit inferiori facultas ea conferendi ex permuta-
tione, Extravag. Execrabilis §. Quæ omnia de
Præben. Azor. Inſtit. moral. part. 2. lib. 7. cap.
29. quaſt. 32. Gonzal. in Regul. 8. Gloſſ. 14. a nu.
43. & Gloſſ. 15. §. 2. a nu. 57. Paulut. Juriſprud.
Sacr. lib. 6. tract. 10. cap. 9. §. penult. Garc. de
Benef. part. 11. cap. 5. num. 82. Mandoſ. in Re-
gulam 1. Cancellariæ quaſt. 13. Adden. ad Simo-
net. de Reſervat. quaſt. 42. numer. 2. & quaſt. 46.
num. 4.

Illud quoque prætereundum non eſt, nil prohi-
beri, quin expleri poſſint coram Ordinario Per- 55
mutationes Beneficiorum inæqualium quoad red-
ditus, itaut ſi unum ſit altero pinguius, non ex-
inde irritetur permutatio, juxta veriorem ſen-
tentiam, quam præ ceteris ſequuntur Dec. conſ.
209. num. 4. lib. 1. Azor. Inſtit. moral. part. 2.
lib. 7. Cap. 29. quaſt. 15. Mantic. de Tacit. &
Ambig. lib. 25. tit. 9. n. 61. & 62. Bonacin. de Si-
mon. diſput. 1. quaſt. 4. §. 12. num. 7. in fine, Pau-
lut. Juriſprud. Sacr. lib. 6. tract. 10. cap. 9. num.
5. §. Plura igitur Dartiſ. Oper. Canon. tit. de Be-
nef. ſect. 10. Cap. 4. §. Quoad Primum, Lotter.
de Re Benef. lib. 1. quaſt. 37. num. 26. Novar. in
Summ. Bullar. part. 2. Comment. 27. num. 3. Ton-
dut. de Penſ. Cap. 16. num. 11. Piring. in Jus Ca-
non. lib. 3. tit. 19. nu. 29. Capon. Contr. 71. nu. 3.
in princip. Idque adeo verum, ut etiamſi intercedat

56 enormiſſima læſio, adhuc permutatio ſubſiſtat, nec
illius reſciſſioni ſit locus remedio *L. 2. Cod. de reſ-
cind. vend.* ut pluribus rationibus probant *Bella-
mer. de Permutat. Beneſic. part. 2. quæſt. 2. n. 7. cum
ſeqq. Rebuff. ad Concordat. tit. de Collatione, §. Vo-
lumus, Verb. Permutationis, Dartis de Beneſic. lo-
co cit. Covar. lib. 1. var. reſolut. Cap. 5. n. 3. Ven-
trigl. in Prax. part. 1. Adnot. 51. §. Unic. n. 5. ver-
ſic. prædicta Opinio, Kochier. de Permut. Beneſic.
lib. 3. cap. 5. n. 1.*
Neque ex hac inæqualitate redituum præſumi
57 valet in permutatione dolus, aut fraus ulla, apta
eam irritam reddere, niſi aliæ concurrant ejuſ-
dem fraudis conjecturæ, cum ſola inæqualitas, ſi-
ve ſit ratione redituum, ſive qualitatum, aut one-
rum, in nulla conſideratione haberi ſoleat *Fede-
ric. de Sen. in Tract. de Permutat. Beneſic. n. 67.
& 68. inter Tractat. Magn. tom. 5. part. 1. pag.
190. Rebuff. in Prax. tit. de Permut. n. 42. Joan-
nes Coraſ. de Beneſ. part. 2. Cap. 9. nu. 10. verſic.
Et quamvis, Dartiſ. eodem Tract. ſect. 10. Cap. 4.
§. Duo ſuperſunt, cum ſeqq. Azor. Inſtit. moral.
part. 2. lib. 7. Cap. 29. quæſt. 15. verſ. Verum in du-
bio, Paſſerin. in Cap. unic. n. 27. de Rer. permut. in
6. Tondut. de penſ. Cap. 18. n. 16. Kochier. de Per-
mut. Beneſ. part. 3. Cap. 1. n. 6. & ſeq. bon. mem.
Severolus apud Palm. Nep. Allegat. 300. num. 35.
Rot. deciſ. 2. de Rer. permut. in antiq.* & me ſcri-
bente *in Colonien. Canonicatus 23. Junii 1704. §.
Neque fraudem, coram Kaunitz.* Quæ conjecturæ
a laudatis Doctoribus perpendi ſolent, quando al-
58 ter ex Permutantibus eſt ſenex, & Beneficium aſ-
ſer de proximo vacaturum: Permutatio fieret inter
Conſanguineos: Renuncians Beneficium pinguius
adhuc remaneat in poſſeſſione: Aliud vero Benefi-
cium ſit de recenti erectum, ac nullius, vel modi-
ci reditus; Atque ad inducendam fraudem, quæ
nullam reddat permutationem, opus eſt, ut omnes
ſimul concurrant, *Bellamer. deciſ. Canon. 344. &
in Tract. de Permutat. part. 2. quæſt. 2. n. 14. in-
ter Tract. Magn. tom. 15. part. 1. pag. 193.* cum
aliis relatis a *bon. mem. Several. penes Palm. alleg.
300. n. 37.*
Quod ſi permutatio coram Ordinario expleta ſit
59 de Beneficio vero cum ficto in rerum natura non
exiſtente, vel cum Beneficio, ut dicitur, de Perti-
ca, tunc ſecluſis etiam mox recenſitis conjecturis,
nulla prorſus, fraudolenta, ac Simoniaca reputan-
da eſt, juxta Conſtitutionem ſa. me. Pii IV. de
qua meminimus ſupra *n. 18.* & præter DD. ibi
laudatos tradunt, *Murg. de Beneſ. quæſt. 3. n. 971.
& ſeqq. Card. de Luc. eod. tract. diſc. 40. nu. 6. &
ſeqq. Piton. diſcept. 29. num. 4. Severol. apud Palm.
dict. allegat. 300. n. 36. Rot. dec. 176. n. 7. & dec.
329. n. 9. cor. Merlino.*
60 Facta vero Permutatione Beneficiorum inæqua-
lis reditus coram Ordinario, quamvis Doctores
omnes ultro fateantur, haud ipſi permiſſum eſſe
ex cauſa coæquandi illorum fructus perpetuam pen-
ſionem ſuper Beneficio pinguioris reditus favore
alterius permutantis imponere, ut diximus *in Com-
61 ment. in Regul. XXIV. §. V.* Quamplurimi tamen,
quos refert *Fragoſ. de Regim. Reipubl. Chriſtian.
part. 2. lib. 9. diſput. 20. §. 3. numer. 1.* aliique,
quos laudavimus *in Comment. in Regul. XXIV.
§. V. num. 157. Clericat. de Penſion. diſcord. 1.
num. 19.* exiſtimant, penſionem præfatam rite im-
poni poſſe ad tempus, ad vitam nempe Titularis,
62 ne illius onus tranſeat in ſucceſſorem in Benefi-
cio. Sed quidquid ſit de hujuſmodi ſententiæ veri-
tate inſpecta juris communis diſpoſitione, certum
eſt, quod juxta laudabilem Curiæ ſtylum Penſio-
nes, ſive perpetuo, ſive ad tempus ſuper Bene-
ficiis imponere, eſt actus Apoſtolicæ Sedi unice
reſervatus, nec quacumque de cauſa inferioribus
permiſſus, ut late probat *Fagnan. in cap. Niſi eſ-
ſent a n. 14. & ſeqq. de Præb. & dignitat.* & dixi-
mus *in dict. Comment. in Regul. XXIV. §. V. n. 55.*
& de hujuſmodi ſtylo teſtatur etiam *Fragoſ. loco
mox laudato.*
Ceterum ſub nomine *Ordinariorum*, quibus e-
tiam permiſſum eſt admittere Beneficiorum Per- 63
mutationes, quæ *a Canonicis Sanctionibus, & Con-
ſtitutionibus Apoſtolicis permittuntur*, nedum ve-
niunt Epiſcopi, verum & Prælati inferiores, qui
juriſdictione gaudeant quaſi Epiſcopali cum Ter-
ritorio ſeparato, cujus proinde ratione Beneficia
conferre poſſunt, & Beneficiarios inſtituere, ac
deſtituere, *Paſſerin. in cap. unic. num. 32. de Rer.
Permut. Paulut. Juriſprud. Sac. lib. 6. Tract. 10.
Cap. 9. verſic. Erit igitur pag. 459. Garc. de Be-
neſic. part. 11. Cap. 4. nu. 70. Azor. Inſtit. moral.
lib. 7. Cap. 29. quæſt. 4. Barbaſ. allegat. 64. nu. 4.
Caſtrapal. Oper. moral. Tract. 13. diſput. 6. punct.
3. §. 3. n. 2.* Et quamvis Prælatos etiam inferiores
facultate ſolum gaudentes conferendi Beneficia, 64
vel ex Privilegio Apoſtolico, vel legitima præſcri-
ptione, ſed Juriſdictione quaſi Epiſcopali deſtitu-
tos, Beneficiorum permutationes auctorizare poſ-
ſe, erudite oſtendere conetur *Paulut. loco cit.* Ul-
tro tamen ipſe fatetur, contrariam ſententiam com- 65
munem eſſe, & probatam, ut nempe auctoritas
præſtanda ſit per Epiſcopum, licet collatio poſtea ad
Prælatos ipſos inferiores pertineat. Duo ſiquidem
in Beneficiorum Permutatione intercedunt, alterum 66
eſt Permutationem ipſam, & conventionem par-
tium approbare, ſeu conſenſui earumdem partium
auctoritatem præbere, ita ut pactio, quæ eſt condi-
tionata; tranſeat in abſolutam, & hoc ad Epiſco-
pum pertinet *Cap. Quæſitum de Rer. permut.* Aliud
eſt exequi, & novam Beneficiorum, quæ permu-
tata ſunt, collationem explere, & hoc ſpectat ad
inferiores, tunc quando Beneficiorum collatio ad il-
los, non autem ad Epiſcopum attinet, *Paſſerin.
dict. Cap. unic. n. 39. Garc. de Beneſic. dict. cap. 5.
n. 68. Azor. Inſtit. moral. dict. quæſt. 4. verſ. Si
quæras, Rebuff. in Prax. tit. de Permut. n. 20. Pau-
lut. Juriſprud. Sacr. dict. cap. 9. verſic. Requiritur
igitur pag. 460.*
Vicario quoque Generali permiſſum eſt Benefi-
ciorum permutationes auctorizare, ſi eidem ad id 67
peragendum ſpecialis facultas ab Epiſcopo conceſ-
ſa fuerit, *Cabaſut. in Prax. & Theor. Jur. Canon.
lib. 2. Cap. 17. nu. 1. Paſſerin. dict. Cap. unic. num.
34. Ventrigl. in Prax. tom. 2. adnot. 4. §. 2. num.
21. Kochier. de Permut. lib. 3. Cap. 5. numer. 7.
& ſeqq. Scopp. ad Fabr. lib. 2. Explanat. 80. nu-
mer. 4. Garc. de Beneſic. part. 11. cap. 4. num. 74.
Capon. controv. 71. num. 2. Rot. in Colonien. Ca-
nonicatus 9. Decembris 1707. §. Quo vera, coram
Anſalda.*
Capitulum itidem Sede Epiſcopali vacante, ſeu
ab eo electus Vicarius Capitularis non prohibetur 68
Beneficiorum permutationi auctoritatem impertiri,
ſi illa ad ſimultaneam Epiſcopi, ejuſdemque Ca-
pituli collationem pertinent, cum defuncto Epiſ-
copo, totum jus conferendi conſolidetur penes ip-
ſum Capitulum; Secus vero, ſi Beneficia ſint colla-
tionis Epiſcopi tantum, ea ratione, quod Sede E-
piſcopali vacante, Capitulum non ſuccedit in jure
conferendi Beneficia ad Epiſcopi ſolius collationem
ſpectantia *Cap. Illa ne Sede vacant. cap. unic. eod.
tit. in 6. & cap. 1. de Inſtit. in 6.* & firmant commu-
niter *Felin. in Cap. Cum olim n. 3. & 4. de Major. &*
ebe

*obedient. Fagnan. in Cap. His quæ eod. tit. n. 57. Paſ-
ſerin. in d. Cap. unic. n. 35. de Rer. permut. Garc.
de Beneſic. part. 11. cap. 4. n. 75. Caſtropal. Oper.
moral. diſt. punct. 3. §. 3. nu. 5. Venrigl. in Prax.
tom. 2. adnot. 4. §. 2. num. 23. Azor. Inſtit. moral.
part. 2. lib. 7. cap. 20. quæſt. 4.*

Quod ſi inter Epiſcopum & Capitulum diviſa
69 fuerit ſimultanea conferendi facultas, an Capitula-
ris Vicarius, Sede vacante, admittere poſſit per-
mutationes Beneficiorum, quorum collatio Epiſco-
po reſervata reperitur, diſtinguendum cenſeo. Aut
diviſio percutit tantum exercitium juris conferendi,
aut ſubſtantiam, & proprietatem ipſam collationis.
In primo caſu non prohibetur Vicarius Capitularis
Permutationem admittere, quia diviſo ſolum exer-
citio, tota, & integra facultas conferendi poſt obi-
tum Epiſcopi per jus quoddam non decreſcendi
conſolidata remanet penes Capitulum, quod tunc
remanet unicus, & ſolus Collator. Diverſum au-
tem in ſecundo caſu efformandum eſt judicium,
nam ſemel ac diviſa fuit ſubſtantia, ſeu proprietas
juris conferendi, Epiſcopus, & Capitulum conſi-
derantur, tanquam duo Collatores diſtincti, & ſe-
parati, quamobrem non eſt alteri permiſſum in Be-
neficiorum collatione ad alterum ſpectante ullo
modo ſe ingerere per ea, quæ diximus *in Com-
ment. in Regul. II. §. III. a n.* 16. ubi etiam plene
examinavimus quibus circumſtantiis, deficiente
claro diviſionis Inſtrumento, cenſeatur potius di-
70 viſa ſubſtantia, ſeu proprietas Juris conferendi,
quam illius exercitium.

Ceterum illud prætermittendum non eſt, quod
ſi contingat permutari Beneficia in manibus Or-
dinariorum, aliorumque, qui de jure Permutatio-
nes admittere poſſunt, etiamſi fuerint S. R. E.
71 Cardinales, neceſſe eſt, quod ipſi *intra Menſem
negocium univerſum admiſſionis, vel rejectionis Re-
ſignationis hujuſmodi, etſi per eos facienda erit, pro-
viſionis reſignati Beneficii, juxta Apoſtolicas, &
alias Canonicas Sanctiones omnino abſolvant &c.
alias poteſtate diſponendi de ipſis Beneficiis ſint ea
vice privati, eorumque diſpoſitio eo ipſo ad Sedem
Apoſtolicam devoluta exiſtat, aut alii idoneis ab
ipſa Sede dumtaxat concedatur*, ut totidem verbis
ſancitum fuit *a ſan. mem. Gregorio XIII. Conſtitut.
LXV. §. De Beneficiis, & §. ſeq.*

Gregorianam hanc Conſtitutionem nonnulli DD.
72 ita interpretati ſunt, ut debeat quidem Ordinarius
intra Menſem admittere, vel rejicere permutatio-
nem Beneficiorum, ſed poſſit nihilominus illorum
collationem explere *juxta Apoſtolicas Conſtitutio-
nes, & Canonum Sanctiones*, nempe intra ſpatium
ſex menſium, quemadmodum ſtatuitur a Jure com-
muni in *Cap. Nulla, de Conceſſ. Præbend.* Alias
eſſet in libertate Ordinariorum, qui Permutationes
recipiunt, Beneficiorum, quæ permutantur, colla-
tionem ultra menſem protrahere, & Permutantes,
ceteroquin in bona fide exiſtentes, ſuis Beneficiis
ſpoliare, ut eorum diſpoſitio ad Sedem Apoſtoli-
cam devolveretur.

Sed hujuſmodi interpretatio vim facit Conſtitu-
73 tioni *Gregorianæ*, quæ conjungit omnes tres actus,
admiſſionis nempe, vel rejectionis Permutationis,
& Proviſionis Beneficiorum; utiturque dictione
74 *&*, quæ eſt copulativa, maxime, ubi adjecta legi-
tur inter plura in eadem oratione poſita, *Pariſ. de
Confid. Beneſic. quæſt. 32. nu. 64. Gonzalez ad Re-
gul. 8. Cancellar. §. 7. Proœm. n. 123. & gloſſ. 3. n.
1. Card. Tuſch. pract. concluſ. 274. num. 1. litt. D.
tom. 2. Barboſ. dict. 110. n. 30. per totum.* Cumque
omnibus ſupradictis actibus eandem formam tri-
buat, ut nempe expleantur intra menſem, ut aperte
colligitur ex verbis ejuſdem Conſtitutionis ſupra
recenſitis, exinde ſequitur, ut quemadmodum ob-
ſtringitur Ordinarius Permutationem intra men-
ſem admittere, ita tenetur intra ejuſdem temporis
ſpatium Beneficiorum, quæ permutata ſunt, col-
lationem explere, ex regula juris, quod eadem
determinatio plura reſpiciens determinabilia, æqua- 75
liter omnia determinare debet, ad *Text. in leg.
Nam hoc jure, & in leg. Julianus ff. de vulgar. &
pupillar. ſubſtit. & Rot. coram Cerro deciſ. 363. nu.
19. & 20. cor. Celſo deciſ. 282. n. 12. cor. Lancett.
deciſ. 431. n. 21. tom. 2.*

Præſertim, quia verba Conſtitutionis ſunt ſatis 76
ampla, & effrænata, ibi - *Intra Menſem negocium
univerſum admiſſionis, vel rejectionis, & proviſionis
&c. omnino abſolvant* -- quæ verba -- *Univerſum ne-
gocium omnino abſolvant* -- ſuperflua prorſus fuiſſent
pro ſolo actu admiſſionis, vel rejectionis Permuta-
tionis; Non enim Permutationis admiſſio *univer-
ſum negocium, ac omnino* abſolvit, ſed tunc illud
omnino abſolutum cenſetur, quando nil aliud ſu- 77
pereſt agendum, poſtquam nempe Beneficia ex
cauſa permutationis, in manibus Ordinarii reſigna-
ta, cuique ex Permutantibus conferuntur, ad
*Text. in leg. Si cum exceptione §. Quatenus ibique
Gloſſ. ff. Quod metus cauſa, & in Clement. 1. ubi
pariter Gloſſ. verb. Omnem de vit. & honeſt. Cleric.
Pariſ. de Reſignat. lib. 11. in præfat. n. 12. Gonza-
lez ad Regul. 8. Cancellar. gloſſ. 6. n.* 10.

Nec obſtat, quod *Gregoriana Conſtitutio*, ubi
loquitur de proviſione Beneficiorum Permutando- 78
rum mandet, eam abſolvi juxta *Apoſtolicas, &
alias Canonicas Sanctiones.* Siquidem verba præſa-
ta non percutiunt tempus a jure præfixum Ordina-
riis ad conferendum, dum illud fuit jam reſtrictum
ad terminum unius menſis, ſed reſpiciunt cauſam
admittendæ, ac omnino abſolvendæ permutatio-
nis, ut ſcilicet Ordinarii non aliter debeant illam
admittere, & omnino abſolvere cum effectiva Be-
neficiorum collatione, quam juxta *Apoſtolicas, &
alias Canonicas Sanctiones*, ex cauſa nempe utili-
tatis, vel neceſſitatis Eccleſiæ, ſive utilitatis Per-
mutantium, quæ ſaltem reductive vergat in utili-
tatem Eccleſiæ, quodque nulla fraus, aut Simo-
niæ labes inter Permutantes interceſſerit, ut ſupra
dictum eſt.

Abſurdum vero, quod eſſet in poteſtate Ordi-
narii collationem Beneficiorum, ex cauſa Permuta- 79
tionis vacantium, ultra Menſem protrahere, & ſic
Permutantes ſuis Beneficiis ſpoliare, nullius pror-
ſus eſt relevantiæ; Sibi enim ipſis imputare debent
Permutantes, ſi animadvertentes, Ordinarium Per-
mutationis negocium protrahere, non inſtet pro
omnimoda illius abſolutione, & in caſu ejus reni-
tentiæ, recurrere ad Superiorem, ad quem datur 80
appellatio, quando Epiſcopus poſt dimiſſam Per-
mutationem, eam terminare recuſat, *Kocbier. de
Permut. part. 1. cap. 17. Novar. in Summ. Bullar.
tom. 1. Commentar. XXX. n. 18. & 19.* Nec Per-
mutantibus opitulari poteſt bona fides, & juſta 81
credulitas, quia Decretum *irritans*, quo munita
reperitur *Conſtitutio Gregoriana*, inducit nullitatem
actus, non obſtante ignorantia, bona fide, juſta
credulitate &c. ut firmant communiter *Garcias de
Beneſic. part. 5. cap. 5. n. 85. & 92. Piton. diſcep-
tat. 100. n. 48. & 65. Rot. deciſ. 324. n. 1. part. 2.
deciſ. 126. n. 6. part. 3. deciſ. 287. nu. 13. part. 6.
deciſ. 430. num. 17. part. 18. Recentior. deciſ. 479.
n. 14. coram Buratt. deciſ. 1810. n. 2. & ſeqq. cor.
Coccin.*

REGULA XLI.

De ſupplendis Defectibus.

VOluit, quod ſi petatur ſuppleri defectus in genere, nullatenus Literæ deſuper concedantur, niſi in petitione deſuper hujuſmodi defectus exprimatur, vel per *Fiat, ut petitur* Supplicatio ſignata fuerit.

ARGUMENTUM.

PATET EX SUMMARIO.

SUMMARIUM.

1 *Regula quid diſponat.*
2 *Unde originem habuit.*
3 *Gratia ſignata per ſolum verbum* Fiat *perfecta eſt, & ſuper ea Literæ Apoſtolicæ expediri poſſunt.*
4 *At Supplicatio, in qua defectus ſupplentur, ſignari debet per Verbum* Fiat, ut petitur.
5 *Regula eſt de antiquis Regulis Curiæ.*
6 *Jam edita temporibus Joannis XXIII. & Martini V.*
7 *Supplicationes omnes ſignantur hodie in prima parte cum verbis* Fiat, ut petitur, *& in ſecunda cum verba* Fiat.
8 *Clauſula* Supplentes *operatur actus validitatem, etiam ſi alias aliquo defectu laboraret.*
9 *Suppletque omnes defectus ſolemnitatum.*
10 *Nec non defectus juris poſitivi.*
11 *Intellige in terminis juris communis, ſecus in terminis hujus Regulæ, quæ requirit, ut defectus explicentur, aut quod ſignatura Supplicationis ſit per verbum* Fiat, ut petitur.
12 *Limita, ſi Supplicatio ſignata fuerit* Motu proprio.
13 *Clauſula* Supplentes, *etiam ad formam Regulæ adjecta, diſpenſationem, atque habilitationem Perſonarum non præfefert.*
Unde non inducit abſolutionem ab excommunicatione. n. 14.
15 *Clauſula* Supplentes, *defectus naturales non ſupplet:* & n. 23.
16 *Et ſic non ſupplet defectum Citationis, quæ eſt de jure naturali.*
17 *Nec conſenſum Contrahentium, qui juris pariter naturalis eſt.*
18 *Papa ſupplere non poteſt in Matrimonio Contrahentium conſenſum.*
19 *Nec poteſt aliquem in quocumque contractu ſine ejus conſenſu obligare.*
20 *Clauſula* Supplentes omnes defectus formales, & ſubſtantiales, *defectum conſenſus non ſupplet.*
21 *Electiones ad Cathedrales, & Monaſteria non confirmat Sacra Congregatio Conſiſtorialis cum clauſula* Supplentes, ubi *deficit conſenſus naturalis Eligentium.*
Et in certis caſibus eadem Sacra Congregatia Electiones confirmare ſolet cum clauſula Supplentes *etiam quoad defectus ſubſtantiales.* num. 28.
22 *Electio expleta cum conſenſu majoris partis Capituli habito reſpectu ad totum Capitulum naturali jure ſuſtinetur, & ſtricte dici poteſt Canonica.*
23 *Clauſula* Supplentes *ſupplet conſenſum, qui de jure tantum poſitivo requiritur.*
24 *Et ſic ſupplet defectum conſenſus Capituli in alienatione Bonorum Menſæ Epiſcopalis de jure requiſiti.*
25 *Clauſula* Supplentes, *defectum Mandati non ſupplet.*
26 *Minuſque ſupplet defectus ſubſtantiales.*
27 *Ac proinde defectus Cauſæ, & alia ſubſtantialia in alienatione bonorum Eccleſiæ requiſita per illam non ſupplentur.*
29 *Limita, ſi Gratia munita eſſet clauſula* Supplentes, etiam quoad ſubſtantialia, *tunc enim defectus etiam ſubſtantiales ſanati remanerent.*
Non tamen in præjudicium Tertii. ibidem & num. 30.
31 *Clauſula* Supplentes *non tollit defectum intentionis.*

REgula hæc diſponit, quod ſi in Supplicatione 1
petatur ſuppleri defectus Contractus, aut
Proceſſus in genere, non debent Literæ expediri
cum clauſula in genere *Supplentes*, niſi in petitione
defectus exprimantur, vel niſi ſignata fuerit Sup-
plicatio per verbum *Fiat, ut petitur*; de qua Regu-
la ultra *Sotum*, & *Kochier* hic, *Rebuff. in Prax. Ti-
tul. Forma Signaturæ part. 2. n. 26. & ſeq. Gamez in
Compend. Utriuſque Signatur. in §. Poſtremo circa
med. pag. mihi* 165. ubi arbitratur, illam conflatam 2
fuiſſe ex dictis per *Alexand. conſil.* 195. *lib.* 2.

Debet autem de neceſſitate ſignari Supplicatio
cum clauſula *ut petitur*; Nam licet Supplicatione
ſignata cum verbo *Fiat*, ſit Gratia, & Signatura 3
perfecta, cum clauſula, *ut petitur*, ſatis ſubintelli-
gatur, & ſuper ea confici poſſint Literæ Apoſtoli-
cæ, ut ait *Rebuff. dict. part.* 2. *n.* 25. hoc tamen li-
mitatur in Supplicatione, in qua ſupplentur defe-
ctus, in illa enim neceſſe eſt, ut iſta verba *Fiat,* 4
ut petitur, ſint conſcripta, alias nihil fit, ut ait *Sot.
hic n.* 2. *Rebuff. dict. part.* 2. *n.* 26.

Eſt vero hæc Regula de antiquis Regulis Can- 5
cellariæ, & repetitur inter illas editas a *Joanne
XXIII.* Bononiæ anno 1410. & *Martino V.* in 6
Concilio Conſtantiæ anno 1417. & fortaſſe tunc
temporis procedebat, quando diverſi erant modi
Signaturæ; Verum cum hodie quæcumque Sup-
plicationes ſignentur in prima parte cum clauſula
Fiat, ut petitur, & ſolum clauſulæ generales in ſe- 7
cunda parte Supplicationis ſignantur cum clauſula
Fiat; videntur quod ſemper Literæ concedi poſſunt
cum clauſula *Supplentes* in genere, quando in cor-
pore Supplicationis illa reperitur.

Ex

Ex eadem Regula infertur, quod licet clauſula
8 Supplentes operetur, ut actus ſit validus, etiamſi
alias aliquo defectu laboraret, Gratian. diſcept.
599. n. 9. Rot. deciſ. 282. nu. 20. part. 6. & deciſ.
675. n. 5. coram Dunozett. cum aliis apud Bichium
9 deciſ. 261. num. 10. Suppletque omnes defectus ſo-
lemnitatum, Rot. deciſ. 305. n. 4. part. 17. Recent.
& dicta deciſ. 261. n. 10. coram Bichio, nec non
10 omnes defectus juris poſitivi, Gomeſius in Prax.
Utriuſq. Signatur. §. Poſtremo circa med. pag. mi-
hi 166. Corrad. in Prax. Diſpenſat. lib. 9. cap. 6.
num. 7. Kochier ad hanc Regul. n. 3. Rub. Singu-
lar. Rotæ Roman. part. 4. clauſ. 807. num. 4. Vi-
vian. de Jurepatron. lib. 13. cap. 8. n. 166. Barboſ.
clauſ. 177. numer. 2. Pacion. de Locat. cap. 14. §.
10. num. 39.

11 Attamen id procedit in terminis juris commu-
nis, ad cujus tramites ſanantur defectus juris po-
ſitivi; ſed in terminis hujus Regulæ non ſufficit
ſola clauſula Supplentes in genere, niſi defectus
explicentur, vel Supplicatio ſignata fuerit per
Fiat, ut petitur, Gomeſ. dict. §. Poſtremo circa
med. Ferret. conſil. 31. ſub n. 31. & conſil. 38. n. 3.
Kochier ad hanc Regulam n. 7. Vivian. lib. 13. cap.
8. n. 166. Rub. Singular. part. 4. clauſ. 807. n. 6.
Rot. penes Marcheſan. part. 3. pag. 124. n. 2. & 3.
12 Niſi ageretur de Motu proprio, nam per clauſulam
Motu proprio, & ex certa ſcientia, defectus etiam
in genere expreſſi purgantur, quando agitur de
ſolemnitate actus, ut firmant Gomeſ. & Kochier lo-
cis ſupra citatis.

13 Sed ubi etiam hæc clauſula ad formam hujus Re-
gulæ eſſet appoſita, adhuc per eam non inducitur
diſpenſatio, atque habilitatio Perſonarum, nec ea-
rum defectus ſupplentur; Unde non inducitur ab-
14 ſolutio ab Excommunicatione, Gomez in Compend.
Utrinſq. Signat. §. Et iſta omnia, Rub. Singular.
part. 4. clauſul. 807. num. 13. Barboſ. dict. clauſ.
177. n. 13. Corrad. in Prax. Diſpenſat. lib. 9. cap.
6. n. 10. & 11. Vivian. de Jurepatron. lib. 13. cap.
8. n. 169.

15 Minuſque per clauſulam præfatam ſupplentur
defectus naturales, unde non ſuppletur defectus
16 Citationis, quæ eſt de jure naturali, Gomeſ. ubi
ſupra §. Poſtremo, & §. Et iſta omnia de plano,
Barboſ. dict. clauſ. 177. num. 8. & 9. Corrad. in
Prax. Diſpenſat. dict. cap. 6. n. 9. Menoch. conſil.
1. num. 412. Vivian. de Jurepatr. lib. 13. cap. 8.
num. 167. cum aliis apud Rub. part. 4. clauſ. 807.
num. 5.

17 Nec pariter ſuppletur Conſenſus Contrahen-
tium, cum ſit juris naturalis, qua ratione inferunt
Doctores, quod Papa non poteſt ſupplere con-
18 ſenſum in Matrimonio, cum ille ſit de jure natu-
rali, nec poteſt me obligare in quocumque con-
19 tractu ſine conſenſu meo, Gomez in Compendio
Utriuſque Signaturæ §. Et quod dictum eſt, A-
mayden. de Stylo Datariæ lib. 1. cap. 15. §. n. 44.
20 ubi, quod clauſula Supplentes omnes defectus for-
males, & ſubſtantiales, non ſupplet defectum con-
ſenſus, qui eſt juris naturalis ex Cavaler. deciſ.
618. n. 17. & ſeqq. Et Voto 1. n. 506. poſt Deci-
ſionem Remboldi, ubi quod hæc clauſula non
ſupplet conſenſum, quando contrahentes ſubſtu-
lerunt facultatem contraveniendi de jure, & de
facto.

Atque ex his inolevit praxis Sacræ Congrega-
tionis Conſiſtorialis non confirmandi Electiones ad 21
Cathedrales, & Monaſteria cum clauſula Supplen-
tes &c. ubi deficit conſenſus naturalis, quando
ſcilicet non intervenit conſenſus majoris partis Ca-
pituli pro perficienda electione requiſitus; Quod
ſi adſit naturalis conſenſus majoris partis, habito 22
reſpectu ad totum Capitulum, tunc, cum electio
naturali jure ſuſtineatur, & ſtricte dici poſſit Ca-
nonica, ideoque electus ſit præferendus juxta do-
ctrinam Innocentii in Cap. Quod ſicut num. 7. de
Elect. ibique Compoſtellan. n. 13. verſic. Item quæ-
ro, cum aliis relatis per Rot. deciſ. 1552. n. 34. &
deciſ. 2082. n. 2. & ſeqq. coram Coccin. Rota in Co-
lonien. Abbatiſſatus 12. Junii 1679. §. Quia, cor.
Panlutio, Jure merito reliquorum defectuum ſup-
pletio datur.

Ceterum, quod diximus, clauſulam præfatam
non ſupplere defectum conſenſus, procedit in eo 23
conſenſu, qui de jure naturali requiritur, ut eſt in
electionibus, obligationibus &c. Secus vero in il-
lo, qui requiritur tantum de jure poſitivo. Unde,
licet in alienatione bonorum Menſæ Epiſcopalis re-
quiratur de jure conſenſus Capituli, attamen cum 24
iſte reſpiciat potius ſolemnitatem, quam ſubſtan-
tiam, & requiratur de jure poſitivo, ſuppletur
per Clauſulam Supplentes, Pacion. de Locat. cap.
14. §. 10. numer. 30. & in terminis alienationis
Eccleſiæ inferioris, Rota deciſ. 590. n. 10. part. 5.
Recent.

Inſuper per dictam clauſulam non ſuppletur de- 25
fectus Mandati, Gomez dict. §. Et quod dictum eſt,
Corrad. in Prax. Diſpenſat. dict. cap. 6. n. 9. lib. 9.
ubi quod ſi deficiat Mandatum ſpeciale ad alie-
nandum, illud per hanc clauſulam nullo modo
ſuppletur.

Idem dicendum eſt de defectibus ſubſtantiali-
bus, qui per clauſulam generalem Supplentes non 26
intelliguntur ſanati, Menoch. conſil. 1. n. 412. ver-
ſic. Rurſus & tertio, Barboſ. dicta clauſ. 177. n. 11.
Unde in alienatione bonorum Eccleſiæ defectus
Cauſæ, & alia ſubſtantialia ſuppleta non cenſen- 27
tur, Corrad. dict. cap. 6. nu. 6. & 7. ubi quod ab
Officialibus Datariæ clauſula Supplentes, etiam
quoad ſubſtantialia ceſſari ſoleat, Vivian. libr. 13.
cap. 8. num. 164. Barboſ. dict. clauſ. 177. nu. 19.
Verum ſi clauſula præfata apponeretur, prout
ſolet reſcribi a Congregatione Conſiſtoriali, quæ
in certis caſibus ſupplet defectus, qui in electio- 28
ne intervenerunt cum clauſula Supplentes, etiam
quoad ſubſtantialia, & prout appoſita fuit in ca-
ſu deciſ. 618. n. 18. coram Cavalerio, tunc etiam
defectus ſubſtantiales ſanati remanerent, modo 29
non concernant tertii præjudicium, Amayden.
de Stylo Datar. lib. 1. cap. 15. §. 1. numer. 4. &
quod clauſula Supplentes, nihil operetur in tertii 30
præjudicium Menoch. conſil. 1. nu. 412. Vivian.
dict. lib. 13. cap. 8. num. 169. Barboſ. clauſul. 177.
num. 15.

Et demum clauſula Supplentes non tollit defe- 31
ctum intentionis, Rot. deciſ. 965. n. 11. coram Se-
raphin. deciſ. 114. n. 4. part. 2. Recent. Cetera ve-
ro, quæ reſpiciunt materiam hujus clauſulæ videri
poterunt apud Rubeum, Barboſ. Martam, & alios
de clauſulis agentes.

REGU-

REGULA XLII.

De Derogatione Juriſpatronatus.

ITtem voluit, quod ſuper quovis Beneficio Eccleſiaſtico de Jurepatronatus laicorum non expediantur Literæ, niſi ponatur expreſſe, quod tale Beneficium tanto tempore vacavit, quod ejus Collatio ad Sedem Apoſtolicam legitime eſt devoluta, vel quia tempus Patronis laicis ad præſentandum a jure præfixum lapſum exiſtat, aut ad id Patronorum ipſorum accedat aſſenſus. Et ſi per ipſum Juriſpatronatus hujuſmodi derogari contigerit, Juriſpatronatus hujuſmodi mentio diſpoſitive, ac ſpecifice, & determinate, non autem conditionaliter fiat, ſi illud ad aliquem Regem, Ducem, Marchionem, vel alium Principem pertineat. Et ſi de hoc in Literis Proviſionis, vel Mandato de providendo de dicto Beneficio ſimilis mentio facta non fuerit, non cenſeatur quomodolibet derogatum.

ARGUMENTUM.

TRes caſus exponit Regula, quæ in Auctorem agnoſcit Joannem XXII. in quibus Pontifices diſponere ſolent de Beneficio juriſpatronatus Laicali. Primus, quando ſequuta eſt illius devolutio *ad Sedem Apoſtolicam*, quod tunc evenit, quando inferiores Collatores, Epiſcopus nempe, Archiepiſcopus, & Patriarcha, ad quos, Patrono intra legitima tempora non præſentante, fit primum gradatim devolutio, negligentes fuerint ad conferendum intra ſemeſtre, quod unicuique eorum competit, niſi a negligentia hujuſmodi eos excuſet juſtum aliquod ſive juris, ſive facti impedimentum. Secunda eſt, quando tempus Patronis laicis ad præſentandum a jure præfixum, nempe quadrimeſtre, lapſum exiſtat; Et hic caſus Regulæ primo adjectus a Julio III. ſuperfluus non eſt, quia in primo Pontifex diſponit etiam de Beneficiis Juriſpatronatus jure devoluto, & aſſignatur diſtinctionis ratio inter utrumque. Sed elapſo etiam quadrimeſtri in pluribus caſibus non eſt locus devolutioni, ſi nempe Juſpatronatus ad Reges pertineat: ſi adſit lex fundationis ab Epiſcopo, etſi non a Pontifice approbata, excluſiva devolutionis, & tempus Patronis beneviſum ad præſtandum preces, licet arbitrio boni Viri lex ipſa moderanda ſit: ſi Juſpatronatus ſit mixtum, cum ejus reſpectu Patroni laici ſemeſtri tempore gaudeant ad præſentandum. Si Patroni non ſtatim ſcientiam vacationis Beneficii habuerint, dum quadrimeſtre nonniſi à dicto tempore currere incipiat: ſi præſentatus intra legitima tempora, præſentationi non aſſentit: novum enim tali caſu currere incipit tempus a die panditi diſſenſus, niſi præſentatio facta fuerit in fraudem & quomodo hæc dignoſcatur, & demum ſi præſentaverint ignoranter inhabilem. Tertiò diſponit Pontifex de Beneficiis Juriſpatronatus laicalis, ſi Patroni accedat aſſenſus, qui ſufficit etiam tacitus erutus ex ſcientia Pontificiæ collationis; & taciturnitate, dictuſque conſenſus Proviſionem Apoſtolicam & præcedere, & ſubſequi poteſt, nec antea præſtitus neceſſe eſt, quod iterum poſt expeditas Litteras præſtetur. Pontifices plena gaudent poteſtate libere diſponendi de Beneficiis Juriſpatronatus laicorum, Patronis etiam invitis, ſed hac facultate non utuntur, niſi in certis caſibus; & ubi contingat Juriſpatronatus derogari, derogatio eſſe debet expreſſa, ejuſdem Patronatus mentio diſpoſitive, ac ſpecifice facienda eſt; Quinimo ſpectante Jurepatronatus ad aliquem Regem, Ducem, Marchionem, vel alium Principem, in derogatione expreſſa fieri debet earumdem Perſonarum mentio, nec ſufficit expreſſio, quod Juſpatronatus ſit Laicorum, etiam *Nobilium*, & *Illuſtrium*, aut quod pertineat ad Perſonas *cujuſcumque qualitatis exiſtant*; An vero ſub nomine *Ducum*, *Marchionum*, *aliorumque Principum* veniant ſolum illi, qui ſuprema Jura Imperii habent, Superioremque non recognoſcunt, ſeu etiam Duces, & Marchiones, aliique Princi-

Principes inferiores de Feudis inveſtiti, & Juriſdictionem in ſubditos exercentes, plenè exãminatur? Pontifices derogare ſolent Juriſpatronatui in totum, ſi contingat, Beneficiarium naturaliter mori *apud Sedem*, ſecus ſi civiliter, aut Beneficium Juriſpatronatus vacet juxta Decretum, ſeu per Promotionem ad Epiſcopatum, vel ſi Patroni prævenerint Collationem Pontificiam in præſentando; ad quam præventionem tollendam inolevit ſtylus, quod in ſupplicatione Beneficii patronatus cum derogatione Juripatronatus apponatur Data diei obitus Beneficiarii. Vacante vero apud *Sedem* Jurepatronatus Regum, aut Supremorum Principum, an ei derogari ſoleat? & quid ſi ipſis non Jus præſentandi, ſed nominandi ad Beneficia extra Curiam vacantia competat? Favore itidem præſentati à medietate Patronorum derogari ſolet alteri medietati Juriſpatronatus laicalis; & derogatio hæc cæteqquin favorabilis, & nemini præjudicialis rite ſubſiſtit, quamvis medietas Patronorum accedat favore proviſi Apoſtolici non de tempore Datæ Gratiæ, ſed tempore exequutionis Litterarum. In totum itidem derogatur Juripatr. ſi adſit lis, dummodo non fraudolenta, & calumnioſa, inter Patronos mutuo ſe præſentare impedientes, quæ derogatio rationabilis eſt, & neceſſaria, paſſimque admittitur in Italia, Hiſpaniis, in Germania, & quid in Gallia? & plene oſtenditur, nullam in Dominio Magno Hætruriæ Duci ſubjectis adeſſe immemorabilem conſuetudinem non derogandi Juripatronatus litigioſo, imo, quamvis adeſſet, attendi non deberet. Et quid ſi agatur de Jurepatronatus Regio, an lite ſuper illo exiſtente, ſit locus derogationi? Solet itidem Juripatronatus derogari, quando Patronus ipſe Simoniam commiſit in præſentando; Bona Eccleſiæ uſurpavit: In Hæreſim incidit: & compatronum occidit, aut occidi mandavit. Non derogatur tamen ampliùs hodie, ſicuti prioris temporibus derogabatur Juripatr. favore unius ex Compatronis pro ſe ipſo ſupplicantis, aut favore filii, vel Nepotis unius ex Patronis, minuſque in permutationibus, & reſignationibus Beneficiorum, aut in caſu, quo illarum Literæ publicatæ non fuerint, nec in Jurepatronatus mixto, quamvis pro minima parte ad Patronum Laicum ſpectante, accedatque conſenſus Patroni Eccleſiaſtici. Ac demum Juripatronatus non derogatur in caſu, quo præſentatur Clericus in minori ætate, Apoſtolica diſpenſatione deſtitutus, & quid ſi Patroni fuerint a pluribus annis abſentes.

S U M M A R I U M.

1 *Regula in prima parte quid diſponat, & quid in ſecunda?* & num. 2.
3 *Agnoſcit in Auctorem* Joannem XXII. & num. 129.
4 *Eamque* Martinus V. *in ſuis Regulis quoad primam tantummodo partem, ſed reſtrictam ad primum, & tertium caſum, inſeruit.*
5 *Et ſecundum caſum eidem primæ parti Regulæ addidit* Julius III. *Et qua ratione?* n. 19.
6 *Secunda pars Regulæ primo ab* Innocentio VIII. *inter Regulas inſerta.*
7 *Eique nonnulla verba addidit* Clemens VIII.
8 *Pontifex libere diſponit de Beneficiis Juriſpatronatus Laicorum ad Sedem Apoſtolicam devolutis.*
11 *Patrono intra legitima tempora præſentante, quamvis Ordinarius differat inſtituere, non eſt locus devolutioni.*
12 *De jure nullum eſt præfixum tempus Ordinario ad inſtituendum præſentatum.*
13 *Præſentatione non facta a Patrono intra legitima tempora, devolutio juxta Lateranenſis Statuta Concilii, prius fit ad Epiſcopum, ab eo ad Archiepiſcopum, poſtea ad Sanctam Sedem.*
Sed antequam ad Sedem Apoſtolicam fiat, probanda eſt per gradus diſtinctos. n. 9. & 18.
14 *Inferiores Collatores a die ſcientiæ gaudent tempore ſemeſtris ad conferendum jure devoluto.*
15 *Si juſto aliquo impedimento, ſive Juris, ſive Facti præpediti fuerint conferre intra ſemeſtre, non fit devolutio, etiamſi dictum tempus labatur.*
16 *Et ſufficit quælibet probabilis cauſa, ob quam Collator inferior credere potuerit, impeditam ſibi fuiſſe facultatem conferendi.*
17 *Papa diſponit etiam de Beneficiis Juriſpatronatus, quando tempus Patronis Laicis ad præſentandum a jure præfixum lapſum exiſtit, ut Regula in ſecundo caſu decernit.*
18 *Verba prædicta non ſunt ſuperflua, quamvis Papa in primo caſu Regulæ diſpoſitioni ſuæ reſervaverit Beneficia devoluta. Et de ratione.*
20 *Papa in Beneficiorum proviſione concurrere poteſt cum inferioribus Collatoribus.*
21 *Beneficia Juriſpatronatus Laicorum devoluta, duobus modis impetrari poſſunt a Papa, vel tamquam devoluta ad Sedem Apoſtolicam, vel uti devoluta ad inferiores.*
22 *Et quomodo in unoquoque ex dictis caſibus concipi ſoleat Supplicatio?* & n. 23.
24 *Ut ſit locus devolutioni Beneficii Juriſpatronatus laicalis, concludenter probari debet, lapſum fuiſſe tempus præfinitum Patrono ad præſentandum.*
25 *Nec ſufficit clauſula apponi ſolita in Literis Apoſtolicis,* ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo. *Maxime quia in talibus Literis impetratoriis poſt dictam clauſulam apponitur alia* -- Dummodo tempore datæ præſentium &c. & tempus Patronis laicis ad præſentandum a jure præfixum lapſum exiſtat. n. 27.
26 *Clauſula* ſive præmiſſo &c. *nihil operatur, niſi narrativa verificetur ſaltem de facto.*

28 Tem-

28 Tempus a jure Patronis laicis ad præſentandum præfixum eſt quatuor menſium.

29 Fundatori permiſſum eſt apponere legem, quod Patroni præſentare poſſint quandocumque, & Beneficium non ſit obnoxium devolutioni. & num. 39.

30 Quod donec ſequatur præſentatio, fructus Beneficii percipere valeant.

Quemadmodum legem præſcribere, quod Beneficium ſit a quacumque reſervatione, etiam in corpore juris clauſa, exemtum. n. 37. & 39.

Et quod, ſi contingat illius vacatio apud Sedem, Juripatronatus derogari non poſſit. n. 38. & 149.

Aut quod, ſi Pontifex quoquomodo de Beneficio diſponat, fructus non percipiantur a Proviſo Apoſtolico, ſed in alios uſus convertantur. num. 31.

32 Ut tamen dictæ conditiones ſubſiſtant, approbari debent ab Ordinario in actu erectionis Beneficii. & n. 33. & 34.

35 Reprobatur Amayden. exiſtimans, quod conditio excluſiva unionis tantum peti debet a Pontifice.

40 Lex fundationis, quod Patronis non currat tempus ad præſentandum, intelligi debet arbitrio boni Viri, ſeu Ordinarii, qui elapſo quadrimeſtri, congruum illis tempus præfigere debet ad præſentandum, addita pœna devolutionis eo tranſacto.

41 Ante tamen dicti temporis præfixionem non intrat devolutio, etiam ſi per longum tempus Beneficium vacare contingat.

42 Regibus nullum præfixum eſt tempus ad præſentandum. Et de ratione.

43 Juſpatronatus mixtum, ſcilicet partim laicale, & partim Eccleſiaſticum, quoad omnes juris effectus reputatur totum laicale. & n. 301.

44 Sed quoad tempus faciendæ præſentationis reputatur Eccleſiaſticum, gaudentque Patroni laici ſemeſtri tempore ad præſentandum.

Etiam ſi pro minima parte ad illos ſpectet. num. 301.

Nec tempus iſtud poteſt reſtringi ad quatuor menſes ex voluntate Patronorum Eccleſiaſticorum. n. 304.

46 Præſentato intra legitima tempora præſentationem non acceptante, ſi interim labatur quadrimeſtre, competit Patrono aliud quadrimeſtre a die panditi diſſenſus, dummodo fraus non interceſſerit.

47 Fraudem vero interceſſiſſe præſumitur, ſi præſentatio in ultima die quadrimeſtris fuerit expleta.

48 Patrono Eccleſiaſtico currit novum tempus, ſi in ultima die ſemeſtris præſentet, & præſentatus præſentationem non acceptat.

Et de ratione diſcriminis inter utrumque caſum. dictis n. 44. & 48.

49 Patrono ignoranter inhabilem præſentanti an competat novus terminus a die detectæ inhabilitatis?

50 Pontifex de Beneficiis Juriſpatronatus devolutis juxta primum, & ſecundum caſum a Regula expreſſum, non aliorum favore diſponit, quam vocatorum ex lege fundationis, ſi adſint.

51 De Beneficiis Juriſpatronatus laicorum non devolutis Pontifex aliter non diſponit, quam ſi Patronorum accedat aſſenſus, ut Regula præſcribit.

Maxime, ſi reſervando alicujus favore Juſpatronatus, indulſerit, quod ei non poſſit derogari, niſi accedente Patronorum aſſenſu. n. 55.

52 Ex hac Regula ortum habuit ſtylus, quod in Literis Reſignationis ad favorem ſimilium Beneficiorum inſeratur clauſula -- Accedente conſenſu Patronorum.

53 Et ſi Reſignans ſit Patronus, & unicus, adhuc ponitur in Literis -- dummodo accedat conſenſus dicti Patroni reſignantis.

54 De antiqua praxi Sedis Apoſtolicæ, quæ vigebat etiam temporibus Gregorii IX. non irrogandi præjudicium Patronis, nec Beneficia de Jurepatronatus abſque eorum aſſenſu conferendi.

56 Conſenſus Patronorum in diſpoſitione Beneficii de Jurepatronatus a Pontifice requiſitus per clauſulam, dummodo accedat conſenſus Patronorum, debet eſſe expreſſus, nec ſufficit tacitus, inductus ex taciturnitate Patroni toto tempore, quo gaudet ad præſentandum.

Redditur ratio, quia Regula requirit pro forma talem conſenſum. ibid. & n. 94.

57 Contrarium, quod Pontificis collatio ſtet in implicito ſtatu validitatis, itaut irrita non ſit, ſi Patronus illam ſciat, & taceat.

Vel ſi per æquipollens conſenſus interveniat. num. 74.

58 Collatio Beneficii facta ab Ordinario abſque Patronorum conſenſu, non eſt ipſo jure nulla, ſed annullatur iis reclamantibus.

59 Clauſula -- Accedente conſenſu Patronorum -- Vel -- quorum ad id accedit aſſenſus -- ſi in Literis Apoſtolicis adjecta reperiatur, inducit præſumtionem conſenſus jam præſtiti. & n. 61.

60 Secus, ſi appoſita legatur in Supplicatione, nam tunc reddit gratiam conditionalem, quatenus nempe accedat dictus conſenſus.

62 Conſenſus Patronorum poteſt præcedere, vel ſubſequi Proviſionem Apoſtolicam. & n. 68. & 72.

63 Et ſi antea præſtitus fuerit, non eſt neceſſe, quod poſt expeditas Literas Apoſtolicas novus præſtetur aſſenſus.

Atque ita ſemper ſervatum in Praxi. n. 70.

64 Decretum appoſitum in Apoſtolica proviſione Beneficii incompatibilis cum altero Juriſpatronatus, quod nemo alius præter Pontificem de eo diſponere poſſit, non adimit Patronis facultatem præſentandi. Et de ratione.

65 Solumque operatur, quod præſentatio fieri debeat coram Pontifice, nec fieri queat coram Ordinario.

66 Et expleri poteſt etiam ante ſignatam Supplicationem, vel expeditas Literas Apoſtolicas. & n. 73.

Et ita reſolutum in Congregatione Datariæ. num. 71.

67 Conſenſus Patronorum in proviſionibus Beneficiorum de Jurepatronatus vacantium juxta Decretum, non requiritur pro validitate Proviſionis Apoſtolicæ, ſed favore, & gratia eorundem Patronorum. & n. 141.

Ad differentiam conſenſus requiſiti in Reſignatione, vel Gratia pro præſentato, nam tunc requiritur pro validitate Gratiæ. n. 142.

69 Conſenſus Cardinalium in proviſione Beneficiorum vacantium per obitum ſuorum Familiarium, de ſtylo præcedere ſolet proviſionem.

75 Penſia ſuper Beneficio de Jurepatronatus laicali valide a Pontifice imponitur abſque Patronorum conſenſu, dummodo Beneficii qualitas ei innoteſcat.

76 Regula quid diſponat in ſecunda parte circa derogationem Juriſpatronatus, etiam ad Reges, Duces, Marchiones, alioſve Principes ſpectantis?

77 Et in hac parte recepta non eſt in Gallia.

78 Pon-

78 *Pontifices, invitis etiam Patronis, plena gaudent poteſtate diſponendi libere de Beneficiis Juriſpatronatus laicalis, eique derogandi.* & num. 184.

79 *Sed hac poteſtate citra magnam, & urgentem neceſſitatem uti non ſolent.* & n. 229.

80 *Derogatio Juriſpatronatus laicali debet eſſe expreſſa, & non ſubintellecta.*

Et reprobantur Doctores, qui contrarium exiſtimant: ibid.

81 *Sed Juriſpatronatus Eccleſiaſtico neceſſe non eſt, quod Papa deroget, ſed ſola ejus proviſio præſefert ſpecialem derogationem.*

82 *Derogatio Juriſpatronatus ſpectanti ad Reges, Duces, vel alios Principes non ſuſtinetur, niſi de talibus Perſonis ſpecifica mentio fiat, ac eidem Patronatui ſpecifice derogetur. Et aſſignatur ratio.*

Et aliter facta quocumque modo per æquipollens expreſſio, non ſuffragatur pro validitate derogationis. n. 86.

83 *Nec ſufficit, quod Papa derogando dicat, non obſtante, quod Juſpatronatus ſit laicorum Nobilium, & Illuſtrium. Et quare?*

84 *Aut quod ſpectet ad Perſonam cujuſcumque qualitatis exiſtat.*

85 *Spectante Jurepatronatus ad Regem, non ſufficit pro valida illius derogatione expreſſio, quod ſit Ducis, vel Marchionis.*

87 *Appellatione* Ducum, Marchionum, aliorumque Principum, *quorum mentio diſpoſitive fieri debet, dum Juriſpatronatus ad ipſos ſpectanti derogari contingit, an veniant ſolum Duces, & Principes Jura ſupremi Imperii habentes, & Superiores non recognoſcentes, vel etiam inferiores Feuda poſſidentes cum jurisdictione in Vaſſallos?*

88 *Proponitur ſententia affirmativa, & redduntur rationes.* n. 90. & ſeqq. & n. 102.

Et reſpondetur contrariis rationibus. n. 105. & ſeqq.

89 *Juſpatronatus Regium tranſlatum in Marchionem, quamvis Regium nomen amittat, adhuc comprehenditur ſub diſpoſitione Regulæ.*

92 *Lex ubi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*

93 *Diſpoſitioni* Extravagantis. Ad Regimen de Præb. *qua Sedi Apoſtolicæ reſervantur Beneficia Officialium, ſubjacent Officiales tam majoris, quam inferioris ordinis.*

94 *Clementina* Unica de Baptiſm. *dum permittit Filios Regum, vel Principum baptizari poſſe in privatis Domibus, comprehendit ſub nomine Principum, etiam Principes inferiores jurisdictionem in ſuis Feudis exercentes.*

95 *Prælatorum nomine, quando de illis fit ſimpliciter mentio a Concilio Tridentino, veniunt tam Prælati majores, quam minores.*

96 *Et dum idem Concilium mandat, non eſſe in ſecundo gradu diſpenſandum, niſi inter Magnos Principes, horum appellatione veniunt nedum Principes ſupremi, ſed etiam inferiores Feuda poſſidentes, & in iis jurisdictionem exercentes.*

97 *Regula dum diſponit, Juriſpatronatus Regum, Marchionum, Ducum &c. ſpecifice, & determinate derogandum eſſe, favorabilis eſt.* & num. 100.

Lateque proinde interpretanda. n. 101.

98 *Beneficia Juriſpatronatus Laicorum nulli ſubjacent reſervationi, nec illi, quæ clauſa eſt in corpore juris.*

99 *Derogatio, quæ fit Juriſpatronatus Laicorum, eſt odioſa, & a jure exorbitans.*

100 *Diſpoſitio omnis, quæ diſpoſitionem exorbitantem reſtringit, favorabilis judicanda eſt.*

103 *Referuntur nonnulla exempla Pontificum, qui vacantibus Beneficiis apud Sedem, abſtinuerunt a derogando Juriſpatronatus ob factam eis expreſſionem, quod illud ſpectabat ad Duces, & Principes inferiores Feuda poſſidentes.*

104 *Cancellariæ Regulis melior dari nequit interpretatio, quam ea, quæ ex facto Pontificis depromitur.*

107 *Relatio ſemper fit ad proximiora.*

108 *Lex ubi ſimilitudinem inter duo requirit, ſufficit quod ea verificetur ſive in genere, ſive in ſpecie.*

109 *Magis, & minus non variant ſpeciem.*

110 *Officiales jurisdictionem exercentes in pluribus locis, non ſunt plus Officiales, quam illi, qui eam in paucioribus exercent, licet ſint majores.*

111 *Scafa Navis, licet parva, adhuc Navis eſt, & genere non differt a magna Navi, ſed mediocritate.*

112 *Duces, Marchiones, & Principes non habentes, niſi nudum titulum, abſque Feudo, tales non dicuntur, niſi improprie, & abuſive.*

113 *Sunt tamen vere, & proprie Duces, & Marchiones &c. qui de Feudis cum jurisdictione a ſupremo Principe ſunt inveſtiti.*

114 *In quæſtione, de qua ſupra* num. 87. *proponitur ſententia negativa, quod nempe Regula intelligi debeat de Jurepatronatus ſpectante ad Duces, Marchiones, alioſque Principes Superiorem non recognoſcentes, ac jura Imperii, & Regalia majora habentes.* & n. 123. 126. & 132.

115 *Eiſdemque ſolum competit nomen Ducum, Marchionum, aut Principum, & exemplificatur, qui tales ſint in Italia.*

Quemadmodum & extra Italiam. n. 117.

Ac ipſis tantummodo applicatur ratio Regulæ. num. 127.

116 *Duces, Marchiones &c. aliique Principes inferiores dicuntur Subfeudatarii, ſive Subvaſſalli, & tales non dicuntur, niſi abuſive, & improprie.*

117 *Duces, Marchiones, aliique Principes inferiores non veniunt, juxta veriorem ſententiam, ſub exceptione* Clement. Unic. de Baptiſm. *ad effectum, ut eorum filii in privatis Domibus, & non in Eccleſia Baptizari valeant.*

118 *Et huic ſententiæ adhæſit Rituale Romanum.*

119 *Concilium Tridentinum, revocando Juſpatronatus ex Privilegio, non excipit, niſi illud, quod Regibus, & Principibus jura ſupremi Imperii habentibus, competit, ſecus illud, quod ad Principes inferiores pertinet.*

120 *Et exceptionem hanc Doctores pariſicant cum alia, quæ fit in Regula circa derogationem Juriſpatronatus Regum, Ducum, Marchionum &c.*

121 *Quæ in Cæremoniali Romano favore Principum diſpoſita ſunt, conveniunt ſolum Principibus ſupremis, non aliis inferioribus.*

122 *Baldachini, ſive Throni elevati uſus in Eccleſia debetur Regibus, Principibuſque ſupremis, ſecus aliis Titulatis Superiorem recognoſcentibus.*

124 *Dictio* – aliis – *omnimodam ſimilitudinem in ſubſtantia denotat:*

125 *Maxime, ſi in eadem oratione appoſita legatur.*

126 *Pars una alternativa alteram declarat.*
128 *Civitates inferiores ſubditæ, quæ jure Principis abſoluti non utuntur, loco privatorum cenſentur.*
129 *Titulo Ducis, aut Marchionis, ſeu Principis* tempore Joannis XXII. *Auctoris Regulæ non decorabantur, niſi filii, & fratres Regum, aut Feudatarii jura Imperii, ac Belli, & Pacis habentes.*
Et exemplificantur dicti Feudatarii. ibidem.
130 *Feudatarii minores, titulis prædictis erant deſtituti, & Comitis dignitate ſolum honeſtabantur.*
131 *Feudi corpus in quo differat ab ejuſdem Feudi titulo, ſeu dignitate ei adnexa.* Remiſſive.
133 *Juripatronatus privatorum derogatum non cenſetur, niſi derogatio ſit ſpecifica, & determinata.*
134 *Nec eam præſeferunt clauſulæ* -- ex certa ſcientia -- *aut* Motus proprii.
135 *Minuſque clauſula* -- ad cujuſcumque collationem, vel præſentationem Beneficium pertineat.
136 *De quamplurimis caſibus, in quibus conſuevere Pontifices derogare Juripatronatus laicorum.*
137 *Juripatronatus laicali derogatur in totum, ſi contingat, Beneficium vacare* apud Sedem; *vel intra duas dietas Curiæ vicinas.* & n. 185.
Nec de hujuſmodi derogatione conqueri poſſunt Patroni. Et quare? n. 229.
138 *Intellige, ſi vacatio apud Sedem ſequatur per obitum naturalem Beneficiati, ſecus ſi per mortem civilem; hoc enim caſu Pontifex non diſponit aliter, quam ad præſentationem Patronorum.*
139 *In proviſione Beneficii de Jurepatronatus laicorum vacantis juxta Decretum adjectum in proviſione alterius incompatibilis, Pontifex non derogat Juripatronatus, ſed illam explet ad præſentationem Patronorum.*
140 *Verbum* diſponere, *veluti generale, comprehendit etiam inſtitutionem ad Beneficia.*
143 *Derogatur Juripatronatus, ſi Beneficium vacat in Curia per promotionem ad Epiſcopatum,* & num. 70.
144 *Sed contrarium alias ſervatum eſt, & facta illius proviſio a Papa ad præſentationem Patronorum.*
145 *Derogationi Juripatronatus ob vacationem Beneficii* apud Sedem, *non eſt locus, ſi alteri ſit jus quæſitum, quia nempe, antequam Pontifex conferret, Patroni jam præſentaverant.*
146 *Hinc, ne Patroni præveniant in præſentando, inolevit ſtylus apponendi Datam de die obitus Beneficiarii.*
147 *Hæc tamen Data anterior non apponitur ab Officialibus Dataria ex Officio, ſed Proviſo eam petente.*
148 *Juripatronatus, Beneficio* apud Sedem *vacante, derogari non ſolet, ſi adſit Indultum Pontificium, quod illud eximat a derogatione.*
149 *Aut, ſi cautum fuerit in lege fundationis ab Ordinario approbata, quod etiamſi Beneficium vacet* apud Sedem, *Juripatronatus derogari non valeat.*
151 *Pontifices, licet poſſint, ſi velint, nunquam tamen derogare ſolent Juripatronatus ad Reges ſpectanti, ſi Beneficium* apud Sedem *vacare contingat.*
Intellige, ubi agitur de vero, & proprio Jurepatronatus, etiam ex privilegio competente. num. 155.
Sed competente Regi jure nominandi tantum ad aliqua Beneficia extra Curiam vacantia, ſi illa vacent in Curia, ceſſat indultum, & Papa de illis libere diſponit. n. 56. & 57.
152 *Juripatronatus, quod competit Ducibus, Marchionibus, aliiſque Principibus, an derogari ſoleat vacante Beneficio* apud Sedem? & nu. 153. & 154.
158 *Duobus a Patronis æqualiter præſentatis, Pontifex Beneficium uni confert, derogando Juripatronatus ad alteram medietatem Patronorum ſpectanti.*
159 *Requiritur tamen expreſſa mentio, & expreſſa derogatio Juripatronatus.*
160 *Signatura Gratiæ retrotrahitur ad diem præſentatæ Supplicationis.*
161 *Derogatio medietati vocum Patronalium favorabilis eſt, non odioſa; nullumque infert præjudicium Patronis, vel Præſentato ab eorum medietate.* & n. 178.
162 *Et præſefert ſpeciem quandam illius gratificationis, quæ inter plures æqualiter præſentatos exerceri poteſt ab Ordinariis.*
163 *Pro validitate derogationis medietati vocum Patronalium, ſat eſt, quod altera medietas accedat favore Proviſi Apoſtolici de tempore executionis Gratiæ, licet tempore illius Datæ non adeſſet.*
164 *Et ſufficit ſolus eorum conſenſus, etiam per Procuratorem datus, aut aliunde deſumtus, abſque neceſſitate formalis præſentationis.*
Impetrans tamen Gratiam pro Præſentato, cum derogatione medietati vocum Patronalium, debet juſtificare, ſe fuiſſe præſentatum, vel a medietate Patronorum exiſtentium in quaſi poſſeſſione præſentandi.
166 *Vel ab iis, qui ex Patronis præfatis in hujuſmodi quaſi poſſeſſione, dum viverent, exiſtentibus, deſcendunt.*
167 *Aut ab iis, qui, licet ſint tali quaſi poſſeſſione etiam ex perſona ſuorum Auctorum deſtituti, docuerunt nihilominus ante executionem Gratiæ de ſuo jure per confeſſionem Partis, aut per rem judicatam, ſive aliud publicum documentum.*
168 *Spectante Jurepatronatus ad Univerſitatem, non datur Gratia derogatoria medietati vocum ad favorem electi per medietatem hominum Univerſitatem repræſentantium.*
Et conceſſa, etiam ſub expreſſione facta Pontifici, quod Juſpatronatus ſpectat ad Univerſitatem, de ſtylo Curiæ non ſuffragatur.
169 *Juripatronatus laicorum derogari de ſtylo conſuevit in totum, ſi Beneficium ſit litigioſum.*
Et qua ratione hujuſmodi ſtylus introductus fuit? ibid. & n. 180. 232. & ſeqq.
170 *Derogatio hæc fit ad cautelam, quia de jure ſuſtinetur proviſio Apoſtolica Beneficii litigioſi, etiam abſque mentione Juriſpatronatus, illiuſque derogatione.* & num. 171. 191. 251. & 265.
Quamvis agatur de Jurepatronatus Regio. numer. 231.
172 *Beneficium efficitur litigioſum, quando lis viget inter præſentatos ſuper illius adjudicatione, & inſtitutione, ſecus, ſi inter Patronos, qui contendant ſuper jure præſentandi.*
173 *Sed ad effectum derogandi Juripatronatus, ſufficit etiam lis inter Patronos ſuper pertinentia Patronatus.* & n. 248.
174 *Derogari etiam ſolet Juripatronatus, ſi ante vacationem Beneficii orta fuerit lis inter Patronos, qui mutuo ſe impediant præſentare.*
175 *Proviſo de Beneficio litigioſo cum derogatione Juri-*

Juripatronatus ſuffieis verificata litem eo modo, quo eam Pontifici narravit.

176 Exiſtente lite ſuper pertinentia Juriſpatronatus Regii, an illius derogationi locus ſit? & n. 178. & 250.

177 Attenta lite præfata, nec Rex præſentare poteſt.

178 Derogatio Juripatronatus laicali, attenta lite, eſt odioſa, & quare?

179 Contrarium, quod ſit potius juſta, & rationabilis, & aſſignatur ratio. n. 187. 189. 190. & 226.

Nec poſſunt Patroni juſtè conqueri de præfata derogatione. n. 180. & 251.

181 Juripatronatus in totum, paſſim quoque derogari ſolet in reſignatione Beneficii litigioſi ad favorem expleta.

Et hæc pariter derogatio rationabilis eſt, & quare? Ibidem.

182 Et præjudicium Patroni, ſi quod adſit in hujuſmodi derogatione, eſt incertum, & eventuale, pendens ab exitu litis.

186 Facultas præſentandi ad Beneficia indulgeri cœpit in Italia per Sedem Apoſtolicam circa Seculum octavum.

188 Si quæſtio Juriſpatronatus infra quatuor Menſes a die vacationis Beneficii inter Patronos laicos non terminetur, libere poteſt Epiſcopus, juxta Sacros Canones, de Beneficio diſponere. & n. 266.

Sed Canones præfati receſſerunt ab aula. numer. 236.

192 Derogatio Juripatronatus, attenta lite, locum non habet in Regionibus illis, in quibus ex conſuetudine Patroni, etiam pendente lite, præſentent.

193 Contrarium, & explicatur, in quibus terminis contrarii Doctores loquuntur.

194 Conſuetudo præſentandi lite pendente, non aliter ſuffragari poteſt Patronis, quam, ſi fuerit immemorabilis. & n. 199.

195 Redditur ratio, quia illius vigore allegare poſſunt quemcumque titulum ſibi magis proficuum, & Privilegium Apoſtolicum.

Non tamen illud, quod Sedes Apoſtolica unquam expreſſe concedere conſuevit. num. 200. & 245.

196 Difficillima tamen probationis eſt conſuetudo præfata, & de ratione. n. 199.

197 Decretum irritans, quo Apoſtolica Conſtitutiones munitæ reperiuntur, quemcumque contrarium titulum, & poſſeſſionem inficit.

198 In Dominiis Magni Etruriæ Ducis ſemper admiſſæ fuerunt Gratiæ ſubrogationis gratioſæ in Beneficiis litigioſis de Jurepatronatus laicali.

201 Plene oſtenditur, in iiſdem Dominiis nullam vigere immemorabilem, aut centenariam conſuetudinem non admittendi Derogationes Juripatronatus, attenta lite inter Patronos. & n. 234. & pluribus ſeqq. & n. 239. & 240.

Et explicatur Lapus Allegat. 78. n. 235.

Quinimo plura adſunt exempla hujuſmodi Derogationum admiſſarum. n. 208.

Quemadmodum & alia derogationis in totum Juripatronatus laicali ob mortem Beneficiati apud Sedem. n. 209.

Dictaque exempla a contrariis reſponſionibus vindicantur. n. 210. 212. 213. & 216.

203 Obſervantia majorem ſibi nequit vindicare auctoritatem, quam obtineant actus illi, a quibus producitur.

204 Conſuetudo non inducitur per obſervantiam Legis, aut Statuti, etiam centenariam & de ratione. & n. 243.

205 Immemorabilis poſſeſſio excluditur, ubi conſtat de initio.

206 Adverſus jura Romanæ Eccleſiæ nulla ex Conſtit. CLVII. Urbani VIII. admittitur præſcriptio. & n. 244.

Nec in actibus ei præjudicialibus admittitur probatio famæ Privilegii. n. 241.

207 Immemorabilis conſuetudo requirit; quod nihil factum, dictum, aut in contrarium ſit ſcriptum, & ex quocunque rumore in contrarium deſtructa remanet.

210 Deſcriptio in libris probat ſolum affirmativam rerum deſcriptarum, ſed haud negativam aliarum. & n. 237.

211 Contra Pontificis Auctoritatem, ejuſque Conſtitutiones, & Cancellariæ Regulas nulla introduci poteſt legitima conſuetudo abſque ſcientia Papæ. & n. 234.

214 Obſervantia ex actibus etiam nullis, & ineffectuatis inducitur.

215 Gratia Apoſtolica, ſequuta ſupplicationis regiſtratione, perfecta eſt, quamvis ob mortem illius, qui eam obtinuit, executioni tradi non valuerit.

217 In Hiſpaniis paſſim Pontifices derogant in totum Juripatronatui laicali, attenta lite inter Patronos. & n. 183.

218 Edicta Principum, ne Literæ Apoſtolicæ derogationis juripatronatus laicorum executioni demandentur, nullo modo ſubſiſtunt. & numer. 234.

Reprobatur Covarruvias Doctor Eccleſiaſticæ Juriſdictioni nimium inſenſus, qui derogationes Juripatronatus in Hiſpaniis improbat. Ibidem.

Et explicantur nonnulli alii Doctores Hiſpani de Derogationibus Juripatronatus in Hiſpaniis loquentes. n. 249.

219 Paſſim quoque Pontifices Juripatronatus litigioſo derogare conſueverunt in Italia, præſertim in Statu Mediolani, Regno Neapolitano, & Regione Pedemontis. & n. 247.

Necnon in Germania, & Polonia. ibid. & n. 183.

220 Ac etiam in Luſitania, & explicantur Cabedo, & Autunez.

221 Et quid ſervatur in Gallia. & n. 223. & ſeq. & n. 216. uſque ad 272. oſtenditur, Sententias, cum quibus in materia Beneficiali vivitur in Gallia, ſectandas non eſſe in Italia; & quare? n. 262.

222 Galli quid nomine Patriæ Conſuetudinariæ intelligant? & n. 260.

223 In Gallia, attentis Concordatis, locum non habent Regulæ Cancellariæ, neque Reſervationes, ac Affectiones Apoſtolicæ, & unice Papæ reſerſervata fuit præventio in Beneficiis liberæ collationis.

224 Ordinarii conferunt in Gallia Beneficia litigioſa, nec inibi locum habet diſpoſitio cap. 1. & 2. ut lite pendent. in 6. & n. 226.

225 Conſuetudo, & ſtylus localis, maxime contra jus, limites loci, in quo inducti ſunt, non egrediuntur. & n. 246.

227 Subrogatio in juribus defuncti Collitigantis non eſt ſuperſtiti de jure debita, ſed illius conceſſio a Pontificis arbitrio pendet.

228 Patroni haud prohibentur præſentare ad Beneficium Juriſpatronatus litigioſum, quando ante litem in pacifica poſſeſſione præſentandi reperiebantur.

232 *Non valenti agere, tempora non currunt.*

233 *Patronorum præſentationes, pendente lite ſuper Jurepatronatus expleta, nulla ſunt.* & n. 169. & 179.

238 *Derogare, vel non Juripatronatus laicali in caſibus illis, in quibus Pontifex derogare conſuevit, eſt actus facultativus, ab illius libera voluntate dependens.*

251 *Derogatio Juriſpatronatus litigioſi, non eſt apta retrahere fideles a fundatione Beneficiorum. Et de ratione.*

252 *Nec adverſatur voluntati Fundatorum.*

253 *Fundatores in Beneficiorum fundatione cenſentur ſe uniformare voluiſſe Regulis omnibus, & conſuetudinibus, cum quibus Juſpatronatus regulatur.*

254 *De abuſu, qui irrepſerat tempore, quo vigebant Electiones ad Eccleſiam, quod Prælati ad illas ſine Regum aſſenſu procedere non poterant.*

Et de ſolemni renunciatione huic abuſui facta a Petro Rege Aragoniæ. ibidem.

263 *Cognitio Juriſpatronatus, veluti ſpirituali adnexum, non ſubjacet judicio Judicum ſecularium.* & n. 202.

264 *Ex Pragmatica Sanctione, in poſtremo Concilio Lateranenſi ſolemniter abrogata, & ex Conciliabuli Baſileenſis decretis, nullum deſumi poteſt argumentum pro Cauſis Canonicis decidendis.*

267 *Derogatio Juriſpatronatus, attenta lite inter Patronos conceſſa, ſuſtinetur, etiamſi Patroni ad actum præſentationis devenerint.* & n. 270.

Et quamvis eorum præſentato ante Proviſionem Apoſtolicam conceſſa fuerit ab Ordinario inſtitutio. n. 271.

Maxime ſi lis inter Patronos fuerit etiam ſuper poſſeſſorio. n. 269.

268 *Clauſula* -- Dummodo tempore Datæ præſentium non ſit alteri jus quæſitum -- *adjecta in literis derogationis medietati vocum Patronalium, præſervat jus certum, & radicatum, non incertum, & eventuale.*

272 *Vigente lite inter Patronos ſolum in petitorio, valida eſt præſentatio ab illis expleta, ſi in quaſi poſſeſſione præſentandi ante eam motam reperiantur, nec Derogatio Apoſtolica medietati vocum Patronalium ſuſtinetur.*

273 *Secus, ſi dicta quaſi poſſeſſione ſint deſtituti, aut eam deducunt ex facto ſuorum Auctorum.*

274 *Derogatio Juriſpatronatus, attenta lite inter Patronos, ut ſuum ſortiatur effectum, requirit, quod lis adſit de facto ante vacationem Beneficii, ſi vacet per obitum, aut tempore Supplicationis ſignatæ, ſi per reſignationem vacet.*

275 *Nec ſuffragatur, ſi introducatur ante literas expeditas ob clauſulam in eiſdem literis adjici ſolitam* -- attenta lite vere, & legitime introducta.

276 *Derogatio non juvat, ſi lis, quæ prius aderat inter Patronos ſuper pertinentia Juriſpatronatus, ſit per tranſactionem ante Beneficii vacationem extincta.*

277 *Concordia vero inter ſolos præſentatos, qua unus alterius favore, ſub reſervatione beneplaciti Apoſtolici, certa penſione conventa, jus ſuum cedat, non impedit executionem derogationis.*

278 *Lis, ad effectum ut ſit locus derogationi Juriſpatronatus, debet eſſe juſta, & non calumnioſa, aut fraudolenter introducta.*

Et de circumſtantiis, & conjecturis hujuſmodi dolum, & fraudem ſuadentibus. Ibidem remiſſive.

279 *Derogatur Juripatronatus in totum de ſtylo Cancellariæ, ſi Patronus Simoniam commiſerat.* & n. 283. & 284.

Licet ob hujuſmodi delictum ſit ipſo jure privatus jure præſentandi. n. 281.

Et hæc derogatio aſſimilatur devolutioni juris eligendi pro ea vice ad Principem, ſi Clerus, & Populus aliquem ſimoniace elegiſſent. n. 285.

Non derogatur tamen Juripatronatus, ſi præſentatus Simoniam commiſerit, non cum Patrono, ſed cum Procuratore deputato ad præſentandum. n. 286.

280 *Juripatronatus derogatur in totum de ſtylo Cancellariæ, ſi Patronus Bona Beneficialia propria diſtraxerit auctoritate, aut indebite uſurpaverit.*

Sed de jure ob hujuſmodi delicta Patronus remanet privatus Jurepatronatus. n. 282.

287 *Amittit etiam Patronatum Patronus, qui Eccleſiæ Rectorem occidit, aut occidi mandavit.*

288 *Et hoc caſu ſolet Dataria Juripatronatui derogare.*

289 *Juripatronatui derogari conſuevit, ſi Patronus incidat in hæreſim.*

290 *Ob lapſum in hæreſim Patronatum, una cum aliis bonis, Patronus amittit.*

292 *Juripatronatui in totum derogari debet favore unius ex Compatronis ſupplicantis pro ſe ipſo.*

Quamvis coæquale jus non habeat cum alio Compatrono, qui Extraneum præſentat. n. 293.

294 *Sed derogatio iſthæc concedi non conſuevit.*

295 *Quemadmodum nec hodie derogatur Juripatronatui favore Nepotis, aut filii unius ex Patronis, ſicuti tempore* Alexandri VI. *derogari conſueverat.*

296 *Minuſque Juripatronatus pro duabus ex tribus partibus, etiamſi urgentiſſimæ cauſæ concurrerent.*

297 *Olim de ſtylo derogabatur Juripatronatus in Permutationibus, & Reſignationibus Beneficiorum.*

298 *Sed ſtylus iſte receſſit ab Aula uſque a Pontificatu ſa. me.* Clementis X.

299 *Et irrita ſunt Beneficiorum reſignationes, & permutationes, ſi Patronorum non accedat aſſenſus.*

300 *Juripatronatus mixto, nempe partim Eccleſiaſtico, & partim laicali paſſim olim derogabatur.*

301 *Sed a tempore* Clementis X. *non amplius indulgetur derogatio, quamvis Juſpatronatus ad Patronum laicum non ſpectet, niſi pro minima parte.*

302 *Poteſt tamen Juripatronatui mixto derogari, ſi accedat conſenſus Patronorum laicorum.*

303 *Contrarium tamen ſervatur, & de ratione.*

Maxime, ſi aliquis ex illis diſſentiat. Et ita reſolutum. n. 305.

306 *Vacante Beneficio Juriſpatronatus ob non publicationem reſignationis, indulgeri non conſuevit derogatio Juriſpatronatus.*

307 *Nec item in caſu, quo Clericus Apoſtolica diſpenſatione deſtitutus, ante legitimam ætatem præſentatus fuerit ad Beneficium.*

308 *Vacante Beneficio de Jurepatronatus, cujus Patroni ſint a pluribus annis abſentes, an illius proviſio fieri debeat a Sede Apoſtolica cum derogatione Juripatronatus?*

1 DUas continet partes hæc Regula. In *prima*
diſponit, quod ſuper Eccleſiaſticis Benefi-
ciis de Jurepatronatus laicorum non expediantur
Literæ Apoſtolicæ, niſi in tribus caſibus. Primus
eſt, quando Beneficium tanto tempore vacavit,
quod ejus collatio ad *Sedem Apoſtolicam* legitime
ſit devoluta. Secundus, quando tempus Patronis
laicis ad præſentandum a Jure præfixum, lapſum
exiſtat. Et tertius, quando ad id Patronorum ip-
2 ſorum accedit aſſenſus. In *ſecunda* vero decernit,
quod Juripatronatus ſpectanti ad aliquem Re-
gem, Ducem, Marchionem, vel alium Principem,
nunquam derogatum eſſe cenſeatur, niſi de Jure-
patronatus præfato diſpoſitive, ſpecifice, & deter-
minate, non autem conditionaliter Pontifici mentio
facta fuerit.

In Regulæ Auctorem agnoſcunt Doctores *Joan-*
3 *nem XXII.* Sed eam non ſemper fuiſſe a Succeſſo-
ribus Pontificibus renovatam, ſatis mihi probant
Regulæ *Joannis XXII.* Bononiæ publicatæ die 19.
Junii 1410. in quibus inſerta non reperitur. Et
4 *Martinus V.* in ſuis, quas *Conſtantiæ* die 26. Fe-
bruarii 1418. edidit, Regulis, illam inſeruit quoad
primam tantummodo partem, licet non ita ample
conceptam, prout modo inſpicitur, dum in ea de-
ficit ſecundus caſus, quem ex rationibus infra re-
5 cenſendis Regulæ addidit *Julius III.* Secundam
vero Regulæ partem primo legi inter Regulas edi-
6 tas ab *Innocentio VIII.* eandemque Succeſſores
Pontifices eorum Regulis ſemper addiderunt, ſed
non eadem formula verborum, qua modo concep-
tam videmus, dum *Clemens VIII.* poſt verba *dero-*
7 *gari contigerit*, addidit -- *Juripatronatus hujuſmodi*
mentio diſpoſitive, ſpecifice, ac determinate, non au-
tem conditionaliter fiat -- teſte *Korbier. in hanc Re-*
gulam ſub n. 16.

Igitur, juxta primum caſum, in *prima* Regulæ
8 parte contentum, ob devolutionem ad *Sedem Apo-*
ſtolicam Papa providet Beneficia de Jurepatronatus
laicorum; & tunc devolutio, tanquam fundamen-
tum principale Gratiæ, eſt plene, & concludenter
9 probanda, *Corrad. in Prax. Benef. lib.* 5. *cap.* 1. *n.*
75. ubi admonet Executores Literarum Apoſto-
licarum, ut diligenter advertant, *Vivian. de Ju-*
repatr. lib. 14. *cap.* 6. *n.* 26. *Spad. conſ.* 18. *nu.* 1.
lib. 3. *Garc. de Benefic. part.* 10. *cap.* 3. *n.* 16. *Rota*
dec. 59. *n.* 2. *cor. Merlino, & dec.* 392. *nu.* 3. *cor.*
Celſo, cum aliis in *Colonien. Decanatus* 9. *Junii*
1692. §. *Deficit, cor. Priolo, & in Calagaritana*
Canonicatus 1. *Julii* 1726. §. *Quemadmodum, &*
3. *Decembris* 1728. §. *Præmiſſis, cor. bon. mem.*
de Valentibus. Maxime, cum de ſtylo Datariæ ad-
10 datur tali caſu in fine Supplicationis clauſula -- *Et*
devolutio diſpoſitive in Lacru &c. -- quæ operatur,
ut probanda ſit devolutio per gradus diſtinctos,
donec illa ad Pontificem pervenerit, *Lotter. de Re*
Benefic. lib. 2. *quæſt.* 24. *num.* 37. *Garc. de Benefic.*
dict. cap. 3. *n.* 16. *Rota dec.* 17. *de Præben. cor. Mo-*
bedan. & deciſ. 5. *eodem titulo coram Caſſador. &*
dec. 260. *cor. Mantic. & in dicta Colonien. De-*
canatus 9. *Junii* §. *Adducebant, & ſeqq. cor.*
Priolo.

Locum vero ſibi vindicat hujuſmodi devolutio,
11 quando Patronus intra legitima tempora non præ-
ſentavit. Si enim ſuam expleverit Præſentationem,
quamvis Ordinarius diſtulerit præſentatum inſti-
tuere, non erit devolutioni locus, cum nullum
12 tempus ſit a jure præfixum ad concedendam Præ-
ſentato Inſtitutionem, juxta Theoricam *Abbat.*
in cap. 2. *de Conceſſ. Præben. & conſ.* 28. *numer.*
2. *part.* 2. *Sot. in hanc Regul. numer.* 2. *Anto-*
nell. de Tempor. legal. lib. 3. *cap.* 17. *numer.* 1.
Barbeſ. de Poteſt. Epiſc. allegat. 72. *nu.* 191. *& al-*
legat. 126. *num.* 52. *Piton. de Contr. Patron. alle-*
gat. 87. *num.* 14. *Lotter. de Re Benef. lib.* 2. *quæſt.*
13. *num.* 59. *& quæſt.* 24. *num.* 4. *Rota dec.* 316.
n. 9. *coram Ubaldo, & dec.* 365. *num.* 10. *coram*
Lancetta.

Sicque, Patrono non præſentante intra tempus
a jure præſtitutum, fit Beneficii devolutio ad E- 13
piſcopum, ab eo ad Archiepiſcopum, ab Archie-
piſcopo ad Patriarcham, & demum ad Sedem A-
poſtolicam, ut ſancitum fuit Decreto Concilii La-
teranenſis relato in *Cap.* 2. §. *Cum vero de Conceſſ.*
Præben. & plene firmant *Vivian. de Jurepatron.*
lib. 12. *cap.* 3. *n.* 7. *& lib.* 14. *cap.* 6. *per tot. Lot-*
ter. dict. lib. 2. *quæſtion.* 24. *num.* 43. *& ſeqq. Roſ.*
de Executor. Liter. Apoſtol. cap. 6. *num.* 92. *Rota*
dec. 316. *n.* 10. *cor. Ubald. & dec.* 59. *n.* 3. *coram*
Merlino. Et quilibet ex his inferioribus Collatori-
bus, ad quos fit gradatim devolutio, gaudet a 14
die ſcientiæ ſemeſtri tempore ad conferendum ex
jure devoluto, ad *text. in Cap. Licet de Supplen.*
neglig. Prælat. Cap. Quia diverſitatem, de Con-
ceſſ. Præben. Vivian. dict. cap. 6. *num.* 25. *lib.* 14.
Garc. de Benef. part. 10. *cap.* 3. *num.* 9. *& ſeqq.*
Lotter. dict. lib. 2. *quæſt.* 24. *numer.* 12. *& ſeqq.*
Rota dec. 392. *nu.* 4. *&* 5. *cor. Celſo, & dec.* 3. *nu.*
5. *coram Reverendiſſimo Criſpo, & in Mediolanen.*
Beneficii 9. *Decembris* 1707. §. *Quatenus cor. O-*
maña.

Quod ſi, non obſtante ſcientia vacationis Bene-
ficii jure devoluto, inferior Collator detentus ſit 15
juſto aliquo, ſive juris, ſive facti impedimento, ob
quod ad Beneficii collationem devenire non poſſit,
tunc, quia ceſſat negligentia in conferendo, non
fit tranſitus ad Superiorem, etiamſi labatur ſeme-
ſtre, *Abbas in Cap. Quia diverſitatem, ubi Gloſſ.*
& Doctores de Conceſſ. Præben. Gutierez quæſt. Ca-
non. libro 1. *cap.* 28. *n.* 11. *& ſeqq. Marg. de Be-*
nef. quæſt. 3. *n.* 403. cum aliis penes *Rot. in Cala-*
garitana Canonicatus 1. *Julii* 1726. §. *Et ſane, &*
§. *Cum igitur, coram R. P. D. Cornelio*, ubi quod
ad excuſandam negligentiam admittitur favore in- 16
ferioris Collatoris, ne cadat a jure ſuo, quælibet
probabilis, & juſta cauſa, qua induci potuit ad
credendum, quod ipſi præpedita eſſet conferendi
facultas, & 18. *Junii* 1728. §. *Porro, coram R̃mo*
Corio, & 3. *Decembris ejuſdem anni cor. bon. mem.*
de Valentibus.

Secundus caſus, in quo Papa confert Beneficia
Juriſpatronatus Laicorum, eſt quando *tempus Pa-* 17
tronis laicis ad præſentandum a jure præfixum lap-
ſum exiſtat. Quæ verba, etſi primo intuitu ſuper-
flua videantur, ex quo Patronis intra legitima tem-
pora non præſentantibus, facultas libere diſponen-
di de Beneficio Juriſpatronatus devolvitur ad Su-
periorem: Unde dum in priori caſu Pontifex
ſuam pandidit voluntatem conferendi Beneficia
Juriſpatronatus laicalis devoluta, jam ſatis decla-
ravit velle conferre ea, ad quæ præſentatio intra
legitima tempora expleta non fuit. Nihilominus
ſuperflua non ſunt, quoniam in priori caſu loqu- 18
tus eſt Pontifex de devolutione, quæ fit ad *Se-*
dem Apoſtolicam, ad quam inducendam dari debet
gradatim negligentia in Patrono, Epiſcopo, Ar-
chiepiſcopo &c. ut mox diximus. In hoc autem
ſecundo caſu non agitur de devolutione, quæ
fit ad *Sedem Apoſtolicam*, ſed de ea, quæ fit ad
Epiſcopum, ut ſcilicet, etiam in terminis hujuſmo-
di devolutionis cauſatæ ex negligentia ſolius Patro-
ni, Papa poſſit conferre Beneficium de Jurepatro-
natus laicali, concurrendo cum inferiori illo Colla-
tore, ad quem facta eſt devolutio. Ante enim tem-

19 pora *Julii III.* qui, ut diximus, ſecundum hunc
caſum in Regula appoſuit, magna exorta fuerat
controverſia inter *Abbreviatores de Parco*, an,
devoluta collatione Beneficii ad Ordinarium ex
negligentia Patronorum, non tamen ad Papam,
poſſent expediri Litteræ per Cancellariam? Alii
enim exiſtimabant expediri non poſſe, niſi *acce-
dente conſenſu Patronorum*, ut præſcribitur in Re-
gula, quæ mandat, expediendas non eſſe Literas,
niſi dicatur, quod *ejus collatio ad Sedem Apoſtoli-
cam legitime eſt devoluta*; ergo ſufficere oon vi-
debatur devolutio ad Ordinarium. Alii ecootra
autumabant, non eſſe amplius neceſſarium conſen-
ſum Patronorum, poſtquam fuerant negligentes
in præſentando, & ſic remanebant excluſi prop-
ter devolutionem; Unde, licet in Regula duo
tantum eſſent poſiti caſus, in quibus Papa diſpo-
nere poſſet de Beneficiis Juriſpatronatus laicalis,
fieri tamen debebat extenſio ad alium caſum, ſimi-
lem rationem habentem, ſupplendo, quod ad
Sedem Apoſtolicam, ſeu *alium*, puta Ordinarium,
devolutio facta eſſet. Cumque ſuper hoc puncto
obſervantia non eſſet uniformis, hinc *Julius III.*
ut omnem dubitandi rationem impoſterum præci-
deret, caſum hunc Regulæ addidit, ut ſcilicet poſ-
ſent expediri Literæ Apoſtolicæ, quando *tempus
Patronis laicis ad præſentandum a Jure præfixum,
lapſum exiſtat*, & ſic, quando devolutio facta eſt
ad Ordinarium, non ad *Sedem Apoſtolicam*, ut
poſt *Rebuff.* obſervat *Kochier. in hanc Regul. n.* 16.
20 Non enim ambigitur, Papam in proviſione Be-
neficiorum concurrere poſſe cum inferioribus Col-
latoribus, Epiſcopo nempe, Archiepiſcopo &c.
ad quos facta eſt devolutio, abſque eo quod ul-
la illos injuria afficiat, *Gonzal. in Regul.* 8. *Can-
cellar. §.* 3. *Proæm. n.* 3. *& §.* 4. *num.* 88. *Lotter.
de Re Benefic. dict. quæſt.* 24. *n.* 67. & in termi-
nis hujus Regulæ *Garc. de Benef. part.* 10. *cap.* 3.
num. 30. ubi advertit, quod duobus modis impe-
21 trantur a Papa Beneficia Juriſpatronatus ex capi-
te devolutionis, vel tanquam devoluta ad *Sedem
Apoſtolicam*, vel tanquam devoluta ad inferio-
res, puta Epiſcopum &c. & bene diſtinguendo ca-
ſus, firmat *Tondut. Reſolut. Beneficial. part.* 2. *cap.*
3. *§.* 4.
Hinc etism in hoc ſecundo caſu devolutionis ad
22 Ordinarium ob lapſum temporis ad præſentandum,
concipi ſolet ſupplicatio, tanquam *de devoluta*: at
devolutio non intelligitur de ea, quæ fit ad *Se-
dem Apoſtolicam*, juxta terminos Concilii Latera-
nenſis in *Cap.* 2. *§. Cum vero de Conceſſ. Præben.*
ſed de altera, quæ fit ad Ordinarium; & ob id in
23 ſupplicatione non apponitur clauſula -- *Et detur
devoluta diſpoſitive* -, nec in Literis Apoſtolicis
fit ulla mentio de devolutione, ſed ſolum, quod
tempus Patronis laicis a jure præfixum, lapſum
exiſtat.
Eſt tamen concludenter probandum, quod tem-
24 pus Patronis laicis a Jure ad præſentandum præ-
ſtitutum, lapſum exiſtat, *Raſ. de Execut. Liter.
Apoſtolic. cap.* 6. *num.* 91. *& ſeqq. Rota deciſ.* 186.
num. 5. *part.* 2. *Recent. deciſ.* 134. *num.* 15. *cor.
Cerro, & deciſ.* 119. *num.* 3. *&* 4. *cor. Celſo, &
dec.* 971. *num.* 11. *cor. Dunoz. Jun. & in Barchi-
nonen. Beneficii* 16. *Aprilis* 1692. *§. Devolutio-
nis probatio, confirmata* 18. *Junii* 1693. *§. Ac-
cedit, cor. Urſina.* Adeout non ſufficiat clauſula
25 in Literis Apoſtolicis apponi ſolita, *ſive præmiſſo,
ſive alio quovis modo*, ut obſervant *Vivian. de Ju-
repatr. lib.* 14. *cap.* 6. *n.* 26. *Rot. dict. dec.* 971. *n.*
12. *cor. Dunoz. & in Cracovien. Parochialis* 9. *Fe-
bruarii* 1705. *in fine coram Caſſarella.* Cum ad ef-
fectum, ut dicta clauſula aliquid operetur, requi- 26
ritur Juſtificatio narrativæ, ſaltem de facto, *Lot-
ter. de Re Benef. lib.* 3. *quæſt.* 8. *n.* 63. *& pluribus
ſeqq. Raſa de Executor. Literar. Apoſtolic. cap.* 4.
n. 33. *& ſeqq. Rota deciſ.* 152. *n.* 52. *part.* 12. *dec.*
223. *n.* 24. *& ſeqq. part.* 13. *& dec.* 95. *n.* 27. *part.*
17. *Recent. & in Aſtaricen. Beneficii* 2. *Decembris*
1729. *§. Abſque eo quod, cor. R. P. D. Millma.*
Præcipue, quia in Literis Apoſtolicis, quæ cum
ſimili narrativa devolutionis expediuntur, poſt clau- 27
ſulam præfatam -- *ſive præmiſſa &c.* ſubjungitur --
dummodo tempore Datæ præſentium &c., *& tem-
pus Patronis laicis ad præſentandum a Jure præ-
fixum lapſum exiſtat* -- quæ verba clare pandunt
Pontificis voluntatem, ut non obſtante dicta clau-
ſula -- *ſive præmiſſa &c.* -- verificetur lapſus tempo-
ris, quod Patronis laicis de jure competit ad præ-
ſentandum.
Tempus autem hujuſmodi eſt quadrimeſtre, *cap.* 28
Quoniam, & cap. Cum propter de Jurepatr. Quod
tamen pluribus modis limitatur; Primo, ſi lege
fundationis aliter cautum ſit. Poſſe enim Beneficii 29
Fundatorem conditionem apponere, quod Patro-
no non currat tempus ad præſentandum, quodque
præſentare poſſit quandocumque, nec locus ſit pœ-
næ devolutionis Beneficii, cenſuit Sacra Congre-
gatio Concilii in *Pennen.* 13. *Maii* 1713. Quini- 30
mo permiſſum eſt Fundatori eam præfigere legem,
quod donec ſequatur præſentatio, valeant Patroni
percipere fructus Beneficii vacantis, juxta *text. in
cap. Generali, de Elect. in* 6. ex Concilio Generali
Lugdunenſi ſub *Gregorio X.* verſ. *Qui autem*, DD.
ibid. & præſertim *Ancaran. n* 2. *Rocch. de Curte
de Jurepatr. verb. Utile ſub n.* 7. *verſic. Secunda
amplia, Lambertin. eod. tract. lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.*
9 *principal. n.* 63. *Ricc. dec.* 230. *n.* 6. *part.* 3. Et
in proximis terminis præcepti Fundatoris, quod
in caſu derogationis Juriſpatronatus, Beneficii re- 31
ditus percipi non poſſint a Proviſo Apoſtolico, ſed
in alios uſus erogari poſſint, tradunt *Card. de Luc.
de Jurepatr. diſc.* 65. *nu.* 40. *Rota deciſ.* 294. *cor.
Roxas.*
Conditiones vero præfatæ, ut validæ ſint, de-
bent in actu Erectionis Beneficii approbari ab Or- 32
dinario, ut generaliter tradunt Doctores relati per
Lotter. de Re Benefic lib. 1. *quæſt.* 32. *a numer.* 3.
Card. de Luc. de Jurepatr. diſc. 68. *n.* 10. *Tondut.
Reſolut. Benef. cap.* 5. *num.* 5. *&* 6. *Rota dec.* 331.
ſub nu. 6. *part.* 4. *Recent.* Et in ſpecie de ea con-
ditione, quod Patroni poſſint tempore ſibi bene 33
viſo præſentare, *Rota in Oſtunen. Beneficii* 16.
Martii 1687. *§. Fundator enim, &* 13. *Maii* 1689.
§. Neque his omnibus, cor. Rondinina. Et de al-
tera, quod valeant percipere fructus Beneficii 34
vacantis, *Gloſſ. in dict. Cap. Generali, verb. Fun-
datione, de Elect. in* 6. ibi -- *Fundans enim, & do-
tans Eccleſiam de Diœceſani conſenſu poteſt hoc ſta-
tuere, ut fructus ſuæ Eccleſiæ, cum vacabit, ſuos
faciat* -- *Lambertin. de Jurepat. dict. lib.* 1. *part.* 1.
quæſt. 9. *in princ. nu.* 54. *Ricc. deciſ.* 230. *num.* 6.
part. 3.
Et quamvis *Amayden. de Styl. Datar. cap.* 15.
§. 15. *n.* 120. exiſtimet, quod ubi agitur de con- 35
ditione, quæ tangat jus Romani Pontificis, prout
eſt illa excluſiva devolutionis, approbatio non ab
Ordinario, ſed a Pontifice ipſo petenda ſit. Ni-
hilominus opinio præfata non ſubſiſtit, & pra-
xis eſt in contrarium, ut colligitur ex deductis 36
per ipſummet *Amayd. n.* 119. *§. Qualitas, & n.*
123. *§. Hinc.* Et paſſim videmus ſuſtineri condi-
tionem a Fundatoribus volitam, & ab Epiſcopis
approbatam, quod Beneficia ſint exemta a quacum- 37
que

que reſervatione, etiam in corpore Juris clauſa,
quodque Papa Juripatronatus derogare non poſ-
38 ſit, quamvis contingat eorum vacatio *apud Se-
dem*, ut diximus in *Comment. in Regul. I. §. I.* Et
ſunt ſenſus Sacr. Congregationis Concilii in dicta
Pennen. in cujus themate, renuente Epiſcopo
approbare conditionem a Fundatore volitam, &
39 his verbis conceptam -- *Hac dictum Beneficium ob-
noxium nunquam ſit devolutionibus, neque Apo-
ſtolicis affectionibus, ſive reſervationibus, etiam per
vacationem in Curia, ſed Juſpatronatus ſemper
illibatum Patronis praſervetur* -- Sacra Congre-
gatio cenſuit, *conditionem præfatam eſſe approban-
dam.*

Ceterum lex a Fundatore præſcripta, quod Pa-
trono tempus non currat ad præſentandum, eo cum
moderamine ſervanda eſt, ut intelligatur adjecta
40 arbitrio boni viri, ſeu Ordinarii, qui debebit, ela-
pſo quadrimeſtri, præfigere Patrono rationabile
tempus ad præſentandum, addita pœna devolutio-
nis poſt illius lapſum; alias dilatio arbitraria eſſet
valde præjudicialis, nedum Animæ Fundatoris,
quæ diu pro libito Patroni carere poſſet ſuffragio
Miſſarum, ſed etiam ipſimet Beneficio, cujus Bo-
nis ob diutinam illius vacationem quamplurimis
obnoxia remanere poſſent detrimentis; Ante vero
41 præfixionem dicti termini, licet Beneficium per
longum tempus vacaſſet, impetrari non poſſet ob
lapſum termini ad præſentandum, quia a pœna de-
volutionis excuſaretur Patronus ex juſta credulita-
te, quod ad tramites legis fundationis eſſet ei per-
miſſum ad quodcumque tempus bene viſum præ-
ſentationem differre, ut bene ratiocinantur *Cardi-
nalis de Luca de Jurepatr. diſc. 93. n. 7. Piton. diſ-
ceptat. 22. n. 40. & 41.*

Secundo limitatur in Jurepatronatus, quod Re-
42 gibus competit. Sive enim ipſis, ſive eorum Mini-
ſtris nota fuerit Beneficii vacatio, tempus quatuor
Menſium ad præſentandum non venit, cum Reges
multis & Belli, & Pacis tempore occupationibus
diſtracti excuſantur, ſi ad præſentationes, quæ non
præcipuam Regni curam occupant, animum non
applicent ut communiter firmant *Cabed. de Jure-
patr. Reg. Coron. Portugall. cap. 28. nu. 12. Soler-
zan. de Jurepatr. Indiar. lib. 3. cap. 3. n. 19. & 50.
Garc. de Beneſ. part. 10. cap. 2. n. 34. in fine, Sal-
gad. de Reg. Protect. part. 3. cap. 10. num. 43. &
ſeqq. Barboſ. de pot. Epiſc. alleg. 72. n. 137. in fi-
ne, Card. de Luca de Jurepatron. diſc. 1. nu. 6. &
diſc. 64. n. 13. Piton. de Controv. Patronor. alle-
gat. 19. n. 18. in fine, Rota in Colonien. Paſtora-
tus 1. Decembris 1727. n. 27. & 28. cor. Rmo Cal-
cagnino.*

Limitatur tertio in Jurepatronatus mixto, illo
nempe, quod partim competit Perſonis Eccleſia-
ſticis partim laicalibus. Licet enim Juſpatronatus
mixtum cenſeatur totum laicale quoad omnes alios
43 Juris effectus; quoad tempus tamen præſentandi
44 gaudet prærogativa Juriſpatronatus Eccleſiaſtici,
etiamſi æqualiter omnibus non competat, ſed pro
majori parte ad Eccleſiaſticos, & pro minima e-
tiam ad Patronos laicos pertineat, *Lambertin. de
Jurepatronat. art. 3. quæſt. 1. in princ. part. 2. lib.
2. Vivian. eod. tract. lib. 7. cap. 1. num. 10. Bar-
boſ. de Poteſt. Epiſc. part. 3. allegat. 72. num. 131.
Garc. de Beneſic. part. 5. cap. 1. num. 607. & 608.
Leon. de Offic. Cappellan. quæſt. 4. part. 5. n. 7.* &
fuit late reſolutum in *Camerinen. Canonicatus dec.
250. num. 3. & per tot. part. 12. Rec.* confirmat.
1. Februarii 1658. cor. Priolo, quæ non adeſt in-
ter ejus impreſſas, *& deciſ. 180. n. 7. cor. eodem
Priolo.*

Quarto limitatur in Patrono, qui ſtatim non
habuit notitiam obitus Beneficiati; Certi namque
Juris eſt, quod tempus quatuor Menſium a Jure 45
ad præſentandum Patronis laicis præfixum, non
a die vacationis Beneficii, ſed a die illius ſcien-
tiæ, & quidem veræ, & non præſumtæ, curre-
re incipit, *Fagnan. in Cap. Quia propter n. 4. de
Jurepatr. Spad. conſ. 18. num. 2. lib. 3. Card. de
Luca de Jurepatronat. diſc. 2. num. 5. Adden. ad
dec. 21. n. 16. & ſeqq. part. 3. Recent.* cum aliis,
quos laudavimus in *Comment. in Regul. XXXVI. n.
177.* & eſt Concluſio, quæ controverſiam hodie
non admittit.

Limitatur ſexto, ſi præſentatus intra legitimum
tempus præſentationi conſentire noluerit, & in- 46
terim effluxerit quadrimeſtre; tunc enim novum
inchoandum eſt tempus a die panditi diſſenſus,
dummodo nulla fraus interceſſerit, ad *text. in cap.
Si Electio, de Elect. in 6.* quod licet loquatur de
Electione, illius tamen cenſura extenditur etiam
ad præſentationem, *Gloſſ. ibid. verbo Integrum,
Lambertin. de Jurepatr. lib. 2. part. 2. quæſt. 1. art.
17. Sanchez conſ. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 63. nu-
mer. 1. & 2. Rocch. de Jurepatr. verb. Honorificum
quæſt. 42. Tondut. quæſt. Beneſ. part. 2. cap. 4. nu.
37. Card. de Luca de Jurepatr. diſc. 64. n. 15. Rot.
in Noviſ. tit. de Jurepatr. deciſ. 8.* Fraudem vero
interceſſiſſe dicendum erit, ſi ultima die quadrime-
ſtris ſequuta fuerit præſentatio, quia poterat hæc 47
cumulative expleri de duobus, ad effectum ut uno
non acceptante, acceptaret alius; ad differentiam
Patroni Eccleſiaſtici, qui etiamſi ultima die præ-
ſentet, & præſentatus non acceptet, integrum ſe- 48
meſtre habet ad denuo præſentandum, quia præ-
ſentare non poteſt cumulative, ſicuti Patronus lai-
cus, *Lambertin. loco cit. nu. 6. Sanchez dicto dub.
63. num. 2.*

Poſtremo Patronis ignoranter inhabilem præſen-
tantibus, competit novus terminus a die detectæ 49
inhabilitatis, juxta æquiorem ſententiam, quam la-
te propugnat *Piton. diſcept. 4. n. 48. & ſeqq. & de
Controv. Patronor. allegat. 2. n. 2. Vivian. de Ju-
repatr. lib. 5. cap. 2. n. 27. Rota dec. 1173. n. 1. &
2. cor. Seraphin. dec. 1105. n. 9. cor. Coccin. dec.
459. n. 27. part. 19. tom. 2. Recent.* licet contraria
opinio placuerit eidem *Rot. dec. 1247. cor. Emerix
Jun.*

At vero in utroque ex mox recenſitis caſibus
vacationis ſcilicet Beneficii Juriſpatronatus laico- 50
rum tanto tempore, quod ejus collatio an *Sedem
Apoſtolicam* legitime ſit devoluta, vel quia *tem-
pus Patronis laicis ad præſentandum a Jure præ-
fixum, lapſum exiſtat*, ſi adſit Perſona ex fun-
dationis lege ad illud vocata, nullum ei Ponti-
fex infert præjudicium, ſed illius favore Benefi-
cii collationem explet, ex plene relatis per *Rot.
in Hydruntina Cappellania 10. Maii 1697. §.
His itaque, cor. dell' Olmo, & in Vicentina Be-
neficii 27. Februarii 1713. §. Praterea cor. Reve-
rendiſſ. Aldrovando, & in Tuſculana Cappellania
15. Martii 1715. §. Quod etiam cor. bon. mem.
Anſaldo.*

Tertius denique caſus, in quo juxta primam
Regulæ partem Summus Pontifex providet Be- 51
neficia Juriſpatronatus laicorum, eſt, quando ac-
cedit conſenſus Patronorum, qui ſemper eſt ne-
ceſſarius vigore præſentis Regulæ, *Pariſ. de Reſi-
gnat. lib. 2. quæſt. 4. a num. 4. & ſeqq. Lotter. de
Re Beneſic. quæſt. 8. n. 93. part. 2. Covarr. pract.
quæſt. cap. 36. num. 9. Rot. deciſ. 186. num. 3. &
5. part. 6. & dec. 725. n. 1. part. 18. Rec. dec. 542.
nu. 6. coram bon. mem. Molines*, ubi quod ex hac

Regula ortus fuit ſtylus, ut in Literis Reſigna-
52 tionum Beneficiorum de Jurepatronatus laicali,
inſeratur clauſula -- *uccedente conſenſu Patrono-
rum*--, *& deciſ.* 866. *num.* 15. *& dec.* 515. *num.* 1.
cor. eodem, *& in Firmana Canonicatus* 24. *Murtii*
1710. §. *Quorum*, *cor. Prielo.* Quod ſi unicus
53 Patronus obtinens Beneficium, illud reſignet, ad-
huc ponitur in Literis -- *dummodo accedat conſen-
ſus dicti Putroni Reſignontis*--, ut legitur in Volu-
mine mſ. *Notubil. Cancelluria pug. mihi* 341. *&
ſeqq.*

Et hæc eſt antiquiſſima Praxis Sedis Apoſtoli-
54 cæ non præjudicandi Patronis, nec Beneficia Ju-
riſpatronatus laicalis conferendi ſine eorum conſen-
ſu. Conqueſti olim fuerant Magnates Angli apud
Gregorium IX. quod Exequutores Apoſtolici paſ-
ſim conferebant Beneficia hujuſmodi in præjudi-
cium eorum libertatis, qua a prima Chriſtianitatis
fundatione uſi fuerant, non obſtante quod idem
Pontifex per Literas Apoſtolicas eorum indemni-
tati prius conſuluerat; Allegarunt, quod *Roberte
de Tuinge* Patrono Eccleſiæ de *Luthunum* per col-
lationem Apoſtolicam fuerat præjudicium irroga-
tum, & ſupplicarunt, *ut quod contra eum, &
juris ſui patrenalis periculum hactenus eſt impro-
vide procuratum, uuctoritate veſtru, ſi placeat,
revocetur in irritum.* Reſpondit Pontifex, inten-
tionis ſuæ non eſſe, nec fuiſſe, quod Beneficia ad
præſentationem ſecularium Patronorum ſpectan-
tia, auctoritate ſua cuiquam conferantur, ſicuti
conſtabat ex Literis jampridem Regi ſcriptis. Con-
ceſſionem factam de Eccleſia de *Luthuuum* au-
ctoritate Apoſtolica revocavit, utpote quia eam
expleverat, ignorans, quod ſuper ea præſentatio
ad laicum pertineret, & inhibet, *ne alicui de ce-
tere liceat Eccleſiam præfati Regni, iu qua luici
ſunt Patroni, præter eorum uſſenſum Sedis A-
poſtolicæ auctoritute conferre*, ut ex *Matthæa Pu-
riſie ud annum* 1239. refert *Nutal. Alexan. Hi-
ſtor. Eccleſiuſt. Secul.* 13. *&* 14. *part.* 2. *cap.* 7. *urt.*
3. *pag.* 85. 86. 87. *Thomaſſin. tom.* 2. *lib.* 1. *cup.*
43. *n.* 8.

Idque multo magis locum ſibi viodicat, ſi in
55 conceſſione Juriſpatronatus a Pontifice favore lai-
corum expleta, adſit clauſula, quod non poſſit ei
derogari, niſi *Patronorum accedat conſenſus.* Quæ
circumſtantia tantæ eſt efficaciæ, ut illius tacitur-
nitas gratiam vitiet ex defectu intentionis Papæ,
Kochier. in hanc Regul. n. 13. *Rot. dec.* 372. *nu.* 4.
part. 17. *Rec. & dec.* 560. *num.* 19. *cor. hon. mem.
Luncette.*

Sed inſurgit difficultas, an Patronorum conſen-
56 ſenſus debeat eſſe expreſſus? Affirmative reſpondet
Viviun. de Jurepatren. libr. 14. *cap.* 2. *n.* 28. ubi
quod ſtante clauſula -- *dummodo accedat conſenſus
Patronerum*--, non ſufficit conſenſus tacitus indu-
ductus ex taciturnitate Patronorum toto tempore
Quadrimeſtris, quo gaudent ad præſentandum,
nam clauſula præfata inducit formam, quæ non
impletur per conſenſum tacitum, *Rot. dict. dec.*
866. §. *Abſque eo quod*, & clarius *dec.* 915. *n.* 20.
coram Molines.

57 Econtra vero, quod hujuſmodi collatio habeat
implicitum ſtatum validitatis, itaut ſi Patronus
illam ſciat, & taceat, firma, & valida rema-
neat, rectius exiſtimant *Card. de Luca de Jure-
patr. diſc.* 66. *num.* 6. *Kochier. iu hanc Regul. in
fine*, ubi io terminis Juriſpatronatus Regii, *Rot.
dec.* 186. *num.* 6. *part.* 6. *Recen.* confirmata *dec.*
213. *ead. part.* 6. *num.* 4. *& ſeqq.* & *num.* 7. ad-
vertitur, quod etiamſi per ſupradictam clauſulam--
dummodo uccedat conſenſus Patronorum-- neceſſa-
rius eſſet conſenſus expreſſus, adhuc tamen ex-
preſſus dicitur ille, qui reſultat ex lapſu tempo-
ris, quo poterant Patroni contradicere, & nihi-
lominus non reclamarunt. Sic videmus, quod
collatio ab Ordinario facta de Beneficio Juriſpa- 58
tronatus laicalis non eſt nulla ipſo jure, ſed vo-
lente Patrono, qui ſi intra quadrimeſtre non recla-
met, ſuſtinetur; & valida eſt, argumento *text. in
Cap. Quod ſicut*, *& Cap. Bona*, *& Cap. Eccleſia
il* 2. *de Elect. Gurc. de Beneſ. part.* 5. *cup.* 9. *nu.*
138. *& ſeqq. Vivian. de Jureputronut. lib.* 12. *cap.*
5. *nu.* 3. *&* 20. *Monet. de Commut. ultim. valunt.
cap.* 10. *n.* 365. *verſic. Fullit* 5. *& n.* 367. *Gonzal.
in Regulum* 8. *Gloſſ.* 56. *nu.* 79. *& ſeqq. Rot. dec.*
10. *numer.* 5. *&* 6. *de Jurepatron. in Antiq. & de-
ciſ.* 133. *num.* 2. *part.* 1. *cor. Verulle*, *& in Cre-
monen. Prupoſituræ* 20. *Januarii* 1684. §. *Etenim
quidquid ſit*, *& ſeqq. cor. Urſino*, confirmat. 23.
Februarii 1685. §. *Et quocunque titula*, *cor. Pau-
lutio.*

Quod ſi in Literis Apoſtolicis proviſionis Bene- 59
ficii de Jurepatronatus laicali, adſit clauſula -- *ac-
cedente conſenſu Patronorum*--, vel -- *quorum ad
id uccedit aſſenſus*--, eo caſu inquirendum non eſt
de conſenſu, quia jam præſumitur interceſſiſſe,
cum alias per Officiales Datariæ, vel Cancella-
riæ permiſſa non fuiſſet Literarum expeditio. In
hanc enim materia diſtinctio eſt, quod aut aliqua 60
ex dictis clauſulis eſt appoſita in Supplicatione,
& tunc eſt conditionalis, quatenus nempe acce-
dat Patronorum conſenſus; Aut adjecta legitur in
Literis expeditis, & ſtat cauſative, & intelligitur 61
hoc modo, quod ſcilicet acceſſit conſenſus illius,
qui eum præſtare tenebatur, dum ſine dicto con-
ſenſu Literæ expeditæ non fuiſſent, ut bene ob-
ſervant *Mart. de Clauſ. lib.* 1. *clauſ.* 3. *Vivian. de
Jureputr. part.* 2. *lib.* 13. *cap.* 8. *numer.* 122. *Ma-
reſcott. var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 1. *numer.* 137. *Rot.
dec.* 124. *lib.* 1. *coram capituquen. dec.* 20. *nu.* 4.
dec. 213. *n.* 1. *part.* 6. *dec.* 512. *num.* 12. *part.* 13.
dec. 112. *n.* 24. *&* 35. *part.* 16. *Recent. & in Fir-
manu Canonicatus* 24. *Martii* 1710. §. *Ceterum*,
corum Priolo. Fuitque reſolutum in Sacra Congre-
gatione Viſitationis Apoſtolicæ de anno 1686. in
Romana onerum inter Capitulum S. Petri Urbis,
& Parochum S. Blaſii, vulgo nuncupati *dellu
Pagnottu*, quæ reſolutio fuit poſtmodum pluries
confirmata.

Conſenſus vero Patronorum & præcedere, &
ſubſequi poteſt collationem Beneficii de Jurepa- 62
tronatus; neque enim neceſſarium eſt, quod poſt
Literas Apoſtolicas expeditas novus impetretur 63
conſenſus, ſi antea præſtitus fuit, ut Datariæ me
conſulenti, reſpondi anno 1709. Cum enim per
Decretum appoſitum in Pontificia collatione alte-
rius Beneficii incompatibilis, vacaſſet Canonica-
tus in Collegiata Eccleſia Opidi *Altidona Firman.*
Diœceſis de Jurepatronatus Communitatis ejuſ-
dem loci, ac duæ in Dataria pro illius proviſione
obtinenda exhibitæ fuiſſent Supplicationes, alte-
ra pro parte *Antonii Gaſparini* ab eadem Com-
munitate præſentati, & altera pro parte *Joſe-
phi Cantundi*, qui ejuſdem Communitatis conſen-
ſum reportare ſperabat, contendebat iſte, quod
relaxari non poterat Supplicatio *Gaſparini*, niſi
emiſſa prius obligatione expediendi Literas Apo-
ſtolicas cum clauſula -- *accedente novo conſenſu
Patronorum*--; ſed prætenſionem hanc inanem
eſſe dicebam; Præmiſſo enim principio, quod *ap-
poſitio manus* Papæ, ac Decretum adjici ſolitum
in proviſione Beneficiorum ob incompatibilitatem 64
vacantium, quod ſcilicet *nemo alius*, *præter Ponti-
ficem*,

ſicem, de eo diſponere poſſit &c. non inducit affe-
ctionem reſpectu Beneficiorum de Jurepatronatus
laicali, nec adimit Patronis facultatem præſentan-
di; nam ſi hoc non operatur reſervatio expreſſa,
quæ non comprehendit hujuſmodi generis Bene-
ficia, multo minus id operari valet reſervatio taci-
ta, quæ emergit ex appoſitione manus Pontificis.
*Garc. de Beneſ. part. 5. cap. 1. n. 592. il 1. Gonzal.
in Regul. 8. §. 52. nu 54. Mareſcott. var. libro 2.
cap. 94. n. 25. & 26. Rot. decif. 627. n. 9. cor. Pe-
na, & dec. 766. n. 6. coram Dunoz. jun.* Solum-
que Decretum præfatum operatur, quod inferior
65 Collator inſtituere non poſſit præſentatum ad Be-
neficium, quod ejus vigore vacaverat, ſed inſti-
tutio reportanda ſit a Pontifice, qui, cum uti non
ſoleat ea formula, qua utuntur Ordinarii, nem-
pe *præſentatum inſtituimus &c.* hinc providet de
conſenſu Patronorum, ad tramites hujus *Regulæ
XLII.*

Præmiſſo igitur dicto principio, quod Pontifex
per ſupradictum Decretum non intendit præju-
dicare Patronis, ſed eorum jura adhuc ſarta te-
cta præſervat, in neceſſarium emergit conſequens,
quod valida ſit præſentatio ab eis expleta, ante-
66 quam ſupplicatio ſignata, vel Literæ Apoſtolicæ
expeditæ fuerint. Non enim, ut mox dicemus,
Patronorum conſenſus requiritur in his terminis
pro validitate Proviſionis Apoſtolicæ Beneficii
67 Juriſpatronatus, ſed ſolum eorundem gratia, &
favore, unde, ſive conſenſus præfatus ſubſequa-
tur, ſive præcedat eandem proviſionem, ſemper
Patronorum indemnitati conſultum remanet, &
ſatisfactum fini Regulæ. Quinimo regulariter hu-
juſmodi conſenſus præcedere ſolet expeditionem
Literarum, cum nemo adeo ſegnis ſit, quod velit ſe
exponere earum expenſis ſub incertitudine, an Pa-
troni eſſent necne conſenſum præſtituri. Proinde-
68 que communis invaluit Doctorum opinio, quod
conſenſus Patroni laici in Apoſtolica Proviſione
Beneficii de Jurepatronatus requiſitus, eam &
præcedere, & ſubſequi poteſt, *Pariſ. de Reſignat.
lib. 8. quæſt. 10. num. 5. Lambertin. de Jurepatr.
lib. 2. part. 2. quæſt. 4. art. 11. ſub n. 4. verſic. Et
ſi hoc ſtante, Gomeſ. in Regul. de Impetrant. Be-
nefic. per obit. Famil. Cardinal. quæſt. 28. num. 1.
Piton. diſcept. 3. num. 3. & diſcept. 27. nu. 19. 22.
& 25. Rot. dec. 119. num. 9. part. 11. & dec. 239.
num. 16. & ſeqq. part. 16. Recent. & dec. 265. nu.
19. coram Duran. dec. 644. nu. 32. coram Dunoz.
69 Jun.* Exemplo conſenſus præſtandi a Cardinali
Patrono in proviſione Beneficii vacantis per obi-
tum ſui Familiaris vigore *Regulæ XXXII.* qua
licet diſponatur, *ut ipſius Cardinalis accedat aſ-
ſenſus*, nihilominus ſtylus eſt, quod Cardinales
Patroni præventive conſenſum præſtent, median-
tibus verbis illis, quibus propria manu ſcribunt a
tergo Supplicationis -- *Poterit ſignari, ſi Sanctiſ-
ſimo placuerit* --, abſque eo quod poſt expeditio-
nem Literarum Apoſtolicæ Beneficii proviſionis
novus ſit neceſſarius conſenſus, ut eſt notoria pra-
xis, de qua diximus in *Comment. in eandem Regul.
XXXII.*

70 Addebam, quod nunquam in praxi videram,
quod præſentati a Patronis, qui Proviſionem Apo-
ſtolicam obtinuerunt cum ſolita clauſula *de conſen-
ſu Patronorum*, adſtricti fuerint novum conſen-
ſum ab iiſdem poſt expeditas Literas reportare.
Et in caſu, de quo infra *n.* 144. revocata non fuit
in dubium a Congregatione Datariæ validitas præ-
ſentationis expletæ a Dominis de Carafis ante Pro-
viſionem Apoſtolicam Beneficiorum de eorum Ju-
repatronatus, quæ vacaverant juxta Decretum, aut
quod novus Patronorum conſenſus neceſſarius
fuiſſet.

Et ita reſolutum fuit a Congregatione Data- 71
riæ, quæ mandavit utramque Supplicationem re-
laxari, expeditiſque Literis Apoſtolicis, tam per
Gaſparinum cum clauſula -- *de conſenſu moderno-
rum Patronorum* -- quam a *Cantando* cum altera
*dummodo modernorum dictorum Canonicatus, &
Præbendæ Patronorum expreſſus accedat aſſenſus*,
cum placuiſſet præfato *Cantando* jura ſua in Rota
experiri, hinc, introducta Cauſa coram *Priolo*, re-
ſolutum fuit *Literas Apoſtolicas Gaſparini eſſe exe-
quendas*, ut ex decifione *in Firmana Canonicatus
24. Martii 1710. coram clar. mem. Card. Priolo*,
ubi firmatur Theorica, quod per conſenſum præ- 72
cedentem Patronorum, qui ceteroquin reſultat ex
eorum præſentatione, reportatum a Proviſo A-
poſtolico de Beneficio Juriſpatronatus laicalis, ſa-
tis ſuperque ſatisfactum ſit Regulæ, cum ex ſty-
lo Cancellariæ, & Datariæ attendatur conſenſus
præfatus, ſive præcedat, ſive ſubſequatur Provi-
ſionem Apoſtolicam ex Auctoritatibus ſupra *n.* 68.
laudatis, quarum nonnullæ etſi loquantur de con-
ſenſu Patronorum requiſito in Gratia Reſignatio-
nis Beneficii, vel in altera *pro præſentato* cum de-
rogatione medietati Vocum patronalium, nihilo-
minus multo magis locum ſibi vindicant, quan-
do Beneficium providetur a Sede Apoſtolica, ve- 73
luti vacans juxta *Decretum*, quo caſu conſenſus
ſolum requiritur in Gratiam Patronorum, non
pro validitate Gratiæ; ideoque & ſubſequi poteſt,
ut latius legitur in eadem Deciſione §. *Quarum
aſſertioni.*

Nec plauſum meruit motivum, quod Patrono-
rum conſenſus in Apoſtolica proviſione Beneficii 74
de Jurepatronatus, ſit pro forma a Regula requi-
ſitus, debeatque eſſe expreſſus, non tacitus, pro-
indeque ſuppletus dici non poteſt mediante præ-
ſentatione, quæ ante Proviſionem Apoſtolicam ex-
pleatur. Fuit enim reſponſum, quod, etiam ſi con-
ſenſus requiratur pro forma, nihilominus, cum
hæc ſit inducta ad effectum præſervandi jura Pa-
tronorum, poteſt adimpleri per æquipollens, &
adimpleta dicitur ex præſentatione, quæ antece-
denter fiat ad favorem Proviſi Apoſtolici, quæ ſine
præſentatio non tacitum, ſed expreſſum præfefert
Patronorum conſenſum, ut in dicta Deciſione §.
Cum etenim.

Pro coronide tandem advertendum eſt, quod
hæc Regula, dum in prima parte requirit conſen-
ſum Patronorum, intelligitur quando agitur de
Apoſtolica proviſione Beneficii Juriſpatronatus
laicalis. At, ubi ſuper eo imponenda eſt Penſio, 75
tunc ſufficit, quod Papæ innoteſcat, Beneficium
eſſe dicto Juripatronatus obnoxium, ad effectum
ut de valida Penſionis impoſitione ambigi non
poſſit, etſi nullus intercedat Patronorum conſen-
ſus, *Rot. decif 186. num. 3. & 4. part. 6. Recent.*
confirmata *decif. 213. num. 10. & 19. ead. part. 6.*
& plenius dicemus in *Commentar. in Regulam
XLV. §. II.*

Hactenus de *prima* parte Regulæ. In *ſecunda*
vero diſponitur, quod ſi per Papam Juripatrona- 76
tus laicali derogari contingat, Juriſpatronatus hu-
juſmodi mentio diſpoſitive, ac ſpecifice, & de-
terminate, non autem conditionaliter fiat, ſi il-
lud ad aliquem Regem, Ducem, Marchionem,
vel alium Principem pertineat; Et ſi de hoc in
Literis Proviſionis, vel Mandato de providendo de
dicto Beneficio ſimilis mentio facta non fuerit, non
cenſeatur quomodolibet derogatum. Hæc ſane
Regula quoad derogationem Juripatronatus laicali 77
non

Digitized by Google

non eſt recepta in Gallia, *Rebuff. in Prax. Beneficial. part. 3. Signatur. verb. Nec non Juriſpatronatus num. 12. & 36. & in Tractat. de Nominat. quæſt. 15. numer. 2. Gregor. Tholoſan. de Benefic. cap. 40. num. 27. Paſtor. de Benefic. lib. 1. tit. 19. nu. 27. Peleus in Commentar. Analytic. in Regul. Cancellar. cap. 37. §. In hoc Regno, Tondut. Reſolut. Benefic. part. 1. cap. 28. num. 3. & 4. verſ. Verum.*

Plura autem ex hac ſecunda Regulæ parte colliguntur. Primum, quod licet Pontifices pro
78 ſumma, qua pollent in Beneficialibus poteſtate, poſſint de Beneficiis Juriſpatronatus laicorum, invitis etiam & reluctantibus Patronis, libere diſponere, juxta famigeratam *Gloſſ. in Clement. 2. verb. Apoſtolici, de Præbend. Mandoſ. conſil. 7. numer. 5. & ſeqq. Fraſſ. de Patronat. Reg. Indiar. lib. 1. cap. 3. numer. 39. Borell. de Præſtant. Reg. Catholic. cap. 52. numer. 8. Bauny de Benefic. diſput. 5. quæſt. 4. in princip.* cum aliis penes *Rot. deciſ. 542. num. 4. coram Molines, & in Firmana Canonicatus 24. Martii 1710. §. In hac, cor. clar. mem. Card. Priolo, & in Imolen. Beneficii 14. Junii 1720. §. Quod vero, cor. bo. me. Marymon.*

79 Nihilominus hac poteſtate fere nunquam utuntur citra magnam, & urgentem neceſſitatem, ut ait *Nicolarts in Concordat. German. dub. 5. §. 12. tit. 1.* Quod ſi Juripatronatus laicali derogare Pontifici placeat, derogatio debet eſſe expreſſa,
80 & non ſubintellecta, ut, quidquid in contrarium tradant *Pariſ. conſil. 47. num. 28. lib. 14. Amayden. de Styl. Dataria lib. 1. cap. 15. §. 15. n. 97.* exiſtimantes ſufficere, quod Papa certam habeat ſcientiam Juriſpatronatus laicalis, etiam ſi expreſſe non deroget, communiter firmant *Kobier in hanc Regul. n. 17. & 22. Mandoſ. dict. conſil. 7. num. 8. Vivian. de Jurepatron. part. 3. lib. 14. cap. 2. n. 6. Bauny dict. diſputat. 5. quæſt. 6. verſic. Dico, Fraſſ. de Jurepatron. Reg. lib. 1. cap. 3. n. 39. Salzed. de Lege Politic. lib. 2. cap. 13. num. 28. & ſeqq. Card. de Luc. Jurepatron. diſcurſ. 66. nu. 2. & 3. Noguerol. allegat. 28. num. 36. Capyc. Latr. conſultat. 153. a n. 41.* cum aliis per *Rot. deciſ. 542. n. 16. coram Molines, & in dicta Imolen. Beneficii § Indeque.*

Ad differentiam Juriſpatronatus Eccleſiaſtici,
81 de quo non eſt opus, quod Pontifex ſpecialem faciat mentionem, nec quod expreſſe ei deroget, ſed ſola Pontificia Collatio ſpecialem præſefert derogationem, cum hujuſmodi generis Beneficia Pontifex provideat jure ſuo independenter a Patronis, *Felin. in Tractat. Quando Liter. Apoſtolic. noceant Patronis Eccleſ. poſt tertiam part. Comment. in Decretal. num. 12. verſic. limita 3. Rebuff. in Prax. Beneficial. Tit. Tertia pars ſignatur. verb. Nec non Juriſpatronatus num. 6. Card. de Luca de Jurepatron. diſc. 65. num. 18. & diſcurſ. 66. num. 1. Pariſ. de Reſignat. lib. 2. quæſt. 4. nu. 38. Rot. deciſ. 183. n. 2. coram Molines, & in Romana Beneficii 2. Julii 1698. §. Nec minus, coram Muto.*

82 Colligitur ſecundo, quod ſi Juſpatronatus pertineat ad *Reges, Duces, Marchiones*, vel alios principes, fieri debeat de hujuſmodi Perſonis ſpecifica mentio, ac ſpecifice Juripatronatus derogari; Rationem aſſignat *Felin. in dict. Tract. Quando Literæ Apoſtolicæ noceant Patronis nu. 8. verſic. Et ratio*, his verbis -- *Et ratio poteſt eſſe, quod licet difficile derogetur laicis, tamen multo difficilius derogatur talibus* (ideſt Juripatronatus Regum, Ducum, Marchionum, aut aliorum Principum) *quia Derogatio facta eis tanto periculoſior eſt Eccleſiæ, quanto opulentiores ſunt dotationes, quæ communiter fiunt a talibus. Et de talibus major mentio requiritur, cum ſæpe excipiuntur a generalibus regulis, juxta Cap. De multa in fine ibi, circa ſublimes de Præbend. & Extravagant. Execrabilis verſic. Nos itaque, ibi, ac Regum filiis, qui propter ſublimitatem eorum* -- & tradunt communiter *Lambertin. de Jurepatron. lib. 2. part. 3. quæſt. 9. art. 11. Sylva de Benefic. part. 3. quæſt. 11. numer. 54. Salzed. de Leg. Politic. lib. 2. cap. 13. num. 38. Borell. de Præſtant. Reg. Catholic. cap. 52. num. 12. Cabed. de Patron. Reg. Coron. cap. 35. num. 7. Fraſſ. de Reg. Patron. lib. 1. cap. 3. num. 45.* cum pluribus apud *Barboſ. in Cap. Dilectus num. 34. de Præbend. & Dignitat. Lotter. de Re Benefic. lib. 2. quæſt. 4. n. 85. Capyc. Latr. conſultat. 153. a n. 46. Reverter. deciſ. 272. n. 2.* ibique *de Marinis*, cum aliis per *Rot. in Colonien. Præpoſitura 1. Decembris 1727. §. 7. & ſeqq. coram Reverendiſſimo Calcagnino.*

Quin imo nec ſufficit, ſi Papa derogando di-
cat, *non obſtante, quod Juſpatronatus ſit laico-* 83
rum, etiam Nobilium, & Illuſtrium; Valet enim conſequentia eſt *Dux, Marchio &c.* ergo eſt Nobilis, vel Illuſtris, ſed non e contra, eſt nobilis, & illuſtris, ergo eſt *Dux*, vel *Marchio*, ut quidquid in contrarium ſentire videatur *Lotter. de Re Benefic. lib. 2. quæſt. 10. num. 88.* quod nempe verbum *Illuſtres* trahi poſſit ad *Reges, Duces, Marchiones*, & alios Principes expreſſos in Regula, late firmat *Mandoſ. dict. conſil. 7. n. 9. & ſeqq.* ubi alias ponderat rationes, & poſt *Felin. loc. cit. Chaſſan. in Catalog. Glor. Mundi part. 8. conſider. 46. Campanil. diverſ. Jur. Canon. rubr. 11. cap. 13. n. 503. Mart. Vot. Fiſan. 193. nu. 4. & conſil. 28. nu. 49.* In hac enim materia quæſtio eſt voluntatis, non poteſtatis, non enim Regula dicit, quod non derogetur Juripatronatus *Regum, Ducum &c.* ſed duntaxat requirit, ut de illis fiat expreſſa mentio, & quidem clare, exprimendo, quod Juſpatronatus ſpectet ad *Regem, Ducem, Marchionem &c.* ad effectum, ut Papa, libere diſponendo de Beneficio Juriſpatronatus, certo ſciat, cui præjudicet, quod non verificatur, dum ſolum fit expreſſio Perſonarum *Illuſtrium*, & *Nobilium*, *Mandoſ. de Signatur. Grat. tit. de Derogat. Juriſpatr. in fine, Creſcent. deciſ. 3. n. 2. Jurepatr.* quos refert, & ſequitur *Auctor* Diſcurſus -- *cui titulus -- Defenſio Jurium Sedis Apoſtolicæ pro Ducatu Ferrariæ -- pag. mihi 65. Salzed. de Lege Polit. lib. 2. cap. 13. n. 37. Borrell. de Præſtant. Reg. Catholic. cap. 52. n. 12. Fraſſ. dict. cap. 3. nu. 45.*
Et quod ſpectante Jurepatronatus ad *Regem, Du-* 84
cem &c. non ſufficiat illi derogare cum clauſula, *etiamſi ad Perſonam cujuſcumque qualitatis exiſtat*, pertineat, quia ea, quæ ſpeciali mentione digna ſunt, niſi notentur, omiſſa intelliguntur, tradit *Joann. Nicolai de Jurepatron. n. 229. inter Tract. diverſ. de Jurepatr.*

Quemadmodum ſi Juſpatronatus ſpectat ad *Re-*
gem, non ſufficit pro valida illius derogatione ex- 85
preſſio, quod ſit *Ducis, vel Marchionis*, quia ſub nomine Patronatus Ducis, vel Marchionis, non venit Juſpatronatus Regis, quod expreſſam, ac ſpecificam requirit mentionem, *Azor. Inſtitut. moral. tom. 2. lib. 6. cap. 23. quæſtion. 3.* & poſt eum *Salzed. dict. cap. 13. n. 38. verſic. Et licet, Cortiad. dec. 253. n. 49. & 50.*

Tertio demum ex poſtremis illis verbis Regulæ
non cenſeatur quomodolibet derogatum, inducitur 86

ſimulitas

nullitas actus, nec ſuſtinetur proviſio Beneficii Ju-
riſpatronatus *Regum*, *Ducum*, *Marchionum &c.*
etiam ſi per æquipollens eidem Juripatronatus de-
rogatum prætendatur, cum verba præfata omnem
alium derogandi modum, præter claram expreſſio-
nem qualitatis Juriſpatronatus, eique expreſſam
derogationem, excludat, *Mandoſ. conſil. 7. nu. 12.
verſic. Inſuper per Regulam.*

87 Sed elegans occurrit quæſtio, an appellatione
Ducum, *Marchionum*, aliorumque *Principum*, de
quibus fit mentio in Regula, veniant tantummodo
Duces, *Marchiones*, aliique *Principes* ſuprema
Imperii jura habentes, & Superiorem in eo-
rum feudis non recognoſcentes; vel etiam alii
inferiores feuda poſſidentes cum Titulo Ducatus,
Marchionatus &c. & cum Juriſdictione in Vaſſal-
los?

Mandoſius pro veritate conſultus ad inſtan-
tiam Marchionis *Terlitii*, an facta derogatione
Juripatronatus ad ipſum ſpectantis ſub verbis *ſi
laicorum, etiam nobilium, & illuſtrium &c. exiſtat*,
cenſeretur eidem Juripatronatus inducta ſufficiens
derogatio, propter omiſſam ſpecificam mentio-
nem pertinentiæ ad ipſum *Terlitii* Marchionem?
88 Reſpondit *Negative*, principaliter innixus diſpo-
ſitioni Regulæ, quod ubi per Papam Juripatro-
natus derogari contingat, ſi jus præfatum ad ali-
quem *Ducem*, *Marchionem*, vel alium *Principem*
pertineat, & de hoc in Literis proviſionis Benefi-
cii, vel mandati de providendo ſimilis mentio facta
non fuerit, non cenſeatur juri hujuſmodi fore quo-
modolibet derogatum, ut late in ejus *conſil. 7. a n. 8.
uſque ad finem.*

89 Sequitur *Marta* inter *Deciſ. Piſan. Vol. 193.* ubi
probat, quod Juſpatronatus Regium translatum in
Marchionem, etiam ſi Regium nomen amittat, ad-
huc comprehenſum dici debeat ſub cenſura Regu-
90 læ, *quia* (ſunt illius verba *n. 4.*) *appellatione Du-
cis, & Marchionis in ſtricta ſignificatione, & pro-
pria omnes veniunt, qui a ſupremo Principe ea Di-
gnitate decorati ſunt, qualeſcumque fuerint Cap. 1.
& ibi gloſſ. &c. Cum igitur in dicta Regula ſimplici-
ter de Ducibus, & Marchionibus fiat mentio, eſt
intelligenda, etiam de iis, qui Superiorem recognoſ-
cunt, præſertim cum ſint pauciſſimi, qui dictis Titu-
lis ſunt decorati, & Superiorem nullum recognoſ-
cunt, & in mea Tractat. de Recognit. part. 1. oſtendi
nullos eſſe hujuſmodi Principes, qui Papam, vel Im-
peratorem non recognoſcant? Quamobrem, dum in
Regula ſubjungitur de Principibus, eodem modo in-
telligenda eſt de quibuſcumque, etiamſi ſubſint alteri
Principi.*

Plures vero pro hujuſmodi Sententia perpendi
poſſunt rationes. Primo, quia Regula generaliter
91 loquitur de *Ducibus*, *Marchionibus*, aliiſque *Prin-
cipibus*, nec diſtinguit inter *Duces*, *Marchiones*,
aliosque *Principes* habentes jura Imperii, Superio-
remque non recognoſcentes, & illos, qui hujuſmo-
di juribus non fruuntur, & Superiorem in eorum
Feudis recognoſcunt; ergo generaliter de omnibus
92 eſt intelligenda. Ubi enim lex non diſtinguit, nec
Nos diſtinguere debemus ad regulam *Text. in leg.
Non diſtinguemus ff. de Recept. Arbitr. leg. Præſes
ff. de Offic. Præſid.*

Hinc eadem ratione receptum eſt, quod *Ex-
93 travag. Ad regimen, de Præbend.* quæ generali-
ter Apoſtolicæ Sedis diſpoſitioni reſervat Beneficia
Prothonotariorum, Abbreviatorum, Rectorum
Civitatum Provinciæ Romanæ, & Officialium,
complectitur, tam Prothonotarios participantes,
& Ordinis inferioris creatos a Papa, Legatis,
Nunciis Apoſtolicis, & Epiſcopis aſſiſtentibus:
Abbreviatores pariter nedum de *Parco Majori*,
ſed illos etiam, qui dicuntur de *Parco Minori*,
quamvis ſint inferioris Ordinis; nec non tam
Præſides Provinciarum, quam Gubernatores Ci-
vitatum ejuſdem Provinciæ, quamvis ſubſint Car-
dinali Legato; & demum omnes, & quoſcumque
Officiales, tam majores, quam minores, ut late
oſtendimus in *Commentar. in Regulam I. §. IV. a n.
148. & 231.*

Similiter *Clementina in Cap. Præſenti, de Bap-
tiſmo* prohibens, ne Baptiſmi Sacramentum Infan- 94
tibus miniſtrari poſſit in Aulis, Cameris, aut
aliis privatis Domibus, ſed dumtaxat in Eccle-
ſiis, in quibus ſunt ad hoc Fontes ſpecialiter de-
ſtinati, dum excipit filios *Regum*, *vel Principum*,
ſub nomine *Principum* comprehendit etiam Feu-
datarios, & Principes inferiores, Juriſdictionem
in ſuis Feudis habentes, ut tradunt *Barboſ. in
dict. Clement. ſub num. 4. & de Paroch. cap. 18.
num. 40. in fine*, *Pax Jord. variar. lucubrat. tom.
1. lib. 3. tit. 1. num. 14. & ſeqq. Gobat. Theolog.
moral. tractat. 2. num. 492.* ubi quod in Diœceſi
Conſtantienſi extra Eccleſiam, & in propriis Do-
mibus baptizantur filii Nobilium Juriſdictione
præditorum, *Quintanadvenas Singular. de Bap-
tiſm. ſingular. 21. num. 4.* ubi quod hoc Privi-
legio frui debent filii *Ducum*, *Marchionum*, *Ca-
mitum, e de otros Señores de titulo con Dominio
ſuperior, y Vaſſallos*, vel eorum, qui ratione ali-
cujus Muneris præcellenti honore, aut prieroga-
tiva potiuntur, ut *Pro Reges*, *Oratores Regum
&c.* late *Ricc. variar. Reſolut. reſolut. 427. per
tot.* juxta primam *impreſſionem*, ubi probat Prin-
cipes, & Magnates Regni Neapolitani compre-
hendi ſub exceptione *Clement. unic. de Baptiſm.*
quod etiam demonſtrat *Capon. tom. 5. diſcept. 330.
num. 3.*

Concilium pariter Tridentinum in illis caſibus, 95
in quibus ſimpliciter, & in genere loquitur de Præ-
latis, de omnibus Prælatis tam majoribus, quam
minoribus intelligi debet, ut late probat *Mandoſ.
conſ. 7. præſertim n. 20.* Et in fortioribus terminis,
licet idem Concilium *Seſſ. 24. cap. 5. de Matrimon.* 96
mandet non eſſe in *ſecundo gradu* diſpenſandum,
niſi inter *magnos Principes*, nihilominus *magnorum
Principum* nomine ad effectum obtinendæ diſpen-
ſationis præfatæ, venire etiam Titulares, feuda
cum Juriſdictione poſſidentes, tradunt *Sanchez de
Matrimon. lib. 8. cap. 29. n. 2. Riccius deciſ. Cur.
Archiepiſcop. part. 3. quæſtion. 9. deciſ. 4. Zerol. in
Prax. part. 1. verb. Diſpenſatio §. 2. Abbas Juſti-
nianus Epiſtol. part. 2. epiſtol. 93. pag. 461.* & co-
hærenter ad praxim Datariæ, *Pignatell. conſult.
106. n. 1. tom. 8.*

Secundo, quia Regula in eo, quod diſponit 97
circa ſpecificam, & determinatam mentionem fa-
ciendam de Jurepatronatus ſpectante ad *Marchio-
nes*, *Duces &c.* favorabilis eſt. Cum enim Bene-
ficia Juriſpatronatus laicorum ſint exemta a qua-
cumque reſervatione, etiam ab illa majori, & po-
tentiori clauſa in corpore juris, de qua in *Cap.* 98
Licet, *& Cap. Præſenti, de Præbend. in 6.* ut la-
te diximus in *Comment. in Regul. I. §. I.* qua
ratione derogationes, quæ fiunt Juripatronatus in
totum, eſſe odioſas, & exorbitantes, cenſent 99
Mandoſ. conſ. 7. nu. 17. in fine, *Pariſ. de Reſigna-
tion. lib. 2. quæſt. 42. ex num. 42. Roſ. de Exequu-
tor. Liter. Apoſtolic. part. 1. cap. 4. §. 2. nu. 134.
Rot. deciſ. 83. n. 10. coram Anſaldo*, ſequitur exin-
de, quod diſpoſitio Regulæ, quæ reſtringit, & mo-
dificat hujuſmodi derogationes, decernendo, quod
non cenſeatur derogatum Juripatronatus *Regum*,
Ducum,

Ducum, *Marchionum &c.* niſi eorum fiat expreſ-
ſa mentio, reputanda ſit favorabilis, prout talis
100 reputatur quæcumque reſtrictio diſpoſitionis exor-
bitantis, *Gloſſ. in Cap. Statutum verb. Nume-
randum circa med. de Præbend.* ibique communi-
ter ſcribentes, *Mandoſ. in Regul. 52. quæſt. 4.
numer. 9.* Proindeque, ſi Regula favorabiſis eſt,
101 convenit, ut latam, amplamque recipiat inter-
pretationem, comprehendatque etiam Juſpatrona-
tus *Ducum*, & *Marchionum*, qui Feuda poſſi-
deant, & Juriſdictionem in eis exerceant, licet
alto, ſupremoque Dominio ſint deſtituti, ad *Text.
in Cap. Quidam. ff. de Liber. & Poſthum. Cap. O-
dia, de Reg. Jur. in 6. Barboſ. Tract. var. Axiom.
96. n. 4.*

Potiſſimum, quia & ipſis applicatur ratio Regu-
102 læ. Non alio enim intuitu Pontifex in ea mandat,
quod fieri debeat expreſſa mentio Juriſpatronatus
ad *Reges*, *Duces &c.* niſi ad effectum, ut ſcire va-
leat, quibus Perſonis præjudicium inferre debeat
per derogationem Juriſpatronatus; Semper enim
difficilius Pontifices præjudicare ſolent Perſonis il-
luſtribus, quam privatis, *Kochier in hanc Regu-
lam n. 16. in fine.* Ratio autem iſta æque militat in
Principibus ſupremis, ac reſpectu aliorum Feuda
cum titulo *Marchionatus*, *Ducatus &c.* poſſiden-
tium, ac juriſdictionem in eis exercentium, cum &
ipſi vere, & proprie ſint Perſonæ illuſtres, *Mandoſ.
dict. conſil. 7. n. 10.*

Tertio urget factum nonnullorum Pontificum,
qui ob ipſis expreſſam pertinentiam Juriſpatrona-
tus ad *Duces*, *Marchiones*, alioſque *Principes* in-
feriores, Superiorem recognoſcentes, quandoque
103 ſe abſtinuerunt a derogando eidem Jurepatrona-
tus. Sic vacante de anno 1622. Abbatia *SS.
Benedicti*, & *Mauri de Puteo* Marſican. de Ju-
repatronatus *Comitis Celani* per obitum illius poſ-
ſeſſoris *apud Sedem*, ſan. mem. Gregorius XV.
Juripatronatus derogare noluit, ſed Abbatiam
præfatam contulit *Rogerio Bracciolini* de conſen-
ſu præfati Comitis, ut ex Literis Apoſtolicis
apud *Sanctum Petrum* 1622. *pridie Idus Martii
Pontificatus anno Tertio*; Sic etiam vacante Mo-
naſterio *S. Mariæ Pedalis Cephaluden.* de Jurepa-
tronatus *Ferdinandi de Aragonia*, & *Moncada*
Principis *Patermonis*, & Ducis *Montalti* per obi-
tum apud Sedem; *San. mem. Clemens XI.* illud
contulit Joſepho *Giojevi* ad præſentationem ejuſ-
dem *Ferdinandi*, & pariter abſtinuit a derogatione
Juriſpatronatus, ut ex Literis Apoſtolicis apud *S.
Mariam Majorem* 1713. *ſeptima Idus Auguſti Pon-
tificatus anno XIII.* De quibus exemplis memini-
mus in *Commentar. in Regulam I. §. I. n. 344.* Si
igitur Pontifices notitiam de pertinentia Juriſpa-
tronatus ad Principes inferiores, & Feudatarios,
quandoque ſe abſtinent ab eis derogando in caſibus
illis, in quibus privatorum Juripatronatus ſemper
derogare conſueverunt, prout eſt caſus vacationis
Beneficii apud Sedem, palam ex hoc emergit,
quod *Regula XLII.* dum mandat expreſſionem
pertinentiæ Patronalis ad *Duces*, *Marchiones &c.*
intelligenda veniat de illis etiam *Ducibus*, *Mar-
chionibus &c.* qui habent feuda cum titulo *Du-
catus*, *Marchionatus &c.* etſi jura ſuprema Im-
104 perii non habeant; Non enim dari poteſt melior
Regulæ interpretatio, quam ea, quæ reſultat ex
facto ipſiuſmet Papæ, Regulæ conditoris, ad *Text.
in leg. licet Imperator 77. ff. de legatis prima,
leg. Cum proponebatur 66. ff. de legat. 2. Alex.
conſil. 82. nu. 5. Rot. dec. 660. num. 9. coram clar.
mem. Card. Caprara, & deciſ. 898. n. 5. cor. Eme-
rix Jun.*

Nec obſtat, quod Regula Feudatarios æquiparet 105
Regibus, dum poſt factam *Regum* mentionem, ſta-
tim ſubjungit *Ducem*, *Marchionem*, *vel alium
Principem.* Quæ dictio *Alium* ſimilitudinem deno-
tat, panditque mentem Pontificis, quod non de
aliis *Ducibus*, *Marchionibus*, & *Principibus* intel-
ligere voluerit, quam de illis, qui ob ſuprema ju-
ra, quibus pollent, a Regibus quidem, niſi in Re-
gali Majeſtate, qua carent, non differunt. Duplici
namque modo reſpondetur. Primo, quia dictio
illa ſimilitudinaria, *vel alium Principem*, legitur 106
immediate adjecta verbis illis *Ducem*, *Marchio-
nem*, proptereaque, ſi aliquam importare debet ſi-
militudinem, hanc præfefert quoad iſtos, qui ſunt
proximiores, non reſpectu verbi *Regem*, quod eſt
remotius, cum relatio non fiat, niſi ad proximiora 107
*leg. Si iidem ff. de Juriſd. omn. Judic. Cravett. con-
ſil. 147. n. 8. Rot. deciſ. 646. n. 5. coram Molines,
deciſ. 535. n. 4. & deciſ. 1151. n. 2. coram Emerix
junior.*

Secundo, quia etiamſi verba illa, *& aliorum
Principum*, præleferrent ſimilitudinem cum *Rege*
antea expreſſo, nihilominus ſufficit, quod ſimilitu- 108
do hæc verificetur, ſive in genere, ſive in ſpecie
*Gloſſ. in leg. Non ſolum §. Quæritur ff. de Procur.
Bart. in leg. Pater filium n. 5. ff. de legat. 3. Afflict.
dec. 294. n. 4. Rot. dec. 296. nu. 4. part. 2. coram
Verall.* Duces autem, *Marchiones*, aliique Princi-
pes de Feudis inveſtiti, ſed jura Imperii non ha-
bentes, adhuc conveniunt tum in genere tum in
ſpecie cum Principibus ſupremis, quia magis, &
minus non variant ſpeciem *leg. final. ff. de fid.
Inſtrument.* Exemplo Officialium exercentium Ju- 109
riſdictionem in pluribus locis, qui ſunt quidem
Officiales majores aliis eam exercentibus in pau-
cioribus, ſed non ſunt plus Officiales, quam iſti, ut 110
inquit *Lap. alleg. 133. n. 3. in fin. Mandoſ. in Reg.
22. quæſt. 12. num. 15.* Nec non exemplo Scaphæ,
Navis, quæ, licet parva, adhuc Navis eſt, & a
magnis Navibus non differt genere, ſed medio- 111
critate. Quod exemplum ad effectum familiari-
tatis *Cubiculariorum honoris* adducit *Rot. deciſ.
1059. cor. Coccin. Mandoſ. in Regul. 22. quæſt. 12.
num. 14.*

Minuſque officit, quod *Duces*, *Marchiones*,
aliique *Principes* inferiores, non dicuntur tales 112
niſi improprie, & abuſive, juxta firmata per
Card. de Luc. de Penſ. diſcurſ. 48. nu. 11. & ſeqq.
Nam quidquid laudatiſſimus hic Auctor ad alium
effectum ſcripſerit, diſtinctio eſt, quod aut agi-
tur de illis *Ducibus*, & *Marchionibus*, qui non
habent, niſi nudum titulum abſque Feudo, & quo-
rum infinitus eſt numerus, & verum eſt, quod
iſti non dicuntur tales, niſi improprie, & abuſi-
ve; Aut agitur de *Ducibus*, & *Marchionibus*,
qui ſunt de Feudis a ſupremo Principe inveſtiti, 113
cum mero, & mixto Imperio, & iſti ſunt vere,
& proprie tales, ut ſtatuitur in *lib. 2. de Feudis
tit. Quis dicatur Dux, Marchio, Comes &c. cap.
1.* ibi -- *Qui a Principe de Ducatu aliquo inveſtitus
eſt, Dux ſolita more vocatur, qui vero de Mar-
chia, Marchio dicitur &c. qui vero de aliqua Co-
mitatu inveſtitus eſt, Comes appellatur*, & tradunt
*Bald. in d. cap. 1. numer. 2. tit. Quis dicatur Dux,
Marchio, Comes &c. de Feudis*, ibi -- *Nota, quod
proprie ille dicitur Comes, qui eſt inveſtitus de Co-
mitatu, alii vero ſine Comitatu dicuntur Comites
abuſive -- Felin. in Cap. Rodulphus verb. Comites
num. 19. extra de Reſcript. Jaſon. in leg. Id quod
n. 25. verſic. Secundo facit column. final. ff. de le-
gat. 1. Pacion. de Probationibus lib. 2. cap. 36. nu.
2. & 3.*

Sed

114 Sed contrariam Sententiam, quod nempe Re-
gulam intelligi debeat de *Ducibus*, *Marchionibus*,
& *Principibus Magnis*, jura Imperii in ſuis Do-
miniis habentibus, ſequi videntur *Sot. in hanc Re-
gul. qua in ordine ad ipſum eſt 40. verſic. Circa
Tertium*, *Quæſad. ibidem verbo Regem, Ducem
&c. Wagnarec in Jus Canon. lib. 3. tit. 5. ad Regul.
42. pag. 525. Pitau. tom. 4. diſcept. 160. n. 69. &
71. & de Controverſ. Patron. allegat. 19. num. 18.
Card. de Luc. de Jurepatr. diſcurſ. 2. num. 2. Ro-
ta in Colonien. Præpoſituræ 1. Decembris 1727. §.
Nec enim ſatis, coram Reverendiſſ. Calcagnino.*
Et hanc Sententiam magis conſonam cenſeo tum
proprietati verborum, quibus concepta eſt Regu-
la, tum eorum contextui, tum demum rationi
animativæ ejuſdem Regulæ. Et quidem inſpecta
verborum proprietate, nomen *Ducis*, *Marchio-
nis*, & *Principis*, proprie non competit, niſi il-
115 lis, qui ſunt tales per veritatem, iis nempe, qui
excepto alto, clariſſimoque dominio, exceptaque
majori ſuperioritate, vulgo *Sovranità*, non re-
cognoſcunt Superiorem, ac habent jura Imperii,
& Regalia majora, etiam illa condendæ legis,
Monetam cudendi, Vectigalia imponendi &c.
Iſtis enim merito convenit nomen Principis, ex
quo in culmine Dignitatis exiſtunt, & Superiorem
non recognoſcunt, *Card. de Luc. in Libro cui ti-
tulus* il Principe prattico *cap. 47. n. 6. de Penſion.
diſcurſ. 48. num. 11. de Jurepatronat. diſcurſ. 2. n.
20. & in adnot. ad Concil. Trident. diſc. 11. n. 15.
& de Praeminent. diſcurſ. 26. numer. 26.* ubi in
Italia exemplificat in Ducibus *Mediolani*, *Muti-
næ*, *Regii*, *Parmæ*, *Senarum*, ac erant Duces
Ferrariæ & *Urbini*. Duces vero, Marchiones,
116 aliique Principes inferiores, qui potius dicuntur
Subfeudatarii, ſine ſubſtantiali, non ſunt vere,
& proprii tales, ſed ſolum improprie, & abuſive,
cum non habeant, niſi quandam Dignitatis ima-
ginem, & figuram, & Juriſdictione non gaudent,
niſi omnino ſubordinata alteri ſupremo Principi,
proindeque in ſola nuncupatione ſunt *Duces*, *Mar-
chiones &c. Afflict. in cap. 1. n. 6. tit. quis dicatur
Dux*, *Caleſat. in Tractat. de Equit. Dignit. num.
115. Pacian. de Probat. lib. 2. cap. 34. nu. 11. A
Pont. de Poteſt. Proreg. tit. de Elect. Official. §. 8.
n. 19. & ſeqq.*

Hinc ea, quæ in legibus, & Pontificiis Conſti-
tutionibus diſpoſita leguntur circa Principes, &
Duces, non aliis adaptantur, quam illis, qui per
veritatem habent jura Imperii, & Regalia. Sic
117 *Clementin. unic. de Baptiſm.* quæ Baptiſmatis Sa-
cramentum prohibet miniſtrari in privatis Domi-
bus, & Cameris, niſi filiis Regum, vel Princi-
pum, horum nomine non intellexit, niſi Princi-
pes potentes, qui Regibus æquiparentur, juxta
veriorem Sententiam, quam poſt *Gloſſ. in dict.
Clement.* tuetur *Zabarell. ibidem numer.* 8. ubi
exemplificat in *Duce Brabantiæ*, *Brittaniæ*, & *Co-
mite Flandriæ*, & *Hollandiæ*, *Vualin. num. 43. &
ſeqq.* ubi quod ſub illius diſpoſitione comprehen-
ditur *Dux Sabaudiæ*, & *Flandriæ*, *Marchio Mora-
viæ*, & *Brandeburgi*, non autem Comes *Inſula-
nus*, ſeu *Fundorum*, *Ancaran. num.* 4. ubi quod
intelligitur de notabili Potentatu, merito æquipa-
rando Regiæ Dignitati, & exemplificat in *Comi-
te Flandriæ*, *Duce Brittaniæ*, vel *Duce Venetia-
rum*, *Lotter: de Re Beneficiar. lib. 1. quæſt. 11. n.
73. Clericat. Erotemat. Eccleſiaſt. cap. 115. num.*
44. ubi quod appellatione Principum in terminis
Clem. unic. de Baptiſm. veniunt tantummodo illi,
qui ſupremi ſunt in Principatu, vel auctoritate,
ut *Manarcha*, vel Dignitate, ut *Duces Reipublicæ
Venetæ*, & allegat *Dian. part. 9. tractat. 6. reſo-
lut.* 38. Et huic Sententiæ adhæſit Rituale Ro- 118
manum ſub *Paulo V.* editum *tit. de Tempor. &
loc. adminiſtr. Baptiſm.* dum ita diſponit -- *Neceſ-
ſitate excepta, in privatis locis non baptizentur, niſi
Regum, aut Magnorum Principum filii* --: Quod &
poſtea ſancivit Synodus Diœceſana *Toletan. ſub
clar. mem. Card. Portocarrero Archiepiſcopo*, im-
preſſa *anno* 1682. *pag. mihi* 54. ubi ſtatuitur, ne
adminiſtretur Sacramentum Baptiſmi in privatis
domibus, ſalvo *ſi fuere Perſona Real ex prærogati-
va de ſu Dignidad.* & in margine citatur *Clement.
unic. de Baptiſm. & Rituale Romanum.*

Similiter Concilium *Tridentinum ſeſſ. 25. cap.*
9. dum revocat Juſpatronatus ex Privilegio, ex- 119
cipit Reges, alioſque ſublimes, & ſupremos Prin-
cipes jura Imperii habentes, non autem Feudata-
rios inferiores, quamvis Regalia etiam majora
habentes *Card. de Luc. ad Concil. diſc. 11. num.*
5. Unde DD. merito Conciliarem hanc excep-
tionem pariſicant cum alia, quæ fit in hac Regu- 120
la XLII. *Quæſad. ibidem verb. Regem, Ducem,
Marchionem, vel alium Principem*, ibi -- *Similis
exceptio fuit facta in Concilio Tridentino dict. cap.
9. ſeſſ. 25. Piton. diſcept. 160. num.* 6. ubi, quod
juxta diſpoſitionem Concilii, & Regulam Can-
cellariæ in hac materia Juriſpatronatus circa præ-
rogativam Perſonæ æquiparantur *Reges*, *Duces*,
& alii *Principes* in ſuis Dominiis jura Imperii ha-
bentes, *Card. de Luc. de Jurepatr. diſcurſ. 2. nu-
mer. 17. Rot. in Colonien. Præpoſituræ 1. Decem-
bris 1727. §. Quodque D. Papa coram Rño Cal-
cagnino.*

Quemadmodum, quæ *Ceremoniale Romanum* 121
de Principibus, & *Ducibus* diſponit, conveniunt
tantum illis, qui per veritatem habent jura Im-
perii, & Regalia, *Card. de Luc. de Præmin. diſ-
curſ. 26. nu. 20. & ad Concil. diſcurſ. 11. num. 5.
verſic. eodem modo.* Qua ratione uſus Baldacchi- 122
ni, ſive Troni elevati in Eccleſia, licet debeatur
Regibus, Principibuſque ſupremis, non recognoſ-
centibus Superiorem, *Altograd. conſil. 1. numer.
11. 32. 33. 40. lib. 2. Card. de Luc. de Præmin.
diſcurſ. 26. numer. 15. & ſeqq. Pignatell. tom. 1.
conſult. 7. num. 18. & ſeqq. Panimoll. deciſ. 1. ad-
not. 13. num. 25. & ſeqq.* Hujuſmodi tamen præ-
rogativa non competit *Ducibus*, *Marchionibus*,
Principibus, & aliis *Titulatis*, qui Superiorem
recognoſcunt, quemadmodum pluries decrevit
Sac. Congregatio Rituum apud *Lezzan. in Summ.
Quæſt. Regul. verb. Baldacchinum nu. 7. Barboſ.
in Summ. Apoſtolic. Deciſ. eodem verb. n. 5. Ga-
vant. ſimili verb. n. 6. Card. de Luc. de Præmin.
dict. diſcurſ. 26. nu. 14. & ſeqq. Pignatell. tom. 1.
conſult. 7. nu. 17. & ſeqq. Panimoll. d. deciſ. 1. ad-
not. 13. n. 28. Abb. Juſtinian. in addit. ad Novar.
in Summ. Bullar. in Commentar. XIX. part. 1. Ric-
cius in Synopſ. Decret. Sacr. Congregat. Immunit.
verb. Baldacchinum n. 1. & 2. San. mem. Benedi-
ctus XIII. in ſua Synod. Provinc. Beneven. tit. 40.
cap. 8. & in appendic. XIV.* adducit *Decreta Ge-
neralia.*

Idem ſuadet contextus verborum Regulæ,
ex quibus elicitur Pontificem pariſicare voluiſſe 123
Marchiones, *Reges*, & *Principes*, cum *Regi-
bus*, ibi -- *Ad aliquem Regem, Ducem, Marchio-
nem, vel alium Principem &c.* Dictio enim *alius*
omnimodam ſimilitudinem in ſubſtantia denotat 124
*Felin. in Cap. Sedes num. 6. verſic. Dictio alius,
de Reſcript. Surd. conſil. 21. numer. 13. & 14.
lib. 1. Rot. deciſ. 662. numer. 8. part. 1. & deciſ.
568. num. 6. part. 4. Recent.* ubi, quod eo magis

125 id locum ſibi vindicat, quando dictio præfata eſt appoſita in eadem oratione juxta doctrinam *Bartol. in leg. Sejæ §. Cajo n. 3. & 5. ff. de fund. Inſtruct. & in leg. Prætor la 2. §. Eritque differentia ff. de vi bonor. Rapt. Rot. dict. deciſ. 568. nu. 4. part. 4. & deciſ. 126. n. 19. & deciſ. 287. n. 26. part. 18. Recent.*

Potiſſimum, quia Regula alternative loquitur
126 de *Rege*, vel alio *Principe*; Unde eo magis intelligi debet de Principe, qui Regi aſſimiletur, eo nempe, qui jura Imperii habeat, & Superiorem non recognoſcat, cum una pars alternativæ aliam declaret, ad optimum *Text. in leg. 1. ff. de Reb. Dubiis*, ibi — *Ex qualitate unius ex fundis alternative legatis, demonſtratur alter* — *Rot. dec. 1125. n. 8. cor. Coccino.*

Poſtremo accedit ratio Regulæ, quæ, ut dixi-
127 mus, repoſita eſt in excelſa, ſublimique qualitate Perſonarum, ob quam difficiliores redduntur Pontifices ad derogandum earum Juripatronatus, ob damnum, quod ex tali derogatione obvenire poſſet Eccleſiæ; Ratio enim iſthæc congruit quidem Regibus, & Principibus illis ſupremis, qui Regali prærogativa potiuntur, ac jura Imperii in ſuis Dominiis habent, ſed non applicatur Fundatariis inferioribus, qui ſuprema jura non habent, & ſubduntur Pontificis, vel ſupremorum Principum Magiſtratibus, quique, excepta ſubordinata illa Juriſdictione, qua potiuntur, privatorum jure cenſentur; quemadmodum Civitates inferiores ſubditæ,
128 quæ jure Principis abſoluti non utuntur, loco privatorum habentur, ad *Text. in leg. Eum, qui Vectigal. 16. ubi gloſſ. verb. Habentur ff. de verbor. ſignific. leg. Nihil intereſt ff. ad Macedon. Vaſquez controverſ. Illuſtr. lib. 1. cap. 5. nu. 5. Ganaverr. conſil. 2. n. 38. Gaill. Obſervat. lib. 2. cap. 57. n. 7. num. 8.*

Et hæc omnia eo magis locum ſibi vindicant, ſi perpendatur, quod tempore *Joannis XXII.* qui, ut diximus, fuit Auctor Regulæ, quique Petri Cathedram conſcendit anno 1316. titulis
129 *Ducis*, *Marchionis*, & *Principis*, ornari non conſueverunt, niſi aut Regum Filii, & Fratres, aut Feudatarii majores, jura Imperii, ac Belli, & Pacis habentes, ut erant Dux *Burgundiæ*, *Brittaniæ*, *Lotharingiæ*, *Mediolani*, & ſimiles, nec non Marchiones *Brandeburgi*, *Montisferrati*, *Mantuæ*, *Ferrariæ &c.* &, ut inquit *Zabarell. in Clement. Unic. nu. 8. de Baptiſm.* non ſolebant vocari Principes, *niſi valde potentes in*
130 *Dominio.* Feudatarii autem minores ſecundi, & tertii Ordinis, aut nulli, aut rariſſimi erant, qui titulo *Ducis*, *Marchionis*, & *Principis* decorarentur, & licet Feuda haberent, tamen his Dignitatum titulis deſtituebantur, ſolumque *Comitiali* Dignitate honorabantur, ut ait *Barbat. de Fructib. part. 2. cap. 10. num. 15.* Plurimum quippe inter ſe dif-
131 ferunt ipſum corpus Feudi, ac ejuſdem Feudi Titulus, ſeu Dignitas adnexa, ex relatis per *Boſcul. in ſua Controverſ. Feudal. artic. 3. n. 111. poſt Cardinal. de Luc. de Feud.* Quamobrem, ſi tem-
132 pore *Joannis XXII.* Regulæ conditoris non aderant, ut plurimum niſi *Duces*, *Marchiones*, *Principeſque* ſupremi; & Feudatarii minores ſolum decorabantur titulo Comitis, de quibus tamen Comitibus, forſan non inconſulto, nulla legitur in Regula facta mentio, palam fit, quod, præſcribente Regula expreſſam, & ſpecificam mentionem *Ducum*, *Marchionum*, aliorumque *Principum*, ſi eorum Juripatronatus derogari contingat, eorumdem nomine comprehendi nequeant, niſi illi *Duces*, *Marchiones*, qui tempore conditæ legis aderant, quique jura Imperii, necnon Belli, & Pacis habebant.

Ceterum non ſolum de Jurepatronatus ſpectante ad *Reges*, *Duces*, alioſque *Principes*, fieri debet Pontifici mentio diſpoſitive, ſpecifice, ac determinate, non autem conditionaliter, ſed de Jurepatronatus, quod pertinet ad quoſcumque 133
alios inferiores, alias nunquam cenſetur ei derogatum ex defectu intentionis Papæ, & Gratia remanet ſubreptitia, & nulla ipſo jure vigore hujus Regulæ, *Rot. deciſ. 542. n. 7. & ſeqq. coram bon. mem. Molines*; ubi *n. 10.* ſubditur, quod non 134
ſufficiunt clauſulæ *ex certa ſcientia*, *vel Motu proprio*, neque clauſulæ — *Ad cujuſcumque collationem pertineat* — *& in Imolen. Beneficii 14. Ju-* 135
nii 1720. §. Quod vero, & ſeqq. coram bon. mem. Marymon.

Notandum tamen eſt pro complemento Regulæ, quod in pluribus caſibus conſuevere Summi 136
Pontifices derogare Juripatronatus laicorum, quos caſus recenſent *Vivian. de Jurepatron. part. 3. lib. 14. cap. 2. a nu. 8. Kochier in hanc Regulam ſub nu. 30. Bauny de Benefic. diſputat. 5. quæſt. 6. verſic. Dico quarto, & ſeqq. Tondut. Reſolut. Beneficial. part. 2. cap. 4. §. 9. num. 33. & ſeqq. Card. de Luc. de Jurepatronat. diſcurſ. 65. a n. 35. uſque ad finem.*

Et primo derogatur in totum Juripatronatus laicali, quando Beneficium vacat *apud Sedem*, 137
vel in locis Curiæ vicinis intra duas dietas, de qua derogatione late egimus in *Commentar. in Regul. I. §. I. à num. 331.* Dummodo tamen vacatio ſequatur per mortem naturalem Beneficiarii, ſecus ſi per civilem, quo caſu Juripatronatus derogari non ſolet, ſed Patroni præſentant, & 138
Papa favore præſentati, Beneficii proviſionem explet, *Maſſobr. in Prax. haben. concurſ. prælud. 7. dub. 21. num. 83. Lotter. de Re Benefic. lib. 2. quæſt. 27. num. 72. Vivian. de Jurepatr. lib. 14. cap. 2. num. 9. Kochier in hanc Regulam num. 26. Nicolarts ad Concordat. German. tit. 1. dub. 5.* & diximus in *Commentar. in Regulam I. §. I. num. 335.*

Quemadmodum, ſi contingat vacatio Beneficii Juriſpatronatus laicalis per aſſequutionem al- 139
terius Beneficii incompatibilis Apoſtolica auctoritate collati, quamvis illud vacare dicatur *apud Sedem*, & in Literis Apoſtolicæ proviſionis ſecundi incompatibilis adjiciatur Decretum, *quod Beneficium obtentum vacet eo ipſo, itaut nemo alius præter Romanum Pontificem diſponere poſſit*, irritanti Decreto deſuper adjecto, nihilominus ex vi Decreti præfati ligantur ſolum manus Ordinarii Collatoris, qui pro ea vice inſtituere non poteſt, dum Pontifex decernendo, ne alius de Beneficio Juriſpatronatus laicalis diſponere poſſit, inhibet Ordinario, ne inſtituat, cum verbum *diſpo-* 140
nere veluti generale includat etiam Inſtitutionem, *Lotter. de Re Benefic. lib. 1. quæſt. 29. nu. 43. Vivian. de Jurepatr. lib. 5. cap. 1. n. 47.* Sed firmum remanet Juſpatronatus, eique nulla fit derogatio, unde Patroni præſentant, & Summus Pontifex de eorum conſenſu providet juxta praxim, de qua *Maſſobr. in Prax. haben. Concurſ. prælud. 7. dub. 2. n. 9. Vivian. de Jurepatr. lib. 14. cap. 2. ſub n. 9. Piton. diſceptat. 27. n. 20. Panimoll. deciſ. 9. adnotat. 4. n. 17. & 18. & in Firmana Canonicatus 24. Martii 1710. §. In hac, cor. Priolo*, & diximus ſupra *n. 64.*

Non exigitur vero talis conſenſus pro validitate Proviſionis Apoſtolicæ, quæ etiam ſine eo 141
ſuſtinetur, ob ampliſſimam, qua Summus Pontifex

fruitur

fruitur poteſtatem, etiam ſuper Beneficiis Ju-
riſpatronatus laicalis, ut ſupra diximus, ſed exi-
gitur gratia dumtaxat, & favore Patronorum,
utque Fideles magis ad fundationes Beneficio-
rum alliciantur. Et hæc eſt differentia, quæ
142 militat inter Proviſionem Apoſtolicam Beneficii
de Jurepatronatus expletam vigore ſupradicti De-
creti, & alteram, quæ fit, vel ex cauſa Reſi-
gnationis, vel per viam Gratiæ *pro præſentato*,
cum derogatione medietati Vocum Patronalium;
quod prima non ſubſtantietur a Patronorum
conſenſu, ſecus vero aliæ, quæ conſenſu præfa-
to deficiente, exequi non poſſunt, ut diſtinguit
Rot. in dicta Firmana Canonicatus 24. *Martii*
1710. *§. Quorum, & ſeqq. car. clar. mem. Card.
Priola.*

Similiter, cum Beneficia vacant *in Curia* per
143 Promotionem ad Epiſcopatum, quamvis Papam
in totum Juripatronatus derogare refferur *Raſ. de
Exequut. Liter. Apoſtol. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 134. ubi,
144 quod ita obſervat Curia, & ſtylus notorius; Ni-
hilominus, cum *anno* 1697. actum fuiſſet in Con-
gregatione Datariæ de hac materia occaſione va-
cationis nonnullorum Beneficiorum de Jurepatro-
natus Magnatitiæ Domus de *Carafa*, quæ vacave-
rant per promotionem illorum Poſſeſſoris ad Epiſ-
copatum, contraria placuit opinio, quæ æquior, &
magis benigna viſa fuit, & ita ſervatum, nam ſan.
mem. Innocentius XII. Beneficia præfata contulit
de conſenſu Patronorum.

Non itidem locum habet derogatio Juripa-
145 tronatus laicali ob vacationem Beneficii *apud Se-
dem*, quando alteri fuit jus quæſitum: Unde,
ſi Patroni præſentarent antequam Pontifex de illo
diſponeret, Pontificia collatio cum derogatione
Juripatronatus eſſet nulla, quia per præſentatio-
nem quæſitum fuit præſentato jus ad rem, quod
Papa tollere non intendit *Rot. deciſ.* 1263. *per
tot. cor. Seraphin.* ubi caſus erat, quod eadem
die conceſſa fuerat ſuper Beneficio de Jurepatro-
natus inſtitutio ab Ordinario, & Proviſio a Papa
cum derogatione Juripatronatus, ſed quia Inſti-
tutus præſentationem a Patronis antecedenti die
reportaverat, deciſum fuit, Proviſionem Apoſto-
licam non ſuſtineri, *& dec.* 1343. *per tot. cor. Coc-
cino*, ubi, quod tali caſu poſſeſſor anterior eſt
manutenendus, non obſtante ſubſequenti Proviſio-
ne Pontificis, *Maſſabr. in Prax. haben. Concurſ.
prælud.* 7. *dub.* 2. *n.* 24. *Panimoll. deciſ.* 9. *adnot.*
4. *n.* 19.

Hinc ad effectum, ne Patroni præveniant in
146 præſentando, antiquiſſimus invaluit ſtylus, quod
in Supplicatione ſuper Proviſione Beneficii de
Jurepatronatus laicali *apud Sedem* vacantis, appo-
natur *Data* ejuſdem diei, quo in Urbe, vel intra
duas Dietas deceſſit Beneficiatus, quemadmodum
teſtatur *Amayden. de Styl. Datar. lib.* 1. *cap.* 6.
num. 33. *Panimoll. deciſ.* 9. *nu.* 20. Et Nos plu-
ries diximus, præſertim in *Commentar. in Regul.
I. §. I.* Apponitur tamen hujuſmodi Data an-
147 terior ab Officialibus Datariæ, non ex officio,
ſed parte ita petente, exhibito legali Teſtimo-
nio ſuper obitu Beneficiati, juxta caſum apud *A-
mayden. dicto cap.* 6. *nu.* 34. & in dicto *Commen-
tar. in Regulam I. §. I.* ubi etiam *n.* 339. *& ſeqq.*
inanem oſtendimus cauthelam, quam exoptavit
Pitor in Parerg. poſt *tom.* 2. *ſuarum Dicept. Ec-
cleſ. num.* 48. ad effectum evitandi derogationem
Juripatronatus ex cauſa vacationis Beneficii *apud
Sedem.*

Ulterius non ſolet per Pontificem derogari Ju-
148 ripatronatus, vacante Beneficio *apud Sedem*, quan-
do vel adeſt Indultum Pontificium illud eximens
a tali derogatione, ut diximus in *Commentar. in
Regul. I. §. I.* ubi plura dedimus exempla hujuſmo-
di Indultorum. Vel quando fundationis Lege ab
Ordinario approbata cautum ſit, quod etiam in 149
vacationibus Beneficii *apud Sedem*, Juripatrona-
tus derogari non poſſit; hæc enim conditio valida
eſt, & ſæpius a Sede Apoſtolica approbata, ut di-
ximus ſupra *n.* 38. & in eodem *Comment. in Re-* 150
gul. I. §. I.

Deinum ab hujuſmodi derogatione exemtum eſt
Juſpatronatus, quod ad Reges ſpectat; Licet enim 151
poſſit Pontifex, ſi velit, et derogare, ſe abſtinet
tamen ob excelſam, ſublimemque illorum prærogа-
tivam, & Beneficia Regio Juripatronatus obnoxia
apud Sedem vacantia, ad eorundem Regum præ-
ſentationem confert, *Spada conſil.* 11. *n.* 5. *& ſeqq.
Amayden. de Styl. Datar. lib.* 1. *cap.* 15. *§.* 15. *n.*
91. *& ſeqq. Pariſ. de Reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 4. *n.* 27.
Piton. allegat. 19. *n.* 18. *Tondut. Reſolut. Benefi-
cial. part.* 2. *cap.* 4. *§.* 9. *n.* 33. *Borell. de Præſtant.
Reg. Catholic. cap.* 52. *n.* 18. *Kochier. in hanc Re-
gul. ſub n.* 33. *Salcedo de Lege Polit. lib.* 2. *cap.* 13.
num. 38. *Auctor Libri*, cui titulus -- *Defenſio Jur.
Sed. Apoſtolic. pro Ducatu Ferrariæ pag. mihi* 65.
cum aliis apud *Rot. deciſ.* 630. *num.* 5. *& ſeqq. &
n.* 16. *part.* 4. *tom.* 3. *Recent. & in Colonien. Præpo-
ſituræ* 1. *Decembris* 1727. *§.* 11. *cor. Reverendiſſ.
Calcagnino.*

Et quamvis *Covarr. pract. quæſt. cap.* 36. quem 152
ſequitur *Bauny de Beneſic. diſputat.* 5. *quæſt.* 13.
verſic. ſecundo, & verſic. Quod dixi, exiſtimet,
etiam in Beneficiis de Jurepatronatus *Ducum*,
Marchionum, aliorumque *Principum apud Sedem*
vacantibus, non eſſe locum derogationi, ea ratio-
ne, quod in noſtra Regula æquiparantur Patrona-
tus *Regum*, *Ducum*, *Marchionum &c.* Illius tamen 153
opinio communiter reprobatur a Doctoribus in
Romana Curia verſatis, qui de contrario ſtylo
teſtantur, ut præ ceteris *Pariſ. de Reſignat. lib.* 2.
quæſt. 4. *n.* 98. *in fine*, ubi hæc ait -- *Ego autem,
quoad Juſpatronatus ſpectans ad Reges vidi ſerva-
ri pluries hoc, ſcilicet, ut non derogetur, etiam ſi
vacet Beneficium in Curia, & habetur in Regula
Cancellariæ Alexandri VI. tit. de Derogat. quoad
alias Perſonas nominatas per Covarruviam ne-
quaquam* -- late *Spad. conſil.* 11. *fere per tot. lib.*
3. *Vivian. de Jurepatron. dict. lib.* 14. *cap.* 2. *nu.*
10. *Card. de Luc. de Jurepatr. diſcurſ.* 2. *nu.* 21.
ubi de praxi recepta, *Piton. dict. allegat.* 19. *n.* 18.
in fine, *Rot. deciſ.* 630. *n.* 18. *part.* 4. *tom.* 3. *Re-
cent.* Et ratio adducta per *Covarr.* eſt minus
habens, nam Regula ſolum æquiparat Patrona- 154
tum *Regis* cum illo ſpectante ad *Duces*, & *Mar-
chiones* quoad hoc, ut in derogatione eorum Pa-
tronatibus requiratur ſpecifica mentio, ſed non ex-
inde ſequitur æquiparatio, etiam in eo, quod, ſic-
uti per Papam non ſolet derogari Juripatronatus
Regum, ita nec illi *Ducum*, *Marchionum &c.*
quia adeſt diverſitatis ratio propter prærogativam
Regiæ Dignitatis, *Spad. dict. conſ.* 11. *Rot. dict.
dec.* 630. *n.* 19. *& ſeqq.*

Sed quod diximus non derogari Juripatrona-
tus Regum, ſi contingat Beneficiarium decede- 155
re *apud Sedem*, intelligas, quando agitur de ve-
ro, & proprio Jurepatronatus, ſive ex Privile-
gio competente, *Spad. conſil.* 11. *num.* 1. *lib.* 3.
Amayd. de Styl. Datar. d. cap. 15. *num.* 91. *Pa-
riſ. de Reſignation. lib.* 2. *quæſt.* 4. *n.* 43. *Garc. de
Benef. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 375. *Gonzal. in Regul.*
8. *gloſſ.* 24. *num.* 159. *Cortiad. deciſ.* 253. *num.* 51.
in fine tom. 5. Quod ſi Regi competat jus nomi- 156
nandi

nandi ad aliqua Beneficia *extra Curiam* vacantia,
quo jure ex Indulto *ſan. mem. Clementis VIII.*
fruuntur in certis Menſibus Reges Catholici quoad
Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis Cæſarauguſtanæ,
de quo Indulto *Barboſ. Vot. Deciſ.* 46. *n.* 1. *Cor-
tiad. dict. deciſ.* 253. *n.* 23. *in fine*, *Frances variar.
reſolut. cap.* 16. *n.* 201. *Rot. apud eundem ibidem*,
& in Cæſarauguſtana Beneficii 20. *Novembris* 1686.
coram clar. mem. Card. Caccia, *&* 5. *Julii* 1688.
157 *coram Hervault*, tunc, ſi contingat Beneficium
vacare *in Curia* in Menſe Regi aſſignato, non eſt
locus Nominationi, ſed de illo diſponit Pontifex.
Non enim tali caſu locum ſibi vindicat Indultum,
veluti reſtrictum ad Beneficia vacantia *extra Cu-
riam*, nec agitur de derogando Juripatronatus,
ſed an intret ejuſdem Indulti diſpoſitio. Et ita, va-
cante in Cathedrali Cæſarauguſtana Canonicatu
per obitum *apud Sedem* Antonii della Roca, ſe-
quutum anno 1692. de menſe Februarii, qui eſt
unus ex Menſibus Regi aſſignatis ad nominandum,
Pontifex de Canonicatu præfato libere diſpoſuit
favore *Michaelis da Lugunilla*, qui pacificam il-
lius poſſeſſionem adeptus fuit.

Secundus caſus, in quo frequenter per Sedem
Apoſtolicam derogari ſolet Juripatronatus laico-
158 rum, eſt, quando agitur inter duos coæqualiter
præſentatos a medietate Patronorum; Tunc enim
Pontifex Beneficium eorum alteri confert cum
derogatione pro ea vice Juripatronatus ad aliam
Patronotum medietatem ſpectante, de qua dero-
gatione paſſim noſtri Pragmatici, *Card. de Luc.
de Jurepatr. diſc.* 65. *n.* 35. *Vivian. eodem tract. lib.*
14. *cap.* 2. *n.* 19. *& ſeqq. Roſ. de Exequutor. Liter.
Apoſtolic. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 20. *Lotter. de Re Be-
nefic. lib.* 2. *quæſt.* 51. *Rot. deciſ.* 314. *coram Celſo*,
& deciſ. 196. *coram Cerro*, *& deciſ.* 543. *coram*
159 *Molines num.* 22. *& ſeqq.* ubi quod requiritur ex-
preſſa mentio, & expreſſa derogatio Juripatro-
natus. Commendanda tamen ſemper eſt in hac
materia derogationis medietati Vocum Patrona-
lium, diligentia in obtinendo *Præſentatam*, ad
160 quam retrotrahitur Signatura Gratiæ, quia
prior in tempore præfertur, *Card de Luc. de Ju-
repatron. diſcurſ.* 42. *num.* 2. *Rot. deciſ.* 983. *nu-
mer.* 4. *coram Dunoz. Jun. & deciſ.* 305. *num.* 6.
cor. Priolo.

161 Derogatio hæc favorabilis eſt, non odioſa, ea
ratione, quod illa nullam irrogat injuriam, nullum-
que infert præjudicium, neque Patronis, neque
præſentato ab illorum medietate, qui ex tali præ-
ſentatione nullum jus *ad rem* acquirit, *Vivian. de
Jurepatr. lib.* 8. *cap.* 8. *n* 6. *Lotter. de Re Benefic.
lib.* 2. *quæſt.* 51. *n.* 52. *Piton. Diſcept.* 28. *ſub nu.*
13. *& de Contraverſ. Patron. Allegat.* 17. *num.* 9.
Rot. deciſ. 239. *num.* 21. *& ſeqq. part.* 16. *& deciſ.*
121. *n.* 21. *coram bon. mem. Lancetta*, *& in Auxi-
mana Juriſpatronatus* 1720. *§. Ejuſdemque*, *coram
bon. mem. Marimon.* Et in ſubſtantia derogatin
præfata nil aliud importat, niſi ſpeciem quandam
162 gratificationis favore unius ex duobus æqualem
habentibus ſuffragiorum Patronalium numerum,
quam ſane gratificationem ſi explere poteſt Ordi-
narius, rationabilius utique eſt, quod ea permit-
tatur Pontifici tanquam Ordinario Ordinariorum,
præeligendo unum ex præſentatis, & derogando
medietati Vocum, quæ alteri favent, ut bene pon-
derant *Latter. de Re Benefic. lib.* 2. *quæſt.* 8. *num.*
102. *Vivian. de Jurepatron. lib.* 14. *cap.* 2. *n.* 19.
& 20. *Franciſcus Palm. conſult.* 95. *nu.* 17. *&* 18.
cum aliis per *Rot. in Aretina Beneficii* 11. *Janua-
rii* 1701. *§. In principio*, *& in Aſculana Beneficii*,
ſeu Abbatiæ 6. *Aprilis* 1699. *& in Novarien. Pa-
rochialis* 11. *Aprilis* 1712. *§. Rationabilis*, *cor.
bon. mem. Anſalda.*

Sufficit autem, ut derogatio medietati vocum
ſortiatur effectum, quod altera medietas favore 163
Proviſi Apoſtolici ſuperveniat de tempore exequu-
tionis Gratiæ, tametſi de tempore *Datæ* non ad-
eſſet, juxta ſtylum Datariæ, de quo *Card. de
Luc. de Jurepatr. diſcurſ.* 42. *nu.* 4. *& diſcurſ.* 71.
num. 17. *& ſeqq. & de Benefic. diſcurſ.* 73. *n.* 43.
Roſ. de Exequut. Liter. Apoſtolic. part. 1. *cap.* 5.
num. 133. *in fine*, *Rot. deciſ.* 396. *num.* 13. *coram
Bichio*, *& deciſ.* 419. *numer.* 1. *& ſeqq. & deciſ.*
239. *nu.* 16. *cum duob. ſeqq. part.* 16. *& in Aſcu-
lana Beneficii*, *ſeu Abbatiæ* 6. *Aprilis* 1696. *§.
Nihilque*, *& §. Quoniam*, *coram bon. mem. An-
ſaldo.* Quinimo ad hunc effectum nec neceſſe eſt 164
exhibere formalem præſentationem medietatis Pa-
tronorum, ſed exuberat eorum conſenſus per man-
datum procuræ, vel aliunde deſumtus, *Corrad. in
Prax. Benefic. part.* 4. *cap.* 2. *n.* 7. *Rot. deciſ.* 28.
n. 4. *coram Cavalerio*, *dec.* 396. *n.* 15. *coram Bi-
chio deciſ.* 420. *n.* 12. *coram eodem*, *deciſ.* 276. *n.*
5. *coram Dunozet. deciſ.* 344. *num.* 20. *coram eod.
deciſ.* 265. *n.* 18. *coram Durano deciſ.* 1165. *num.*
11. *coram Seraphin. deciſ.* 239. *num.* 13. *part.* 16.
Recentior. & in Lunen. ſeu Sarzanen. Cappellaniæ
12. *Junii* 1687. *§. Opponebatur*, *coram Paulutio*,
& 18. *Aprilis* 1687. *§. Quod vero attinet*, *coram
Hervault.*

Incumbit tamen onus impetranti Gratiam A-
poſtolicam pro *præſentato* cum derogatione me- 165
dietati vocum Patronalium, juſtificandi, ſe fuiſſe
præſentatum, vel a medietate Patronorum exi-
ſtentium in quaſi poſſeſſione præſentandi, *Lot-
ter. de Re Beneficiar. lib.* 2. *quæſt.* 8. *num.* 106.
& ſeqq. Rot. deciſ. 256. *num.* 6. *&* 7. *coram Cel-
ſo*, *& deciſ.* 604. *num.* 4. *& ſeqq. coram Cerro.
deciſ.* 396. *num.* 6. *&* 7. *coram Bichio*, *& in Iſcla-
na Beneficii* 16. *Martii §. Reſponſum*, *&* 28. *Ju-
nii* 1696. *§. Literæ namque*, *coram clar. mem.
Card. de la Tremoille*, *& in Lauden. Canonicatus*
3. *Martii* 1697. *§. Hac igitur*, *coram eodem*, *&
in Celſonen. Beneficii* 25. *Januarii* 1700. *§. Nihi-
lominus*, *coram bon. mem. Jacometto.* Vel ab iis,
qui ex dictis Patronis in quaſi præſentandi poſſeſ- 166
ſione olim exiſtentibus, deſcendunt, *Rot. in Bar-
chinonen. Beneficii* 23. *Martii* 1705. *§. Adhuc*, *cor.
bon. mem. Anſaldo.* Vel demum, quod præſen- 167
tationem habeat ab iis, qui licet in quaſi præſen-
tandi poſſeſſione non reperiantur, nec etiam ex
Perſona eorum Auctorum, nihilominus ante exe-
quutionem Gratiæ docuerunt de jure ſuo per con-
feſſionem partis, vel per rem judicatam, aut fun-
dationis Beneficii Inſtrumentum, *Rot. deciſ.* 167.
n. 9. *&* 10. *part.* 2. *diverſ. deciſ.* 307. *n.* 5. *part.* 7.
Recentiar. deciſ. 127. *nu.* 18. *coram Ubaldo*, cum
aliis in dicta *Celſonen. Beneficii coram Jacometto §.
Verum.*

Illud vero hic omittendum non eſt, quod ſpe-
ctante Jurepatronatus ad homines de Univerſita- 168
te, ſeu Collegio, non uti ſingulos, ſed uti Uni-
verſitatem ipſam, ſeu Collegium repræſentantes,
tunc favore illius, qui ab eorum medietate præ-
ſentatus fuit, derogatio Juripatronatus non conce-
ditur. Cum enim Collegium, vel Univerſitas in
unitate Corporis miſtici, quod repræſentat, u-
nam tantum vocem habere dicatur, quæ in parte
ſcindi non poteſt, hinc, quemadmodum præſen-
tatus a medietate hominum Univerſitatis, a nemi-
ne cenſetur præſentatus, ita nec locus eſſe poteſt
derogationi medietati vocum Patronalium, ob de-
ficientiam ſubjecti, ſuper quo cadere debet, *Pariſ.*

de

*de Reſignat. lib. 2. quæſt. 4. num. 55. Roſa de Exe-
cutor. part. 1. cap. 5. nu. 132. Piton. de Diſceptat.
Eccleſ. 4. num. 41.* ubi ampliat, ut quamvis De-
rogatio hujuſmodi conceſſa fuerit per Datariam
cum expreſſione, quod Juſpatronatus ſpectaret ad
Univerſitatem, adhuc derogatio præfata de ſtylo
Curiæ non ſuffragatur, *& de Controv. Patronor.
allegat. 45. numer. 15. Rota in Firmana Beneficii
apud Garc. de Benefic. part. 10. cap. 3. num. 13.
& cor. clar. mem. Card. Falconerio dec. 17. num.
4. & decif. 50. num. 2. tit. de Jurepatr. & in Ma-
joricen. Beneficii 6. Decembris 1709. §. Hujuſmo-
di, §. In primis, §. In concreto cor. bon. mem.
Anſaldo.*

Tertius caſus, in quo derogatur Juripatronatus
169 laicorum, eſt, quando Beneficium foret litigio-
ſum. Lite namque pendente, nec Patroni præſen-
tare, nec Ordinarii inſtituere poſſunt, *Cap. 1. & 2.
Ut lit. pendente in 6.* Proindeque ne Beneficium
diutinam patiatur vacationem, expedit, ut de eo
170 Pontifex diſponat, derogetque Juripatronatus; Et
hæc derogatio non fit, niſi ad cauthelam, cum
ceteroquin ſuſtineatur Proviſio Beneficii litigioſi a
171 Papa expleta, etiam abſque mentione Juriſpatro-
natus, illiuſque derogatione, ut tradunt Doctores
infra *n. 191.* laudandi, & diximus in *Comment. in
Regul. XXIX.*

Licet autem Beneficium tunc efficiatur litigio-
172 ſum, quando lis eſt inter præſentatos ſuper illius
adjudicatione, & inſtitutione, ſecus, ſi inter Pa-
tronos contendentes ſuper Jure præſentandi, &
pertinentia patronali, *Lap. allegat. 136. num. 2.
& ſeqq. Lotter. de Benefic. lib. 2. quæſt. 20. n. 5.
6. & 13. Cardin. de Luc. de Jurepatronat. diſc.
67. num. 9. Roſ. de Executor. Liter. Apoſtol. part.
1. cap. 5. n. 136. Piton. diſceptat. 4. num. 55.* cum
aliis penes *Rot. dec. 263. nu. 13. & ſeqq. cor. Ot-
173 thobon.* Nihilominus in terminis ejuſdem deroga-
tionis Juripatronatus, attenta lite, ſufficit, quod
hæc adſit inter Patronos ſuper Jure præſentandi,
*Lotter. de Re Benefic. lib. 3. quæſt. 8. n. 10. Card.
de Luc. de Benef. diſc. 30. nu. 10. Rota in Aſcu-
lana Beneficii, ſeu Abbatiæ 9. Aprilis 1699. §.
Juxta etenim, cor. Anſaldo, & in Faventina Bene-
ficii 24. Aprilis 1705. §. Continuatio, & 10. Ju-
nii ejuſdem anni §. Lis quippe, cor. Kaunitz, &
in Mediolanen. Prioratus 26. Januarii 1738. §.
Fruſtra, cor. Cornelio, & 11. Februarii 1729.
174 cor. Reverendiſſ. Calcagnino.* Imo derogatio hujuſ-
modi dari ſolet, quando lis præcedenter orta fuit
inter Patronos, qui mutuo ſe impediant præſenta-
re, *Rota in Romana Cappellaniæ 3. Februarii 1708.
175 §. Quin, coram Scotto.* Proindeque ſufficit Pro-
viſo de Beneficio litigioſo cum derogatione Juri-
patronatus, verificare litem eo modo, quo eam
Pontifici narravit, ſive ſit inter præſentatos ſuper
Inſtitutione dimicantes, ſive inter Patronos con-
tendentes ſuper pertinentia Patronali, *Roſ. de Exe-
cutor. Liter. Apoſtol. cap. 16. ſub num. 125. Rot.
dec. 263. num. 17. cor. Otthobon. dec. 1247. num.
2. & 3. cor. Emerix, & in Legionen. Parochialis
15. Januarii 1707. §. Abſque eo, cor. Priolo,
& in dicta Mediolanen. Prioratus cor. Cornelio
§. Sed inſuper, & cor. Reverendiſſ. Calcagnino §.
Retenta.*

Difficultas tamen eſt, quando agitur de Jure-
176 patronatus Regio, an exiſtente lite ſuper illius
pertinentia, locus ſit derogationi. Et affirmati-
vam ſententiam ſuadere videtur ratio, quod atten-
ta lite, Rex nominare, ſeu præſentare non po-
177 teſt, juxta *decif. 3. Caſſador. Ut lit. pendent. & dec.
8. Creſcentii de Jurepatr.* Auctor libri, cui titu-
lus -- *Defenſio Jur. Sedis Apoſtolicæ pro Ducatu
Ferrariæ num. 359. pagina mihi 65. Lotter. de Re
Benef. lib. 2. quæſtion. 20. num. 4. Frances reſolut.
53. n. 51.* & reſolutum fuit ſub *Alexandro VII.*
ut adnotavit *Armindus Riccius* in Collectione
mſ. diverſorum caſuum ſub eodem Pontifice de-
ciſorum, his verbis -- *Litigioſum Beneficium impe-
dire Regem Patronorum, ne nominet, vel præſen-
tet juxta Deciſiones Caſſadori, & Creſcentii. Fuit
practicatum cum Rege Catholico de anno 1663, ſu-
per Canonicatu Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ vacato per
obitum Alayeti* -- Proindeque, ſi pendente lite
præpedita eſt Regibus nominandi, ſeu præſen-
tandi facultas, ne Beneficium diutinam patiatur
vacationem Sacris Canonibus exoſam, non eſt,
cur Pontifex manum ſuper eo apponere non de-
beat, illudque conferre derogando Juripatronatui
Regio pro ea vice, cum ceteroquin derogatio hu-
juſmodi nullum Juri Regis præſentare impediti
præjudicium afferat, & ceteroquin diutinæ vaca-
tioni Beneficii conſulat.

Verum derogationem hujuſmodi non conſueviſſe
per Pontificem indulgeri, ſcriptum reliquit bon. 178
mem. *Maraldus* in mſ. Libello, cui titulus -- *Mo-
dus in Commiſſionibus in Signatura Juſtitiæ tenen-
dus, & in expeditione Materiarum Signaturæ Gra-
tiæ obſervandus, in verb. Derogationes Juriſpatr.
pag. 87.* ibi -- *Juripatronatus laicorum etiam Prin-
cipum, non tamen Regum, derogatur in totum,
quando Beneficia ſunt litigioſa* -- Et *Card. de Luc.*
qui ſcripſit in illa Cauſa *Cæſarauguſtana Canonica-
tus*, de qua meminit *Armindus Riccius*, refert, rem
fuiſſe ſopitam cum prudentiali temperamento, cum
quo jus Regis præſervatum remanſit, ut in *diſc. 1.
de Jurepatr.* ubi plures refert rationes, ob quas
contendebat cenſuram *cap. 1. & 2. ut lit. pend. in 6.*
non afficere Reges Patronos.

Derogationem hanc Juripatronatus attenta li-
te, odioſam exiſtimat *Rota in Aſculana Beneficii,* 179
*ſeu Abbatiæ 9. Aprilis 1699. §. At non omnis,
cor. bon. mem. Anſaldo*, ad differentiam alterius
derogationis, quæ fit medietati vocum Patrona-
lium, quam favorabilem eſſe ait, eo adducto ra-
tionis diſcrimine, quod per hanc nulla irrogetur
Patronis injuria, dum Papa, derogando medietati
vocum Patronalium, ſupplet ſolummodo vices
Ordinarii, qui de tempore faciendæ inſtitutionis
poſſet per viam gratificationis inſtituere quem vel-
let ex coæqualiter præſentatis, ut diximus ſupra *n.
162.* E contra vero, quando Juripatronatus dero-
gatur in totum ob litem, tunc Papa non explet vi-
ces Ordinarii, ſed impedit, ne Patroni poſſent præ-
ſentare.

Sed contrarium, quod derogatio hujuſmodi
potius quam odioſa, rationabilis ſit, verius mi- 180
hi videtur. Cum enim, non adhuc deciſa lite ſu-
per pertinentia patronali tempore vacationis Bene-
ficii, ignoretur quis ſit Patronus, & ad quem ve-
re jus præſentandi pertineat, itaut mutuum exin-
de inter contendentes ad Patronatum oriatur im-
pedimentum, ne cum effectu præſentare poſſint,
& interim neceſſe eſt, quod Beneficium diutinam
patiatur vacationem; hinc in his circumſtantiis
Pontifex, diſponendo de Beneficio cum deroga-
tione Juripatronatus, non impedit, quod Patroni
præſentare valeant, quia jam ob litem præpediti
ſunt præſentare, ſed provido conſilio occurrit in-
commodis illis, quæ ex diutina vacatione Be-
neficii obvenire ſolent. Et hæc inter ceteras eſt
præcipua ratio, ob quam inolevit antiquiſſima pra- 181
xis, & ſtylus Sedis Apoſtolicæ derogandi in totum
Juripatronatus laicorum attenta lite inter Patronos

ſuper pertinentia introducta, & tempore vacationis Beneficii adhuc pendente, ut communiter tradunt *Roſa de Execut. Liter. Apoſtol. part. 1. cap. 5. n. 120. Lotter. de Re Beneſ. lib. 2. quæſt. 51. n. 52. Piton. diſceptat. 28. n. 13. & de Controv. Patronorum allegat. 16. n. 4. Rota dec. 538. nu. 20. cor. Bichio, & deciſ. 35. n. 2. coram Anſaldo, & in Faventina Beneficii 24. Aprilis 1705. §. Continuatio, & in Balneoregien. Beneficii 21. Januarii 1707. §. Tandem coram Kaunitz, & in Romana Cappellaniæ 3. Februarii 1708. §. Quin ſuffragetur cor. cl. mem. Card. Scotto*, cum aliis infra laudandis.

Et praxis hæc derogandi Juripatronatus in to-
182 tum rationabiliter etiam introducta reperitur in caſu vacationis Beneficii litigioſi per Reſignationem ad ſavorem, nam Papa, derogando tali caſu Juripatronatus, nemini præjudicium infert, dum ſtante pendentia litis, quæ incertum reddit jus futurum unius, vel alterius Patroni, non poteſt Papa requirere conſenſum alicujus ex illis, de quorum Jurepatronatus adhuc non conſtat; Unde, ſi quod adeſt in hujuſmodi derogatione Patronorum præjudicium, illud non eſt certum, & radicatum de præſenti, ſed incertum, & eventuale, quærendum ab exitu litis, quod proinde conſiderabile non eſt, nec attendi meretur.

Hac autem poteſtate derogandi Juripatronatus
183 in totum attenta lite inter Patronos, paſſim utuntur Pontifices in *Hiſpaniis*, *Germania*, *Luſitania*, *Polonia*, *Regno Neapolitano*, *Statu Mediolenſi*, ceteriſque Italiæ Provinciis, & innumera penes me adſunt hujuſmodi derogationum exempla. At anno 1707. occaſione Proviſionis a Sede Apoſtolica expletæ ſavore tunc R. P. D. *Maffei*, nunc S. R. E. Cardinalis ampliſſimi de ſimplici Beneficio *Sanctæ Catherinæ* loci de *Modiltano* in Statu *Florentino*, *Faventin.* Diœceſis, cum derogatione Juripatronatus *in totum*, attenta lite ſuper pertinentia Patronali a pluribus annis inter Patronos, adhuc tempore vacationis ejuſdem Beneficii, pendente, expoſitum fuit a Magni Ducis Miniſtris, aſſertam vigere in Statu Florentino conſuetudinem, ut inibi Pontifex Juripatronatus litigioſo haud derogaret, quam conſuetudinem vel ex eo, quod in aliis quoque Catholici Orbis Regionibus, *Hiſpania* nempe, & *Gallia* vigeret, uti æquam, & rationabilem, ſervandam eſſe contendebant.

Sed juſſus a clar. mem. Cardinali *Sacripante* tunc Prodatario jura Apoſtolicæ Sedis tueri, duos vulgari pariter ſermone exaravi Diſcurſus, quos hic tranſcribendos operæ pretium cenſui, ut dignoſcatur, quam rationabilis ſit hujuſmodi derogatio, & quam male aſſerebatur, in Hiſpaniis quoque vigere conſuetudinem ſimilium derogationum excluſivam; & hac occaſione explicatur etiam, in quibus *Galliarum* Regionibus admittantur Apoſtolicæ derogationes Juripatronatus laicali ob vacationem Beneficii apud *Sedem*, & *attenta lite inter Patronos vigente.* Sic igitur in primo Diſcurſu dicebam.

„ Hanno li Sommi Pontefici una piena, & aſ-
184 „ ſoluta podeſtà di derogare al Juſpadronato laicale, *Gloſſa communiter recepta in Clement. II. verbo Apoſtolicis, de Præben. Covarruv. Pract. Quæſt. Cap. 36. nu. 1. Reverter. dec. 272. ibique de Marinis n. 1. Lambertin. de Jurepatronatus lib. 2. part. 3. quæſt. 9. artic. 2. per tot. Hoyeda de Incompatib. Beneſ. part. 1. cap. 24. nu. 110. Borell. de Præſt. Reg. Cathol. cap. 52. n. 1.* E queſta è in oggi per benignità de' medeſimi Pontefici quanto all'uſo così riſtretta, e ſi pone in prattica così di rado, che chiunque vorrà riflettere allo ſtile moderno della Dataria, riconoſcerà con quanta circoſpezione ſi proceda in queſta materia; non derogandoſi regolarmente oggidì *in totum* al Juſpadronato laicale, che 185
„ in due ſoli caſi: cioè, quando il Beneficio vachi *per obitum apud Sedem*, o quando ſia litigioſo, *Lotter. de Re Beneſic. lib. 2. quæſt. 8. n. 93. & 97. Frances variar. reſolut. 33. nu. 31. Rota dec. 44. ſub nu. 8. poſt Antonell. de Jur. & Oner. Cleric.* Nè dovrà ſtimarſi irragionevole queſto ſtile così moderato di derogare al Padronato laicale, ſe ſi rifletterà, che il Jus di pre-
„ ſentare proviene da una mera grazia della Chie- 186
„ ſa, come fermano gli allegati Dottori; qual grazia cominciò a concederſi in Italia circa l'ottavo Secolo, giacchè *Juriſpatronatus in Beneficiorum collatione vix ulla reperies veſtigia in Eccleſiis Italiæ ſexto, & ſeptimo Seculo*, come aſſeriſce il *Natale ab Alexandr. Hiſtor. Eccleſiaſt. Secul. 6. cap. 6. artic. 3. n. 8. pag. mihi 382.* Et in conſeguenza non è inconveniente, che chi ha conceduta la grazia, ne ſoſpenda l'eſecuzione *ad tempus*, o in qualche caſo particolare, in cui una giuſta, e legitima cauſa concorra: Siccome con più forte eſempio della deroga alla volontà de' Teſtatori, prova il *Cardinal. de Luca de Jurepatronat. diſc. 65. n. 39.*

„ Queſta giuſtizia di cauſa concorre ſenza dub-
„ bio nella deroga *in totum* al Padronato litigioſo 187
„ (della quale ſi tratta,) poichè non ſapendoſi, ſintanto che pende la lite, chi ſia il vero Padrone, nè potendo li Collitiganti preſentare *lite pendente*, il Sommo Pontefice, con derogare *in totum pro unica vice*, provede all'indennità della Chieſa, che peraltro reſtarebbe vacante ſino alla deciſione della lite per tre ſentenze conformi: e non fà ingiuria, nè pregiudizio al Padrone laico atteſa la incertezza, e la proibizione di preſentare, *Senatus Sabaudiæ apud Fabr. in Cod. lib. 6. tit. 1. de Jurepatron. diff. 6. verſ. Juri autem, & in Notis n. 7. Campanil. Div. Jur. Canon. rubric. 11. cap. 13. num. 499. Pax Jordan. tom. 2. lib. 10. tit. 7. nu. 299. Azor. Inſtit. moral. tom. 2. lib. 6. cap. 23. quæſt. 8. Lotter. de Re Beneficiar. lib. 2. quæſt. 8. n. 100. Card. de Luca de Beneſ. diſc. 92. ſub n. 40. Caſſador. dec. 3. nu. 5. 6. ut lit. penden. R. P. D. Anſaldus deciſ. 35. n. 2.*

„ E ſiccome atteſe le regole, che abbiamo nelle *Decretali* di *Gregorio IX.* quando dopo la vacanza del Beneficio di Padronato laico inſorge tal diſcrepanza trà i preteſi Padroni, che non ſi può decidere la lite dentro il quadrimeſtre, il
„ Veſcovo provede all'indennità della Chieſa pa- 188
„ dronata, e la conferiſce a perſona idonea, *ſicut melius ſecundum Deum videris ordinandum*, con preſervarſi nelle medeme *Decretali* il Jus per le future vacanze a quello, *qui jus evicerit patronatus*, *Cap. Quoniam in fine*, *Cap. Si vero*, *Cap. Eam te*, *Cap. Cum propter*, *de Jurepat.* Così non può dirſi inconveniente, che il Som-
„ mo Pontefice proveda la Chieſa padronata di 189
„ Perſona idonea a ſuo beneplacito, quando è inſorta tal lite tra i Padroni, che non ſi è potuta terminare avanti la vacanza del Beneficio, che veriſimilmente non può terminarſi dentro il quadrimeſtre, dipendendo il Jus di provedere li Beneficj litigioſi in tutto, e per tutto dalla ſua diſpoſizione, *Clement. 1. in fine, Ut lite pendente.*

„ Rico-

190 „ Riconoſcendoſi anco la giuſtizia di queſta
„ deroga dall'iſteſſa formola, con la quale vien
„ concepita: Non è ſufficiente ogni lite, ma de-
„ ve precedere alla vacanza una lite vera, e legit-
„ tima, *R. P.ᵃD. Anſaldus dec. 35. n. 4.* in virtù
„ della clauſula -- *attenta lite hujuſmodi vere, &*
„ *legitime introducta :* -- Si preſerva il jus acqui-
„ ſtato a qualunque perſona avanti la *Data* della
„ grazia con l'altra clauſola -- *dummodo de tem-*
„ *pore Data &c.* -- e ſi dichiara eſpreſſamente,
„ che non s'intende di apportare minimo pregiu-
„ dizio o alla pendenza della lite, o alle ragioni
„ de' Collitiganti. Di modo che, ſe i Padroni, o
„ i Preſentati hanno *de jure* acquiſtato alcun jus
„ valido avanti la Data ſuddetta, gli vien preſer-
„ vato, e poſſono avvalerſene avanti i ſuoi Giudi-
„ ci competenti.
„ E viene riputata così forte la cauſa di eſſere
„ il Beneficio litigioſo, che quantunque in vigore
„ *della Regola XLII.* di Cancellaria le Proviſioni
„ Apoſtoliche ſiano ſorretizie, quando non ſi fac-
„ cia menzione eſpreſſa del Padronato, e non in-
„ tervenga una deroga poſitiva, e chiara, *Rota*
„ *deciſ. 44. ſub n. 6. & ſeqq. poſt Antonell. de Juri-*
191 „ *bus, & Oner. Clericor.* nulladimeno, quando ſi
„ tratta di Padronato litigioſo, il Beneficio è così
„ affetto alla diſpoſizione Pontificia, che ſi rende
„ valida la Proviſta Apoſtolica, ancorchè non ſi
„ faccia in eſſa menzione alcuna del Juſpadrona-
„ to, nè v'intervenga eſpreſſa deroga, ſecundo
„ l'antico ſtile della Segnatura di Grazia, e dell'
„ opinione della Rota Romana, *Caſſador. dec. 3.*
„ *Ut lite penden. Creſcent. dec. 8. de Jurepatr. Go-*
„ *meſ. ad Regul. de Impetr. Beneſ. per obit. Famil.*
„ *quæſt. 8. §. Poſtremo, Garc. de Beneſ. quaſt. 5.*
„ *cap. 3. nu. 62. Pariſ. de Reſignat. lib. 2. quaſt. 4.*
„ *n. 52. Lotter. de Re Beneſ. lib. 2. quæſt. 8. n. 100.*
„ *& quaſt. 20. n. 4.*
„ Non ſi controvertono queſte communi teo-
„ riche nella Scrittura communicata, il di cui dot-
„ to Autore unicamente vuol provare, che non
192 „ abbia luogo la Deroga Pontificia al Padronato
„ laicale in quei Paeſi, ne' quali concorre un'oſ-
„ ſervanza contraria, ſecondo l'opinione del *Lan-*
„ *cellotto*, e del Cardinal *de Luca* Scrittori Ro-
„ mani. Soggiungendo, che non ſolo negli Stati
„ del Sereniſſimo Gran Duca, ma ne anco in Spa-
„ gna, Francia, & altri Dominj ſi dia eſecuzione
„ a ſimili proviſte emanate dalla Santa Sede: Ma
„ dalle ſeguenti riſpoſte ſi tolgono facilmente le
„ oppoſte eccezzioni.
„ Gli Autori poco fà allegati non hanno giam-
„ mai approvata la preteſa conſuetudine di non
„ ammettere le Deroghe Apoſtoliche, delle quali
„ non hanno in modo alcuno parlato, ma trat-
„ tano una queſtione tutta affatto differente, &
193 „ eſtranea, cioè, che i Padroni poſſano preſen-
„ tare, *ſi in loco vigeret conſuetudo, quod Patro-*
„ *ni, etiam lite pendente præſentare valerent*;
„ In queſti termini parla il *Lancellotto de At-*
„ *tentatis quaſt. 2. cap. 4. num. 598.* e con l'au-
„ torità del *Lancelloto* il *Cardinale de. Luca de*
„ *Jurepatr. diſc. 1. num. 12.* il quale era di opi-
„ nione in quel caſo, che da' Miniſtri Regj ſi do-
„ mandaſſero le Lettere Remiſſoriali per provare
„ detta conſuetudine; ſoggiungendo, che non fu
„ preſa riſoluzione alcuna, e con un prudenziale
„ temperamento fu terminata la lite, e proteſtan-
„ doſi, che ſu le riſpoſte da lui date, come Av-
„ vocato del Rè, non potè formarne maturo giu-
„ dizio.
„ Quindi è, che lo ſteſſo *Cardinal de Luca*
„ rieſaminando la propoſizione del *Lancelloto* nei
„ termini, che i Padroni allegaſſero la conſuetudi-
„ ne di preſentare *lite pendente*, dice con in ge-
„ nuità, *iſta generalitas non placet*, e ſoſtiene, che
„ debba concorrere a favore de' Padroni una con- 194
„ ſuetudine immemorabile, ben provata con tutti
„ i ſuoi requiſiti, poichè in tal caſo poſſono i Pa
„ droni allegare il titolo, ò di Privilegio Apoſto- 195
„ lico, o di ſpeciale convenzione *in limine fun-*
„ *dationis*; conchiudendo per fine -- *difficile ta*
„ *men videtur dare in praxi hujuſmodi conſuetu* 196
„ *dinis probationem* -- come ſi può oſſervare nel
„ *Diſcorſo 67. n. 12. de Jurepatronat.* e *nel Diſ-*
„ *corſo 92. n. 33. de Beneſ.* E tanto più ſe ne ſti-
„ ma la prova difficile per il Decreto irritante
„ appoſto nel *cap. 1. & 2. Ut lite pendente in 6.* 197
„ dal quale ſi rende nullo, & infetto ogni tito-
„ lo, e poſſeſſo contrario, come in queſti termi-
„ ni oſſervò la *Rota in Hiſpalen. Beneficii de Xe-*
„ *res 20. Februarii 1604. §. Fuit reſponſum, co-*
„ *ram Litta.*
„ Si riconoſce pertanto inapplicabile l'Autori-
„ tà degli accennati Dottori per due evidenti ra-
„ gioni. La *prima*, perche nella controverſia pre-
„ ſente non ſi tratta, ſe i Padroni ſiano in poſ-
„ ſeſſo di preſentare *lite pendente*, e ſe provino
„ detta conſuetudine (eſſendo certo, che nei Do- 198
„ minj di *Toſcana* non vi concorra tal'uſo, am-
„ mettendoſi ſenza difficoltà le Surrogazioni gra-
„ zioſe fatte dalla S. Sede ne' Beneficj di Juſpatro-
„ nato litigioſi, il che dimoſtra chiaramente, che
„ i Padroni non ſono in poſſeſſo di preſentare *lite*
„ *pendente*,) ma ſi tratta della podeſtà Pontificia
„ di derogare, e ſe queſta poſſa eſſere riſtretta, o
„ eſcluſa dall'oſſervanza contraria.
„ La *ſeconda* raggione ſi è, che anco ne' termi-
„ ni, che i Padroni ſiano in *Cauſa*, & intendano
„ preſentare *lite pendente*, non baſta allegare una
„ ſemplice conſuetudine, & oſſervanza, ma pro- 199
„ var devono una conſuetudine immemorabile,
„ dalla quale ſi poſſa preſumere un Privilegio
„ Apoſtolico. E ſe tal prova anco in queſto caſo
„ è difficile in prattica, molto più ſarà difficile,
„ quando ſi pretende di eſcludere le Deroghe A-
„ poſtoliche in una materia, che avendo ſeco an-
„ neſſa della ſpiritualità, dipende dalla ſola podeſ-
„ tà del Sommo Pontefice, e nella quale, ſiccome
„ non ſi ſuol concedere un Privilegio eſpreſſo, che
„ contenga non doverſi eſeguire ſimili Deroghe,
„ così non ſi può indurre un Privilegio tacito, e
„ preſunto dall'oſſervanza; eſſendo concluſione
„ approvata, che quei Privilegj, i quali non ſi ſo- 200
„ gliono eſpreſſamente concedere, nemmeno ſi
„ poſſano preſumere dalla conſuetudine immemo-
„ rabile, *Tondut. quæſtion. Beneſ. 85. n. 49. Gra-*
„ *tian. diſc. 397. n. 40. de Luca de Juriſdict. diſc.*
„ *7. n. 13.* ubi quod eſt propoſitio recepta, & ſa-
„ tis rationabilis, *Rota in Romana Officii Capitolini*
„ *5. Martii 1703. §. Nec relevat, coram R. P. D.*
„ *Scotto, & in Saliburgen. ſeu Chyemen. Teſtimo-*
„ *nialium 23. Martii 1705. §. Abſque eo, coram*
„ *eodem.*
„ Paſſando però all'eſame dell'aſſerta oſſervan-
„ za, o conſuetudine immemorabile ne' Stati del 201
„ Sereniſſimo Gran Duca, di queſta ſe ne parla
„ nella lettera ſcritta da Firenze a' 20. *Novembre*
„ 1708. con li ſeguenti termini -- *che ſimili De-*
„ *roghe del Padronato in totum non ſiano mai ſta-*
„ *te ammeſſe, e che ſia ſtato così comandato per*
„ *più Reſcritti de' Sereniſſimi Predeceſſori, conforme*
„ *fu riſoluto dal Sereniſſimo Gran Duca nel 1631. a*
„ *relazione del Signor Auditor Veteri nella Cauſa*

„ *della Pieve di Libra*, *fatto a favore del Prete*
„ *Rinaldi*.
„ Si deduce da queſta Lettera, che detta oſ-
„ ſervanza, e conſuetudine tira l'origine *da più*
„ *Reſcritti de' Sereniſſimi Predeceſſori*. E non eſ-
„ ſendo queſti ſuſſiſtenti per quell'incontroverti-
202 „ bile principio, che *Laici*, *quantunvis Religioſi*
„ *ſint*, *nulli tamen de Eccleſiaſticis facultatibus*
„ *reſpondendi*, (*alias diſponendi*) *legitime nu-*
„ *quam attributa facultas*. *Creſpetius in Sum-*
„ *ma*, *verbo Laicus*; ne ſiegue, che nemmeno
203 „ ſuſſiſta l'oſſervanza, la quale non può avere
„ maggior forza de' Reſcritti, da' quali è prodot-
„ ta, *Bonacin. de Cenſur. in Bull. Cœn. diſput.* 1.
„ *quaſtion:* 15. *punct.* 4. §. 3. *verſ. Quinto quia*.
„ Nè queſta oſſervanza può indurre una vera con-
„ ſuetudine, non eſſendo altro, che una ſeguela
„ di quei Reſcritti, da' quali deriva; E conclu-
204 „ dono gli Autori, che, ſe un Popolo per mil-
„ le anni oſſervi una Legge, un Privilegio, o un
„ Statuto, non s'induca mai conſuetudine, per-
„ chè non concorre l'animo d'indurre conſuetu-
„ dine, ma ſolamente di oſſervare la Legge, il
„ Privilegio, o lo Statuto, *Felin. in Cap.* 1. *nu-*
„ *mer.* 17. *de Reſcript. Geminian. in Cap.* 1. *num.*
„ 29. *verſ. Non obſtat quarta de Conſtit. in* 6.
„ *Rocch. de Curte de Conſuetud. num.* 10. *circa fi-*
„ *nem*, *Fagnan. in Cap. Cum omnes ſub n.* 5. *de*
„ *Conſtit.*
„ Inoltre da detta Lettera ſi prova, che tal
„ preteſa oſſervanza cominciò dall'anno 1634. e
„ così coſtando del principio del poſſeſſo, non
205 „ può dirſi provata l'immemorabile, *Rota dec.*
„ 572. *num.* 10. *coram Cerro*, *dec.* 502. *num.* 3.
„ *deciſ.* 519. *num.* 7. & *deciſ.* 696. *num.* 3. *coram*
„ *Emerix*; & alibi paſſim. E molto meno può
„ dirſi provata contro la Chieſa Romana, con-
206 „ tro la quale non ſi ammette alcun poſſeſſo in
„ vigore della nota Coſtituzione di *Urbano VIII.*
„ *la CLVII.*
„ Ma ſe trà le condizioni più neceſſarie della
207 „ conſuetudine immemorabile, è quella, che non
„ ſi ſia fatta, detta, o ſcritta coſa alcuna in con-
„ trario, di modo che il ſolo contrario rumore di-
„ ſtrugga la preteſa conſuetudine, *Toudut. Reſol.*
„ *Beneſ. tom.* 1. *cap.* 104. *prope finem*, *Sperell.*
„ *dec.* 69. *n.* 14. *Cardinalis de Luca de Juriſdict.*
„ *diſc.* 3. *n.* 8. *Adden. ad Gregor. deciſ.* 298. *num.*
„ 13. *Rota dec.* 314. *ſub n.* 6. *part.* 11. *deciſ.* 139.
„ *n.* 10. *part.* 18. ſenza alcuna difficoltà nel caſo
„ preſente reſta eſcluſa ogni conſuetudine, atteſi
„ gli atti poſitivi di Deroghe fatte anco ne' Stati
208 „ di *Toſcana* in diverſi tempi da' Sommi Ponte-
„ fici, come dagli eſempj, che in queſti preciſi
„ termini ſi danno nel *foglio a parte*, a' quali ſi
„ aggiungono altre proviſte fatte con eſpreſſa de-
„ roga *in totum* al Padronato laicale in caſo di
„ morte del Beneficiato *apud Sedem*, le quali, co-
209 „ me provenienti dalla medeſima cauſa univerſale,
„ comprovano il poſſeſſo, in cui ſi trova la Santa
„ Sede di derogare *in totum*, anco ne' Stati del Se-
„ reniſſimo Gran Duca in quei due caſi, ne' quali
„ oggidì regolarmente ſi ſuol derogare al Padro-
„ nato laicale.
„ Nè ſembrano molto convincenti le riſpoſte
„ date ad alcune di queſte Proviſioni Apoſtoli-
„ che: Riſpetto al Beneficio *Pientin.* proviſto da
„ *Aleſſandro VII.* ſi oppone, che di queſta provi-
„ ſta non ſi e avuta alcuna notizia da' Miniſtri lai-
„ ci, non trovandoſi regiſtrata ne' loro libri: Ma
210 „ ſecondo i termini legali, i libri provano ben
„ l'affirmativa delle coſe ivi deſcritte, ma non
„ concludono, ne coartano la negativa, eſſendo
„ poſſibile, che ſia pervenuta la notizia di tal
„ proviſta a' Miniſtri laici, e che non ſia ſtata deſ-
„ critta in detti libri, *Rota dec.* 298. *circa finem*
„ *part.* 2. *vol. Conſil. Farin.* & *dec.* 333. *n.* 7. *part.*
„ 10. *Recent.* Inoltre queſta oppoſizione eviden-
„ temente ſi ritorce, e con eſſa ſi diſtrugge chia-
„ ramente la preteſa conſuetudine, non potendoſi
„ mai provare, che gli Atti, da' quali e formata
„ detta conſuetudine, ſiano pervenuti a notizia
„ del Sommo Pontefice, e de' ſuoi Miniſtri. Se
„ dunque le Proviſte fatte dalla Santa Sede non
„ tolgono la conſuetudine, perchè non ſono per-
„ venute a notizia de' Miniſtri laici, ne ſiegue,
„ che nemmeno gli atti indottivi della conſuetu-
„ dine poſſono eſſere giovevoli, perchè non ſono
„ venuti a notizia de' Sommi Pontefici, non po-
„ tendoſi addurre raggione di differenza tra l'u-
„ no, e l'altro caſo; ed eſſendo per altro certo,
„ che contro l'Autorità Pontificia, e le ſue *Regole*,
„ *e Coſtituzioni*, non ſi poſſa introdurre alcuna le- 211
„ gittima conſuetudine ſenza la ſcienza del Papa,
„ *Rota cor. Cavaler. dec.* 91. *num.* 5. & *ſeqq.* & *in*
„ *Cracovien. Cantoriæ* 11. *Martii* 1701. & 6. *Ju-*
„ *nii ejuſdem anni*, *utrobique* §. *finali coram Emi-*
„ *nentiſſimo Caprara*, & *generaliter Spada conſil.*
„ 1. *nu.* 8. & 9. *lib.* 1. In ogni caſo queſt'atto, 212
„ benchè non ſia pervenuto a notizia de' Mini-
„ ſtri laici, dimoſtra, che non ha mai la Santa Se-
„ de approvata queſta oſſervanza, e che conſe-
„ guentemente non poſſa allegarſi Privilegio Apo-
„ ſtolico preſunto, giacchè queſta preſunzione vien
„ diſtrutta da un'atto poſitivo contrario, ancor-
„ che non ſia pervenuto a notizia di quei Miniſtri
„ laici.
„ Riſpetto all'altro eſempio *Senen.* ſi oppone, 213
„ che non ebbe effetto, per avere il *Franceſchi-*
„ *ni*, che ne fu proviſto, dimeſſo l'abito Cleri-
„ cale prima di prendere il poſſeſſo del Beneficio.
„ Ma ſi toglie l'oppoſizione con l'iſteſſe rifleſſioni
„ gia fatte, poichè, ſe l'immemorabile ſi eſclude 214
„ per il ſolo contrario rumore, molto più verrà
„ eſcluſa da un'atto poſitivo, il quale per un ca-
„ ſo mero accidentale non abbia avuto il ſuo ef-
„ fetto: E ſemper dimoſtrerà, che milita a favo-
„ re della Santa Sede l'oſſervanza, la quale ſi de-
„ duce anco dagli atti nulli, & ineffettuati, come
„ provano li *Dottori* allegati dalla Rota in *Majo-*
„ *ricen. Juriſpatronatus* 16. *Maii* 1704. §. *Fortius*
„ *in fine*, & §. *Prout*, *coram Muto.* E l'atto del-
„ la Grazia Apoſtolica ſi perfeziona con la Se- 215
„ gnatura, e regiſtrata della grazia, ancorchè non
„ ſi ſia potuta eſeguire per la morte, o natura-
„ le, o civile del proviſto poco dopo ſopravve-
„ nuta, *Lotter. de Re Beneficiar. lib.* 3. *quaſt.* 1.
„ *num.* 15. & *ſeqq. Gonzal. ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 15.
„ §. 1. *num.* 15. & 33. & §. 2. *num.* 31. *Garc. de*
„ *Beneſic. part.* 4. *cap.* 2. *num.* 1. & 2. & paſſim
„ alibi.
„ Non regge in fatto la riſpoſta, che vien da-
„ ta all'eſempio *Aretin.* cioè, che queſta Pro- 216
„ viſta fu fatta per via di Surrogazione grazioſa
„ à *Martino Romanelli* nelle raggioni di *Giuſep-*
„ *pe Romanelli*, morto *lite pendente*: Poichè dalla
„ lettura dell'iſteſſa Supplica appariſce, che det-
„ to *Martino* non era Collitigante, e che egli
„ fu proviſto, perchè il Beneficio vacava, *ad-*
„ *huc ut prius*, per eſſere ſtate nulle le antecedenti
„ preſentazioni fatte nelle Perſone [illegible] Colliti-
„ ganti, tra quali non ſi legge [illegible] *mo*: E
„ ſebbene ſi legge in detta S[illegible] *Litere*
„ *deſuper in forma ſimpli*[illegible] *grazioſa*
Subro-

Digitized by Google

» *Subrogationis*, *Gratiæ ſi neutri*, *ſi nulli*, *perinde*
» *valere*, *ſimul*, *vel ad partem expediri poſſint*;
» Contuttociò queſte ſono clauſole generali, ſolite
» apporſi in tutta le Suppliche indifferentemente,
» anco a favore di un *terzo* impetrante, acciò io
» vigore di eſſe clauſole generali poſſa il Proviſto
» ſpedire nuove Lettere Apoſtoliche nella forma,
» che le ſarà più proficuo, ma non può mai da
» eſſe dedurſi, che il ſudetto *Martino* ſia ſtato
» come Collitigante proviſto per via di *Surroga-*
» *zione grazioſa* al Defonto, col quale detto *Mar-*
» *tino* non litigava.
» Queſte iſteſſe Proviſte con la deroga *in to-*
217 » *tum* ne' Beneficj litigioſi ſi fanno frequentemen-
» te nella *Spagna*. Ve ne ſono ne' Regiſtri di Da-
» taria molti eſempj, ſe ne danno per ora tredici
» nel foglio a parte, e ſe n'eſibirà copia maggio-
» re, ſe così ſi deſidera: Nè può crederſi, che tan-
» ti Proviſti abbiano voluto inutilmente ſoggiace-
» re alle ſpeſe delle Bolle, e ſottoporſi ad altri in-
» commodi, ſe in quei Regni vi foſſe il coſtume
» di non ammettere tali Deroghe.
» E ne' termini del Padronato litigioſo il *Co-*
218 » *varruvia pract. quaeſt. cap.* 36. non atteſta
» poſitivamente, che queſta ſia la conſuetudine di
» Spagna, ma doppo avere apportati gli Editti
» Regj, (i quali qual forza abbiano e come ſi deb-
» bano intendere lo ſpiegano *Alter. de Cenſuris*
» *tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 5. *diſp.* 16. *pag. mihi* 698. *litt.*
» *E. Diana Oper. Coord. tom.* 9. *tract.* 2. *reſol.* 35.
» *n.* 8. *& reſol.* 204. *n.* 2. *Borell. de Praſtant. Reg.*
» *Cathol. cap.* 52. *n.* 8.) diſcende alla queſtione,
» ſe ſotto detti Editti ſia compreſa la deroga al
» Padronato litigioſo, e riprovando il *Caſſadoro*, &
» il *Gomeſio*, con varie diſtinzioni eſpone il ſuo ſen-
» timento, che ſimili Deroghe non ſi debbano am-
» mettere: Ma alla privata opinione del *Covarru-*
» *via*, Scritrote peraltro troppo avverſo alla Giu-
» riſdizione Eccleſiaſtica, come oſſervò il *Galleſio*
» *de Eccleſ. in Matrim. poteſt. part.* 1. *num.* 218.
» *verſ. Colligitur pag. mihi* 64. e che in termi-
» ni di Padronato, e ſue Deroghe, ha preſo
» altri abbagli, come dal caſo, di cui tratta
» lo *Spada conſ.* 11. *lib.* 3. prevagliono lo ſtile
» della Segnatura di Grazia, alla quale preſiede
» lo ſteſſo Papa, l'opinione della Rota Romana,
» e l'iſteſſa avidenza del fatto provato con tanti
» eſempj.
» Si prattica anco l'iſteſſo ſtile di derogare *in*
219 » *totum* al Padronato litigioſo in *Germania*, in
» *Polonia*, in *Portogallo*, & in *Italia*, particolar-
» mente ne' Stati di *Milano*, *Napoli*, *Piemonte*
» *&c.* come dall' iſteſſo foglio degli Eſempj. E
220 » riſpetto al *Portogallo* non oſtano il *Cabedo de*
» *Jurepatron. cap.* 13. *e l'Antunez lib.* 3. *cap.* 28.
» *n.* 136. perchè il primo ferma ſolamente, che
» ſenza il conſenſo del Rè non ſi poſſa imporre
» penſione ne' Beneficj di Regio Padronato: & il
» ſecondo parla ſimilmeote del Padronato Regio,
» e della Deroga pregiudiziale al Padrono laico,
» con la quale egli venga privato del ſuo poſſeſſo;
» il che non è applicabile al Juſpadronato litigio-
» ſo, nel qual caſo colla deroga non ſi pregiudica
» al Padrono, non ſapendoſi, chi de' litiganti oe
» ſia il vero Padrono.
» Reſta da eſaminarſi lo ſtile della *Francia*, di
221 » cui fa menzione il *Rebuffo in Prax. in tertia*
» *parte Signat. verb. Necnon Juſpatronatus n.* 12.
» 30. *&* 36. Ma tralaſciando la riſpoſta, che que-
» ſto Autore non parla del Padronato litigioſo, a
» reſtringe queſt'uſo alla *Patria Conſuetudinaria*,
222 » e per *Patria Conſuetudinaria* intendono i Scrit-
» tori i Franceſi quei Paeſi, ne' quali non ſi vive
» col *Jus ſcritto*, ma con le ſole Conſuetudini *non*
» *ſcritte*, come ſi raccoglie dal *Natal. ab Alex.*
» *Secul.* 15. *&* 18. *part.* 2. *cap.* 2. *art.* 4. *pag. mihi*
» 166. *& pag.* 171. *in fine.* Il che non è applicabi-
» le alla *Toſcana*, ove ſi vive col *Jus ſcritto*, e
» dove è in oſſervanza anco il *Seſto* delle Decretali
» di *Boniſacio VIII.*
» Si riſponde più ſtrettamente, eſſere a tutti
» manifeſto, quanto ſiano differenti le Regole, 223
» che nelle materie Beneficiali ſi pratticano in
» *Francia* da quelle, che ſi oſſervano negl'altri
» Paeſi Cattolici. Naſce queſta differenza dalli
» Concordati ſtabiliti tra *Leone X.* e *Franceſco I.*
» in vigore de' quali non hanno luogo in *Francia*,
» nè le Regole di Cancellaria, nè le Riſerve, &
» Affezioni Apoſtoliche, & unicamente è riſervata
» al Papa la Prevenzione ne' Beneficj di libera col
» lazione; & in *Francia*, nè anco nei Beneficj li 224
» beri ha luogo la diſpoſizione del *Cap.* 1. *e* 2. *Ut*
» *lite penden. in* 6. ma gli Ordinarj conferiſcono i
» Beneficj litigioſi con la ſola prevenzinne trà eſſi,
» & il Papa, *Cardin. de Luca de Benefic. diſc.* 27.
» *n.* 22. *Tondut. reſol. Beneficial. part.* 3. *cap.* 163.
» *n.* 9. Et eſſendo queſto ſtile locale, non può 225
» eſtenderſi ad altri Dominj, ne' quali *non vigent*
» ſimili patti: Così volendoſi una volta in *Spa-*
» *gna* conferire dall' Ordinario un Beneficio liti-
» gioſo al ſuperſtite Collitigante coo l'eſempio di
» quello, che ſi pratticava io *Francia*, la *Rota* riſ-
» poſe, che queſto ſtile, *uti Beneficialis*, *& contra*
» *Jus extendi non debet*, *Juribus vulgatis*, come
» appariſce dalla Deciſione *Hiſpalen. Beneficii de*
» *Xeres* 20. *Februarii* 1604. §. *Nec in dicto coram*
» *Litta.*
» Da tutto queſto Diſcorſo ſi riconoſce con evi-
» denza, che non ſolo in Toſcana ſi ammettono le 226
» Deroghe Apoſtoliche al Padronato litigioſo, ma
» che noo può pratticarſi altrimenti, ſe noo ſi vuol
» tenere vacante per ſempre il Beneficio, del qua-
» le ſi tratta: Poſta la lite, i Padroni non poſſono
» preſentare: L'Ordinario di *Faenza*, nella di cui
» Dioceſe è ſituato queſto Beneficio, non vi può
» apporre le mani, e non può provederne il ſuper-
» ſtite Collitigante, particolarmente dopo che Sua
» Santità ne ha proviſto un' altro, *Rota in dicta*
» *Hiſpalen. coram Litta* §. *Et dum informantes*,
» *&* §. *Et cum.* Il Papa non ſi può forzare a con-
» cedere la Surrogazione grazioſa all'altro ſuper- 227
» ſtite preſentato, dipendendo tutto dal ſuo arbi-
» trio, *Amayden. de Stylo Datar. cap.* 24. §. 1.
» *n.* 4. *& ſeqq. Card. de Luca de Benef. diſc.* 51.
» *n.* 3. *& diſc.* 53. *nn.* 4. *Rota coram Caccin dec.*
» 150. *n.* 3. *& finali*, *& cor. Emerix dec.* 900. *n.*
» 6. *& in dicta Hiſpalen.* §§. *citatis*; & i Padroni
» oon poſſono aſtringerſi a proſeguire la lite, ò a
» terminarla per concordia. Dunque per provede-
» re alla Chieſa, acciò oon reſti per lungo tem-
» po vacante, non vi è altro rimedio, che di pro-
» vedere colla Deroga *in totum pro hac vice*, ac-
» ciò eccitati i Padroni, poſſino terminare la li-
» te, che nel caſo preſente dal 1639. è tuttavia
» pendente.
» E la concluſione in contrario addotta, che i
» Padroni poſſano preſentare al Beneficio litigio- 228
» ſo, quando ſono in poſſeſſo di preſentare, può
» aver luogo, quando ſono ex propria perſona io
» poſſeſſo pacifico, e non controverſo di preſenta-
» re avanti la conteſtazione della lite, ma non
» già, quando il poſſeſſo, che allegano, è torbi-
» do, e contraſtato, ex plene congeſtis per *Ro-*
» *tam in Vercellen. Canonicatus* 30. *Junii* 1704.
coram

„ *coram Illuſtriſſimo Caffarello.* E nel caſo preſen-
„ te neſſuno de' pretenſori ha per ſe *ſtato* alcuno
„ chiaro così in *petitorio*, come in *poſſeſſorio*,
„ come ſi avvertì nella prima Deciſione di Mon-
„ ſignor *Kaunitz in Faventina Beneficii 24. Apri-*
„ *lis* 1705. *§. Continuatio.*

„ Oltre di che queſta concluſione da eſaminarſi
„ avanti il ſuo Giudice, potrà bene operare, che
„ la Deroga ſia ſurrettizia per la clauſola ſolita ap-
„ porſi nelle Bolle Apoſtoliche -- *Dummodo tempo-*
„ *re Data &c.* -- ma non può operare, che gene-
„ ralmente non ſi debbano ammettere le Deroghe
„ al Padronato laicale per non pregiudicare al poſ-
„ ſeſſo de' Padroni, quando la Deroga non ha
„ luogo, ſe non in caſo dell'incertezza, chi ſia il
„ vero Padrono del Beneficio, & in caſo, che
„ non ſiaſi precedentemente acquiſtato Jus ad al-
„ cuno de' Collitiganti in conformità della formo-
„ la di ſopra accennata.

Hactenus *primus* Diſcurſus; In *ſecundo* vero
latius oſtendebam, prætenſam conſuetudinem non
derogandi Juripatronatus laicali, dum lis ſuper il-
lius pertinentia inter Patronos tempore vacationis
Beneficii adhuc viget, nullatenus adeſſe in Domi-
niis Magni Etruriæ Ducis, quemadmodum nec in
Regionibus Ultramontanis, in quibus ſæpiſſime
Pontifices facultate hac derogandi uſi ſunt; Unde
ſic dicebam.

„ Le Deroghe al Padronato laicale non devono
„ eſaminarſi con termini, e regole generali, ma
„ nel caſo particolare, di cui ſi tratta; La S. Se-
„ de non deroga indifferentemente, ed a benepla-
229 „ cito di ciaſchedun Supplicante ai Padronati,
„ ma in pochiſſimi caſi, che avvengono di ra-
„ do, e che traggono l'origine dalla diſpoſizione
„ de' Sagri Canoni; E ciò ſi fà con tanta circor-
„ ſpezione, e con tali clauſole, e reſtrittive, che
„ i Padroni, che riconoſcono tutto dalla benigni-
„ tà della Chieſa, non hanno raggione di doler-
„ ſene, come in termini meno forti avvertì la
„ ſan. mem. di *Pio IV.* nella riſpoſta fatta dare al-
„ l'iſtanze de' Germani appreſſo il *Rainaldo ad an-*
„ *num* 1563. *n.* 44. *Ad ſecundum, & tertium arti-*
„ *culum de Jurepatronatus, cui derogare querun-*
„ *tur, reſpondet Sua Sanctitas, ſe exiſtimare, Ju-*
„ *ripatronatus laicorum haud temere derogaſſe un-*
„ *quam, aut ab hac Sede derogari ſolere, niſi forte*
„ *in Beneficiis apud eandem Sedem vacantibus,*
„ *quæ ab antiquo, ac etiam de Jure communi ſem-*
„ *per fuerunt ſolius Romani Pontificis diſpoſitioni*
„ *reſervata, quod, cum non frequenter accidat,*
„ *ſed raro admodum, non habere Patronos juſtam*
„ *cauſam, quod inde querantur, præſertim ſi cogi-*
„ *tent, nihil ſibi auctoritatis in Eccleſiaſticis rebus*
„ *poſſe comparare, niſi, quod hujus Sedis auctorita-*
„ *te ipſis indultum eſt.*

„ Si è detto in *termini meno forti*, poichè nel-
230 „ la deroga del Juſpadronato litigioſo concorro-
„ no non ſolo tutte le ragioni conſiderate da *Pio*
„ *IV.* ma altre più ſtringenti. Primo, ſtante la
„ lite avanti la vacanza del Beneficio, e l'incer-
„ tezza del vero Padrono, nè Padroni poſſono
„ preſentare, nè i Veſcovi iſtituire, dunque non
„ ſe gli fa alcuna ingiuria, *Caſſador. dec.* 3. *nu.*
„ 5. & 6. *Ut lite penden. Lotter. de Re Benefic.*
„ *lib.* 2. *quaſt.* 8. *n.* 100. *Franceſ. reſol.* 34. *n.* 34.
„ *Cardin. de Luca diſcurſ.* 33. *numer.* 7. & 8. *de*
„ *Benef.* Secondo, nelle altre Proviſte ſi può op-
„ porre del difetto dell'intenzione del Papa, ſe
„ non fà menzione, e ſe non deroga al Padrona-
231 „ to, *Lapus allegat.* 96. *per totum.* Ma quando il
„ Beneficio è litigioſo, non è neceſſaria menzione
„ di Padronato, nè Deroga, la quale ſolamente *po-*
„ *nitur ad cauthelam*, ancorchè ſi trattaſſe di Pa-
„ dronato regio, *Rot. cor. Caſſador. dicta dec.* 3. *n.*
„ 7. & 8. *Ut lite pend. cor. Creſcent. deciſ.* 8. *de Ju-*
„ *repatr. Monet. de Commutat. ultim. volum. cap.*
„ 10. *n.* 282. *Lotter. dicta lib.* 2. *quaſt.* 8. *n.* 100.
„ *Franceſ. Reſolut.* 33. *num.* 11. *Garc. de Benefic.*
„ *part.* 5. *cap.* 1. *n.* 62. & bene *Antonius Auguſti-*
„ *nus apud Rubeum Singul. Rot. Roman. tom.* 1.
„ *cap.* 7. *pag.* 178. *n.* 4. & *pag.* 213. *nu.* 9. *Coccin.*
„ *dec.* 363. *num.* 9. Terzo, il caſo della lite è
„ una ſpecie di devoluzione, e queſto è un ca- 232
„ ſo notabile, *in quo non valenti agere, currit*
„ *tempus: Abbas in Cap. Quoniam num.* 5. *de*
„ *Jurepatron. & in cap. Cum propter num.* 2. *eo-*
„ *dem titulo.* Conſiderandoſi anco nel caſo della
„ lite la negligenza, e colpa de' Padroni, e per-
„ chè da principio non furono concordi, *Card.*
„ *de Luca de Jurepatr. Diſc.* 1. *num.* 15. e per-
„ chè hanno traſcurato di ottenerne la termina-
„ zione.

„ La negligenza de' Padroni è nel caſo preſen-
„ te in ſommo grado conſiderabile. Sono quaſi
„ *ottanta anni*, che dura frà quattro Famiglie la
„ lite, ſenza eſſerſi mai determinato, chi ſia il
„ vero Padrono, e nell'oſcurità delle ragioni, ciaſ-
„ chedun delle Parti hà per ſe, e contro di ſe
„ ſentenze diverſe, come ſi narra in queſt'iſteſſa
„ Cauſa dalla *Rota in Faventina Beneficii 24. A-*
„ *prilis, & 10. Junii* 1705. *cor. R. P. D. Kaunitz.*
„ In tali circonſtanze, e torbidezza di ragioni,
„ qual più adequato temperamento può adattarſi,
„ che quello di provedere il Beneficio con la De-
„ roga *in totum* al Padronato, che ſervirà anco di
„ ſtimolo ad indurre i Competitori alla termina-
„ zione della lite; tanto più che non poteva cami-
„ narſi per via di *Surrogazione Grazioſa* à favore
„ del ſuperſtite Collitigante, poichè di quei, che
„ da principio furono legitimamente preſentati,
„ non vi è alcuno ſuperſtite, e gli altri, che furo-
„ no dopo preſentati durante la lite, ò non eſiſtono
„ più, ò non ſono comparſi in giudizio, di modo
„ che poſſino dirſi Collitiganti, ò non hanno ac-
„ quiſtato jus alcuno, perchè le preſentazioni fat- 233
„ te, durante la lite, ſono nulle, *Cap.* 1. & 2. *Ut*
„ *lite penden. in* 6. *Rota in Faventina Beneficii* 18.
„ *Decembris* 1704. *§. Demum coram Muto, & in*
„ *hac eadem Faventina Beneficii* 22. *Aprilis*
„ 1705. *§. finali coram R. P. D. Kaunitz.* Et in
„ molti caſi ſogliono i Prencipi, e Tribunali per
„ non approvare le ragioni più di uno, che dell'
„ altro pretendente, ſcieglire un terzo, durante
„ la lite, *Rota in Nullius Præpoſituræ Pomposia-*
„ *næ* 21. *Martii* 1708. *per tot. cor. Reverendiſſ.*
„ *Molines.*

„ Serviranno queſte premeſſe a facilitare le riſ-
„ poſte alla preteſa *Centenaria* di non ammetter-
„ ſi in *Toſcana* le Deroghe al Juſpadronato lai-
„ cale. Si tralaſcia di eſaminare in genere, ſe 234
„ le Leggi, o Conſuetudini di non ammettere
„ ſimili Deroghe ſiano valide, potendoſi ſopra
„ di ciò vedere *l'Autori* citati nell'antecedente
„ *Diſcorſo* nel §. *E ne' termini*, alli quali ſi ag-
„ giungono *Duard. ad Bull. Cœnæ Can.* 15. *quaſt.*
„ 19. *n.* 51. & *quatuor ſeqq. Bonacina de Cenſuris*
„ *ad Bull. Cœnæ Diſput.* 1. *quaſt.* 16. *punct.* 2. *nu.*
„ 2. *ubi de Communi.* Reſtringendoſi la diſputa
„ *in concreto*, ſe veramente ne' Dominj ſoggetti
„ al Sereniſſimo Gran Duca ſi provi queſta *Cen-*
„ *tenaria* negativa di non ammetterſi le Deroghe
„ Apoſtoliche ne' Beneficj di Padronato laicale, che
„ ſiino litigioſi avanti la vacanza, e ne' quali il
Padrono

„ Padrono non poſſa preſentare; e ſe le prove
„ ſiano tali, che feriſcano il caſo *in ſpecie*, e ne'
„ termini, ne' quali cade la controverſia, ſecondo
„ la commune concluſione preſſo il *Mantic. deciſ.*
„ 357. *n.* 4. & alibi paſſim.
„ Procedendoſi con queſto ſiſtema, ſi rende in-
235 „ applicabile l'atteſtazione del *Lapo Allegat.* 78.
„ *n.* 17. *juxta impreſſ. anni* 1571. Egli non parla
„ nè delle Proviſte Apoſtoliche, ne del Padrona-
„ to litigioſo avanti la vacanza, nè del caſo, che
„ ſia incerto, qual ſia il vero Padrono. Nel ſuo
„ Tema il Padrono era certo, ed aveva legittima-
„ mente preſentato, ma perchè gli ſteſſi Padroni
„ variando erano venuti alla ſeconda preſentazio-
„ ne, nacque lite, qual de' due Preſentati dove-
„ va eſſere preferito, e volendo il *Veſcovo di Fi-*
„ *renze* provedere per evitare i ſcandali in vigore
„ del *Cap. Quoniam, de Jurepatr.* riſponde il
„ *Lapo*, che in *Firenze* non può temerſi ſcandalo,
„ e che *hoc Jus, quod Epiſcopus ponat Rectorem,*
„ *receſſit ab Aula, nec uſquam in hac Civitate au-*
„ *ditum.* Nè queſta è ſola prerogativa della Città
„ di *Firenze*, perchè generalmente la diſpoſizione
236 „ di quella Decretale, *receſſit ab Aula, Card. de*
„ *Luca de Jurepatr. diſc.* 64. *n.* 12. cum ibi alle-
„ gatis. E nemmeno la Santa Sede provede al
„ Beneficio, che ſia divenuto litigioſo dopo la va-
„ canza, col ſolo oggetto di evitare lo ſcandalo
„ tra due penſentati, e molto meno tra due pre-
„ ſentati dall'iſteſſo Padrono, come era il caſo del
„ *Lapo.*
„ In ſecondo luogo ſi adduce, che ſimili Dero-
„ ghe *non ſi trovano deſcritte ne' Libri publici de'*
237 „ *Regiſtri tenuti dal Cancelliere, ne' quali è obbli-*
„ *gato a deſcrivere tutti i Poſſeſſi.* Ma ciò che ſia
„ della preciſa neceſſità di deſcrivere le Deroghe
„ Apoſtoliche in detti libri, e ſe nel preſente caſo
„ reſti eſcluſa qualunque poſſibilità in contrario;
„ dalla detta non deſcrizzione potrà ſolamente de-
„ durſi, che il Pontefice non abbia poſto in uſo, e
„ non ſi ſia ſervito delle ſue facoltà, ma non po-
„ trà formarſi una conſuetudine negativa, che im-
„ pediſca di ſervirſi di queſta facoltà in avvenire,
„ mentre il derogare, o non derogare, è un' atto
238 „ facoltativo, como ferma la *Rota dec.* 530. *num.*
„ 14. & 15. *part.* 4. *tom.* 3. *Recent.* con queſte
„ puntuali parole -- *Neque aliquod ſolitum in ge-*
„ *nere poteſt ab ipſo, aut alio Supremo Principe*
„ *allegari, cum ſit in facultate Summi Pontificis*
„ *derogare velle, vel non. Et ad hunc effectum*
„ *non ſuffragatur actus negativus, ſcilicet non*
„ *fuiſſe derogatum, quia ex hoc non ſequitur ac-*
„ *tus impotentiæ derogandi, cum ſit actus faculta-*
„ *tivus.* --
„ Inoltre non baſta, che le Deroghe Apoſtoli-
239 „ che non ſiano deſcritte in detti libri de' Poſſeſſi,
„ ma biſogna dimoſtrare chi conſeguì il poſſeſſo
„ del Beneficio litigioſo? con quale autorità? e
„ quando non fù data eſecuzione alle dette Dero-
„ ghe? I Padroni anco in *Toſcana*, *pendente lite*
„ non preſentano; Il Veſcovo non iſtituiſce; Alle
„ Deroghe Apoſtoliche (come ſi pretende) non
„ ſi è data eſecuzione; Dunque qual proviſione fù
„ preſa sù queſti Beneficj litigioſi? particolarmen-
„ te quando o non vi ſono ſtati, o non ſono com-
„ parſi i legittimi Collitiganti a domandarne la
„ Surrogazione grazioſa.
„ Nè ſuffraga l'enunciativa dell'Auditore *To-*
240 „ *relli* di eſſerſi coſtumato per il paſſato di non
„ ammettere tali Deroghe, perchè *Sua Altezza*
„ *diceva eſſere reſtato così di accordo con Papa*
„ *Paolo III. e con gli altri.* Perchè per quanto ſi
„ può raccogliere da quel poco, che ſi riferiſce
„ nella Scrittura communicata, non ſi trattava di
„ Beneficio litigioſo *ante vacationem*, nè ivi ſi
„ enuncia, che il preteſo Concordato con *Paolo*
„ *III.* e con gli altri Pontefici, abbracciaſſe an-
„ co queſta ſorte di Beneficj, ſopra de' quali ca-
„ de in oggi la controverſia; E, trattandoſi di
„ una grazia ſingolariſſima, e grande, che non è
„ ſtata mai conceduta ad alcun Principe, e di un'
„ *Accordo* fatto non ſolo con *Paolo III.* ma con al-
„ tri Pontefici ancora, ſi rende aſſai inveriſimile,
„ che di queſto *Accordo* più volte fatto, non ne
„ ſia reſtata alcuna concludente memoria, o lettera
„ di qualche Miniſtro, per mezzo del quale ſiaſi
„ trattato, concluſo, e reiterato detto *Accordo*;
„ ma queſta è enunciativa ſola de *auditu*, fatta
„ dall'Auditore *Torelli*, e pure negli atti pregiudi-
„ ziali alla Santa Sede, non ſi ammette la prova
„ della fama del Privilegio ſecondo la Coſtitu- 241
„ zione di *Urbano VIII. la CLVII. in Appendice* §.
„ 9. *de qua Fagnan. in Cap. Conſuetudines n.* 57.
„ & 73. *de Conſuet.*
„ Quanto a' Reſcritti de' Sereniſſimi Predeceſ- 242
„ ſori, queſti ò non percuotono il caſo del Padro-
„ nato litigioſo avanti la vacanza, nel quale non
„ ſi reca a' Padroni alcun pregiudizio, e nel qua-
„ le militano diverſe ragioni; ò non può dirſi
„ formata da eſſi una legale conſuetudine, eſſen-
„ do due coſe diſtinte -- *Placita Principum*, &
„ *Conſuetudo.* E tutto ciò, che ſi fà in eſecuzione
„ di un Reſcritto del Prencipe, non induce con- 243
„ ſuetudine, ma è una ſeguela di quello, che egli
„ ha comandato, come nel Diſcorſo precedente ſi
„ è detto.
„ Gli atti ancora poſitivi fatti dalla Santa Sede
„ nel derogare a detti Padronati, non ſolo rendo-
„ no maggiormente inveriſimile detto *Accordo*,
„ ma eſcludono, & offuſcano qualunque centena-
„ rio poſſeſſo, o acquieſcenza della medeſima San-
„ ta Sede. Non parendo di gran ſoſſiſtenza la riſ-
„ poſta, che queſti atti ſono accaduti dopo compi-
„ ta la *Centenaria*, perche in eſſa riſpoſta ſi ſuppo-
„ ne per indubitato ciò che ſi controverte, e che
„ ancora non è concludentemente provato, cioè,
„ che prima di quegli atti vi ſia queſto legitimo,
„ e centenario poſſeſſo.
„ Mancando dunque la prova in fatto, è inutile
„ l'eſame giuridico di quello, che poſſi operare la
„ detta *Centenaria.* Ma a maggior eſuberanza ſi
„ conſidera, che anco quando foſſe provata, non
„ ſarebbe rilevante, perche viene tolta negli atti 244
„ pregiudiziali alla Santa Sede dalla ſudetta Coſti-
„ tuzione CLVII. di *Urbano VIII.* e perche non
„ ſi può in vigore dell'immemorabile allegare Pri- 245
„ vilegio, quando la Santa Sede non è ſolita di
„ concedere ſimili Privilegii in conformita delle
„ dottrine addotte nel precedente *Diſcorſo*; Non
„ potendoſi ne anco allegare la preſunzione di
„ eſſere ſtato così ordinato da Padroni nelle fon-
„ dazioni de Benefizj, perche ciò potrebbe da eſſi
„ addurſi, quando foſſero in poſſeſſo immemora-
„ bile di preſentare anco *lite pendente*; ma, ceſſan-
„ do queſto poſſeſſo, non ſi può addurre quella
„ preſunzione per eſcludere quelle Deroghe, che
„ non ſono pregiudiziali alli Padroni, e delle qua-
„ li, in molte, e molte fondazioni, che anco oggi
„ eſiſtono, non ſi è mai parlato.
„ Per l'iſteſſa raggione ſarebbe anco ſuperfluo
„ il diſcorſo intorno alle preteſe Conſuetudini,
„ leggi, & eſempj degl'altri Domini, eſſendo cer-
„ to, che le Conſuetudini non ſi eſtendono da 246
„ luogo a luogo, e da uno, ad un'altro caſo diverſo.

Et

„ *Et ſi ea foret vis contraventionis, non receptio-*
„ *nis, aut non uſus, profecto nullus Canon, lex,*
„ *aut Conſtitutia Apoſtolica obſervaretur, ſiqui-*
„ *dem facile eſt in qualibet Civitate, nedum Pro-*
„ *vincia, contra quaſcumque Eccleſiaſticas Leges*
„ *invenire actus contrarios*, ſono le parole del *Ni-*
„ *colarts ad Concardat. German. tit. 3. dub. 2. §.*
„ 11. *in fine pag. mihi* 227. & è uniforme il ſenti-
„ mento del *Branden. ad eadem Concord. quaſt.* 4.
„ *num.* 33. Ma perche in queſte preteſe conſue-
„ tudini degli altri Domini ſi coſtituiſce da quei
„ dotti Miniſtri un gran fondamento, ſarà oppor-
„ tuno l'eſaminarlo.
„ Quanto all' *Italia*, gia oell'antecedeote *Som-*
247 „ *mario* ſi ſono apportate le prove della Deroghe,
„ che in diverſi Stati ſuol ſare la Sede Apoſtolica
„ al Padronato laicale *litigioſa* avanti la vacanza,
„ ſecondo lo ſtile antichiſſimo, di cui parla il *Caſ-*
„ *ſadora*; Anco nella *Deciſiaue* 8. di *Creſcentio*
„ *de Jurepatranatus* ſi legge una ſimile proviſio-
„ ne in *Sicilia* di un Beneficio di Padronato
„ dell'Imperatore *Carla V.* e d' un'altro nello
„ Stato di *Siena* parla il *Verallo nella deciſ.* 127.
„ *part.* 2.
„ All'unico eſempio apportato dal *Menochia* ſi
„ riſponde brevemente, che non ſi trattava di Pa-
„ dronato ſitigioſo *ante vacationem*, ma di una
248 „ Deroga fatta per via di *commiſſione*, dopo che il
„ Pradrono aveva preſentato, e dopo che il Veſ-
„ covo aveva inſtituito, e la ſite era ſtata introdot-
„ ta più di trè meſi dopo la vacanza, come ſi può
„ riconoſcere con rincontrare i tempi appreſſo l'iſ-
„ teſſo *Menochio Conſil.* 90. *in facti ſpecie*, & *u.*133.
„ Et in queſti termini non ſi prattica dalla Santa
„ Sede la Deroga, *quam indulgere non ſalet, uiſi*
„ *prapter litem, quæ ante vacationem pendet inde-*
„ *ciſa inter Patronos, ratione cujus mutua ſe impe-*
„ *diant, ne poſſint præſentare, nou autem prapter*
„ *litem, quæ promovetur inter præſentatos poſt va-*
„ *cationem*, ſono parole della *Rota in Romana Cap-*
„ *pellaniæ* 3. *Februarii* 1708. §. *Quin ſuffragetur*,
„ *cor. Illm̃o Scotta.*
„ Queſta iſteſſa riſpoſta ſi dà al *Ludovico Con-*
„ *cluſ.*42 *pag. mihi* 95. §. *Declaratur quarto*, che
„ è ſemplice Relatore del *Menochio*, e ſolo ag-
„ giunge del ſuo poco appreſſo la ſeguente conſi-
„ derazione -- *Sed aptimum eſſet parere mandatis*
„ *Summi Pontificis, tanquam Vicarii Chriſti Domi-*
„ *ni Redemptoris.*
„ Riſpetto alla *Spagna*, i Dottori allegati nel-
249 „ la Scrittura communicata parlano *in genere*,
„ & in aſtratto, che in virtù delle preteſe leggi
„ di quei Regni non ſi dà eſecuzione alle Dero-
„ ghe Apoſtoliche, ma non feriſcono il punto
„ della noſtra queſtione riſtretta alle Deroghe
„ del Juſpadronato litigioſo, e nelli ſoli caſi,
„ ne' quali i Padroni ſono impediti di preſentare;
„ ne affermano, che vi ſia conſuetudine permeſſa,
„ e tolerata dalla Santa Sede, che non ſi eſeguiſ-
„ cano in queſto caſo preciſo le Lettere Apoſtoli-
„ che. Anzi in queſti termini ſi ſono eſibiti molti,
„ e molti eſempj di tali Deroghe fatte in *Spagna*,
„ che dimoſtrano non eſſervi queſta preteſa conſue-
„ tudine, e molto meno che ſia tolerata dalla San-
„ ta Sede. Neſſuno potrà mai perſuaderſi, che,
„ ſe vi foſſe in *Spagna* tal preteſa conſuetudine, e
„ vi foſſero pene graviſſime contro gl'Impetranti la
„ Deroga al Juſpadronato litigioſo, tanti, e tanti
„ Nazionali di quei Regni aveſſero voluto, o
„ ſottoporſi alle pene ſudette col ſervirſi di tali
„ Deroghe, o buttare inutilmente le ſpeſe col oon
„ ſervirſene, in conformità di ciò, che in proſſimi
„ termini oſſervò la *Rota in Melevitana Commen-*
„ *dæ* 4. *Junii* 1708. §. *Ex quibus coram R. P. D.*
„ *Lancetta.*
„ Così eſſendo ſucceduta la vacanza di un Ca-
„ nonicato litigioſo in *Saragozza* di nomina Re- 250
„ gia, *Aleſſandro VII.* lo providde; ed il celebre
„ *Armindo Ricci*, in quel tempo Sotto - Datario,
„ laſciò in ſcritto la ſeguente annotazione -- *Liti-*
„ *gioſum Beneficium impedire Regem Patronum,*
„ *ne nominet, vel præſentet, juxta Deciſiones Caſſa-*
„ *dori, & Creſcentii. Fuit practicatum cum Rege*
„ *Catholico de anno* 1663. *ſuper Canonicatu Eccle-*
„ *ſia Cæſarauguſtanæ vacato per obitum Alayeri* --
„ E' vero, che fu da Miniſtri Regj litigato nella
„ Rota di Roma, ma noo allegarono, o le leggi
„ del Regno, o la Conſuetudine, o i Dottori Spa-
„ gnuoli di non ammettere ſimili Deroghe, come
„ vedevano, che non erano al caſo, ma adduſſe-
„ ro un'altro motivo più legale, cioè, che vi ara
„ la Conſuetudine immemorabile di preſentare,
„ anco nel caſo di Padronato litigioſo, & ad effet-
„ to di provarla, conſigliava il Regio Avvocato
„ di domandare le Lettere Remiſſoriali, come
„ nell' antecedeote Scrittura diffuſamente ſi è rap-
„ preſentato.
„ Non ſi addattano al Beneficio litigioſo le rag-
„ gioni, che conſiderano alcuni di quei pochi Dot- 251
„ tori; *generales illæ ſunt, nec ſe ad caſum ſpecia-*
„ *lem, & extraordinarium, de qua nos loquimur;*
„ *extendunt*, ſono parole del famoſo Autore del
„ libro intitolato -- *Gallia vindicata -- pag.* 595. Et
„ in effetto non ſi applica quella, che con le fre-
„ quenti Deroghe ſi ritraggano i Fedeli dalle fon-
„ dazioni de' Beneficj, perche le Deroghe *in to-*
„ *tum*, ſecondo le circoſtanze, delle quali ſi trat-
„ ta, ſono rariſſime, ſiccome avvertì *Pio IV.* nella
„ riſpoſta accennata nel principio, e mentre non
„ coſta, chi ſia il vero Padrono, ed in conſeguen-
„ za non è luogo alla preſentazione, *nulla fit eis*
„ *injuria, nullum præjudicium, de qua poſſint con-*
„ *queri, aut propterea retrahi. Caſſador. dict. de-*
„ *ciſ.* 3. *ut lite pendent.*
„ Nemmeno l'altra; che le Deroghe ſiano con-
„ trarie alla volontà de' Fondatori, giacche quan- 252
„ do il Padrooo non ha ſpecificato la ſua volontà
„ nell'atto della Fondazione, ſi preſume, che ab-
„ bia voluto uniformarſi a tutte le Regole, e Con- 253
„ ſuetudini, che riſguardano il Juſpadronato; E
„ ſiccome ſottopone il Beoeficio alla *Devoluzione*,
„ così anco deve dirſi, che lo ſottoponghi alle
„ leggi, che riſguardano il Beneficio litigioſo; e
„ che in queſti termini non ſi proveda contro la
„ volontà de' Fondatori, l'aſſeriſcono il *Franceſ.*
„ *dict. Reſol.* 33. *n.* 31. & *Lotter. de Re Beneficiar.*
„ *lib.* 2. *quaſt.* 8. *n.* 99.
„ E finalmente la raggione addotta dall' *Azeve-*
„ *do*, che *aliter eſſet Patronos poſſeſſione privare*
„ non è applicable al Beneficio litigioſo, e quan-
„ do è incerto chi ſia il vero Padrono, ed il poſ-
„ ſeſſore legitimo del Padronato.
„ Gli eſempj del Rè *Pietro* d'Aragona, e della
„ lite del Conte di *Lemos* ſono di gran lunga 254
„ eſtranei dalla preſente queſtione. La Rinuncia
„ del Rè *Pietro* è celebre appreſſo gl'Iſtorici,
„ quali l'apportano per *extenſum* aſſieme con la
„ lettera, che *Innocenza III.* ſcriſſe a Prelati, e
„ Clero di Aragona, *Baluzius ad Petrum de Mar-*
„ *ca lib.*8. *cap.* 10 *pag. mihi* 400. *Thomaſſin. de*
„ *Benefic. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 35. *n.* 5. *Natal. Ale-*
„ *xand. Secul.* 13. & 14. *part.* 2. *cap.* 6. 7. *artic.* 2.
„ *pag. mihi* 24. *P. Lupus in Canon. Concil. tom.* 3.
„ *diſſert.* 3. *cap.* 8. *pag. mihi* 311. & ax Hiſpaniis

Fraſſo

Digitized by Google

,, *Fraſſa de Reg. Patron. cap. 5. n. 20.* In tempo, che erano in uſo l'Elezzioni, quel Rè ſi era arrogato la poteſtà, che non poteſſero i Prelati procedere all'elezzione ſenza il di lui aſſenſo; Fattoſi poi ſcrupolo di quell'abuſo, e volendo conſervare alla Chieſa la ſua libertà *Peſſimam conſuetudinem*, ſono parole del Rè Pietro, *a Nobis hactenus obſervatam, amore Dei, & Sanctæ Eccleſiæ, & pro remedio Animæ noſtræ, & Parentum noſtrorum relaxamus.* Et il celebre *P. Chriſtiano Lupo* vi fa queſta conſiderazione, *Conſuetudinem iſtam fatetur eſſe peſſimam, & hinc inter omnes, quos Decretalibus ſuis Gregorius IX. inſeruit Canones, nullus hanc conſuetudinem Regibus permiſit.* E nel *verſic. Tertia quæſtio -- Peſſimam iſtius petendæ licentiæ conſuetudinem omnibus ſui Regni Eccleſiis, ac Monaſteriis remiſit* -- E benche allora riclamaſſero i Grandi, con tuttociò i Prelati ſi mantennero nella libertà dell'Elezzioni, ſin tanto, che i Rè Cattolici ottennero dalla Santa Sede i noti Privilegj. Queſto è lo ſtato della Rinuncia del Rè *Pietro*, che non ha correlazione alcuna alle Deroghe, che fa la Santa Sede al Padronato litigioſo avanti la vacanza, ſopra delle quali cade in oggi la queſtione.

255 ,, La lite ancora trà i Conti di *Lemos*, e di *Monterey*, della quale fa menzione il *Parladoro Rer. quotidian. Different.* 120. *num.* 8. non è al caſo; Avea il Sommo Pontefice applicati allo ſtato *d'Andrade* i Beneficj patrimoniali appartenenti allo Stato di *Ulloa*; La *Rota Romana* decidè, che la Grazia del Pontefice era valida; Il Conſiglio di *Vagliadolid* condannò il Conte di *Lemos* a reſtituire al *Monterey* Primogenito lo Stato *d'Ulloa* con i Beneficj patrimoniali, *quæ ſibi titulo Majoratus pertinere dicebat*, queſto è quanto riferiſce il *Parladoro*. E quantunque non eſſendo noti i fondamenti di quella lite, reſti incerto, ſe con più giuſtizia foſſe giudicato in *Spagna*, o in *Roma*, è però certo, che in quel caſo non ſi trattava di Deroga *pro una vice* al Juſpadronato litigioſo per non potere i Padroni preſentare atteſo l'impedimento della lite.

,, Quello, che ſi è detto degli Autori, & Eſempj Spagnuoli, procede anco riſpetto agli Autori *Franceſi*, che parlano del Juſpadronato de' Dominj di Francia, i quali parimente non ſono applicabili alla Queſtione noſtra.

256 ,, Il *Paſtor de Benef. lib.* 1. *tit.* 19. *n.* 25. le di cui parole ſi adducono nella Scrittura communicata, tratta l'articolo, ſe il Papa deroghi al Juſpadronato, quando coſta di eſſo *ex ſola Conſuetudine*; E dice, che ſebbene *ex ſola Conſuetudine* coſti del Juſpadronato, il Papa non poſſi in Francia derogare, perche ſi preſume, che provenga *ex fundatione*; Queſto iſteſſo ſi prattica in tutta Italia, poiche il Papa, conforme non ſuole per ſua benignità derogare al Padronato, di cui ſi moſtri la fondazione, così nemmeno deroga al Padronato, che ſi prova dal lungo poſſeſſo di preſentare.

257 ,, Il *Ferrerio*, & il *Cabaſſuzia* con le parole parimente traſcritte in detta Scrittura fermano, che al Papa non compete in Francia il jus di prevenire i Padroni laici, ancorche derogaſſe al Padronato; Anco in Italia il Sommo Pontefice non ſuol prevenire, ne derogare, quando i Padroni ſono certi, e non vi è litigio; Ma nel caſo preſente i Padroni ſono incerti, ed hanno per la lite le mani ligate, ne hanno luogo i termini di prevenzione, che ſuppone, che i Padroni poſſino preſentare.

258 ,, Anzi l'iſteſſi Autori *Franceſi*, che trattano di queſta prevenzione, ammettono la podeſtà del Papa in quel Paeſe, che chiamaſi *Paeſe di Ubbidienza*. L'Autore del libro impreſſo in Parigi l'anno 1679. & intitolato, *Les définitions du Droit Canon, par M. F. C. D. M. ver. Abus pag. mihi* 33. dopo avere in aſtratto fermato, che il Papa non può conferire un Beneficio *par prévention, ou par concurrence au préjudice du Collateur, ou Patron laïque*, aggiunge, *ce qui ſe doit entendre dans ce Royaume, parce qu'il le pourrait, in partibus Obedientiæ.*

259 ,, Il *Rebuffo*, che è l'unico Autore, che parla della Conſuetudine, non diſtingue il caſo dei Padroni certi, & incerti, e del Beneficio litigioſo, ma parlando in genere della conſuetudine, la reſtringe (anco nell'impreſſione del 1609.) alla *Patria Conſuetudinaria*, come ſi legge nel *numer.* 12. & 30. & anco nel *numer.* 36. parla eſpreſſamente della *Francia Conſuetudinaria*, & il *Blondeau in Biblioth. Canoniq. tom.* 2. *verb. Signature, pag. mihi* 614. *in fine verſic. Item, ou il y a droit*, portando le dilui parole, le traduce in idioma Franceſe -- *En la France coſtumiere* -- Ma in queſta parte non ſi vive con 260 le regole ſcritte de Canoni, e della Cancellaria Romana, così in materie di Juſpadronato, come anco in tutte le altre materie Beneficiali, come ſi può riconoſcere dall'iſteſſo *Rebuffo*, che in altri caſi parla con queſte formole -- *In Patria Conſuetudinaria non recipiuntur &c.* o pure *In Patria Juris ſcripti ſervantur &c.* come ſi legge nella di lui Prattica Beneficiale *tit. de Reſervation. numer.* 14. & 16. *in fine*, & *num.* 17.

,, Il *Tonduta*, & *Pelea* trattano una queſtione affatto diverſa in termini de' Beneficj liberi, cioè, che ne anco in queſti ſi oſſerva in *Francia* il ſurrogarſi il Superſtite Collitigante, ma che 261 ſi provede tanto dagli Ordinarj, quanto dal Papa un Terzo, come ſi può riconoſcere dalle parole del *Peleo Commentar. Analytic. in Regulas Cancellariæ cap.* 37. §. *De clauſulis verſic. In hoc Regno pag.* 141. ibi -- *Hodie non ſervamus in Gallia jus antiquum, quo prohibetur Beneficium litigioſum alteri conferri, nam ſtatim poſt mortem unius Beneficium confertur alteri per Ordinarium, vel per Papam.*

,, Il *Feuretto tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 6. *pag.* 258. (ſi tralaſcia per brevità di riſpondere agli altri Autori) parlando non già della conſuetudine intorno al Padronato litigioſo, ma in genere, ſe il Papa poſſa derogare in *Francia* al Padro- 262 nato, riſolve di nò, perche è un jus temporale, e laicale, ed in conſeguenza non è ſoggetto all'autorità Pontificia. Sù queſta maſſima, direttamente oppoſta a Sagri Canoni, *Cap. Quanto, & ibi Gloſſ. verb. Connexa, de Judic. & Cap. De jure, de Jurepatronat.* fondano i Dottori *Franceſi* diverſe loro opinioni, cioe, che il Giudice Laico ſia competente, che il Papa non poſſi dar la ſurrogazione grazioſa, e che non ſi ammetta in *Francia*, come dice il *Tandnto cap.* 32. *nu.* 27. la deroga alla metà delle voci; E quello, che è più degno di oſſervazione -- *Cum inter privatos de Patronatus jure ambigitur, eo quod, ad quem amborum nominationem hic, & nunc exercere pertineat, non ſit planum, lite pendente, de vacante Templi Patronatu, Rex interea defuncto antiquo ejus poſſeſſori Succeſſorem*

„ *nominat*, ſono parole del *Bauny de Beneſic. diſ-*
„ *putat. 4. pag. mihi 170. litt. E. §. Sexto cum ibi*
„ *citatis.* Il che ſi accenna per dimoſtrare, quanto
„ ſia pericoloſo il traſportare in Italia le opinioni
„ de' Dottori Oltramontani, e particolarmente nel-
„ la *Toſcana*, ove ſi procede con l'opinione, che
263 „ il Juſpadronato, per l'anneſſione, che ha allo
„ Spirituale, non ſia ſottopoſto al giudizio de' Lai-
„ ci. *Anſaldus de Juriſdiction. libr. 2. tit. 5. cap. 2.*
„ *n. 1. & ſeqq.*

„ E ſe in quei Paeſi, quando è ignoto, chi ſia
„ il vero Padrono, durante la lite, ſi da il rime-
„ dio, per non tenere lungamente vacante il Be-
„ neficio, che è, che il Rè nomina; perche in
„ Italia, nella quale ſempre è ſtato più amplo
„ l'eſercizio dell'autorità Pontificia, non ſi ha da
„ pratticare in caſi ſimili, e quando i Padroni
„ non poſſano preſentare un rimedio più uni-
„ forme alli Sagri Canoni, cioè, che il Papa pro-
„ veda il Beneficio litigioſo, particolarmente,
„ quando non concorre un Collitigante legitima-
„ mente preſentato, a cui ſi poſſa dare la ſurro-
„ gazione?

„ Dal Concilio di *Baſilea*, e dalla *Prammati-*
„ *ca Sanzione*, nelle quali ſi determinò, che non
„ ſi attendeſſero altre Riſerve, che quelle ſcritte
„ in *corpore juris*, non può dedurſi alcun legi-
„ timo argomento per eſcludere le provviſte del
„ Padronato litigioſo, non ſolo perche la *Pram-*
„ *matica* eſtratta da Decreti del Conciliabolo
„ ſudetto, fu ſolennemente condannata, & abro-
„ gata da *Leone X.* nel Concilio ultimo *Late-*
„ *ranenſe*, come dalla ſua *Coſtituzione XIV.* e
264 „ da eſſi non può tirarſi argomento alcuno, ſe-
„ condo il *Card. Turrecrem. in Summ. de Eccle-*
„ *ſia lib. 3. cap. 24. Hoyed. de Incompat. Benef.*
„ *part. 1. cap. 23. num. 86. ubi quod eſt communis*
„ *opinio Catholicorum.* Ma altresì, perche le Pro-
265 „ viſte, che ſi fanno del Beneficio litigioſo da Su-
„ periori Eccleſiaſtici, anco in termini, che la
„ lite ſia nata dopo la vacanza, ſono ſcritte in
„ corpore juris, *Cap. Si vero, Cap. Eam te, Cap.*
„ *Cum propter. de Jurepatr.* o almèno riconoſco-
„ no la loro origine dalla ſteſſa raggione com-
„ mune, poiche, non potendo i Padroni preſen-
„ tare, ne i Veſcovi inſtituire, *Cap. 1. & 2. ut*
„ *lite pendent. in 6.* ne ſiegue per neceſſaria con-
„ ſeguenza, che la collazione ſpetti al Papa, il
„ quale appone la Deroga in tal caſo per maggior
„ cautela, non gia perche vi concorra alcuna ne-
„ ceſſità.

„ Ceſſa pertanto la neceſſità di eſaminare, ſe il
„ *Concordato* abbia diſpoſto più di quello, che ſi
„ ſtabilì nella *Frammatica*, e ſi conclude, che,
„ o il *Concordato* toglie al Papa la facoltà di dero-
„ gare al Padronato litigioſo, o non la toglie; Se
„ ſiamo nel primo caſo, non può allegarſi in *Toſ-*
„ *cana* una Concordia particolare fatta con un
„ altro Sovrano; Se non la toglie, reſta nella
„ ſua forza la diſpoſizione del *Jus commune*, e
„ reſtano inapplicabili quei Dottori Nazionali, i
„ quali per eſcludere la Santa Sede da queſto drit-
„ to, ricorrono all'inſuſſiſtente raggione, che il
„ Juſpadronato ſia un jus laico ſoggetto alla diſ-
„ poſizione del Prencipe laico, e non del Sommo
„ Pontefice.

„ Parimente ceſſa il biſogno d'indagare la di-
„ verſità trà la ſurrogazione grazioſa a favore del
„ Collitigante ſuperſtite, e la Deroga *in totum* a
„ favore di un Terzo; Perche l'eſempio della Sur-
„ rogazione grazioſa ammeſſa in *Toſcana* fu ad-
„ dotto nel precedente Diſcorſo per dimoſtrare,
„ che in quel Dominio non vi è conſuetudine im-
„ memorabile, che i Padroni preſentino lite pen-
„ dente, e che pertanto era inapplicabile l'autori-
„ tà del *Lancellotto*, che allora adducevaſi. Del
„ reſto, come ſi è dimoſtrato nel detto primo Diſ-
„ corſo, dipende dal arbitrio del Sommo Pontefice
„ il provvedere più in un modo, che in un'altro,
„ e ſecondo le circoſtanze de' caſi particolari, ſic-
„ come ne' termini del jus antico dipendea dall'ar-
„ bitrio del Veſcovo di ſcegliere un Terzo, quan- 266
„ do per caggione della lite diſponea del Benefi-
„ cio; E nel caſo particolare, di cui ſi tratta, non
„ ſi potea provedere in altro modo, che a favore
„ di un Terzo, non concorrendovi alcun leggitti-
„ mo Collitigante ſuperſtite; *Et cum in hujuſmodi*
„ *gratiis* (cioè delle Deroghe al Padronato liti-
„ gioſo) *non præſumatur affectus temporalis, om-*
„ *ne tollitur inconveniens*, come ben oſſerva il
„ *Franceſ. dict. reſol. 33. n. 17.* „ Hactenus *ſecun-*
dus Diſcurſus.

Ceterum, ſemel ac Pontifici derogare placeat
Jurispatronatus attenta lite inter Patronos ſuper 267
jure præſentandi, ſuſtinetur Gratia, etiam ſi
Patroni ad actum præſentationis devenerint. Præ-
ſentatio enim iſta, tanquam dependens a pertinen-
tia Patronali altiorem indaginem requirente, non
eſt apta ad retardandam exequutionem Litera-
rum Apoſtolicarum ſuper derogatione Juripatro-
natus, *Piton. Diſceptat. 5. num. 56. Diſceptat. 28.*
num. 13. & de Controverſ. Patron. alleg. 40. nu-
mer. 8. Rot. deciſ. 805. num. 10. cor. Buratt. deciſ.
165. num. 25. coram Otthobon. deciſ. 385. num. 1.
coram Priolo, deciſ. 80. num. 20. part. 11. Recent.
& in Baren. Beneficii 22. Aprilis 1698. *§. His ac-*
cedit, coram Muto. Nec quidquam operatur Clau-
ſula -- *dummodo tempore Datæ præſentium non ſit*
alteri jus quæſitum &c. -- adjici ſolita in Literis
Apoſtolicis Proviſionis Beneficii cum derogatione
Juriſpatronatus, quia Clauſula præfata præſervat 268
ſolum jus validum, & radicatum, non autem
jus incertum, & eventuale, quale eſt illud,
quod dependet ab exitu litis, quando Juriſpa-
tronatus pertinentia non eſt clara, & adhuc
ejus cognitio ſub Judice pendet, idem *Piton. de*
Controverſ. Patronor. alleg. 16. num. 6. & diſcept.
28. ſub num. 13. Rot. in Legionen. Parochialis 15.
Januarii 1703. §. Indeque, coram clar. mem.
Card. Priolo, & in Vercellen. Canonicatus 30. Ja-
nuarii 1704. §. final. coram Caſſarello, cum aliis
in *Faventina Beneficii 14. Aprilis 1705. §. final.*
coram Kaunitz, & in Dertbonen. Cappellaniæ 18.
Junii 1708. §. final. coram eodem Card. Priolo.
Potiſſimum, ſi lis verſetur etiam ſuper poſſeſſorio, 269
quo caſu eo magis attenditur Derogatio Juripa-
tronatus, quamvis Patroni in quaſi poſſeſſione præ- 270
ſentandi reperiantur, eorumque præſentato conceſſa
fuerit Inſtitutio ante Apoſtolicam proviſionem, *Pi-* 271
ton. diſcept. 78. n. 13. ante finem, & in dicta Ver-
cellen. Canonicatus cor. Caſſarello §. Citato.

Quod ſi lis verſetur tantummodo ſuper peti- 272
torio, tunc recepta invaluit diſtinctio, quod aut
Patroni ſunt in quaſi poſſeſſione præſentandi ante
motam litem ex propria Perſona, & præſentatio
eſt valida, & infringit ſubſequentem Proviſionem
Apoſtolicam. Non enim æquum eſt, quod Pa-
troni commodo eorum poſſeſſionis, lite penden- 273
te, privati remaneant. Aut Patroni non ſunt
in quaſi poſſeſſione præſentandi ex propria Per-
ſona, vel eam deducunt ex facto ſuorum Au-
ctorum, & tunc prævalet Proviſio Apoſtolica,
non obſtante clauſula in ea adjecta *Dummodo tem-*
pore Datæ præſentium non ſit alteri jus quæſitum,
quæ,

quæ, ut diximus, præſervat jus certum, & fixum,
non incertum, & quærendum, *Pitou. Diſcept.* 4.
n. 56. *& diſcept.* 28. *ſub n.* 13. *verſ. Quod ſi facta,*
& de Controverſ. Patron. allegat. 40. *n.* 9. *Rot. poſt*
eundem dict. diſcept. 4. *nu.* 61. & plene *deciſ.* 28.
n. 1. *& ſeq. coram clar. me. Card. Falconerjo tit. de*
Jurepatr.

Geminæ autem conditiones, ut derogatio Juri-
ſpatronatus, attenta lite inter Patronos, ſuum va-
274 lidum ſortiatur effectum, ſunt neceſſariæ. Prima
eſt, quod lis adſit de facto, & ante vacationem,
dum Beneficium vacat per obitum, & ſi per Re-
ſignationem, lis exiſtat de tempore ſignatæ Sup-
plicationis, itaut ſi introducatur, etiam ante Lite-
275 ras expeditas, non ſuffragetur ob clauſulam in iiſ-
dem Literis adjici ſolitam, *attenta lite vere, & le-*
gitime introducta, quæ intelligi non poteſt, niſi de
lite introducta, & præexiſtente ante vacationem
Beneficii, vel ante ſignatam Supplicationem Reſi-
gnationis, *Rot. in Romana Cappellaniæ* 3. *Februarii*
1708. §. *Quin ſuffragetur coram clar. me. Card.*
Scotto.

Hinc, ſi lis, quæ prius aderat inter Patronos
ſuper pertinentia Juriſpatronatus, fuerit poſtea per
276 Tranſactionem extincta ante vacationem Beneficii,
derogatio non amplius ſuffragatur, *Rot. in Gerun-*
den. Beneficii 14. *Aprilis* 1704. §. *Ex his coram*
clar. mem. Card. Priulo. Ad differentiam caſus, ſi
277 inita Concordia inter ſolos Præſentatos, unus ſub
reſervatione Beneplaciti Apoſtolici alteri cedat jus
ſuum, reſervata ſibi penſione; Tunc enim non in-
ducitur ſtatus potius ad ſavorem unius, quam alte-
rius ex Patronis, ſed pertinentia Patronalis adhuc
relinquitur ſub antiqua incertitudine, quæ opera-
tur, ut non obſtante Tranſactione inter Præſenta-
tos inita, Derogatio Juripatronatus, & contempo-
ranea Beneficii proviſio per Pontificem expleta fa-
vore alterius ex Tranſigentibus, ſuum ſortiatur ef-
fectum, *Rot. in Faventina Beneficii* 10. *Junii* 1705.
§. *Minuſque, cor. bo. me. Kaunitz.*

Secunda conditio eſt, quod lis ſit juſta, & non
278 calumnioſa, ſine fraude, & machinatione intro-
ducta, cum non cenſeatur voluiſſe Pontificem gra-
tificari injuſto, & fraudulento litigatori; Et ad
effectum eruendi calumniam, & fraudem ſolæ con-
jecturæ ſufficiunt, *Rot. deciſ.* 766. *nu.* 16. *coram*
Dunoz. Jun. & in Aſculana Beneficii, ſeu Abbatiæ
6. *Aprilis* 1699. & 8. *Martii* 1700. *coram bon.*
mem. Anſaldo, in quibus Deciſionibus plene enu-
merantur conjecturæ hujuſmodi dolum, & frau-
dem præſeferentes.

Quartus caſus, in quo derogatur Juripatrona-
279 tus laicali in totum, eſt, ſi Patronatus Simoniam
in præſentando commiſerit, vel Beneficii Bona
280 propria auctoritate diſtraxerit, & indebite occupa-
verit. Licet enim hiſce caſibus opus non ſit dero-
gatione Juripatronatus, ex quo Patronus hujuſ-
modi exceſſus perpetrando, privatus eo rema-
281 neat, ut de Patrono Simoniaco, eſt *Textus in*
Cap. Quia Clerici, de Jurepatr. Paul. de Citta-
tadin. de Jurepatr. 9. *ſub num.* 11. *Lotter. de Re*
Benefic. lib. 2. *quæſt.* 14. *num.* 17. *Rot. deciſ.* 302.
num. 4. *part.* 1. *Recent.* & de Patrono, qui Be-
282 neficii Bona diſtraxit, aut occupavit, ſancitum fuit
a Concilio Tridentino *Seſſ.* 22. *de Reformat. Cap.*
11. *Barboſ. ibidem num.* 7. *Vivian. de Jurepatr.*
lib. 15. *cap.* 2. *num.* 13. *Rot. in Cracovien. Paro-*
chialis Kyenſis 4. *Februarii* 1705. §. *Unicum, co-*
ram Kaunitz, & 20. *Januarii* 1706. *coram Caſ-*
283 *farello.* Nihilominus juxta Cancellariæ, & Data-
riæ ſtylum derogatur hiſce caſibus Juripatronatui,
ut ex antiquo notabili Cancellariæ *pag. mihi* 10.

num. 74. ibi -- *Patronus præſentaverat quem ad Be-*
neficium cum Simoniacis pactionibus; Unus impe-
traverat illud Beneficium, petendo illum declarari
privatum, prout de jure, fuerit faciendum, & ha-
bebat in Supplicatione derogationem Juriſpatrona-
tus, tunc dixi, quod debebat in Bulla fieri deroga-
tio Juriſpatronatus, vel dici, quod illius accederet
aſſenſus; Nonnulli dicebant, quod non eſſet neceſſe
derogare, vel quod accederet conſenſus, forte quo-
niam eſſet privatus ipſo jure, ſed tamen fuit ad-
dita derogatio, & fuit expedita Bulla. Quod no-
ta. Et ſic etiam ſervatum alias vidi pro *Fran-* 284
ciſca Raineri impetrante, in cujus Literis Apo-
ſtolicis expeditis *apud Sanctum Petrum anno* 1700.
Idibus Martii Pontificatus ſan. mem. Clementis
XI. anno Primo appoſita fuit hæc Clauſula -- *Ac*
dicto Juripatronatus in totum attenta vacatione
ob Simoniam, ſeu ob alienationem Bonorum hu-
juſmodi, hac vice tantum harum ſerie, ſpeciali-
ter, & expreſſe derogantes &c. -- Et ſimilis dero-
gatio ob Simoniaca pacta a Patronis cum præ-
ſentato inita, facta fuit *anno* 1705. in proviſio-
ne Apoſtolica Beneficii *Biſuntin.* de Jurepatro-
natus laicorum favore *Joannis Palmieri*, ut ex
Literis Apoſtolicis ſub *Datum Idibus Julii Pon-*
tificatus ejuſdem ſan. mem. Clementis XI. anno
Quinto.

Derogatio hæc Juripatronatus ob Simoniam
a Patrono commiſſam ſimilitudinem quandam 285
habet cum eo, quod antiquitus ſervabatur, cum
vigerent Eccleſiaſticæ Electiones. Si enim Cle-
rus, & Populus quempiam Simoniace elegiſſent,
jus eligendi, ſeu nominandi devolvebatur ea vice
ad Principem. Id evincitur ex Sermone Epiſcopi
Viſitatoris, qui a Ludovico Pio miſſus fuerat, ut
Epiſcopali Electioni præeſſet, quem Sermonem
legere eſt inter antiquas formulas Electionum E-
piſcopalium, ibi -- *Si forte aliquis Veſtrum per præ-*
mium, aut aliquam malitioſam artem hanc Sedem
ſubripere conatus fuerit, & hoc Vobis malum con-
ſentientibus, ut in illum electio veniat, hoc nequa-
quam Vobis conſentiemus, ſed Domino Imperatori
annunciabimus, ut ille ſine ullo periculo, & cum
licentia Canonum undecumque, & cuicumque Cleri-
co voluerit dare poterit -- Et ex *tom.* 2. *Concil.*
Gallic. tom. 2 *pag.* 646. refert *Natal. Alexand. in*
Hiſtor. Eccleſ. ſecul. 9. *tom.* 1. *pag. mihi* 487. *Tho-*
maſſin. tom. 2. *libr.* 2. *cap.* 21. *num.* 9. qui addit --
Ea porro hic ſervanda Regula, quod qui data po-
teſtate abutuntur, ea ſpoliantur; Sed ea tantum vi-
ce, non ut ſemper ea careant. In Capitularibus Ca-
roli Magni eadem Epiſcopis indicitur pœna, qui in-
dignos ordinarunt; Hinc emanarunt regulæ Juris
Canonici hodierni his conſentaneæ, erant ergo jam
tunc devolutiones ad Regem, vel Metropolitanum,
ut Capite ſequenti patebit, in Crimine, maxime, Si-
moniæ.

Ceterum, ſi non fuerit Simonia a Præſentato
commiſſa cum ipſo Patrono, ſed cum Procuratore 286
ab eo deputato ad præſentandum, tunc Juripatro-
natus derogari non conſuevit, ſed in impetratione
Beneficii propter Simoniam contractam vacantis,
expoſcitur Patroni conſenſus, ut ex alio Notabili
Cancellariæ -- *pag. mihi* 458. *n.* 4. ibi -- *Vacavit diu*
Beneficium de Jurepatronatus laicorum: Patroni
conſtituerunt Procuratorem ad præſentandum certam
Perſonam idoneam, Procurator pactus eſt cum Per-
ſona præſentanda, & tandem fuit Simoniaca præſen-
tatio, & ſic illa, & Inſtitutio nulla, tamen præſen-
tatus ille, & inſtitutus per decem annos, & ultra
tenuit Beneficium pacifice, & quiete, & ab omnibus
reputatus eſt Rector Beneficii; Nunc unus prætendens

Digitized by Google

*præſentationem Simoniacam, & ſic illam, & dictam
Inſtitutionem nullas, & Beneficium adhuc vacare,
impetravit in forma juris declarationem nullitatis
præſentationis, & Inſtitutionis, & in eventum provi-
deri ſibi de illo; Dubitatur modo, an, ex quo Bene-
ficium eſt de Jurepatronatus laicorum, dari debeat
clauſula -- dummodo Patronorum accedat aſſenſus --
& quibuſdam, ut Joanni de Ferrariis, & mihi vi-
debatur, quod ſic, quia Beneficium, licet ſemper
vacaverit, & tempus datum devolutionis lapſum
eſſet, quia tamen currit a die ſcientiæ, & Patroni
fecerunt debitum eorum, conſtituendo Procurato-
rem ad præſentandum Perſonam idoneam, non vi-
debatur facta devolutio; ergo videtur requiri con-
ſenſus, vel derogatio, cum nihil poſſit Patronis im-
putari, poſtquam per tantum tempus fuit pacificus
Rector. In contrarium videbatur aliquibus, quod
ima fuerunt in culpa, conſtituendo talem Procurato-
rem, nam mala Electio in culpa. Item, cum ſemel
præſentaverint Patroni, & pro eis Procurator, li-
cet nulliter, ergo non eſt opus Patronis, quia fun-
cti ſunt eorum officio, ſed ita videbatur F. Parma,
& aliis, ſi Patroni per ſe præſentaſſent indignum,
vel per Simoniam non requireretur conſenſus eorum,
ſed cum per alios, & ipſi non mandaverint, & repu-
tatus fuerit tanto tempore Rector, videntur excuſan-
di, & eorum conſenſus requiritur, & ita videbatur
Gennori meo, cum de hoc conferrem.*

Quinto, licet Patronus, qui Eccleſiæ Recto-
287 rem per ſe, ſeu per alios occidere, vel mutilare
auſu nefando præſumſerit, Juſpatronatus *prorſus
amittat*, ut inquit *text. in Cap. In quibuſdam, de
Pœn.* & ibidem *Abbas num. 1. Barbaſ. numer. 1.
Butr. num. 1. & 18. Garc. de Beneſ. part. 11 cap.
10. num. 57. Vivian. de Jurepatr. lib. 15. cap. 2.
288 num. 9.* Nihilominus etiam hoc caſu ſolet Dataria
Juripatronatus derogare, ut ſervatum fuit in *Ur-
gellen.* pro *Emanuele Arcalay*, cui a Sede Apo-
ſtolica collatum fuit Beneficium de Jurepatro-
natus laicorum in Eccleſia Parochiali B. Mariæ *de
Medina* exiſtens, & per obitum illius ultimi Poſ-
ſeſſoris vacans, cum derogatione Juripatronatus in
totum, *attento, quod moderuus unicus dicti Beneficii
Patronus homicidium in perſonam ultimi dicti Be-
neficii Poſſeſſoris præfati commiſit, propter quod Ju-
re præſentandi privatus exiſtit &c.* ut ex Literis A-
poſtolicis apud *S. Petrum* 1728. *Sextodecimo Ka-
lendas Decembris, Pontificatus ſan. mem. Benedicti
XIII. anno quinto.*

Sexto, conſuevit itidem Dataria Juripatronatus
289 laicali derogare in caſu, quo Patronus incidat in
hæreſim, licet illud una cum ceteris Bonis amit-
290 tat, *cap. Cum ſecundum, de Hæret. in 6. Fari-
nac. de Hæreſ. quæſt. 190. numer. 152. Sanchez in
Præcept. Decalog. lib. 2. cap. 19. Garc. de Beneſ.
part. 5. cap. 9. num. 31. Lotter. de Re Beneſ. lib. 2.
quæſt. 14. numer. 30. Campan. diverſ. Jur. Canon.
Rubr. 11. cap. 13. num. 506. Pax Jordan. var. lu-
cubrat. lib. 10 tit. 7. n. 424. Vivian. de Jurepatr.
part. 3. lib. 15. cap. 2. num. 5.* & in libro, cui ti-
tulus -- *Supplément au Traité Dogmatique, & Hiſ-
torique des moyens pour maintenir l'unité de l'Egli-
ſe &c. par un Prêtre de l'Oratoire à Paris 1703.
ſous Henry le Grand tom. 3. pag. 378. num. 95. &
291 pag. 555. & 586.* Et ita ſervatum anno 1709. De-
rogatum enim fuit Juripatronatus *in totum* attenta
nullitata præſentationis ad Parochialem *Præmislien.*
a Patrono Acatholico factæ, *ex eo, quod præfatus
Patronus Acatholicus, & ob id Juriſpræſentandi
incapax exiſtit*, illaque per Sedem Apoſtolicam
collata fuit *Joſepho Romanovitz*, ut ex Literis A-
poſtolicis apud *S. Mariam Majorem* 1709. *Quinto
Idus Julii, Pontificatus ſan. mem. Clementis XI.
anno Nono.*

Hactenus expoſiti, ſunt frequentiores caſus, in
quibus Summi Pontifices derogare ſolent Juripa-
tronatus laicali. Eidem itidem derogari favore 292
unius ex Compatronis pro ſe ipſo ſupplicantis,
tradunt *Rebuff. in prax. tert. part. Signatur. verb.
necnon. Juriſpatr. numer. 37. pag. mihi* 119. ubi
quod id æquum videtur, *Mandoſ. de Signatura
Grat. tit. Derogationes Juriſpatr. verſic. Aliquan-
do derogatur*, ubi quod derogatur in totum, *Vi-
vian. de Jurepatr. libro 14. cap. 2. n. 22. Kochier.
in hanc Regul. ſub n. 30. Card. de Luca de Jure-
patr. diſc. 65.* ubi ampliat, etiam ad favorem Com- 293
patroni, quamvis non omnino coæquale Jus haben-
tis cum altero, qui extraneum præſentare velit,
Piton. de Controv. Patron. Allegat. 8. n. 28. ubi
tamen reprobat tanquam falſam mox dictam am-
pliationem *Cardinalis de Luca*.

Verum in praxi hæc opinio non admittitur, nec
dari ſolet derogatio Juripatronatus ad favorem u- 294
nius ex Patronis, niſi ſit a medietate Compatrono-
rum præſentatus. Quemadmodum nec in praxi ſer-
vatur id, quod diſpoſitum legebatur in Regula *A-
lexandri VI. tit. de Derogat. Juripatronatus*, quod
poſſit Juripatronatus derogari favore filii, vel Ne- 295
potis unius ex Patronis, de qua Regula meminit
*Rebuff. in praxi tertia part. Signatur. verb. Necnon
Juripatronatus n. 37. pag. mihi* 119. Quemadmo-
dum opinio *Pariſii, Mandoſii*, aliorumque apud
Rot. dec. 558. n. 30. cor. Bichia, quam ſequitur e-
tiam *Roſa de Executor. Liter. Apoſtolicar. lib. 1.
cap. 5. n. 130.* quod ex urgentiſſimis cauſis dero-
getur Juripatronatus pro duabus ex tribus partibus, 296
in praxi non eſt tuta, nec ejus gratiæ exemplum
unquam vidiſſe teſtatur *Amayden. de Styl. Dataria
lib. 1. cap. 15. ſub n. 40.*

Ut etiam, quamvis de ſtylo olim derogaretur Ju-
ripatronatus laicali in Permutationibus, & Reſigna- 297
tionibus Beneficiorum, ut in caſu *Deciſ. 716. cor.
Dunoz. Jun. & 559. coram Merlino*, & tradunt
*Vivian. de Jurepatr. lib. 14. cap. 2. n. 24. de Luca
ad Ventrigl. in prax. part. 2. adnot. 4. nu. 4.* cum
aliis apud *Piton. diſcept. 29. n. 14.* Stylus tamen iſte 298
receſſit ab Aula ſub Pontificatu ſan. mem. *Clemen-
tis X.* a quo tempore non amplius indulgetur hæc
derogatio in Reſignationibus, & Permutationibus
Beneficiorum, & ſi fiat Patronis diſſentientibus, 299
erit nulla, *Piton. diſcept. 29. nu. 5. Rot. in Gerun-
den. Beneficior. 14. Aprilis 1704. §. final. cor. clar.
mem. Card. Priolo.*

Antiquitus itidem derogabatur Juripatronatus
mixto, partim nempe Eccleſiaſtico, & partim lai- 300
cali, ut in *dec. 48. §. finali coram Ubaldo*, & te-
ſtantur *Mandoſ. in Tractat. de Signat. Grat. verb.
Derogationes Juriſpatr. col. 2. in fine, Vivian. de
Jurepatr. lib. 7. cap. 1. n. 14. & lib. 14. cap. 1. n.
114. Pariſ. de Reſignat. lib. 2. queſt. 4. n. 5. Amay-
den. de Styl. Datar. lib. 1. cap. 15. §. 15. n. 102.
Garc. de Beneſ. part. 5. cap. 1. n. 584. & ſeqq. Pi-
ton. diſcept. 3. n. 3.* Sed a tempore laudati Pontificis
Clementis X. contraria invaluit praxis uſque ad 301
noſtra hæc tempora inconcuſſe ſervata, ut non
derogetur Juripatronatus mixto, etiamſi illud
pro majori parte ſpectaret ad Eccleſiaſticos, &
pro minori, ſeu minima ad Laicos. Et meri-
to, quia Juſpatronatus mixtum ad hunc præſer-
tim effectum, ut ei non derogetur, reputatur in
totum laicale, & cadit ſub regulis Juripatrona-
tus laicalis, *Piton. dict. diſcept. 3. numer. 6.* ubi
praxim hanc *ſanctiſſimam* appellat, & *diſcept. 29.
num. 25*

Et

302 Et licet idem *Piton. dict. diſcept.* 3. *à n.* 7. uſque
ad finem, exiſtimet, poſſe Juripatronatus mixto
derogari, *accedente conſenſu Patroni laici*, dum
per conſenſum præfatum illius præjudicium ceſſat,
& ſolum remanet illud Clerici, quod conſiderabile
non eſt; & ita fuiſſe anno 1695. a clar. mem.
303 Cardinali *Panciatico* tunc temporis Prodatario re-
ſolutum, teſtetur. Nihilominus res difficultate non
caret, quia in Jurepatronatus mixto fit mutua Pri-
vilegiorum communicatio, per quam, ſicut Jus
304 Eccleſiaſticum tribuit Juri laico patronatus ſeme-
ſtre ad præſentandum, quod tempus placito Patro-
ni Eccleſiaſtici coarctari nequit Patrono laico; ita
jus laicum impertitur Juri Eccleſiaſtico Patronatus
qualitatem laicalem, ne Papa illi derogare va-
leat, etiam per conſenſum Patroni laici, ut pon-
derat *Cabaſut. in Theor. & Prax. Jur. Can. lib.* 2.
cap. 7. *n.* 9.

305 Multoque minus indulgenda eſſet Derogatio, ſi
Patroni laici plures eſſent, nec omnes conſentirent;
Unde de anno 1724. rejecta fuit ab Officialibus
Datariæ Supplicatio Proviſionis Beneficii ſimplicis
de Jurepatronatus mixto, in qua petebatur deroga-
tio cum expreſſione *de conſenſu majoris partis Pa-
tronorum laicorum.*

306 Fuit olim in Congregatione Datariæ diſcuſ-
ſum, an vacante Beneficio ob non publicationem
Literarum Reſignationis, aut Permutationis, ad
tramites *Conſtitutionis LXXXV.* ſan. mem. *Gre-
gorii XIII.* derogari deberet Juripatronatus laica-
li? & reſolutum *Negative*; quia, licet Beneficii
præfati diſpoſitio juxta laudatæ Conſtitutionis ſan-
ctionem, ſit reſervata Sedi Apoſtolicæ, non con-
ſuevere tamen Pontifices de illo diſponere, niſi cum
conſenſu Patronorum, *Vivian. de Jurepatr. lib.* 14.
cap. 2. *n.* 9. Et ita ſervatum vidi anno 1699. in
Dertuſen. nam cum fuiſſet porrecta Supplicatio
Impetrationis Beneficii Juriſpatronatus laicalis, ob
non factam publicationem Literarum illius Reſi-
gnationis, vacantis, cum derogatione Juripatrona-
tus, fuit per Congregationem Datariæ rejecta.

Denegata quoque fuit derogatio Juripatronatus,
& appoſita clauſula -- *de conſenſu dilecti filii moder-* 307
ni Patroni -- in Impetratione Præpoſituræ *Sandomi-
rien. Cracovien.* Diœceſis de Jurepatronatus laico-
rum pro *Nicolao Zlobniski*, ex quo *Caſimirus De-
noff* Clericus in ætate legitima non conſtitutus, nul-
liter ad eam fuerat præſentatus, ut ex *Literis A-
poſtolicis apud S. Mariam Majorem* 1700. *Quarto
Nonas Martii Pontificatus ſan. mem. Clementis XI.
anno primo.*

Similiter, petente *Joſepho Sanz* proviſionem Be-
neficii ſimplicis *SS. Petri, & Pauli* in Parochiali 308
Eccleſia *S. Catherinæ Martyris Valentin.* Diœceſis
de Jurepatronatus laicorum per obitum vacantis,
cum derogatione dicto *Juripatronatus*, ex quo
unicus illius Patronus a pluribus annis in Indiis de-
gebat, cenſuit Congregatio Datariæ, indulgen-
dam eſſe Beneficii proviſionem, ſed abſque Juriſ-
patronatus derogatione, adjecta tamen in Literis
Apoſtolicis Officiali Archiepiſcopi *Valentin.* dire-
ctis ſequenti expreſſione -- *Et attento, quod dile-
ctus ſimiliter filius modernus unicus dicti Beneficii
Patronus in Indiis a pluribus annis degit, poſt lap-
ſum ſex Menſium a die præſentationis earundem
præſentium tibi pro parte dicti Joſephi faciendæ com-
putandorum, Beneficium præfatum, ne detur diutina
illius vacatio, eidem Joſepho abſque conſenſu mo-
derni unici illius Patroni auctoritate noſtra conferas
&c* -- ut ex Literis præfatis apud *S. Petrum* 1714.
*Quinto Kalendas Decembris Pontificatus ſan. mem.
Clementis XI. anno decimoquarto.*

REGULA XLIII.

De Commendis.

Item voluit, quod nulli Seculari de Regulari, nec Religioſo de Seculari Beneficiis Commenda detur, niſi in Signatura, vel per clauſulam ad partem ſuper petitione Commendæ hujuſmodi, de Commenda ipſa mentio fiat.

ARGUMENTUM.

Regula quid diſponit? & an iiſdem tam priſcis, quam modernis temporibus fuerit concepta verbis? Beneficia Secularia Secularibus, Regularia vero Regularibus conferri debent, & Secularis qui Regulare poſſidet Beneficium, vel è contra, quamvis Reus, obſtringitur poſſeſſionis ſuæ titulum oſtendere, nec attentata eſt poſſeſſio Beneficii Secularis à Seculari adepta abſque citatione Regularis de eo ab inferiori Collatore proviſi. Non prohibetur tamen Regularem obtinere Beneficium ſeculare ſive in titulum, ſive in adminiſtrationem, ſi Apoſtolica intercedat diſpenſatio, quam pluries indultam fuiſſe oſtenditur. Quemadmodum Secularis capax eſt obtinendi Beneficium Regulare in Commendam, & explicatur, quomode priſcis temporibus, quomodo noſtris Beneficia in Commendam concedi conſueverint, & vindicantur noſtri temporis Commendæ ab impictis notis, quod ſint deſtructivæ Monaſteriorum in temporalibus & ſpiritualibus. At Beneficia Regularia ſecularibus in Commendam concedere ad ſolum ſpectat Pontificem, vel ad eos, quibus per ipſum indulgetur commendandi facultas, & refertur Reſolutio Congregationis particularis, quæ certas præſcripſit conditiones, ſub quibus expedit, ut concedatur præfata facultas, quæ aliquando continet clauſulam, *libere, &*

licitè, aliquando eſt illa deſtituta, & quid clauſula præfata operetur? Commendandi verò facultate frequenter uti ſolent Pontifices, ubi agitur de continuanda Monaſteriorum proviſione de Commenda in Commendam, ſed raro, ubi Monaſteria in Titulum conferri conſueverint, niſi urgeant juſtæ, & rationabiles cauſæ, quæ recenſentur, & reverſo Monaſterio per obitum, aut ceſſionem Commendatarii ad priſtinam Tituli naturam, nova Commenda non indulgetur, niſi eædem adhuc ſubſint Cauſæ. Hæcque circumſpectio eo magis adhibetur reſpectu Monaſteriorum, quæ ſunt *Capita Ordinum*, quæque à Concilio Tridentino expreſsè commendari prohibentur; Refelluntur nonnullæ erroneæ aſſertiones *Hyeronimi a Coſta* Doctoris Galli, & Procuratoris *Nani*. Parochiales Eccleſiæ non aliter hodie a Regularibus abſque Apoſtolica diſpenſatione obtineri poſſunt, quam ſi eorum Monaſteriis ſint ſubjective unitæ, ipſique Eccleſiis præfatis ad nutum Superiorum amovibiles præficiantur, exploſo antiquo jure, quo Regulares earundem Eccleſiarum abſque diſpoſitione præfata capaces reddebantur. Quemadmodum nec Canonici Regulares cum ſola licentia Abbatis generalis, & abſque Apoſtolica diſpenſatione obtinere poſſunt Beneficia Secularia cum Cura, vel ſine Cura, Penſiones, etiam ſuper Beneficiis Curatis, Dignitates, aut Canonicatus in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis, licet pluries Summi Pontifices cum ipſis, ut Beneficia præfata, & Penſiones obtinere poſſent, diſpenſationem elargiti fuerint. An vero Canonici præfati ad Beneficia Curata, aliaque reſidentialia diſpenſati, poſſint habitum Regularem dimittere, ac in eo Clericorum Secularium incedere, & an Socium Regularem ejuſdem Congregationis ſecum retinere debeant, plenè examinatur. Diſſeritur quoque, an Præsbyteri Congregationis Doctrinæ Chriſtianæ, qui, præter tria Vota ſimplicia emittunt Juramentum perſeverantiæ in Congregatione, ſint capaces Beneficiorum cum cura, vel ſine Cura reſidentialium cum ſola licentia Capituli Generalis, aut Diffinitorii, vel potius indigeant expreſſa diſpenſatione & relaxatione Juramenti præfati a Summo Pontifice, aut Capitulo, & Diffinitorio prædictis indulgenda? Religioſi Ordinis Militaris S. Joannis Hieroſolymitani, ſive Milites ſint, ſive Fratres Cappellani, ſunt incapaces obtinendi ſine Apoſtolica diſpenſatione Beneficia Secularia, ſed incapacitas hæc non militat de jure reſpectu Militum Militiarum S. Jacobi de Spata, de Alcantara, aliarumque, in quibus ſubſtantialia Vota Paupertatis, & Caſtitatis non emittuntur, licet Datariæ ſtylus eos quoque pro incapacibus ad obtinendum Beneficia Secularia ſine diſpenſatione Apoſtolica habeat; An vero Fratres Clerici, aut Sacerdotes dictorum Ordinum Profeſſi, & in ſpecie, an Cleri Profeſſi Militaris Ordinis Jeſu Chriſti in Portugallia indigeant Apoſtolica diſpenſatione pro obtinendis Beneficiis Eccleſiaſticis, late diſſeritur. Referuntur nonnulli alii caſus, in quibus Beneficia Secularia Regularibus, & è contra, conferri poſsūt; Et poſtremo examinatur, an Regulares, præſertim Ordinis S. Spiritus in Saxia proviſi de Beneficiis Regularibus, ſive Secularibus prævia Apoſtolica diſpenſatione, faciant fructus ſuos, itaut liberè de illis diſponere valeant?

S U M M A R I U M.

1 *Beneficia ſecularia Secularibus, regularia Regularibus ſunt conferenda.*
2 *Reus, & Poſſeſſor cogi nequit ad titulum ſuæ poſſeſſionis juſtificandum.*
3 *Limita in Seculari Regulare, vel in Regulari Beneficium ſeculare poſſidente.*
4 *Poſſeſſio Beneficii Regularis a Seculari adepta, & econtra, nulla, & irrita eſt ad quemcumque effectum.* & n. 10.
5 *Et pro ea tuenda juvari nequit Poſſeſſor ultimo ſtatu.*
6 *Poſſeſſio Canonicatus Theologalis adepta a Proviſo Apoſtolico, non citato Regulari, qui ab Epiſcopo fuerat deputatus ad vices Canonici Theologi ſupplendum, rite adepta cenſetur. Et ita reſolutum.* n. 12.
7 *Beneficii poſſeſſione vacua exiſtente, Exequutor Apoſtolicus Pontificiæ proviſionis, neminem citare tenetur, nec aſſumere partes Judicis.*
8 *Maxime, ſi Literæ Apoſtolicæ ſint expeditæ in forma gratioſa.*
9 *Oeconomus Eccleſiæ Parochialis vacantis citari non debet in exequutione Literarum illius, qui in titulum de ea proviſus fuit.*
11 *Citatio Poſſeſſoris neceſſaria non eſt, ubi conſtat ei obſtare Decretum irritans.*
13 *Regulari ſpoliato de Beneficio ſeculari, de quo proviſus fuit ab Epiſcopo, competit remedium poſſeſſorium.* & n. 15.
Redditur ratio, quia poteſt præſcribere Beneficii naturam, ergo & poſſidere. n. 14.
16 *Contrarium in terminis Concilii Tridentini; & redditur ratio.*
17 *Regularis non prohibetur Beneficium Seculare ex diſpenſatione Apoſtolica in titulum obtinere.*
18 *Et referuntur hujuſmodi Diſpenſationis nonnulla exempla.*
19 *Regularibus conſuevere aliquando Pontifices Beneficia Secularia in adminiſtrationem, vel*

Et

ad vitam, vel ad certum tempus concedere. Et recenſentur exempla.

20 *Secularis capax eſt obtinendi Beneficia Regularia, & e contra Regularis ſecularia in Commendam.* & n. 26.

21 *Priſcis temporibus Commenda indulgebantur ad tempus, & qua obligatione premebatur Commendatarius?*

22 *Referuntur nonnulla exempla Eccleſiarum Cathedralium, quæ ad tempus commendata fuerunt.*

23 *Jure antiquo permiſſum erat Ordinariis Eccleſias Curatas commendare ad ſex menſes, & interim Commendatarii ſtabant loco Oeconomorum.*

24 *Sed facultas hæc iis ſublata fuit per Concilium Tridentinum; Et quid circa Parochiales Eccleſias vacantes fuit ab illo diſpoſitum?*

25 *Commendæ perpetuæ, & ad vitam, quæ hodie uſitari ſolent, reſpiciunt principaliter non favorem Eccleſiæ, ſed Perſonæ, quæ Beneficii commendati fructus pleno jure acquirit.*

26 *Et in hujuſmodi Commendis duplex Gratia concurrit, proviſiva una, diſpenſativa altera.*

28 *Beneficia ab aliis commendari non poſſunt, quam a Pontifice, aut ab iis, quibus ipſe indulget commendandi facultatem.*

29 *Et ex hac Pontificum prærogativa bene eruitur plenaria eorum poteſtas ſuper Beneficiis.*

30 *Facultatem hanc Beneficia commendandi, certis præſcriptis legibus, Pontifices nonnullis Perſonis benemeritis, & illuſtribus elargiri non ſunt dedignati.* & n. 31.

32 *Refertur Reſolutio Congregationis particularis edita anno 1701. ſuper modo concedendi Indulta commendandi, & ſuper novis Commendis a Sede Apoſtolica faciendis.*

33 *Sed ab hujuſmodi Reſolutione aliqualiter deflexit ſan. mem.* Clemens XI. *in Indulto commendandi, quod elargitus fuit Nepoti clar. mem. Card.* Bullioni.

34 *In Indultis commendandi, quæ Cardinalibus conceduntur, apponitur clauſula* -- libere, & licite.

35 *Sed favore aliarum Perſonarum, etſi illuſtrium, fere nunquam, priſcis ſaltem temporibus, adjici conſuevit.*

36 *Referuntur nonnulla exempla Indultorum commendandi, quæ aliorum, quam Cardinalium favore conceſſa ſunt, & in quibus clauſula præfata adjecta fuit.*

37 *Clauſula* -- libere, & licite -- *operatur, ut Indultarii præveniri non poſſint a Papa, cui ex Concordatis Gallicanis præſervatum fuit jus præventionis quoad omnia Beneficia ad Ordinariorum collationem pertinentia.*

38 *Effectum tamen hujuſmodi non operatur altera clauſula in Indultis commendandi adjici ſolita* -- ſolus commendare poſſis, & valeas. --

39 *Clauſula* -- libere, & licite -- *non impedit, quominus Pontifex derogare poſſit* Regulæ de viginti *in Reſignatione Beneficii ſpectantis ad collationem illius, qui Indultum habet Apoſtolicum commendandi.*

40 *Limita, ſi Indulto hujuſmodi gaudeant Cardinales Ordinarii Collatores.*

41 *Pontifex in Gallia derogare nequit* Regulæ de viginti *in præjudicium Cardinalium ob Compactum initum in Conclavi cum* Paulo IV.

42 *Contrarium, & de ratione.* Remiſſive.

43 *Reges, & Principes Apoſtolico gaudentes Indulto nominandi, ſeu præſentandi ad Beneficia, nequeunt ad Secularia Regulares, & ad Regularia nominare, ſeu præſentare Seculares.*

44 *Sed nominatio, aut præſentatio per viam Commendæ, ut ſuum ſortiatur effectum, indiget Gratia Apoſtolica.*

45 *Commendas noſtri temporis improbant nonnulli, tanquam deſtructivas Monaſteriorum in ſpiritualibus, & temporalibus.*

Sed vindicantur ab hac nota. n. 47. & ſeqq. & num. 55.

Et reſpondetur motivo, quod Commendatarii luxurioſe vivant, & abutantur Patrimonio Pauperum. n. 56.

46 *De origine, & progreſſu Commendarum, præſertim Seculo XIV. ſub Pontificibus, qui Avenione reſidebant.*

47 *Praxi commendandi Beneficia neque Jus Divinum, & naturale, neque antiqui Canones adverſantur.*

48 *Minuſque Concilia Lateranenſe, & Tridentinum.*

49 *In Commendis Monaſteriorum, quæ Conventu carent, nullum concurrit inconveniens, quia nulli fit præjudicium.*

50 *Minuſque in Commendis Monaſteriorum quæ ſubſunt eorum Superioribus, & adeſt duplex Menſa diſtincta, Abbatialis nempe, & Conventualis, aut ſi ea deficiat, Commendatarius Monachis certam annuam Penſionem ſolvere teneatur.*

51 *Maxime; quia in Commendis præfatis adjicitur clauſula* -- quod propter Commendam hujuſmodi ſolitus Monachorum numerus non minuatur. --

52 Benedictus XII. *etſi Commendas omnes a Prædeceſſoribus factas caſſaverit, non abnuit tamen, commendari poſſe Abbatias, & Prioratus Canonicorum Regularium, ſi idem Canonicorum numerus retineretur, ut prius ante Commendam, retinebatur.*

53 *De Commendarum genere, quod inſectatus fuit S. Gregorius Magnus.*

54 *Commendæ Monaſteriorum, in quibus proprius non adſit Superior Regularis, ſed illius vices gerat Abbas Commendatarius, laudem non merentur, & quare?*

57 *Refertur Reſponſio* Pii V. *nomine data Germanis petentibus, ut nullæ deinceps Prælaturarum, & Beneficiorum Commendæ fierent.*

58 *Pontifices frequenter Beneficia commendare conſueverunt, ubi agitur de continuanda eorum proviſione de Commenda in Commendam.*

59 *Sed Monaſteria in titulum Regularibus conferri ſolita, commendare non ſolent, niſi ex juſtis cauſis, reſtaurandi ſcilicet eorum Ædificia, ac bona diſtracta recuperandi, & cum Decreto, quod, ceſſante Commenda, Monaſterium ad priſtinam tituli naturam revertatur.* & n. 62.

Et alias reſolutum, concedendam non eſſe Commendam, niſi prius habitis ſuper dictis Cauſis juſtificationibus a Locorum Ordinariis. n. 61.

60 *Et refertur formula ſupradicti Decreti.*

63 *Vindicatur a mordacitate* Pauli Soavis *Decretum Concilii Tridentini* ſeſſ. 14. cap. 10. *quo diſponitur, Beneficia Regularibus in titulum dari ſolita, non aliis, quam ipſis conferenda eſſe.*

64 *Monaſterium, quod ceſſata Commenda, juxta ſupradictum Decretum in titulum reverſum fuit, non prohibetur iterum commendari, ſi neceſſitas urgeat, & juſtæ concurrant cauſæ.*

Et ſequuta nova Commenda, addatur etiam Decretum reverſionis in titulum, cedente, vel decedente Commendatario. n. 65.

66 *Satis tamen rationabile erit, ut in dubio reiteratio Commendæ denegetur, & quare?* & n. 70. & 71.

67 *Nec habent, de quo juſte conqueri poſſint Principes*

cipes jus nominandi, ſeu præſentandi ad Monaſteria habentes, ſi Pontifices eorum inſtantia pro reiteratione Commendæ non annuant.

Referuntur exempla nonnullorum Pontificum, qui Commendæ reiterationem, Principibus pro ea inſtantibus, denegarunt. n. 71. 72. 73. 74. 75. 76.

68 Pontifices, juxta ſenſum Gallorum, Beneficia Regularia commendari ſolita, in Titulum reducere non poſſunt.

69 Sed admittunt, quod a libera eorum voluntate pendeat Beneficium Regulare in Commendam conceſſum cum Decreto revertendi in Titulum, iterum poſtea commendare, vel non.

77 Clemens XI. ad ſupplicationes Regis Chriſtianiſſimi aliquando Gratiam reiteratæ Commendæ indulſit. & n. 78.

79 Monaſteria, quæ ſunt Capita Ordinum, commendanda non eſſe, expreſſe mandavit Concilium Tridentinum.

81 Itaque in Gallia providentur ad electionem Monachorum. & n. 82.

De origine Monaſterii Cluniacenſis, ac de libertate eligendi Abbatem in ejus fundatione Monachis conceſſa. Remiſſive n. 80.

83 Monaſteria præfata aliquando, Regibus Chriſtianiſſimis ſupplicantibus, proviſa fuerunt Clericis Secularibus in Commendam. & n. 85.

84 Sed Gratiam præfatam denegarunt Innocentius X. & Innocentius XI.

86 Reprobantur quamplurimæ erroneæ aſſertiones Hieronymi a Coſta Auctoris Galli. n. 87. 88. & 89.

90 Necnon Joannis Baptiſtæ Nani Procuratoris S. Marci Venetiarum. & n. 91.

92 Regula XLIII. quid diſponat.

93 In Regulis antiquis Sixti IV. & Innocentii VIII. ſimpliciter legebatur -- niſi in Signatura mentio fiat de Commenda.

Et explicatur ſenſus hujuſmodi verborum. n. 94.

95 Sed in Regulis Succeſſorum additum fuit -- Niſi in Signatura, vel per clauſulam ad partem, de Commenda ipſa mentio fiat.

96 Dictio Vel omiſſa fuit in Regulis Gregorii XIII. & Succeſſorum.

97 Sed Regulæ primo reintegrata ſub SSmo D. N. CLEMENTE XII. & de ratione. & n. 98.

99 Eccleſiarum Parochialium de jure antiquo capaces erant Regulares abſque Apoſtolica diſpenſatione.

100 Sed hodie eiſdem abſque diſpenſatione præfata præfici non poſſunt.

101 Niſi agatur de Parochiali ſubjective unita Menſæ Abbatiali, eique præficiatur Regularis ad nutum Superioris amovibilis.

102 Et hujuſmodi Curæ capax eſt Regularis, etiamſi prius committi conſueverit Presbyteris Secularibus in adminiſtrationem.

103 Canonici Regulares capaces ſunt obtinendi de jure Beneficia Secularia Curata cum ſola licentia Abbatis Generalis.

Et de rationibus. n. 107. & 153.

104 Eruitur itidem capacitas præfata ex Concilio Tridentino Seſſ. 14. cap. 11. de Reformat.

105 Necnon ex formula Profeſſionis, quam ipſi emittunt.

106 Et referuntur Doctores, qui hanc propugnant Sententiam.

107 Canonicis Regularibus non eſt hodie permiſſum Beneficia Secularia curata abſque Apoſtolica diſpenſatione obtinere, nec in perpetuum, nec ad certum tempus. & n. 133.

108 Idque declararunt Gregorius XIII. & Sixtus V. Et Decretum Gregorii emanavit per viam legis univerſalis, nec per illius obitum expiravit. n. 119. & 121.

Nec afficit ſolos Canonicos Regulares Lateranenſes, ſed illos quoque aliarum Congregationum. n. 116. & ſeqq.

109 Et pluries fuit a Sacra Congregatione Concilii reſolutum.

110 Nec non a Sacra Congregatione Epiſcoporum, & Regularium.

111 Præſertim per Decretum generale editum ſub die 18. Martii 1671. de ſpeciali mandato ſan. mem. Clementis X.

112 Et referuntur Doctores, qui huic adhærent Sententiæ.

113 Decretum Concilii Tridentini dict. cap. 11. ſeſſ. 24. de Reformat. in verbis illis --. Ac taliter translatus, etiam ad Beneficia ſecularia, etiam curata omnino incapax ſit -- non intelligitur de Canonicis Regularibus ad alias Religiones tranſlatis, ſed de Regularibus aliarum Religionum, qui etiam ad Canonicos Regulares transferuntur. & n. 114.

115 Decretum Sacræ Congregationis Epiſcoporum ſub Clemente X. editum, etſi reſtrictum ad Canonicos Regulares Lateranenſes, comprehendit in ſpiritu etiam aliarum Congregationum Canonicos.

122 Congregatio Concilii, approbante Innocentio XII. mandavit anno 1694. ut unirentur Decreta ſuper capacitate, vel incapacitate Canonicorum Regularium obtinendi cum ſola licentia Generalis Beneficii ſecularia, tam Curata, quam non Curata; utque Cauſa diſcuſſio haberetur, citatis omnibus Procuratoribus generalibus Congregationum.

123 Et ſan. mem. Clemens XI. Sacræ Congregationi præfata mandavit, ut eorum capacitas ad examen unice revocaretur in puncto Juris, ad tramites Concilii Tridentini, & juxta eorum Profeſſionem, ac Inſtitutum, independenter a Decretis Sacrarum Congregationum, Tribunalium Judicatis, ac Pontificum oraculis.

124 Canonicos Regulares capaces eſſe obtinendi Beneficia ſecularia Curata cum ſola licentia Superioris generalis abſque Apoſtolica diſpenſatione, ſuppoſuit ſan. mem. Benedictus XIII. in ſua Conſtitutione confirmatoria Privilegiorum Congregationis Canonicorum Regularium S. Salvatoris.

125 Sed Conſtitutio præfata publicata non fuit.

126 Priſcis temporibus raro Canonicis Regularibus a Sede Apoſtolica concedebatur, ut Beneficia ſecularia Curata obtinere poſſent.

127 Sed poſtea relaxatus rigor, & facilius diſpenſatio præfata concedi cœpit.

Referuntur quamplurima hujuſmodi Diſpenſationum Induita. ibid. & n. 129.

128 Et quomodo concipi ſoleant?

130 Canonicis præfatis aliquando indulta fuit Beneficiorum Curatorum adminiſtratio ad certum tempus.

131 Et aliquando ad vitam.

132 Canonicis Regularibus ſæpe Pontifices conceſſerunt, ut Beneficia ſimplicia ſecularia obtinere poſſent.

133 Necnon Dignitates, & Canonicatus cura carentes in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis; Et referuntur exempla. & n. 134.

135 Abbates pro tempore Monaſterii S. Ægidii Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini Leodien. obtinent uſque ab anno 1043. unum

ex

ex triginta Canonicatibus in Collegiata S. Dionyſii ejuſdem Civitatis.

136 *Et Canonicatum præfatum præſumi legitime, ac perpetuo unitum dicto Monaſterio, declaravit alias Sac. Congregatio Concilii.*

137 *Canonici Regulares* Frigidi Montis Bruxellæ *ex Indulto Apoſtolico elargito uſque de anno* 1257. *obtinere poſſunt unum Canonicatum in Eccleſia* S. Gudulæ *ejuſdem Civitatis.*

138 *Canonicis Regularibus indultum aliquando fuit, ut Canonicatus Eccleſiarum Collegiatarum obtinerent in adminiſtrationem.*

139 *Canonici Regulares de jure ſunt capaces obtinendi abſque Apoſtolica diſpenſatione Beneficia ſecularia non curata.*

140 *Contrarium, & redditur ratio.*

141 *Canonici Regulares obtinere nequeunt abſque Apoſtolica diſpenſatione Penſiones ſuper Beneficiis ſimplicibus.*

142 *Minuſque ſuper Curatis.* & n. 135.

143 *Diſpenſatus ad Beneficia, non cenſetur diſpenſatus ad Penſiones obtinendas.*

146 *Canonici Regulares diſpenſati ad Beneficia Curata obtinenda non poſſunt habitum Regularem dimittere, & in eo Clericorum ſecularium incedere.* & n. 147. & 148.

Contrarium ſervatur in praxi, & de rationibus. & n. 151. 152. 154. & 155.

149 *Sed diſpenſati ad Canonicatus, aut Dignitatibus in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis, proprium habitum dimittere tenentur, & quare?*

150 *Contrarium, quod nulla adſit repugnantia, quod proprium habitum Regularem retineant.*

152 *Canonici Regulares ad Epiſcopatus promoti, tam in Sacello Pontificio, quam extra, utuntur habitu ejuſdem coloris, & formæ, quem Epiſcopi ſeculares adhibent.*

153 *Contrarium.*

156 *Canonicus Regularis extra Clauſtra degens ratione Beneficii Curati ſecularis, quod obtinet, Socium habere debet Regularem ejuſdem Congregationis.*

157 *Intellige, ſi commode Socius retineri poſſit; ſecus, ſi Beneficii fructus tenues ſint, & non ſufficiant pro illius manutentione.*

158 *Canonico Regulari proviſo de Parochiali ſeculari, aut Canonicatu, ſeu Dignitate in Cathedrali, vel Collegiata, & ob id extra Clauſtra degenti, an competat regreſſus ad Bona renunciata occaſione Profeſſionis per eum emiſſæ?*

159 *Presbyteri Congregationis Doctrinæ Chriſtianæ, qui emittunt tria Vota ſimplicia, necnon Juramentum perſeverantiæ in Congregatione, non aliter ſunt capaces Beneficiorum Curatorum, & reſidentialium, quam prævia expreſſa relaxatione præfati Juramenti a Pontifice, vel a Capitulo Generali, aut Diffinitorio facienda, nec ſufficit ſola eorundem Capituli, aut Diffinitorii licentia.* n. 161. & 162.

Redditur ratio, & reſpondetur contrariis rationibus, & exemplis. ibid. & n. 163. & ſeqq. & n. 168.

Et ita reſolutum anno 1702. *a Sacra Congregatione Concilii.* n. 169.

Traditur origo Congregationis Doctrinæ Chriſtianæ.

166 *Prælati inferiores non poſſunt ſine præcedenti legitima cauſa diſpenſationem aliquam ſuis Subditis elargiri.*

170 *Milites Profeſſi S. Joannis Hieroſolymitani capaces ſunt obtinendi Beneficia ſecularia abſque Apoſtolica diſpenſatione.*

171 *Contrarium, quia emittunt tria Vota ſubſtantialia, & ſunt veri Religioſi.*

172 *Amplia, ut nec Penſiones ſine diſpenſatione præfata obtinere poſſint.*

173 *Idemque dicendum de Fratribus Cappellanis.*

174 *Apoſtolica Sedes pluries cum Militibus Sancti Joannis Heroſolymitani diſpenſavit, ut Beneficia Eccleſiaſtica ſecularia aſſequi poſſent.*

175 *Et refertur Decretum in Literis Apoſtolicis hujuſmodi Diſpenſationis adjici ſolitum.*

176 *De praxi reſervandi Penſiones ad favorem eorundem Militum.* Remiſſive.

177 *Milites Profeſſi S. Jacobi de Spata, de Alcantara, S. Stephani, aliarumque Militiarum, in quibus tria Vota ſubſtantialia non emittuntur, incapaces non ſunt obtinendi Beneficia ſecularia.* & n. 178.

179 *Contrarium.*

180 *Potiſſimum de ſtylo Datariæ, quæ cum illis in proviſione Beneficiorum ſecularium diſpenſat, ac Componendam exigit.*

181 *Fratres Clerici Militiæ S. Jacobi, ſeu aliarum Militiarum ſunt de jure capaces Beneficiorum Eccleſiaſticorum ſecularium.*

182 *Contrarium, & redditur ratio.*

183 *Fratres Sacerdotes Profeſſi Ordinum Militarium Jeſu-Chriſti, S. Jacobi de Spatha, & de Avis in Regno Portugalliæ exiſtentium, incapaces ſunt abſque Apoſtolica diſpenſatione obtinendi Beneficia ſecularia.*

184 *Contrarium, & quare?*

185 *Sed non recedendum a priori Sententia, cujus rationes late expenduntur. Explicatur Deciſio* Rotæ in Romana Penſionis 17. Junii 1697. coram bon. mem. Muto. *Et reſpondetur contrariis rationibus, & exemplis.* & a n. 186. *uſque* ad n. 204.

Et poſteriorem hanc Sententiam ſequuta fuit Sacra Congregatio Concilii de annis 1707. *&* 1709. n. 205.

187 *De tribus ſpeciebus Perſonarum exiſtentium in Equeſtri Ordine Jeſu-Chriſti, & quænam ex illis ſit capax obtinendi Beneficia ſecularia abſque Apoſtolica diſpenſatione.* & num. 188. & 189.

190 *Milites Ordinis Jeſu Chriſti, nedum a Rege Portugalliæ, ſed a Papa etiam creantur.*

193 *Reges, & Principes, qui ſunt perpetui Adminiſtratores Ordinum Militiarum conſiderantur, uti Prælati Ordinarii, gaudentque ex Pontificio Indulto Juriſdictione Eccleſiaſtica exercenda per Subſtitutos Eccleſiaſticos.* & num. 195.

194 *Fœminæ poſſunt ex Indulto Apoſtolico acquirere Juriſdictionem Eccleſiaſticam eorum vicario nomine exercendam a Viris Eccleſiaſticis.*

196 *Qui Votum paupertatis non ſtricte, & rigoroſe ſolemne emittunt, non ſunt vere Religioſi, nec Beneficiorum ſecularium incapaces.*

198 *Facultas diſponendi de rebus ſuis ex diſpenſatione Pontificia Regularibus competens, Voto paupertatis non derogat.*

199 *Fratres Profeſſi S. Joannis Hieroſolymitani dominium habent, vel ſaltem uſumfructum eorum ſuarum, eaſque alienare poſſunt, & quacumque Bona, etiam juriſdictionalia acquirere.*

200 *Idemque dicendum de Fratribus profeſſis Sancti Jacobi de Alcantara.*

206 *Beneficia Secularia Regularibus, & e contra conferri poſſunt, ubi concurrit neceſſitas ex defectu*

defectu Clericorum Secularium, vel Regularium.

Neceſſitas non habet legem. ibid.

207 Idque locum ſibi vindicat, etiam in terminis Primariarum Precum Imperialium.

208 Amplia, etiam ſi Beneficia ſecularia ſint Curata, nam ſtante penuria Sacerdotum ſecularium, conferri poſſunt Regularibus; Et referuntur nonnulla exempla.

209 Non exiſtente Clerico ſeculari idoneo pro obtinenda Præbenda Theologali, illius fructus aſſignari debent Superiori Regulari, ut eligat pro docenda Sacra Scriptura Theologum ex ſuis Regularibus, ſubminiſtratis ei neceſſariis ex dictis fructibus, & quod ſupereſt in uſum Monaſterii convertendum.

210 Vel, ut alii exiſtimant, commendari debet eadem Præbenda Perſonæ idoneæ de Capitulo, ſi adſit, ſin minus illius fructus aſſignari Clerico idoneo extra Capitulum, & in horum defectum Regulari.

211 Refertur exemplum Diſpenſationis Apoſtolicæ indultæ Regulari, ut Canonicatum Theologalem in Cathedrali obtinere poſſet, cum aſſignatione omnium fructuum illius favore.

212 Sequuta deputatione Regularis pro exercendo munere Canonici Theologi, tenetur Epiſcopus intra ſex menſes Clericum ſecularem idoneum reperire, aut ſaltem diligentias omnes pro eo reperiendo peragere, alias collatio Præbendæ devolvitur ad Superiorem, vel ad Papam. & n. 213.

214 Regularis capax eſt Beneficii ſecularis, & e contra, ſi Beneficium ex conceſſione Papæ, vel præſcriptione, mutavit ſtatum, & effectum fuit de Seculari Regulare, vel e contra.

215 Et mutationem hanc inducit poſſeſſio quadragenaria cum bona fide.

216 Eaque completa, novus ſtatus non immutatur, nec reducitur ad primævum, niſi per aliam quadragenariam præſcriptionem.

217 Amplia, etiam in Commendis, nam conceſſo Beneficio Regulari per quadraginta annos in Commendam Clerico ſeculari, ita firmatus ſtatus Commendæ, ut nequeat tolli, niſi per aliam quadragenariam præſcriptionem.

218 Contrarium, quia Commenda non mutat ſtatum Beneficii, neque imprimit ſtatum aliquem fixum.

219 Explicatur Text. in Cap. Cum de Beneficio V. de Præbend. in 6.

220 Nec non Rota deciſ. 626. cor. Molines.

221 Religioſi proviſi de Beneficiis Eccleſiaſticis Regularibus, aut Secularibus ex Apoſtolica diſpenſatione, an, & quomodo faciant fructus ſuos, itaut de illis diſponere valeant, inſpiciendum eſt, quid in Literis Apoſtolicæ proviſionis præſcriptum fuit.

222 In Literis præfatis aliquando apponi conſuevit conditione, quod detracta congrua ſuſtentatione, quod reliquum eſt, in pauperes, aut alios pios uſus convertatur.

223 Aliquando, quod Beneficii fructus deſerviant pro Religioſis uſibus proviſi, ac pro ſubventione Parentum.

224 Aliquando vero, ut commodius Literarum ſtudiis incumbere poſſint.

225 Religioſos Ordinis S. Spiritus in Saxia diſponere poſſe de fructibus ſuarum Præceptoriarum, Prioratuum, aut Beneficiorum, dummodo pecuniæ erogentur in uſus pios, & Religioſos, cenſuit Congregatio particularis de anno 1696.

Referuntur Doctores, qui hanc propugnant Sententiam, & rationes, quibus innititur. n. 226. 229. 235. 236. 238. 239. & 244.

227 Religioſi quoque aliorum Ordinum, ſi de Beneficiis provideantur, ſecluſa lege in Literis Apoſtolicis præſcripta, de illorum fructibus diſponere poſſunt, ſicuti Clerici Seculares.

Et ita ſe habet praxis. n. 232.

228 Neque hoc repugnat Voto paupertatis, & de ratione.

230 De differentia, quæ viget inter Religioſum ſimplicem, & Beneficiatum.

231 Et inter Religioſum habentem peculium, & obtinentem Beneficium.

233 Equitibus S. Joannis Hieroſolymitani prohibitum non eſt de fructibus ſuarum Commendarum, & Prioratuum diſponere.

234 Quemadmodum, nec aliorum Ordinum Militarium Militibus profeſſis.

237 Epiſcopi Regulares, & Abbates poſſunt de fructibus ſuarum Eccleſiarum, & Abbatiarum inter vivos diſponere.

240 Concilium Tridentinum Seſſ. 25. cap. 2. de Regular. dum prohibet dari per Superiores Regulares Bona Monaſterii in Commendam, an jus novum induxerit, ſeu potius antiquum confirmaverit?

241 Conciliaris hæc diſpoſitio non procedit in Beneficiis Regularibus. & n. 247.

242 Prioratus, & Beneficia Ordinis S. Spiritus in Saxia conferri non poſſunt, niſi ejuſdem Ordinis Religioſis.

REgula generalis eſt, quod Beneficia Secula-
ria Secularibus, Regularia vero Regularibus 1
conferantur, nedum ex diſpoſitione veterum Ca-
nonum in Cap. Cum Cauſam 27. de Elect. Cap. Cum
de Beneficio, de Præbend. in 6. Verum etiam de
jure novo Concilii Tridentini Seſſion. 14. cap. 10.
de Refor. & tradunt Paſſeriu. in dict. Cap. Cum de
Beneficiis n.2. de Præbend. Barboſ. in dict. Cap. Cum
Cauſam n. 4. Fagnan. in Cap. Cum ad noſtram 37.
n. 3. de Elect. Eminentiſſ. Petra in Conſtitut. Apo-
ſtolic. tom. 2. pag. 6. nu. 14. Lotter. de Re Benefic.
lib. 3. quæſt. 8. n. 94. Fraſſ. de Reg. Patr. Indiar.
cap. 51. n. 61. & ſeqq. Eſcaño Propugnacul. Relig.
Hieroſolymit. Diſcept. 10. cap. 8. per tot. & diſcept.
11. cap. 2. ubi de Commendis Militaribus Pigna-
tell. tom. 1. conſultat. 44. n. 31. Coccin. adnot. 314.
ſub n. 13.

Hinc ſi Secularis poſſideat Beneficium Regula-
re, vel e contra, licet tanquam Reus, & Poſſeſſor 2
juvari videatur poſſibilitate, & præſumtione cu-
juſcumque tituli, nec poſſit cogi ad titulum ipſum
juſtificandum; Nihilominus, cum his terminis jus
aperte reſiſtat, ſubmovetur præſumtio tituli, qua
alias juvatur poſſeſſor, & per conſequens hoc
caſu tenetur juſtificare poſſeſſionem ſuam ex titu- 3
lo valido, Rot. in Tranen. Præceptoriæ 23. Mar-
tii 1689. §. Etenim, coram Urſino. Præſertim,
cum in ſingulis Concilii Tridentini Decretis adſit
Decretum irritans, & clauſula ſublata ex Con-
ſtitutione Pii IV. Coccin. dict. Adnot. 304. ſub
num. 13. Rot. deciſ. 899. n. 6. coram Dunoz. Jun.
& deciſ. 52. numer. 5. coram Ubago, cum aliis in
Tranen. Præceptoriæ 2. Julii 1690. §. Nec dicta,
coram Urſino. Ex quo reſultat, quod quæcum-
que poſſeſſio adepta a Regulari de Beneficio ſecu- 4
lari, vel e contra, irrita, & nulla ſit, & pro va-
cua ad quemcumque effectum habeatur, Rot. de-
ciſ. 51. n. 4. coram Coccino, & deciſ. 697. nu. 27.
coram Dunoz. & in dicta Tranen. Præceptoriæ 2.
Junii

Junii 1690. *§. Nec dicta diſpenſatio, coram Urſi-*
5 *no*; nec facit ſtatum, itaut poſſeſſor juvari non
poſſit ab ultimo ſtatu, *Coccin. dict. Adnot.* 304. *n.*
13. *& ſeqq.*

Atque ex his rationibus, cum alias *Joannes*
6 *Maria Portius* proviſus in forma gratioſa de Ca-
nonicatu Theologali Cathedralis *Forolivien.* uti ad
Sedem Apoſtolicam devoluto, immiſſus fuiſſet in il-
lius poſſeſſionem, non citato, neque audito quodam
Religioſo Ordinis Prædicatorum prius per Epiſ-
copum deputato ad legendam Sacram Scripturam,
& iſte in Signatura inſtaret pro circumſcriptio-
ne poſſeſſionis a *Portia* adeptæ, dicebam, reji-
ciendam eſſe inſtantiam, quia ubi poſſeſſio Be-
7 neficii, eſt vacua, non tenetur Exequutor Apo-
ſtolicus aliquem citare, nec aſſumere partes Ju-
dicis, ideoque nec ab illius Sententia poteſt ap-
pellari, ex relatis per *Garc. de Benef. part.* 6. *cap.*
2. *n.* 141. *Vivian. de Jurepatr. part.* 2. *lib.* 13 *cap.*
15. *n.* 23. *Roſ. de Exequutor. part.* 1. *cap.* 8. *n.* 50.
Rot. deciſ. 155. *n.* 8. *coram Cerro, & deciſ.* 425.
num. 3. *coram Peutinger.* Præcipue quando Li-
8 teræ Apoſtolicæ expeditæ fuerunt in forma gra-
tioſa, tam tunc Exequutor dicitur merus, &
non tenetur judicialiter procedere, etiam ſi in
iiſdem Literis adſit clauſula *Amoto*, aut alia ſimi-
lis. *Roſ. de Exequutor. part.* 1. *cap.* 14. *num.* 2.
cum duab. ſeqq. Rot. deciſ. 34. *n.* 28. *&* 29. *part.* 10.
Rec.

In relato autem caſu, utique vacua dici debebat
poſſeſſio Canonicatus Theologalis, nec Religioſus
citandus erat; Nam, aut ipſe conſiderandus erat,
uti deputatus per modum proviſionis ad legendam
Sacram Scripturam, donec Clericus Secularis ca-
pax inveniri poſſet, & ex hac temporanea depu-
tatione dici non poteſt, quod acquiſiverit poſ-
ſeſſionem Canonicatus, itaut neceſſario citan-
9 dus eſſet, ut dicitur de Oeconomo Parochialis
Eccleſiæ vacantis, qui nec poſſidet, nec eſt le-
gitimus Contradictor, ſed ſtatim ac ſupervenit
proviſus in titulum de eadem Parochiali, illius ad-
miniſtratio, & Oeconomia ceſſat, ac poſſeſſio re-
manet vacua, *Rot. deciſ.* 34. *n.* 12. *&* 13. *part.* 10.
Recent. & deciſ. 134. *n.* 12. *& deciſ.* 219. *per tot.*
cor. Cerro, & deciſ. 97. *a n.* 4. *uſque ad* 13. *coram*
Peutinger. & deciſ. 114. *n.* 8. *& ſeqq. & deciſ.* 318.
n. 20. *coram Bichio, & in Gneſnen. Parochialis*
ſuper Manutentione 22. *Junii* 1682. *§. Nec quid-*
quam coram Emerix.

Aut dictus Religioſus conſiderandus erat tan-
quam in titulum perpetuum de eodem Canonicatu
10 proviſus, prout ex collatione Epiſcopi deduceba-
tur, & multo minus citandus erat, ex quo ei, tan-
quam Regulari reſiſtebat diſpoſitio Concilii Tri-
dentini Decreto irritanti munita, propter quod irri-
ta, inanis, & vacua ejus poſſeſſio reddebatur.
11 Generale namque eſt, quod non requiratur cita-
tio, quando liquido apparet obſtare poſſeſſori De-
cretum *irritans*, ex relatis per *Rot. coram Bichio*
deciſ. 300. *n.* 26. *& deciſ.* 155. *n.* 12. *coram Cerro,*
& melius *deciſ.* 206. *a nu.* 2. *ad* 12. *coram Peutin-*
12 *ger.* Et ita proponente *bon. mem. R. P. D. Cerro*
ſub die 17. Decembris 1699. reſolutum fuit a Si-
gnatura mediante reſcripto -- *Nihil de Circumſcrip-*
tione, & parito Literis arbitrio Rotæ. De quo Reſ-
cripto meminit eadem Rota in *Forolivien. Cano-*
nicatus Theologalis 25. *Junii* 1700. *coram bon. me-*
mor. Anſaldo.

Et licet *Felinus in Cap. Noſtra numer.* 44. *de*
13 *Reſcript.* cenſeat, quod Regulari ſpoliato de Be-
neficio Seculari, de quo ab Epiſcopo proviſus fuit,
competat remedium Poſſeſſorium, quia poteſt Be-
neficium illud præſcribere; ergo poſſidere, *Rot.*
deciſ. 9. *de Reſtitut. Spoliat. in Antiqu. Kochier. ad*
hanc Regulam n. 10. ubi, quod poteſt præſcribe- 14
re non quidem Titulum, ſed Beneficii naturam,
Pax Jordan. tom. 2. *lib.* 10. *tit.* 27. *n.* 48. *Gonzal.*
in Regul. 8. *gloſſ.* 8. *num.* 48. *& ſeqq.* Et in termi-
nis Regularis, qui ſit poſſeſſor, neque agatur de 15
canonizatione ſui tituli, ſeu collationis, ſed de exe-
quutione Gratiæ Adverſarii, quod ipſe ſit legiti-
mus Contradictor, eique ſufficiat vincere per non
jus Actoris, poſt *Rot. cor. Bich. dec.* 360. *n.* 57. *&*
28. firmatum fuit *cor. clar. mem. Card. Caprara*
dec. 123. *n.* 9. Attamen hæc non videntur proce- 16
dere in terminis Concilii Tridentini irritantis poſ-
ſeſſionem a Regulari adeptam de Beneficio ſecu-
lari, & e contra, cum hoc caſu habeatur poſſeſ-
ſio pro vacua, & Regularis eam cum titulo valido
juſtificare teneatur, itaut probatio præſumtiva mi-
nime ſufficiat.

Sed, quod dicitur Regularem non eſſe capacem
Beneficii ſecularis, vel e contra, in quampluimis
caſibus limitatur. Et primo Regula hæc genera- 17
lis locum ſibi non vindicat, ſi intercedat expreſſa
Pontificis diſpenſatio, quod Regularis Beneficium
ſeculare in titulum obtineat, *Garc. de Benefic.*
part. 7. *cap.* 10. *nu.* 39. *& ſeqq. Tondut. Quæſtion.*
Beneficial. part. 3. *cap.* 196. *num.* 19. *Corrad. in*
Prax. Diſpenſat. lib. 6. *cap.* 1. *n.* 22. *& ſeqq.* ubi
ponit praxim hujuſmodi diſpenſationis, de qua ex-
tant quamplurima exempla, & ceteris omiſſis ſan. 18
mem. *Paulus V.* contulit Canonicatum, & Theo-
galem nuncupatam Præbendam Cathedralis *En-*
goliſmen. Fratri Thomæ Petit Ordinis Prædicato-
rum expreſſe profeſſo, ut ex *lib.* 14. *Secret.* ejuſdem
Pontificis *pag.* 58.

Idemque Pontifex diſpenſavit cum *Auguſtino*
Seropoli Presbytero Congregationis dictæ *del Buon*
Gesù expreſſe profeſſo, ut quæcumque Beneficia,
etiam Canonicatus, & Dignitates in Cathedrali-
bus, & Metropolitanis in titulum obtinere poſſet,
ut *ex lib.* 5. *Secretor. pag.* 169.

Gregorius XV. de Menſe *Februarii* 1621. indul-
ſit *Gabrieli de Sancta Maria* Ordinis Sancti Bene-
dicti Profeſſo, & Eccleſiæ *Rhemen.* Suffraganeo,
ut quoad viveret, in titulum retinere poſſet Cano-
nicatum, & Dignitatem poſt Pontificalem majorem
in eadem Eccleſia *Rhemen.* ut ex *lib. primo Secret.*
pag. 47.

Ejuſdemque Pontificis gratia *Sixtus* Epiſcopus
Germanicen. Ordinis Prædicatorum, & Suffra-
ganeus Epiſcopi *Gurgen.* obtinuit in titulum Ca-
nonicatum Eccleſiæ *Aquileien.* ut ex *lib.* 4. *Secret.*
pag. 71.

Alexander VII. die 24. *Januarii* 1663. indulſit
cuidam Regulari ſingularem hanc gratiam, ut
poſſet *quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica ſecularia*
illi conferenda, tam ſimplicia, quam etiam ea,
quibus Animarum Cura perſonalis reſidentiæ fue-
rit adnexa, ſimul cum retentione Regularis habi-
tus, & Inſtituti acceptare, & in perpetuum reti-
nere, eiſdemque extra Clauſtra incumbere, atque
interim frui, & gaudere juribus, & Privilegiis
ſuæ Religionis, quemadmodum etiam uſu vocis
activæ, & paſſivæ ad quæcumque ipſius Religionis
Officia, & Dignitates; Si quæ vero Officia, &
Dignitates hujuſmodi ſuſceperit, hæc ſuſceptio illi
non inferat præjudicium in ordine ad manutentio-
nem eorumdem Beneficiorum, quatenus ſint compa-
tibilia, vel ad aliorum acquiſitionem, & a nullo
ſive Superiore, ſive Subdito ſub quovis prætextu
ſuper hoc Indulto moleſtari poſſit, nec debeat. Et
ſi quando ob infirmitatem, vel aliam ob cauſam
Bene-

Beneficia retinere, iiſque amplius incumbere non poſſet, aut nollet, ad ſuum Monaſterium revertens, tanquam unum ex ejus membris in omnibus habeatur. Sunt verba Reſcripti propria manu Cardinalis *Corradi* tunc temporis Pro-Datarii exarati. Quod exemplum deſumſimus ex *Tomo* 59. *pag.* 557. Materiarum Datariæ exiſtente in Bibliotheca *Eminentiſſimi D. Cardinalis Otthoboni.*

Et anno 1665. laudatus Pontifex contulit *Chriſtophoro Marin* Presbytero ſeculari Prioratum Curatum Regularem *S. Stephani de la Cloye* Ordinis S. Auguſtini *Melden.* Diœceſis per Reſignationem *Ludovici de Ceſtre* Canonici Regularis ejuſdem Ordinis, ut ex Epiſtola ejuſdem Cardinalis *Corradi* Pro-Datarii die 2. *Novembris* ejuſdem anni ſcripta ad Epiſcopum *Melden.* cujus Copia adeſt in eodem *tom.* 59. *pag.* 459.

Clemens X. indulſit *Marchioni de Baden.* Canonicn Eccleſiarum *Colonien.* & *Argentinen.* & Profeſſionem emiſſuro in Ordine S. Benedicti, ut non obſtante ſtatu Regulari, Canonicatus præfatos retinere poſſet. Eorumdemque Canonicatuum retentio laudato Marchioni conceſſa fuit, nedum quando deputatus fuit Coadjutor cum futura ſucceſſione Abbati *Fuldenſi*, licet ut teſtatur bon. mem. *Favoritus Epiſtol.* 75. & 97. nomine Papæ ad Imperatorem ſcriptis *non defuerunt, qui gratiam retentionis eorumdem Canonicatuum impedire conarentur.* Verum, quando deputari obtinuit etiam in Coadjutorem *Abbati Sisburgenſi*, ut ex Decreto Sacræ Congregationis Conſiſtorialis die 22. *Julii* 1671. ubi legitur *Cum retentione incompatibilium &c.*

Idemque Pontifex anno 1674. contulit ſimplex Beneficium Juriſpatronatus Laicorum *Forolivien.* Diœceſis *Angelo Cornelio Merenda* Monacho Sancti Benedicti, ſeu alterius Ordinis Congregationis Vallisumbroſianæ cum Decreto, *quod ſtatus ſecularis nullatenus immutatus cenſeatur, quodque Orator, antequam poſſeſſionem adipiſcatur, declaret dictum Beneficium Regulare non eſſe.*

Clemens XI. diſpenſavit cum *Petro Maria Carrafa* Congregationis Clericnrum Regularium *Theatinorum* nuncupat. expreſſe profeſſo, ut quaſcumque Dignitates ſeculares, etiam principales in quibuſvis Eccleſiis Collegiatis ſecularibus, etiam Curam Animarum, & juriſdictionem, quaſi Epiſcopalem adnexam habentes ſi ſibi alias Canonice conferrentur, aut alias ad illas aſſumeretur, obtinere poſſet, & cum clauſula, quod ſortito effectu diſpenſationis hujuſmodi *quoad unam ex dictis Dignitatibus*, eadem diſpenſatio ceſſet eo ipſo, ut ex Literis Apoſtolicis in forma Brevis apud *Sanctum Petrum* 1712. *ſexto Idus Maii* Pontificatus ejuſdem fel. mem. *Clemens XI.* anno XII.

Similis diſpenſatio, prævio Voto Sacræ Congregationis Co[illegible]ilii in *Mantuan.* 13. *Maii* 1717. data fuit alteri Clerico Regulari Theatino cum Decreto, quod retineat Socium ad formam *Cap. quod Dei timorem, de Stat. Monach.* & quod id, quod ex Beneficii fructibus, congrua ſui ſuſtentatione detracta, ſupereſſet, cederet in utilitatem Ordinis, illius conſcientiam ſuper hoc onerando.

Benedicti XIII. contulit nonnulla ſimplicia Beneficia *Felici Perpentano* Fratri Ordinis *Sancti Franciſci Cappuccinorum* expreſſe Profeſſo, quem antea ob cauſas ſibi notas ab obedientia, & juriſdictione Superiorum dicti Ordinis ſubduxerat, ac obedientiæ, & juriſdictione Vicarii Capitularis, & pro tempore exiſtentis Vicarii generalis *Aſten.* ſubmiſerat, ei indulgendo, ut extra Clauſtra Regularia ſub habitu tamen Sacerdotis ſecularis, & ſub obedientia præfati Vicarii toto ſuæ vitæ tempore vivere poſſet &c. ut ex Literis Apoſtolicis ſub *Datum apud Sanctum Petrum tertio Idus Maii* 1728.

19 Conſuevere itidem Pontifices Beneficia ſecularia Regularibus in adminiſtrationem concedere, vel eorum vita durante, vel ad certum tempus. Sic, cæteris prætermiſſis exemplis, ſan. mem. *Innocentius XII.* ex Voto Congregationis S. R. E. Cardinalium Negociis, & Conſultationibus Epiſcopporum, & Regularium præpoſitæ, indulſit *Leonardo Mariæ Paſſano* Presbytero Januenſi, ac Fratri Ordinis Fratrum Prædicatorum expreſſe profeſſo, ut quatuor perpetua ſimplicia, & perſonalem reſidentiam non requirentia Beneficia Eccleſiaſtica de Jurepatronatus laicorum, ſi ſibi alias Canonice conferrentur, *in adminiſtrationem ad ſui vitam* recipere, & retinere poſſet. Et cum Decreto, quod infra quatuor Menſes a die proviſionis ſibi vigore diſpenſationis hujuſmodi ordinaria auctoritate faciendæ, computandos, novam proviſionem Beneficiorum, quæ ſibi conferri contingeret a Sede Apoſtolica impetrare, ac jura Cameræ Apoſtolicæ, & aliis &c. perſolvere omnino teneretur, ſub pœna nullitatis Gratiæ, & Proviſionum &c. ut ex Literis Apoſtolicis apud *S. Mariam Majorem* 1692. *Nonis Septembris Pontificatus Anno Secundo.*

Et *Clemens XI.* Parochialem Eccleſiam Villa de *Oſtorg. Luccorien.* de Jurepatronatus laicorum, *Ludovico Karſa* Presbytero Ordinis Fratrum S. Franciſci expreſſe profeſſo, & a Patronis intra legitima tempora, licet de facto præſentato, de licentia ſuorum Superiorum ad *ſeptennium proximum tantum* in adminiſtrationem conceſſit. Cum Decreto, *quod dictus Ludovicus habitum ſuum Regularem, ut antea, ſemper retineat, & gerat ubique, & ad nutum ſui Superioris ad Clauſtra quandocumque revocari poſſit, quodque detracto ex fructibus, reditibus, & proventibus dictæ Eccleſiæ, quod neceſſarium fuerit pro ſua congrua ſuſtentatione, reſiduum in pauperes dictæ Villæ, aut Fabricam, aut Sacriſtiam dictæ Eccleſiæ arbitrio tuo, & pro tempore exiſtentis Epiſcopi Luccorien. ſive ejus Officialis convertatur &c. quodque ſtatim finito dicto ſeptennio, conceſſio, & aſſignatio in adminiſtrationem hujuſmodi ceſſent, illiſque ceſſantibus, dicta Parochialis Eccleſia vacet eo ipſo, itaut illa Clerico, ſeu Presbytero ſeculari idoneo, ut prius, conferri debeat,* ut ex Literis Apoſtolicis apud *S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ* 1711. *duodecimo Kalendas Junii Pontificatus Anno XI.* Cum commiſſione Epiſcopo, & ratio adducitur -- *Pro quo tum maximum futurum utile Curæ Animarum dilectorum filiorum Parochianorum dictæ Eccleſiæ, ſi cum dicto Ludovico ad Parochialem Eccleſiam adminiſtrandum præfatam per Nos diſpenſetur, cum tua Atteſtatione teſtaris &c.*

20 Secundo, Regula, quod Secularis incapax ſit Beneficii Regularis, locum ſibi non vindicat, ubi illius proviſio fieret per viam *Commendæ.* De jure antiquo praxis commendandi Beoeficia reſtricta erat ad Commendas temporales, quæ reſpiciebant principaliter non favorem Perſonæ, ſed Eccleſiæ. Inſtituto enim in una Eccleſia commendabatur adminiſtratio alterius Eccleſiæ alioquin incompatibilis, & Commendatarius habebatur tanquam Adminiſtrator, & Depoſitarius, nec ei permiſſum erat proventus Eccleſiæ commendatæ in uſus proprios conſumere, *Van Eſpen. in Jus Eccleſ. univerſ. part.* 1. *tit.* 31. *cap.* 7. *n.* 1. *& ſeqq.*

Hoc

Hoc modo *S. Gregorius Magnus* commendavit *Pa-*
22 *normitanam*, nec non *Neapolitanam*, & *Farra-*
rienſem Eccleſias, ut patet ex *Can. Obitum di-*
ſtinct. 61. *& Can. relatio*, *& Can. illud* 21. *quæſt.*
1. *& ex lib.* 11. *Epiſtol.* 7. Similiter *Pelagius I.*
Meſſanenſi Epiſcopo commendavit *Cathanenſem*
Eccleſiam, ut conſtat ex *Can. Cathanen. diſt.* 61.
& apud *Nicephor. lib.* 11. *Hiſtor. Eccleſ.* legitur
Epiſtola *Athanaſii*, ubi ait ſibi fuiſſe commenda-
tam aliam Eccleſiam adminiſtrandam; Et de hu-
juſmodi generis Commendis intelligendus eſt
Text. in Can. Qui plures 21. *quæſt.* 1. ubi inter-
pretatur Concilium *Agathenſe*, ex quo collige-
batur licere, ut una Eccleſia in titulum, alia vero
ſub Commendatione retineretur. Prout etiam
Text. in Cap. Nemo 15. *de Elect. in* 6. poteſtatem
23 impertitus fuit Ordinariis commendandi Eccle-
ſias Curatas ad ſex menſes, ut interim Commen-
datarii ſtarent loco Oeconomorum, & Admini-
ſtratorum, quam tamen facultatem ſuſtulit Conci-
lium Tridentinum *Cap.* 18. *ſeſſ.* 24. *de Reformat.*
24 præcipiendo, quod, vacante Eccleſia Parochiali,
deputetur cum congrua fructuum portionis aſſi-
gnatione Vicarius, ſeu Oeconomus, qui onera
ipſius Eccleſiæ ſuſtineat, donec ei de Rectore pro-
videatur, & tradunt *Corrad. in Prax. diſpenſat.*
lib. 6. *cap.* 3. *n.* 10. *Garcias de Benefic. part.* 4. *cap.*
4. *num.* 15. *Barboſ. ad Concil. dict. ſeſſ.* 24. *cap.* 18.
num. 36.

Invaluere poſtmodum Commendæ perpetuæ,
25 & ad vitam, reſpicientes principaliter non favorem
Eccleſiæ, ſed Perſonæ, ut ex fructibus, & emolu-
mentis Beneficii, quæ pleno jure acquirit, com-
modius ſuſtentari valeat; & hujuſmodi genus
Commendæ perpetuæ ignotum erat de jure anti-
quo, *Sarnen. in Regul. de Triennal. quæſt.* 5. *Tho-*
mas Campeg. de Commendis Beneficiorum tom. 15.
Tractat. magn. part. 2. *quæſt.* 1. *Fagnan. in Cap.*
Cum ad noſtram num. 9. *de Elect. & Cap. Dudum*
26 *il* 2. *num.* 38. *&* 39. *eodem tit.* Per viam igitur hu-
juſmodi Commendæ perpetuæ, ordine inverſo,
Beneficia Regularia ſecularibus, & ſecularia Re-
gularibus dari poſſunt, prout Sedes Apoſtolica
paſſim facere conſuevit, hæc enim eſt via ordina-
ria, & diſpenſativa, ut qui habiles non ſunt ad
Beneficia in titulum obtinenda, efficiantur habiles
per viam Commendæ, *Fagnan. in Cap. Cum ad*
noſtram n. 4. *& ſeqq. de Elect.* ubi quod ea ratione
Concilium adhibuit verbum in *titulum*, *Barboſ.*
in Cap. Cum Cauſam 27. *nu.* 5. *de Elect.* ubi quod
jura decernentia prohibitionem præfatam, mentio-
nem non faciunt de Commendis, *Germon. de In-*
dult. Cardinal. §. Qua extra num. 4. *Rot. in Tra-*
nen. Præceptoriæ 13. *Martii* 1689. *§. Nec ea, co-*
27 *ram Urſino.* Et hoc caſu duplex Gratia requiri-
tur, proviſiva ſcilicet, & diſpenſativa, qualis eſt
Commenda noſtri temporis, quæ nihil aliud eſt,
quam collatio Papæ diſpenſativa, ut proſequitur
Fagnan. loco mox laudato, *Mandoſ. in Regul.* 32.
quæſt. 7. *n.* 5. *Lotter. de Re Beneficiar. lib.* 3. *quæſt.*
8. *n.* 95.

28 Hæcque Commenda concedi non poteſt ab alio,
quam a Summo Pontifice, aut ab iis, quibus per
ipſum commendandi facultas tributa ſit, non autem
ab Ordinariis, aliiſque inferioribus *Kochier in hanc*
Regul. n. 7. *Fleury Inſtit. Canon. part.* 2. *cap.* 26. *Fa-*
ber in Codic. lib. 1. *tit.* 2. *definit.* 9. *Fagnan. in dict.*
Cap. Ad noſtram n. 7. *de Elect.* & pluries a Conciliis
interdictum id Abbatibus, ut late oſtendit *Thomaſ-*
ſin. tom. 1. *lib.* 3. *cap.* 69. *ſub n.* 7. *&* 10. Hinc egre-
gie Auctor Gallus Libri, qui inſcribitur – *Les Dé-*
finitions du droit Canon, par M. F. C. M. à Paris an-
no 1679. *verb. Commende n* 1. *in princip. pag. mihi* 29
134. ait – *La Commende eſt une marque viſible, con-*
ſtante, & certaine de l'autorité Souveraine, que le
Pape poſſede ſur les Bénéfices, & nous montre, que
ſeul par la plénitude de ſa puiſſance peut le faire
changer de nature, faculté, qui n'eſt donnée qu'à celui
qui eſt le Chef de l'Egliſe, & qui occupe la Place du
Prince des Apôtres. Et il eſt certain, que les Evêques
ne peuvent mettre en Commende un Bénéfice Régu-
lier, ni un Régulier en Commende.

Vidimus tamen, ſæpe S. R. E. Cardinalibus,
aliiſque Perſonis benemeritis, & illuſtribus concedi 30
Indultum commendandi tam ea Beneficia, quæ ce-
teroquin in Commendam conferri conſueverunt,
quam ea, quæ ſolita ſint obtineri in titulum, dum-
modo illius Bona reſtauratione indigeant, ac præ-
ſtita cautione de reſtaurando, alio etiam adhibito
Decreto, quod ipſo Commendatario cedente, vel
decedente, non poſſint amplius commendari, ſed
in priſtinam tituli naturam revertantur, ac Perſonæ
ſeculari, idoneæque conferri debeant, & ſi ea com-
mendari contigerit a Sede Apoſtolica abſque ſpe-
ciali mentione, & derogatione præfati Decreti,
Commenda ſit nulla *eo ipſo*, quodque inſuper Com-
mendatarius Proviſionem Apoſtolicam infra certos
menſes obtinere teneatur.

Indultum hujuſmodi a ſan. mem. *Urbano VIII.*
obtinuerunt *Petrus de Bullion* Commendatarius 31
Monaſterii *S. Pharaonis* Ordinis S. Benedicti *Mel-*
den. Diœceſis ſub *Datum apud S. Mariam Majo-*
rem ſexto Idus Auguſti Pontificatus anno XI. *Ca-*
rolus Boumard Commendatarius Monaſterii *S. Flo-*
rentii Ordinis S. Benedicti *Andegaven.* Diœceſis
ſub *Datum in Arce Gandulphi pridie Idus Octobris*
Pontificatus anno XI. *Armandus a Borbonio*, ne-
dum pro Monaſteriis obtentis, ſed etiam obtinen-
dis ſub *Datum apud S. Mariam Majorem Quinto*
Kalendas Maii Pontificatus anno XV. *Ludovicus*
de la Rochefoucaud, Cardinalis ejuſdem cognominis
Nepos, Commendatarius Monaſterii *S. Joannis An-*
gelorum Ordinis S. Benedicti *Xantonen.* Diœceſis
ſub *Datum apud S. Petrum octavo Kalendas Mar-*
tii Pontificatus anno XXI. Et *Camillus le Tellier*
Commendatarius Monaſterii *S. Petri de Burgolio*
Ordinis S. Benedicti *Andegaven.* Diœceſis ſub *Da-*
tum apud S. Mariam Majorem Idibus Februarii
Pontificatus anno IX.

Similem commendandi facultatem indulſit ſan.
mem. *Innocentius X.* Abbati *Cluniacenſi*, ut apud
Rot. in Diennen. Prioratus 22. *Maii* 1656. *coram*
Veroſpio, a qua Deciſione poſtea bis receſſum fuit,
nempe *anno* 1657. ut ex *deciſ.* 292. *part.* 12. *Recent.*
& 31. *Maii* 1658. *coram eodem Veroſpio*, ubi exa-
minantur conditiones, & Decreta, quæ in Indultis
præfatis apponi ſolent.

Sub *Alexandro VII.* fuiſſe idem Indultum con-
ceſſum *D. de Servient* Avunculo *D. de Lionne*, & fi-
lio *D. le Tellier* unius ex tribus Secretariis Status
Regis Chriſtianiſſimi, adnotatum vidi manu bon.
mem. *Iſidori Huuart* Præfecti Officio vacationum
per obitum.

San. mem. Clemens IX. die 14. Julii 1667. Indul-
tum præfatum impertitus fuit Abbati de *Colbert*,
necnon *Joanni Paulo de Lionne* Commendatario
Monaſterii de *Marmouſtier* Ordinis S. Benedicti,
& aliorum *Turonen. Rhedonen.* & *Ambionen.* reſpe-
ctive Diœceſum, ſub *Datum apud S. Mariam Ma-*
jorem ſub Anulo Piſcatoris 5. *Auguſti* 1667. *Ponti-*
ficatus anno Primo, & *Philippo de Vandome* Equi-
ti Hieroſolymitano *die* 11. *Auguſti* 1667. Quod
Indultum refert *Doujat in Specim. Juris Gallic.*
part. 2. *pag.* 117. Necnon *Julio Paulo de Lionne* 20.

Auguſti 1667. & *Carolo Mauritio le Tellier* 26. Novembris ejuſdem anni.

Clemens X. Emanuali *Theodoſio S. R. E. Cardinali de Bullion* facultatem indulſit commendandi pro Monaſteriis obtentis, & obtinendis, ſub *Datum apud S. Mariam Majorem ſub Anulo Piſcatoris* 30. *Maii* 1670. *Pontificatus anno Primo.* Simileque Indultum conceſſit *Nicolao Colbert* Epiſcopo *Altiſioderen.* Commendatario Monaſterii *D. Maria Laudois Cluniacen.* Ordinis, *Bituricen.* Diœceſis, ſub *Datum apud S. Mariam Majorem Idibus Septembris Pontificatus anno Sexto.* Necnon *Philippo de Lorraine* Commendatario Monaſterii *Sanctiſſimæ Trinitatis de Thirouea* Ordinis S. Benedicti *Carnoten.* Diœceſis ſub *Datum apud S. Mariam Majorem decimoquarto Kalendas Junii Pontificatus anno Quinto.*

Alexander VIII. eodem donavit Indulto *Petrum* Cardinalem *Bonſium* Commendatarium Monaſterii *de San Chaſtre* Ordinis S. Benedicti *Anicien.* Diœceſis ſub *Datum apud S. Mariam Majorem octavo Idus Decembris Pontificatus anno Primo.*

Innocentius XII. Indultum præſatum conceſſit *Henrico de Pompone* Commendatario Monaſterii *S. Maxentii* Ordinis S. Benedicti *Pictaven.* Diœceſis ſub *Datum apud S. Mariam Majorem pridie Idus Januarii Pontificatus anno Primo.* Similiter *Auguſtino Servient* Commendatario Monaſteriorum S. Benedicti, & Præmonſtraten. Ordinum *Pictaven.* & *Andegaven.* reſpective Diœceſum, ſub *Datum apud S. Mariam Majorem Kalendis Septembris Pontificatus anno Primo.* Necnon *Henrico Achilli de la Rocheſoucault* Commendatario Monaſterii *Caſa Dei* Ordinis S. Benedicti ſub *Datum apud S. Mariam Majorem pridie Idus Aprilis Pontificatus anno Quarto.*

Verum, cum in Conceſſione hujuſmodi Indultorum commendandi pluries irrepſiſſent abuſus,
32 hinc initio Pontificatus ſan. mem. *Clementis XI.*
habita fuit *die* 16. *Januarii* 1701. in Ædibus Dataria Congregatio particularis, cui interſuerunt clar. mem. Cardinalis *Carpineus*, *Panciaticus*, *Sacripantes*, *Sperellus*, & *Bichius*, necnon *RR. PP. DD. Caprara*, *Scottus*, *Paraccianus*, *Origus*, *Meula*, *Philippuccius*, *Oliverius*, *Corradinus*, *Cavalerius*, & *Præfectus* Officio vacationum per obitum, fuitque reſolutum:

I. *Che l'Indulti di commendare non ſi concedeſſero* ad vitam, *mà* ad tempus, & *ordinariamente ſi concedino* ad quinquennium.

II. *Che ſi concedeſſero a Perſone qualificate, molto benemerite.*

III. *Che quelli, alli quali ſi concedono detti Indulti di dare in Commenda altri Beneficj, non poſſino dare in Commenda li Priorati Conventuali, gl'Offizj Clauſtrali, li Beneficj, Curati, le Dignità maggiori nelle Cathedrali, e le principali nelle Collegiate, e tutti li Beneficj eſiſtenti in* Patria Obedientiæ, *e riſegnati in mano del Papa, o per qualſivoglia altro capo vacanti* apud Sedem.

IV. *Che le dette Commende ſi doveſſero dare dalli detti Abbati Commendatarj ad effetto di ricuperare li Beni alienati, e reſtaurare li Beneficj, e lora Edificj, e ſeguita la reſtaurazione, e la ricuperazione de Beni, non ſi doveſſero dare più in Commenda, mà in* Titulum.

V. *Che quando ſi concederanno le dette nuove Commende dalla Sede Apoſtolica, ſempre ſi doveſſe porre il Decreto* revertendi in Titulum.

VI. *Che le dette nuove Commende ſi doveſſero domandare alla Sede Apoſtolica dentro il termine di otto meſi dal giorno, che dagl'Abbati Commendatarj erano ſtati conceſſi in Commenda li Beneficj dependenti dalle loro Abbazie.*

VII. *Che quando ſi domandava la nuova Commenda per un Beneficio, che vacava* per conceſſionem Commendæ, *ſi doveſſe provare, che il detto Beneficio ancora aveſſe biſogno d'eſſer dato in Commenda ad un Secolare per poter reſtaurare, o ricuperare i Beni, e ſe ciò non ſi provaſſe, ceſſarebbe la Cauſa, per la quale ſi concedono le Commende, e dalla Dataria non ſi dovrebbe concedere la nuova Commenda.*

Sed ab hac Reſolutione aliqualiter deflexit ſan.
mem. *Clemens XI. anno* 1703. in Indulto Com- 33
mendandi, quod, ſupplicante etiam clar. mem. Cardinali *Bullionio* Sacri Collegii Decano, conceſſit *Henrico Oſvaldo de Turre Arvernia* ejus ex fratre germano Nepoti, dum illud impertitus fuit ad vitam, & cum facultate commendandi etiam Beneficia Curata, & Prioratus Conventuales, ſervatis ceteroquin conditionibus omnibus a dicta Congregatione particulari præſcriptis, ut ex tenore ejuſdem Indulti ſub *Datum apud Sanctam Mariam Majorem* 27. *Junii* 1703. *Pontificatus anno Tertio.*

At vero in Indultis commendandi, quæ Cardi-
nalibus conceduntur, apponitur clauſula -- *libere*, 34
& *licite* --, quæ priſcis ſaltem temporibus apponi
non conſueverat in aliis Indultis, etſi Perſonis
illuſtribus elargitis. Hinc omiſſa fuit clauſula præ- 35
fata in Indulto commendandi per ſan. mem. *Clementem IX.* conceſſo *die* 9. *Martii* 1669. Regi *Caſimiro*, qui poſt abdicatum Poloniæ Regnum in Galliis degens, de quamplurimis ditiſſimis Monaſteriis ad Regis Chriſtianiſſimi nominationem in Commendam proviſus fuerat, ut ex tenore ejuſdem Indulti relati a *Pinſon. tom.* 2. *pag.* 748. Et quamvis nomine ejuſdem Regis ſupplicatum fuiſſet Succeſſori Pontifici *Clementi X.* aut pro ampliatione Indulti jam obtenti, aut pro conceſſione novi Indulti cum clauſula *libere*, & *licite*, voti
compos effici non valuit. Vidi tamen dicta clau- 36
ſula -- *libere*, & *licite* -- ex ſpeciali gratia munitum Indultum commendandi, quod idem *Clemens IX.* conceſſit *Joanni Paulo de Lionne*, de quo Indulto ſupra meminimus, & alterum Indultum, quod ſan. mem. *Clemens XI.* impertitus fuit *Henrico Oſualdo de Turre Avernia* Nepoti Cardinalis *Bullionii.*

Illum vero clauſula -- *libere*, & *licite* -- præ ceteris operatur effectum, quod adeo plenam, & libe- 37
ram tribuat Indultariis facultatem diſponendi de Beneficiis ab eorum Monaſteriis dependentibus, ut in eorum vacationibus per obitum præveniri non poſſint a Pontifice, cui vigore *Concordatorum Franciæ* præſervatum fuit jus præventionis quoad omnia Beneficia ad Ordinariorum collationem pertinentia, *Blondeau in addit. ad Biblioth. Canon. Bouchel. tom.* 1. *pag.* 730. §. *la Raiſon*, quem effectum non operatur alia clauſula in dictis Indultis apponi ſolita
-- *ſolus commendare poſſis*, & *valeas* --, ut fuiſſe *Pa-* 38
riſiis in *Magno Conſilio* reſolutum contra laudatum Regem *Caſimirum* Indulto commendandi gaudentem, ut mox diximus, teſtatur *Blondeau loco cit.* §. *Il faut pareillement.*

Diſputatum quoque fuit in eodem *Magno Conſilio* occaſione Indulti conceſſi Abbati *de Lion-*
ne, an ſtante clauſula -- *libere*, & *licite* -- in eo 39
adjecta, potuerit Pontifex derogare *Regulæ de Viginti* in Reſignatione cujuſdam Beneficii ad collationem dicti Abbatis ſpectantis; & fuit reſponſum *affirmative*, non obſtante, quod in præjudicium

cium Cardinalium ſimili Indulto gaudentium,
40 Papa Regulæ præſatæ derogare non ſoleat, quia
in Galliis, juxta illorum Pragmaticorum ſen-
ſum, Papa in Reſignatione Beneficiorum, quæ
ad Cardinalium collationem ſpectant, non ſe ab-
ſtinet a derogando *Regulæ de Viginti* ob clauſu-
lam -- *libere, & licite* -- ſed ob particulare *Com-*
41 *pactum*, quo *Paulus IV.* in Conclavi exiſtens,
ſe obſtrinxit favore Cardinalium de non derogan-
do Regulæ præſatæ, quo Compacto gaudere non
poſſunt Indultarii, qui non ſunt Cardinales, *Blon-*
deau loco citat. pag. 730. & diximus in *Com-*
ment. in Regulam XIX. num. 162. *& ſeqq.* ubi ta-
42 men oſtendimus, quod *Compactum Pauli IV.* fuit
perſonale, & forſan nec aptum ipſum *Paulum*
obligare.

Ceterum, præciſa Apoſtolica hac facultate Be-
43 neficia commendandi, Reges, & alii Principes,
qui ex ejuſdem S. Sedis benignitate, & Indulgen-
tia prærogativa gaudent nominandi, ſeu præſen-
tandi ad Abbatias, nequeunt ad Regulares præ-
ſentare Seculares, & e contra *Fagnan. in Cap.*
Cum Cauſam num. 12. *de Elect. Barboſ. ibidem*
n. 4. *Matta de Cauſ. Conſiſt. ſect.* 19. §. 1. *nu.* 57.
Garc. de Beneſ. part. 7. *cap.* 10. *n.* 14. *Kochier. in*
hanc Regulam nu. 9. Quod ſi vellent præſentare
44 Regularem ad Abbatiam Secularem, & e contra
Secularem ad Regularem per viam Commendæ,
& ſic novæ Gratiæ, a Summo Pontifice id peten-
dum eſt, *Barboſ. dict. cap. Cum Cauſam num.* 5.
Matta dict. §. 1. *n.* 57.

Etſi autem hujuſmodi Commendas nonnulli im-
45 probent, & damnent, tanquam deſtructivas Mo-
naſteriorum in ſpiritualibus, & temporalibus, id-
que probara ſatagant etiam Decretis Conciliorum
tum *Lateranenſis*, tum *Tridentini*, ut videre eſt
penes *Thomaſſin. de Benefic. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 20.
per tot. qui ulterius non minus late, quam eru-
46 dite a *cap.* 10. ejuſdem libri pertractat de earum
origine, atque incremento, præſertim Seculo XIV.
ſub Pontificibus, qui in Civitate Avenionenſi
reſidebant, *Natal. Alexandr. Hiſtor. Eccleſ. Se-*
cul. XIII. & XIV. part. 2. *cap.* 7. *art.* 2. *a pag.* 42.
ad 46. *& Secul. XV. & XVI. part.* 2. *cap.* 2 *artic.*
4. *pag.* 353. *& ſeqq. Van Eſpen in Jus Eccleſiaſt.*
univerſ. part. 1. *tit.* 11. *cap.* 7. *per tot.* Attamen ſi
47 Triticum a Lolio diſtinguatur, non adeſt in Com-
mendis ea odibilitas, quæ aut a nonnullis Regula-
ribus, aut ab Hoſtibus Pontificiæ Juriſdictionis
generaliter exagerari ſolet. Praxi enim commen-
dandi neque Jus Divinum, & naturale, neque Ca-
nones antiqui adverſantur. *Præſcribunt quidem Le-*
ges Divina, Juris Canonici, & naturalis, ut res
Deo dicatæ expendantur in ſobriam Miniſtrorum
ſubſtentationem, in Pauperum alimoniam, in repa-
rationem Eccleſiarum, quæ Regula tum in Beneficia-
tis Titularibus, tum Commendatariis viget. Si ii
ergo ſint Commendatarii, qui proventibus Eccle-
ſia ſobrie, & modeſte utantur, nec Jus Divinum,
nec naturale iis opponi poteſt -- ſunt verba *Thomaſ-*
ſini.

Minuſque adverſatur Concilium *Lateranenſe*,
48 quod in certis caſibus eas permittit; & multo
minus *Tridentinum*, quod in *cap.* 21. *ſeſſion.* 25.
utitur verbo *confidit*, quod eſt conſultivum, ſo-
lumque in Monaſteriis, quæ ſunt *Capita Ordinum*,
eas præceptive improbat, *Fagnan. in dict. cap.*
Cum ad noſtram n. 8. *& ſeqq. de Elect. Natal. A-*
lexandr. Secul. XV. & XVI. diſſert. 12. *pag. mihi*
196. *tom.* 1. ubi quod Concilium Tridentinum
non revocavit, neque improbavit Beneficiorum
etiam Regularium Commendationes Secularibus

Clericis factas, late *Card. de Luc. in Miſcellan.*
diſc. 54. *per tot. in Supplement.*

Hinc diſtinctim procedendo, recte exiſtimat *Car-*
dinalis de Luca, Regularium Beneficiorum Com-
mendas neque generaliter laudandas, neque gene- 49
raliter improbandas eſſe, quod etiam advertit *Tho-*
maſſin. tom. 2. *lib.* 3. *cap.* 10. *in fine*, ſed diſtinguen-
das eſſe plures ſpecies Monaſteriorum. Aut enim
agitur de Monaſteriis Conventu carentibus, prout
ſunt, exempli gratia, Monaſteria Ordinum ſuppreſ-
ſorum, & nullum adeſt inconveniens, quod com-
mendentur, nullique fit præjudicium, cum ſimilia
Beneficia ſint ſub libera Pontificis diſpoſitione.

Aut agitur de iis Monaſteriis, quæ ſubſunt
eorum Prælatis Regularibus, & adeſt duplex Men- 50
ſa diſtincta, Abbatialis nempe, & Conventualis,
aut ſi ea non eſt diſtincta, Commendatarius certam
penſionem annuam Monacis aſſignat; & tunc pa-
riter nullum concurrit inconveniens, niſi privare
Abbatem illis majoribus divitiis, quæ aſſignan-
tur Commendatario; cum de cetero Commenda-
tarius non ſe ingerat in iis, quæ concernunt Mona-
chorum mores, & diſciplinam Monaſticam: Re-
ligio præjudicata non remanet in amiſſione Præla-
turæ, dum adhuc in Monaſterio adeſt ejus Præla-
tus Regularis cum titulo, & præeminentiis: Non
deficit congrua ſuſtentatio pro Monachis, adeout
ſolum id, quod ſupereſt, & ſuperflua, cedant in
utilitatem Commendatarii. Hoc porro tempera-
mentum alias adhibuit Concilium *Liptinenſe anno*
743. *& Sueſſionenſe anno* 744. ut apud *Thomaſſin.*
tom. 2. *lib.* 3. *cap.* 12. *a n.* 5. *uſque ad* 9. Et Con-
cilium *Moguntinum* anno 888. *Can.* 75. apud eun-
dem *Thomaſſin. dict. lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 7. Et demum
cultus Divinus detrimentum non patitur, dum in
hujuſmodi Commendis apponi ſolet clauſula -- *Vo-* 51
lumus autem, quod propter Commendam noſtram
hujuſmodi ſolitus Monachorum, & Miniſtrorum
numerus non minuatur. -- Et in hoc etiam adlabo-
rarunt Concilia, ut in Commendatis Monaſteriis,
& Prioratibus priſtinus Monachorum numerus
retineretur, ut in Concilio *Salmurienſi* celebrato
anno 1253. *Can.* 19. & altero celebrato anno
1276. apud *Thomaſſin. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 19. *n.* 5.
& tom. 1. *lib.* 3. *cap.* 69. Quin & *Benedictus XII.* 52
quamvis revocaſſet Commendas omnes per ſuos
Prædeceſſores factas, adhuc non abnuit, commen-
dari poſſe Abbatias, & Prioratus Canonicorum
Regularium, *dummodo tot Canonici teneantur, quot*
in eis tenerentur, ſi per Canonicos Regulares Mo-
naſteria, Prioratus, & Beneficia hujuſmodi rege-
rentur, ut ex illius *Conſtitut.* edita anno 1339.
Thomaſſin. dict. tom. 2. *libr.* 3. *cap.* 20. *num.* 3. *§.*
Quanquam.

Id autem genus Commendas *Gregorius Magnus*
inſectatur in *Epiſtol.* 1. *lib.* 4. *ad Joannem Raven-* 53
naten. Epiſcopum, cum ii Clerici certæ Eccleſiæ,
in qua reſidere tenebantur alligati, regimen Ab-
batiarum uſurpabant, & totam juriſdictionem
temporalem, & ſpiritualem exercebant, & ad in-
ſtar Abbatum clauſtrales functiones omnes obire
non erubeſcerent, ut late explicat *Thomaſſin. tom.* 2.
lib. 3. *cap.* 10. *n.* 5. 6. 8. *& ſeqq.*

Aut demum agitur de Monaſteriis, quæ non ha-
bent proprium Abbatem, ſeu Regularem Superio- 54
rem diſtinctum, ſed Abbas Commendatarius gerit
vices Superioris, etiam circa mores, & diſciplinam
Regularem, & tunc vere ex Commenda inſurgit
abſurdum, quod *aratur in Bove, & Aſino*, & di-
verſum eſt Caput a Membris. Hoc enim caſu ſe-
cluſo, Commendæ aliud non irrogant præjudi-
cium, niſi circa amiſſionem majorem redituum,

Digitized by Google

quorum copia etiam Abbatibus Regularibus, & Religioſis ipſis ſolet eſſe præjudicialis. Ceterum *per ſe, & intrinſecus, deformes non ſunt Monaſteriorum Commendationes Secularibus Clericis benemeritis facta, imo in Eccleſiæ bonum cedunt, ſi Abbates Commendatarii Eccleſiaſticis reditibus, ut fideles Diſpenſatores utantur, non ut Domini, ſi credita ſibi Monaſteria tueantur, ſi res ipſorum cum ſpirituales, tum temporales pro viribus promoveant, ſi, ut Patres, & Protectores Monachorum ſe gerant, ſi Ædificia collabi, ſi peſſumdari diſciplinam, ſi debitum numerum Monachorum ad Officia Divina rite celebranda imminui non ſinant, ſi eleemoſinas erogent, hoſpitalitatem exerceant, vel ut hæc Chriſtianæ juſtitia, ac pietatis officia impleantur a Monachis ex ſua redituum portione aliquid delibent, & conferant. Hanc enim eſſe Eccleſiæ mentem Beneficia commendantis certiſſimum eſt.* Sunt verba *Natal. Alexandr. Hiſtor. Eccleſ. Seculi XV. & XVI. Diſſertat.* 12. *pag. mihi* 196. *tom. ultim.*

Quod ſi opponatur, Commendatarios luxurioſe
56 vivere, & abuti Patrimonio Pauperum, reſpondetur, quod caſus præbere ſolet malos, vel reſpective bonos Commendatarios, ſicuti bonos, vel reſpective malos Superiores Regulares, in quibus quandoque majora dignoſcuntur inconvenientia, quam in Commendatariis, ut perpendit *Card. de Luca diſc.* 54. *num.* 27. *in Miſcellan.* late *Hieronym. a Coſta* in Hiſtoria Gallico Idiomate ſcripta *de l'origine, & du Progrés de Revenus Eccleſiaſtiques a pag.* 281. *uſque ad pag.* 292. *& pag.* 281. §. *Il eſt vrai*, ubi hæc ait -- *Il eſt vrai que dans les commencemens on a beaucoup déclamé contre les Commendes; & il ſe trouve encore aujourd'hui pluſieurs perſonnes qui ne les peuvent approuver: mais ſi l'on faiſoit l'hiſtoire des Abbés Réguliers, comme l'on a fait celle des Abbés Commendataires, l'on trouveroit, que les abus ont encore été plus grands dans l'Egliſe, ſous les Abbés Réguliers, qu'ils ne ſont aujourd'hui ſous les Abbés Commendataires* -- & poſt Abbatem *Tritemium* producit Abbates Regulares idiotas, luſores, voluptatibus immerſos, detrahentes fratribus alimenta, indignantes nomen Monachorum, & Abbatum, ac uſurpantes illud *gratioſi Domini &c.* & concludit -- *qu'il ne faut pas toujours juger des choſes par l'abus que les Perſonnes en font, & que ſi l'on donnoit au Public l'Hiſtoire de l'Abbé Régulier, comme on en a eu le deſſein, tout le Monde ſeroit perſuadé, que les Abbés Réguliers n'ont pas été plus gens de bien que les Abbés Commendataires; & que ce ſeroit enfin une trés mauvaiſe reforme dans l'Egliſe, ſi l'on vouloit remettre les Abbayes en Regle, de la maniére qu'elles ont été. L'on pourroit dire alors, erit noviſſimus error pejor priore.* -- Et conferunt ea, quæ leguntur penes *Natal. Alexandr. Hiſtor. Eccleſiaſtic. Secul. VIII. cap.* 5. *art.* 6. *pag.* 385. *&* 386. *Thomaſſin. tomo* 2. *lib.* 2. *cap.* 53. *num.* 10. *& lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 1. §. *Ergo, &* §. *ſequenti eod. tom.* 2. *Fleury Inſtit. au droit Canoniqu. part.* 2. *cap.* 26. *numer.* 423. *verſ. On peut dire. Et in Vita B. Petri Damian. tom.* 1. *pag.* 524. *& ſeqq. & tomo* 2. *pag.* 572.

Cum itaque eo res ſint loco, ut in antiquiſſimum Eccleſiæ uſum reſtitui non poſſint, inſerviamus tempori & Nos in hac exteriori diſciplina, & accommodemus Seculi morbus, qui validioribus remediis exacerbarentur, prout fuiſſe ſenſum PP. Concilii Tridentini, tradit *Thomaſſin. dict. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 20. *num.* 10. *verſ. Jam vero, & n.* 11.
57 Et, cum Germani petiiſſent a ſan. mem. *Pio IV.* nullas deinceps Commendas Prælaturarum, & Beneficiorum fieri, nomine Pontificis anno 1563. reſponſum fuit- *Quoad Commendas vero Prælaturarum per Germaniam, quæ perſonalem reſidentiam requirunt, aut Beneficiorum Curatorum, libenter illis condeſcendet Sua Sanctitas. De aliis vero quod querantur, merito illos non habere*; ut apud *Raynald. tom.* 21. *part.* 2. *ad annum* 1563. *num.* 44. in reſponſione ad VII. Articulum. Conferuntque ea, quæ reſpondendo *Paulo Soavio* perpenount *Pallavicin. Hiſt. Concil. Trident. lib.* 12. *cap.* 13. *n.* 14. *& Redingius in ead. Hiſtor. tom.* 2. *in Seſſ.* 14. *pag. mihi* 427.

Solent tamen Pontifices frequenter uti ea com-
mendandi facultate, quando agitur de continuan- 58
da Beneficiorum proviſione *de Commenda in Commendam.* At Monaſteria in titulum provideri ſo-
lita Regularibus, in Commendam concedere Se- 59
cularibus, ſatis raro conſueverunt, & nonniſi ex juſtis, & rationabilibus cauſis, ad effectum ſcilicet reſtaurandi Monaſteriorum Ædificia, illorumque Bona diſtracta, & alienata recuperandi, addito Decreto, quod ceſſante Commenda, Beneficium ad primævam Tituli naturam revertatur. Idque tam de ſtylo antiquo, quam moderno ſic
in Literis Apoſtolicis Proviſionis Beneficii Regu- 60
laris in Commendam concipitur -- *Quodque dictus N. N. in primis, & ante omnia teneatur cautionem idoneam in Actis Curiæ Epiſcopalis de reſtaurandis dicti Monaſterii Ædificiis, illiuſque bonis alienatis recuperandis, præſtare, ac in reſtauratione hujuſmodi ſummam Epiſcopo, ſive Tibi beneviſam infra terminum ab eodem Epiſcopo, ſive a Te ſtatuendum, ratam partem ſcilicet ſummæ hujuſmodi ſingulo quoque anno expendendam, & de præmiſſorum implemento in Actis ejuſdem Curiæ Epiſcopalis in fine cujuſlibet anni docere, alias, cautione hujuſmodi non præſtita, vel etiam ea præſtita, & infra terminum præfatum reſtauratione præfata uſque ad ſummam deſignatam, ſeu ratam partem hujuſmodi non facta, ac, ut præfertur, in Actis præfatis non juſtificata, in quemlibet eventum hujuſmodi Commenda de dicto Monaſterio dicto N. N. per præſentes facienda ceſſet, eaque ceſſante, dictum Monaſterium vacet eo ipſo, & dictus N. N. ad reſtitutionem omnium fructuum inde perceptorum, & ad id per Cenſuras Eccleſiaſticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia cogi, & compelli poſſit, & debeat. Volumus præterea, quod dicto N. N. cedente, vel decedente, aut alias dictum Monaſterium quomodolibet dimittente, vel amittente, illud amplius non commendetur, ſed ad priſtinam Tituli naturam reverti, & Perſonæ Regulari idoneæ conferri debeat, acſi dicto N. N. nunquam commendatum fuiſſet, & ſi commendari contigerit abſque ſpeciali mentione, & derogatione poſterioris voluntatis noſtræ hujuſmodi, Commenda de dicto Monaſterio ſic per te facienda, nulla ſit eo ipſo.* -- Prout legitur in Literis Apoſtolicis Commendæ Monaſterii *de Groſboch.* Ciſtercien. Ordinis, *Engoliſmen.* Diœceſis in titulum conferri ſoliti, per ſan. mem. *Clementem XI.* conceſſæ *Adriano Quenet* a Rege nominato, ſub datum apud *S. Mariam Majorem* 1714. *Quinto Kalendas Octobris Pontificatus anno quartodecimo.* Et in aliis Literis Apoſtolicis conceſſionis Prioratus Conventualis, non tamen vere electivi, SS. Petri, & Pauli *de Bory, Cluniacen.* Ordinis, de Titulo in Commendam, favore *Ludovici de Menon* Clerici *Turonen.* ſub datum apud *S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ* 1712. *duodecimo Kalendas Septembris, Pontificatus anno XII.*

Quoties

Quoties tamen Monaſteria conceduntur in Com-
61 mendam cum Decreto reſtaurandi, vel recuperan-
di Bona diſtracta, & revertendi in Titulum, id fie-
ri non debet, niſi prius habitis ſuper hiſce Cauſis
juſtificationibus a Locorum Ordinariis, ut reſolu-
tum ſuit a celebri Congregat. particulari habita in
Ædibus Datariæ *die* 1. *Julii* 1670. cui interſuerunt
doctiſſimi Viri *Carpineus Datarius*, *Brancatius a
Secretis S. Congregationis Concilii*, *Fagnanus*, *de
Vecchis*, *de Auguſtinis*, *Taya*, *Favorinus*, *de Ru-
beis*, *Billinus Sub-Datarius*, & *Præfectus Officio
Vacationum per obitum*.

Præciſa autem hac neceſſitate reſtaurandi Mo-
62 naſteriorum Ædificia, illorumque bona diſtracta,
& alienata recuperandi, quæ cauſa eorumdem
Monaſteriorum utilitatem, & præmaximum com-
modum reſpicit, non ſolent Pontifices Monaſte-
ria, & Beneficia Regularibus in titulum provi-
deri ſolita, Secularibus commendare, reſiſtente
63 cenſura *Conc. Trident. Seſſ.* 14. *cap.* 10. ubi diſponi-
tur, quod Beneficia Regularibus *in titulum* dari
conſueta, Religioſis tantum conferantur; Et quam-
vis id ſolita mordacitate *Paulus Soavius* leve reme-
dium appellet, quodque Romanæ Curiæ hoc leve
temperamentum obeſſe parum poterat, *eſſendo già
commendati tutti quelli, che ſi potevano commen-
dare*; nihilominus recte reſpondent *Pallavicinus*,
& *Redingius* locis ſupra laudatis, *Soavem* prorſus
oblitum tot Cœnobia, & Regularium Domos opu-
lentiſſimas, quibus Monachi ubique Terrarum,
vel in præſentia potiuntur. Et ſi Concilium Com-
mendas omnes proſcripſiſſet, nemo non videt
quantam in Eccleſia perturbationem id excitaſſet,
tam reſpectu Collegii Cardinalium, quam Prin-
cipum. Illi enim hujuſmodi proventibus deſtitu-
ti, alimentis deſtituerentur. Et quoad Principes,
nunquam ſperandum fuiſſet, eos in id conſenſu-
ros, ita privando illos facultate nominandi Perſo-
nas ſibi beneviſas ad hujuſmodi opimos proven-
tus, quod ponderavit etiam *Natal. Alexander Hi-
ſtor. Eccleſiaſt. Secul. XV. & XVI. diſſert.* 12. *pag.
mihi* 196. *tom. ultim.* ibi -- *Beneficiorum etiam Re-
gularium Commendationes Secularibus Clericis fa-
ctas non revocavit, aut improbavit Sancta Syno-
dus, quoniam id maximam in Eccleſia perturba-
tionem excitaſſet, multique Cardinalium, & Epiſ-
coporum hujuſmodi Beneficia poſſidebant, nec faci-
le erat Principes, qui jus habent nominandi ad hu-
juſmodi Sacerdotia ad eam conditionem adducere,
ut Regulares duntaxat Viros ad Abbatias jam
olim in Commendam conferri ſolitas, nominarent.*
Et manifeſte convincitur ex eo, quod multæ tur-
bationes excitatæ ſunt in Concilio, quando de re-
formatione Jurium Principibus competentium ac-
tum eſt.

Quod ſi per obitum, aut ceſſionem Commen-
64 datarii, reverſo Monaſterio ad priſtinam Tituli na-
turam, adhuc urgeant cauſæ, ob quas exiſtimet
Pontifex expedire, ut illud iterum commendetur,
quia nempe agatur de reficienda Eccleſia, vel Mo-
naſterio, quæ ex Religioſorum improvida admini-
ſtratione paſſæ ſint ruinam, vel de recuperandis
Bonis è manibus Potentum, aut iiſdem reſiſtendo,
tunc irrationabile non eſt, quod denuo commen-
detur, *Selva de Benef. part.* 4. *quæſt.* 8. *nu.* 14. &
15. *Garcias de Benef. part.* 7. *cap.* 10. *n.* 16. *Lot-
ter. de Re Beneficiar. lib.* 3. *quæſt.* 8. *n.* 106. & *ſeqq.*
Et in his circumſtantiis addi etiam ſolet Decre-
65 tum, quod, cedente, vel decedente Commenda-
tario, Monaſterium priſtinam Tituli naturam re-
aſſumat, & conferri debeat Regulari, *Card. de
Luca dict. diſc.* 94. *n.* 31. & *ſeqq.* concludens, to-

rum pendere ex circumſtantiis facti, & Perſona-
rum qualitatibus.

In dubio autem pro denegatione iteratæ Com- 66
mendæ reſpondendum, ut quantum fieri poteſt,
Religioſis, & Regulari Inſtituto minus præjudi-
cium inferatur. Nec habeant Principes, qui jure no-
minandi, vel præſentandi ad Monaſteria gaudent, 67
de quo juſte conqueri poſſint, ſi Pontifices ſæpe
ſæpius eorum inſtantiæ pro reiteratione Commen-
dæ non obſecundent. Obſequuntur enim Ponti-
fices Sacrorum Canonum, & Concilii Tridenti-
ni. Decretis, nec eorundem Principum jura in mi-
nimo lædunt. Hinc, quamvis Galliæ Pragmatici 68
commendant, non poſſe Summum Pontificem Be-
neficium Regulare commendari ſolitum, reducere
in titulum, ſed illud in Commendam iterum con-
cedere debeat. Ultro tamen fatentur, quod, ubi 69
res eſt de Beneficio Regulari in titulum conferri
ſolito, ſi ſemel, aut bis fuerit illud a Pontifice com-
mendatum, cum Decreto revertendi in Titulum,
ab ejus pendeat libera voluntate, ſi ceſſante Com-
menda, iterum illud commendare, aut ad priſti-
nam Regularis Tituli naturam reducere velit, ut
præ ceteris diſtinguit *Fleury Inſtit. au Droit Eccle-
ſiaſtiq. part.* 2. *cap.* 26. *pag.* 419. & Auctor Libri,
cui titulus -- *Les Définitions du Droit Canon, par
M. F. C. D. M. cum Additionibus M. E. P. C. à
Paris* 1679. *in verbo Commende pag. mihi* 45. *in
addit. ſub nu.* 17. §. *Remarques de l'Auteur*, ibi --
*Il faut diſtinguer, ou le Benefice qu'on demande
en Commende, a vaqué en la Perſonne d'un Com-
mendataire ſoit par mort, ſoit par Reſignation, ſoit
par devolut; & le Séculier qui demande d'en être
pourvû, demande au Pape la Continuation de la
Commende laquelle en ce cas ne lui peut pas être
refuſée: & ſi le Pape la refuſoit, il y auroit lieu
de ſe plaindre aux Juges Royaux, & d'obtenir que
ce refus injuſte n'auroit proviſion, à moins que le
Pape n'eût accordé la Commende avec le Décret* ce-
dente, *vel* decedente, *à condition que ſoit que celui
auquel la Commende étoit accordée, ou mourût, ou
reſignât ou abandonnât en quelque façon la Com-
mende, le Bénéfice retourneroit à ſon premier état,
& ſeroit conferé à un Religieux en titre. Car en ce
cas la Commende eſt expirée, il dépend de la volonté
du Pape de la faire revivre. C'eſt une grace qu'il
peut accorder, mais qu'on ne peut extorquer de lui
ſans ſon conſentement.*

Et ſane, reaſſumta per Beneficium commenda-
tum priſtina Tituli natura per ceſſum, aut deceſſum
Commendatarii, non eſſe illud iterum, niſi ratio- 70
nabiles cauſæ concurrant, commendandum, ſua-
dent ea, quæ *Paulus II.* approbando ſententiam
Cardinalis *Portuenſis*, dixit circa abuſum Commen-
darum, præſertim in Gallia, ubi intra breve tem-
poris ſpatium, quingenta, & ultra Monaſteria com-
mendata fuerunt, apud Cardinalem *Papienſem E-
piſt.* 93. *Spondan. tom.* 2. *ad annum* 1461. *nu.* 31.
Van Eſpen in Jus Eccleſiaſtic. univerſ. part. 1. *tit.*
31. *cap.* 7. *n.* 28. 9. *Referente*, *Thomaſſin. part.* 2.
lib. 3. *cap.* 20. *n.* 7.

Et magnum Nobis reliquit exemplum ſan. me.
Clemens VIII. Narrabo rem cum Verbis Cardina- 71
lis *Oſſati*, qui in Epiſtola ad *Villeregium* ſcripta,
& inter impreſſas anno 1714. la 177. hæc ait --
*La ſeconde affaire, dont je parlai au Pape, en la-
dite audience dudit* 19. *de ce mois fut de l'Abbaye
de Montier-neuf, priant S. S. de la part du Roy,
de vouloir donner la dite Abbaye en commende,
encore que le dernier poſſeſſeur l'eût eu en titre;
attendu qu'auparavant elle ſouloit être tenuë en
commende, & l'avoit été par les précédens. Il me dit*

que cela ſeroit contre le droit, & contre la coutume de cette Cour, & contre le bien & utilité de l'Egliſe, & même en France, où il n'y avoit déja que trop de débauche, quant aux choſes Eccleſiaſtiques, ſans y introduire cette ci. Je lui repliquai, que le Roi lui demandoit cette grace pour une perſonne, qui lui étoit fort agréable; & que S. S. pourroit ſatisfaire à ſoi-même, & complaire à S. M. en donnant pour cette fois ladite Abbaye en commende, & appoſant un Décret, que le Commendataire venant à décéder, ou à ceder ladite Commende, l'Abbaye retourneroit en titre. Le Pape me répondit, que ces décrets ne ſe gardoient point. Je lui dis, qu'ils ſe devoient garder, & exprimer aux proviſions ſuivantes, autrement elles etoient nulles, comme il ſavoit trop mieux: & lui donnai le mémoire, qui en avoit été dreſſé, ſur lequel il a depuis répondu au Dataire; qui eſt à dire qu'il n'en veut rien faire. Car les Dataires n'ont point accoutumé de lui porter telles choſes, ſi elles ne ſont prémiérement accordées par S. S. à l'inſtance de quelqu'autre.

Eandemque ſervaſſe conſtantiam ſan. mem. *A-*
72 *lexandrum VII.* conſtat, ex Epiſtola Cardinalis *Corradi*, ejuſdem Pontificis Pro-Datarii ad Archiepiſcopum *Gneſnen.* data *die 4. Februarii* 1665. & his verbis concepta -- *Paradiſienſis Monaſterii retentio a S. D. N. negata fuit Illmo, & Rmo D. Epiſcopo Camenecenſi in pleno Conſiſtorio, ea ſane ratione, quod illud Ordini Ciſtercienſi ſit addictum, & Monacho tantum in eo Profeſſo in titulum conferri conſueverit, ac proinde Sanctitati Suæ viſum fuit nullo pacto ſine magna juſtitiæ læſione ad Commendam transferri poſſe. Et licet interdum effectivis, & repetitis Magnatum precibus Summus Pontifex fere oppreſſus hinc declinaverit cum quibuſdam tamen Decretis, Clauſulis, & præſervationibus, quas nihilominus effectus poſtmodum inanis redditus fecit. In poſterum tamen Sanctitatem Suam omnino abſtinere, & ſi quæ minus canonice facta fuerunt, revocare, & in melius, prout licebit, reformare firmiter ſtatuiſſe.*

Similemque Gratiam Regi Poloniæ expoſcenti,
73 denegavit idem *Alexander VII.* ut ex altera Epiſtola ab eodem Cardinali *Corrado* ad Regem ſcripta in hunc modum. -- *Sereniſſime Rex. Perniciosas expertus eſt adeo S. D. N. Regularibus Inſtitutis, & proinde Religioni Chriſtianæ Gratias, quibus Beneficia Regularia Clericis Secularibus in Commendam conferuntur, ut ab illis in poſterum abſtinere firmiter decreverit, quod Agentibus S. Stephani Wierzbonski fuit multoties ſignificatum. Verum æſtimatio, & affectio magna, quibus Sanctitas Sua Majeſtatis Veſtræ officia complectitur, in eam induxerunt ſententiam, ut ejus interceſſionis intuitu biennium illi adhuc indulſerit, quo tempore maturius de ſtatu ſuo deliberare, ac ſibi conſulere valeat. Qua in re, ſi quid Majeſtati Veſtræ gratum præſtitiſſe cognovero, ſummopere lætabor, ſin minus eam ſuppliciter oro, ut id, non quidem voluntatis defectui, quæ Majeſtatis Veſtræ addictiſſima eſt, ſed ipſius rei difficultati virium mearum tenuitatem excedenti referre velit &c.* -- Geminas has Epiſtolas tranſcripſi ex *tom. 59. materiarum Dataciæ pag.* 469. & 616. exiſtente in Bibliotheca Emi D. Cardinalis *Otthoboni.*

Quemadmodum ſan. mem. *Clemens IX.* anno
74 1668. Monaſterium *Cericonien. Cracovien.* Diœceſis per Promotionem *Nicolai Praſkmoski* ad Eccleſiam *Gneſnen.* Commenda ipſa ceſſante, vacans, iterum eidem commendare noluit, niſi ad quinquennium, & pro ea vice tantum, *ex gratia* ſpeciali, & ad ſupplicationem Regis Poloniæ, ac ex Voto Sac. Congregationis Conſiſtorialis.

Sic etiam anno 1673. Congregatio particularis,
cui interfuerunt Cardinales *Barberinus*, *Otthobonus*, *de Alteriis*, *Gaſpar de Carpineo*, & *Nerlius*, 75
necnon Prælati *Fagnanus*, *Bottinius*, *Favorinus*, & *Pilaſtrius*, Dubio, ad quod examinandum deputata fuerat -- *An Monaſterium S. Martini Ordinis Præmonſtraten. Diœceſis Laudunen. quod non eſt ſolitum commendari, commendatum nihilominus fuit Julio Cardinali Mazzarino, & eo defuncto, Franciſco Mariæ Cardinali Mancino, per cujus obitum in præſens vacat, cum clauſula utrobique revertendi in Titulum, commendari nunc expediat R. P. D. Franciſco de Claromonte Epiſcopo Novionenſi, Rege Chriſtianiſſimo ſupplicante* -- Die *Martis 14. Novembris* ejuſdem anni, reſpondit -- *Gratiam petitam nullatenus eſſe concedendam, niſi aliter SSmo videatur;* -- non obſtante, quod Superiores Ordinis *Præmonſtratenſis* conſenſum præſtitiſſent, ut pro ea vice, (ſi ita Pontifici placuiſſet) dictum Monaſterium in Commendam daretur Epiſcopo præfato ad inſtantiam Regis Chriſtianiſſimi.

Et poſtquam Monaſterium *SS. Petri, & Pau-*
li de Itala Ordinis S. Baſilii Meſſanen. Diœce- 76
ſis, ad Regis Siciliæ præſentationem commendari ſolitum, vacans per Promotionem Cardinalis *Portocarrero* ad Eccleſiam *Toletan.* fuiſſet in titulum collatum *R. P. Joſepho Buccafoco* Ordinis Clericorum Regularium *Theatinorum*, cum Decreto tranſeundi ad Ordinem *S. Baſilii*, & in eo profitendi. Supplicavit Rex Catholicus, uti Siciliæ Rex, aliquo Decreto caveri, ut, eveniente caſu vacationis ejuſdem Monaſterii, liceret illud ad Regiam præſentationem denuo commendari, ſicuti veteri conſuetudine receptum eſſe conſtabat. Sed Sacra Congregatio Conſiſtorialis, re mature diſcuſſa, *die 28. Maij* 1680. reſcripſit -- *Conſiderabitur* -- Quod ſane Reſcriptum honorificam continebat Negativam. Et facta Pontifici relatione, Sanctitas Sua Congregationis Sententiam benigne probavit.

At ſan. mem. *Clemens XI.* cui exhibita fuit ſu-
prædicta Epiſtola Cardinalis *Oſſatti*, magnam ha- 77
buit difficultatem *anno* 1705. reducendi in Commendam Abbatiam ad Magni Principis nominationem ſpectantem, quæ per obitum Abbatis Titularis vacaverat. Eandemque gratiam non ſemel, ſed bis denegavit, ſed poſtea ex juſtis, & rationabilibus cauſis conceſſit.

Idemque Pontifex, licet commendaſſet ex Perſo-
na Monachi Monaſterium *S. Armandi in Pabula* 78
Ordinis S. Benedicti *Tornacen.* Diœceſis ad nominationem Regis Chriſtianiſſimi, primo clar. mem. Cardinali *Mediceo*, cum Decreto revertendi in titulum, & poſtea, ex eo quod Cardinalis præfatus Matrimonium contraxerat, clar. mem. Cardinali *de la Tremoille* cum ſimili Decreto, nihilominus, dum illud pro tertia vice poſt obitum laudati Cardinalis commendavit Emo D. Cardinali *de Gevres*, ut tandem ad priſtinam Tituli naturam rediret, mandavit, quod *Tu ex nunc, ſeu ſaltem infra tres Menſes proximos, & deinde, toties, quoties opus fuerit, tuum præſtare debeas conſenſum deputationi Coadjutoris Regularis cum futura ſucceſſione in dicto Monaſterio a Sede Apoſtolica impetrandi, alias dictis Menſibus elapſis, & de hujuſmodi conſenſu non docto, præſens gratia nulla ſit eo ipſo, & Monaſterium prædictum in priſtinam Tituli naturam revertatur, nec Tu fructus tuos facere poſſis*, ut ex Literis Apoſtolicis *ſub datum apud Sanctam*

Mariam

Mariam Majorem 1720. undecima Kalendas Septembris, Pontificatus anno XX.

Hujuſmodi autem circumſpectio in commendandis Monaſteriis, quæ in Titulum conferri conſueverunt, aut ſi aliquando in Commendam de iis diſpoſitum, factus ſit locus reverſioni in titulum,
79 multo magis ſervanda venit in Monaſteriis, quæ ſunt *Capita Ordinum*, quæque Concilium Tridentinum *Seſſ. 25. cap. 21. de Reformat.* expreſſe commendari prohibet: *Fagnan. in Cap. Cum ad noſtram num. 11. de Elect. Van Eſpen in Jus Eccleſ. univ. part. 1. tit. 31. cap. 7. num. 36. Card. de Luca dict. diſc. 94. num. 16. Thomaſſin. tom. 2. lib. 3. cap. 20. num. 10. verſ. Quod illa*, ubi refert, mortuo Abbate *Cluniacenſi* anno 1461. Cardinalem *Albingenſem* ea de re certiorem feciſſe Regem Chriſtianiſſimum, eumque monuiſſe, Abbatiæ præfatæ Beneficia ſubeſſe quatuor circiter millia, varias in aliorum, etiam Regnorum Provincias ſparſa, *adeoque Regis intereſſe, ut ei præficiatur Regularis ejuſdem Ordinis, & quam digniſſimus, ne extraneæ Nationes ab eo vertice pendentes aliquid Schiſmatis moliantur.* De origine celeberrimi
80 Monaſterii *Cluniacenſis*, ac de libertate Monachis in ejus fundatione conceſſa eligendi Abbatem, late tractat *Natal. Alexand. Hiſtor. Eccleſiaſt. Secul. IX. & X. part. 1. pag. 572. & ſeqq. & pag. 656. & ſeqq.*

Idemque *Thomaſſin. tom. 2. lib. 2. cap. 40. nu.*
81 *8. in fine* refert, quod in Galliis Regis Chriſtianiſſimi Edicto publicato anno 1629. cautum fuit, *ut Monaſteria, & Abbatiæ Capita Ordinum eo jure electionis fruantur, ſicuti & alia Monaſteria, quibus ea nunquam excuſſa poſſeſſio eſt, dummodo Electiones fiant ex norma Juris Canonici.* Id, quod antea præſcripſerat *Clemens VII.* in Indul-
82 to, quod anno 1531. conceſſit *Franciſco I.* nam, ſuſpendendo Privilegia eligendi jamdiu conceſſa Conventibus Monachorum, excepit Monaſteria *Capita Ordinum*, ibi -- *præterquam eorum, quæ per Generales ſuorum Ordinum Regi conſueverunt* -- *Rebuff. de Reg. ad Prælat. Nominat. §. ultimo, verb. Capitulis. Thomaſſin. tom. 2. lib. 2. cap. 40. ſub num. 14.*

Sed temporum circumſtantiæ, Regumque Chri-
83 ſtianiſſimorum egregia in Sedem Apoſtolicam pietas aliquando Pontificum conſtantiam ſuaviter vicit, ut Monaſteria *Capita Ordinum* ad eorum inſtantiam commendarent. *Armandus* Cardinalis *de Richelieu* datus fuit Coadjutor cum futura ſucceſſione Abbati Monaſterii *Cluniacenſis*, cum Decreto, quod poſt ejus obitum in priſtinam Tituli naturam Monaſterium reverti deberet, *Pinſon. in Not. ad Indult. Gall. Reg. pag* 620. Poſt obitum laudati Cardinalis, *Armandus Barbonius* Regii Sanguinis Princeps, annum agens *decimumquintum*, poſtulatus fuit ad ejuſdem Monaſterii Commendam, obtinuitque de eo provideri cum ſolito Decreto de revertendo in Titulum, ut ex Literis Apoſtolicis ſub Datum *Quarto Idus Julii anno vigeſimo Pontificatus ſan. me. Urbani VIII.* regiſtratis *lib. 27. Secretorum* ejuſdem Pontificis *pag. 287.* Et, facta per eundem Principem Abbatiæ præfatæ dimiſſione in manibus Monachorum, ad eorundem poſtulationem obtinuit de ea in Commendam provideri, cum ſolito Decreto revertendi in Titulum, *Julius Cardinalis Mazzarinus Pridie Nonas Junii, Pontificatus Innocentii X. Anno primo*, ut ex *libr. 1. Secretor. ejuſdem Pontific. pag. 149.* Poſtmodum *Raynaldus* Cardinalis *Eſtenſis* de dicto Monaſterio per obitum Cardinalis *Mazzarini* vacante, proviſus fuit a ſel. mem. *Clemente IX.* in Commendam, cum ſolito Decreto revertendi in Titulum, ut ex Literis Apoſtolicis ſub Datum apud *S. Petrum anno* 1668. *Tertio Kalendas Junii, Pontificatus ejuſdem Clementis Anno primo.*

Sed *Innocentius X.* admittere noluit Poſtulatio-
nem Cardinalis *de Richelieu* in Abbatem Monaſte- 84
rii *Ciſtercii*, quod eſt *Caput Ordinis*, a Monachis factam, ut teſtatur *Fagnan. in dicto Cap. Cum ad noſtram n. 12. de Elect.* Similemque Gratiam denegavit ſan. mem. *Innocentius XI.* Cardinali *Bullionio* petenti, ad ſui favorem renovationem Commendæ Monaſterii *Cluniacenſis*, quæ jam per obitum Cardinalis *Eſtenſis* ceſſaverat, & inter ceteras denegationis rationes, ea perpenſa fuit, ne ſcilicet Secularis Prælatus tot Regularibus præeſſet, quod æquum non videbatur, *Fagnan. in dict. Cap. Cum*
ad Noſtram n. 12. & 13. Gratiam tamen præfatam 85
laudato Cardinali indulſit Succeſſor Pontifex *Alexander VIII.* ut ex Summario Supplicationis his verbis concepto -- *Nullius, ſeu Matiſconen. Sanctitas Veſtra commendat Monaſterium Cluniacenſe Caput Ordinis, Cluniacen. Electionis Capituli, & Monachorum ejus, vacans per obitum Raynaldi Cardinalis Eſtenſis, cui commendatum fuerat, cum Decreto revertendi in Titulum, & in Libris Cameræ ad florenos acta mille taxatum Emanueli Theodoſio Epiſcopo Cardinali Bullionio cum ſimili Decreto revertendi in Titulum.* Apud *S. Mariam Majorem Quinto Nonas Martii Anno primo*, regiſtrat. *lib. 2. Secretar. ſan. mem. Alexandri VIII. pag. 4.*

Ex his elicitur, quod non conſueverint cum magna facilitate Summi Pontifices Regularia Beneficia de Titulo in Commendam, aut ad ſtatum Secularem reducere. Erravit porro *Hieronymus a Coſta* in Hiſtoria Gallico idiomate ſcripta -- *De l'Origine, & du Progrés des Revenus Eccleſiaſtiques, pag. mihi 194. num. 5.* ubi, poſtquam ait, non poſſe ſine Pontificis indulgentia de Titulo in Commendam Beneficia converti ex ſola Regia
nominatione, quia ita pactum fuit in Concor- 86
datis, ſubdit -- *Mais le Roi, & le Pape qui ont fait le Concordat, y derogent tous les jours en ayant le pouvoir.* Non enim quotidie huic Regulæ derogatur, ſed Summi Pontifices ex eorum parte, quoad poſſibile eſt, naturam Beneficiorum ſervare conantur, & nonniſi ad reiteratas Regum inſtantias, quibus non ſemper reſiſtere poſſunt, quandoque inducuntur ad ſecularizandum, ſeu ad commendandum Beneficia Regularia, ut dictum eſt; & ex verbis ſan. mem. *Clementis VIII.* a Cardinali *Oſſato* in ſua Epiſtola 177. quam ſupra *n.* 71. tranſcripſimus, jam palam fit, id eſſe contra Romanæ Curiæ conſuetudinem -- *id refragari Juri, & Romanæ Curiæ Conſuetudini* -- *Thomaſſin. de Benef. tom. 2. lib. 3. cap. 20. n. 19.* & patet etiam ex geminis Epiſtolis, quas ſupra retulimus, a Cardinali *Corrado* Pro-Datario *Alexandri VI.* ad Archiepiſcopum *Gneſnenſem*, & ad Regem *Poloniæ* ſcriptis.

Major ineſt error in ſubſequentibus verbis dicti *a Coſta pag. 195. num. 6.* dum inquit -- *Le Pape, qui ſe dit Maiſtre abſolu de tous les Benefices, ſecularise ſelon ſa volonté les Benefices qui ſont en regle, & ainſi il deroge à cette grande maxime* Secularia Secularibus, Regularia Regularibus *en faveur de ceux, qui envoyent pour cela leur argent à Rome. Les Moines neantmoins, qui ſont puiſſans à Rome à cauſe de leurs Generaux, qui y reſident ordinairement, ou de leurs Procureurs, qui ſont en cette Cour pour les affaires de leur Corps, empeſ-*

ebent le plus qu'ils peuvent la Secularisation des Bénéfices, qu'ils pretendent leur appartenir de droit. Plures autem in hac hiſtorica narratione errores
87 irrepſere. Primus, dum carpit Pontificem, *qui ſe dit Maiſtre abſolu de tous les Benefices*, & tamen plenariam diſpoſitionem Beneficiorum omnium ad Romanum Pontificem pertinere, faſſi ſunt *Clemens IV.* Pontifex Sanctiſſimus, Natione Gallus in *Cap. Licet, de Præben. in 6.* & *Clemens V.* in Concilio Viennenſi, Gallus & ipſe, ac in Concilio in Galliis celebrato in *Clement. I. in fine, Ut lit. pend.* Et *Clemens VI.* annn 1345. ad Angliæ Regem ſcripſit -- *Ad cujus Paſtorem, & Rectorem Eccleſiæ, videlicet Romanum Pontificem omnium Eccleſiarum, Perſonatuum, & Beneficiorum Eccleſiaſticorum plenaria diſpoſitio noſcitur pertinere*, ut apud *Raynald. ad dictum annum* 1344. *nu.* 58. *Thomaſſin. de Benef. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 44. *n.* 3. & paſſim Canoniſtæ omnes. Concordantque hoc in puncto Catholici univerſi, quod poſſit Papa ex juſta cauſa Regulares Eccleſias ad ſtatum ſecularem reducere, & uſus comprobavit, juxta ea, quæ congerit *Fagnan. in Cap. Relatum nu.* 4. *de Cleric. vel Monac.* Et, niſi Papa haberet plenariam Beneficiorum diſpoſitionem, quomodo Reges poſſent nominare ad tot Beneficia?

88 Secundus error eſt, dum ait, quod Pontifex ad ſuæ voluntatis beneplacitum Beneficia Regularia ad ſecularizationem reducit; Quotquot enim adduci poſſunt ſecularizationis exempla, nonniſi ex juſtis, legitimis, & probatis cauſis, & re accurate perpenſa proceſſerunt, non autem ad libitum Pontificum, & de eorum abſoluta poteſtate. Et quando integri Ordines ſuppreſſi fuerunt, plene prius probatum fuit, quod ab eorum Inſtituto deflexerint, fuerintque effecti inutiles. Conetur quiſpiam hæc Romæ impetrare, qui ejus nimiam facilitatem vituperat, & ſe utique falli animadvertet. Exemplum illorum oculis opponn in *Polonia*, nam cum Reges jus nominandi ad Abbatias omnes habere contenderent, & de facto Perſonas Seculares nominare conarentur, Summi Pontifices cum magna conſtantia ſe oppoſuerunt, & Titulos Regulares, eorumque electiones intrepide tutati ſunt, ut ex hiſtorica narratione, quam expoſuimus in *Commentar. in Regul. II. §. II. a n.* 146. *& ſeqq.*

Magis palmaris eſt tertius error ejuſdem *Hie-*
89 *ronymi a Caſta*, quod id fiat favore eorum, qui *pecunias Romam tranſmittunt.* Experiatur quiſquis velit, auri pondera Romam convehat, inſtet ſecularizari Monaſterium, aut aliud Beneficium Regulare, & comperiet, an facile id obtinere poſſit, niſi graviſſimas, maximeque perſpicuas cauſas adduxerit. Et optarem, ut *Auctor* iſte, aliique ſimilis furfuris mihi indicarent, quænam ſint, quo tempore, & a quo ſecularizata Beneficia favore illorum, *qui envoyent pour cela leur argent à Rome.* Non ſatis eſt hæc cum magno oris hiatu Romanæ Curiæ opponere, probare neceſſe eſt. Superiores vero Regulares jure merito illorum inſtantiis ſe opponunt, qui ſine urgenti ratione Monaſteriorum ſecularizationem, & Commendas petunt. Imo ipſe Pontifex audiri mandat Generales, aut Procuratores, ut allegatæ pro ſecularizatione Cauſæ in contradictorio judicio magis diſcuti, & examinari poſſint; nec Regularium potentia, ſed a Regularibus adductæ rationes, apud Tribunalia Urbis expenduntur.

Pari inſubſiſtentia laborat aſſertio illa, quæ legitur in Hiſtoria Veneta Procuratoris *Nani part.* 2.
90 *lib.* 7. *pag. mihi* 205. ad annum 1657. in iis verbis -- *Quando Innocenzo decreta d'abolire li Conventi piccioli, e che da' Veſcovi s'applicaſſero ad altri uſi l'entrate, parve, che gittaſſe li fondamenti di gran diſegno tendente ad arricchire il Clero Secolare con le ſpoglie de' Monaſterj.* -- At ex parvis Conventibus tunc in Italia ſuppreſſis, ad inſtar ejus, quod ſervatum fuit ſub *Carolo Magno*, ut obſervat *Thomaſſin. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 47. *numer.* 2. (quorum plures fuerunt poſtea Regularibus reſtituti, alii vero, qui ſecularizati remanſerunt, erant tenuiſſimi reditus) aut nulla, aut forte modica utilitas Clero Seculari obvenit, cum idem *Innocentius X.* mandaverit, ut Bona applicarentur aliis piis uſibus in iiſdemmet locis, ubi Conventus ſiti erant, iiſque non indigentibus, favore aliorum locorum ejuſdem Diœceſis; & applicatio expleta fuit prævio conſilio Epiſcoporum, & Capitulorum, aut in ſuſtentationem Alumnorum Seminarii, aut in ſublevamen Hoſpitalium, Monaſteriorum Monialium, & ſimilium. Fuit etiam habita ratio tenuitatis Parochialium, Deputationis Coadjutorum pro Cura Animarum, & Cappellanorum pro celebrandis Miſſis a piis Benefactoribus relictis, propter quod miniſterium Clericis Secularibus debita merces aſſignari utique debebat, *Fagnan. in Cap. Relatum n.* 20. & latius *num.* 61. & 63. *Ne Cleric. vel Monach.* Cum ceteroquin in praxi obſervatum fuerit, difficilis eſſe executionis ea Bona ad alia majora Monaſteria transferre, juxta ea, quæ habentur penes *Thomaſſin. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 28. *n.* 14. tunc Populis reclamantibus, ut advertit *Fagnan. in dict. cap. Relatum n.* 17.

Itaque Bona præfata, ſemel Deo dicata, in alios 91
pios uſus convertenda procul dubio erant. Converſa fuerunt juxta conſilium Epiſcoporum in ſupradicta opera pia pro utilitate Populorum ejuſdem loci, aut Diœceſis. Quomodo ergo aſſeri poteſt, quod *ex ſpoliis Regularium voluerit Innocentius Clerum Seculare ditare?* Profecto nil ille ſibi reſervavit, ſed integre aſſignavit piis uſibus, & locis, in quibus ſiti erant Conventus, *cum ſumma ejus laude, & ædificatione Chriſtianorum Principum, & Populorum, idque ad inſtar Concilii Tridentini Seſſion.* 25. *cap.* 3. ibi -- *quæ Locis piis ibi exiſtentibus, eo ipſo, quod exactæ fuerint, aſſignentur.* -- Ita *Fagnan. in dicto Cap. Relatum ſub n.* 40. Et ſicuti laudandus ſan. mem. *Alexander VII.* qui Bona in Statu Veneto ad parvos Conventus pertinentia, vendi mandavit, & pecunias erogari in ſubſidium Belli contra Turcas, ut ibidem *Procurator Nani* refert. Ita non erat improbandum factum *Innocentii X.* qui Bona in aliorum Principum Ditionibus ſita, in eorumdem locorum utilitatem ſpiritualem juſſit converti, & applicari Populis, Principibus plaudentibus, & factum collaudantibus.

His prænotatis circa difficultates commendandi
Beneficia Regularia Secularibus, & e contra, in 92
hac pariter Regula Pontifex quodammodo ſibi manus ligando, diſponit, quod *nulli Commenda detur, niſi in Signatura, vel per clauſulam ad partem ſuper petitione Commendæ hujuſmodi, de Commenda ipſa mentio fiat*; & tradunt ultra *Sot. & Quaſad.* hic, *Felin. in Cap. In noſtra num. final. de Reſcript. Lotter. de Re Beneficiar. lib.* 3. *quæſt.* 8. *num.* 95. *Gonzal. in Regul.* 8. *Gloſſ.* 5. *§.* 7. *num.* 63. *Tandut. Reſol. Benef. part.* 3. *cap.* 196. *num.* 1. *Rebuff. tit. de Commend. numer.* 44. *Corrad. in prax. diſpenſ. Apoſtolic. lib.* 6. *cap.* 3. *num.* 18.

Non idem priſcis temporibus fuit verborum Re-
gulæ tenor. In Regulis antiquis, de quibus meminit 93
Felinus,

Digitized by Google

Felinus, & *Sotus*, ſimpliciter dicebatur -- *Niſi in*
Signatura mentio fiat de Commenda -, & habeıur
in Regulis *Sixti IV.* & *Innocentis VIII.* hoc eſt,
94 quod non ſufficiebat oſtendere ſupplicationem ſig-
natam, in qua peteretur commendari Beneficium,
ſed neceſſe erat, quod Papa in Signatura diceret--
Fiat, ut petitur de Commenda -- In Regulis vero
95 Succeſſorum Pontificum additum fuit -- *Niſi in*
Signatura, vel per clauſulam ad partem, de Com-
menda ipſa mentio fiat -- Sicque legıtur in Regulis
Leonis X. Clementis VII. Julii III. Pauli III. Pau-
li IV. & Pii IV. ut apud *Rebuff. ad Regul.* 44.
96 Sed ſub *Gregorio XIII.* relicta fuit dictio *Vel*, &
deinde ſub Pontificibus Succeſſoribus cootinua-
tum, & dictum -- *Niſi in Signatura per clauſulam*
ad partem &c.

At quia verba præfata nullum ſenſum conti-
97 nere videbantur, cuio Signatura Papæ ſit ea, in
qua ipſe ſubſcribendo dicit -- *Fiat*, vel *Fiat, ut pe-*
titur --, quæ ſignatura nullam clauſulam continere
poteſt; Hinc in Congregationibus de more habitis
pro novis Cancellariæ Regulis efformandis, cum
ad Pontificatus apicem aſſumti fuerunt *Clemens*
XI. Innocentius XIII. & *Benedictus XIII.* cenſe-
bam, reſtituendam iterum eſſe Regulæ dictionem
Vel, ſicuti dicitur in caſu ſimili io *Regula XXIX.*
itaut Regula præſens diſponeret, quod non cen-
ſeatur commendatum Beneficium, niſi Papa in
Signatura de Commenda mentionem faciat, dicen-
do -- *Fiat, ut petitur de Commenda* (quod in praxi
modo non ſervatur,) *vel* niſi per clauſulam ad par-
tem de Commenda ipſa mentio fiat, prout nunc
ſervatur, nam inter clauſulas generales ſecundæ
partis Supplicationis apponitur ſequens -- *Et de*
Commenda Monaſterii pro dicto N. per eum quo-
ad vixerit &c. -- Sed quamvis DD. qui Congre-
gationibus prædictis interfuerunt, non placuerit
dictionem præfatam *Vel* Regulæ reſtituere, nihi-
98 lominus re iterum examinata in Congregatione
habita pro conficiendis Regulis Cancellariæ Sſmi
D. N. CLEMENTIS XII. jure merito dictum
fuit, eam reſtituendam eſſe Regulæ, prout legeba-
tur in Regulis laudaturum Pootificum *Gregorii*
XIII. & Anteceſſorum.

Sed redeundo ad caſus, io quibus ceſſat Regu-
99 la, quod Beneficia Regularia Regularibus, Secu-
laria Secularibus conferantur, *tertius* eſt, quando
agitur de Beneficio Curato annexo, ſeu dependen-
te a proprio Monaſterio. Nam licet exploſo jure
antiquo, quo poterat Eccleſia Parochialis, etiam
ſine diſpenſatione, conferri Regulari, idque fa-
vore Curæ Animarum, *Cap. quod Dei timorem* 5.
§. 1. *de Stat. Monachor.* ibi -- *Et per antiquos Ca-*
nones etiam Monachi poſſunt ad Eccleſiarum Pa-
rochialium regimen in Presbyteros ordinari, ex quo
debent Prædicationis officium, quod Privilegiatum
eſt, exercere -- *Fagnan. in dict. cap. Quod Dei ti-*
morem nu. 12. *Thomaſſin. de Beneſ. tom.* 1. *lib.* 3.
cap. 22. *& ſeqq.* cum aliis plena manu congeſtis a
Fraſſ. de Regio Patr. Indiar. cap. 51. *nu.* 1. *& ſeqq.*
Eminentiſſ. Petra in Conſtit. Apoſtolic. tom. 2. *pag.*
100 6. *n.* 16. *& ſeqq.* Hodie ex noviſſimis Pontificum
Conſtitutionibus interdictum ſit Regularibus abſ-
que Apoſtolica diſpenſatione Parochialibus Eccle-
ſiis præfici, ut habetur apud *Tamburrin. de Jur.*
Abb. tom. 3. *diſputat.* 9. *quæſtion.* 8. *num.* 4. *Fag-*
nan. in cap. Quod Dei timorem n. 17. *& ſeqq. de*
Stat. Monachor. Eminentiſſimus Petra in Conſtit.
Apoſtolic. tomo 2. *pag.* 8. *nu.* 26. *Pellizar. in Ma-*
nual. tract. 8. *cap.* 6. *n.* 216. *Garc. de Beneſ. par.*
7. *cap.* 10. *num.* 30. *& ſeqq. Thomaſſin. de Beneſ.*
part. 1. *lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 9. *Amayden. de Styl.*
Datar. lib. 1. *cap.* 15. §. 7. *num.* 119. *Pax Jordan.*
lib. 10. *tit.* 27. *num.* 41. *& ſeqq.* cum aliis penes
Fraſſ. de Jurepatronat. Indiar. cap. 51. *a num.* 14.
& ſeqq.

Nihilominus, ubi non agitur de Beneficio,
quod conferatur in titulum, ſed de Eccleſia ſub- 101
jective unita Menſæ Abbatiali, cujus Curatus de-
putetur ad nutum Superioris, ceſſat regula gene-
ralis de conferendo Beneficia ſecularia ſecularibus,
quæ locum ſibi vindicat in Beneficiis conferen-
dis, ſecus in Manualibus; quæ ad inſtar famulatus
dantur io ſimplicem, & momentaneam admini-
ſtrationem, *Cap. Cum acceſſiſſet, de Conſtitut. Cle-*
ment. I. §. *Quidquam etiam Ecclеſ. de Exceſſ. Præ-*
lat. & pluries reſolvit Sacra Congregatio Conci-
cilii, præſertim *in Ratisbonen. Parochialis* 18. *Maii*
1708. *& in Ratisbonen. Juris deputandi Vicarium*
28. *Julii* 1713. *& in Herbipolen. Eccleſiarum Pa-*
rochialium 19. *Septembris* 1722. firmantque una-
nimiter *Fraſſ. de Jurepatronat. Indiar. cap.* 51. *n.*
64. *&* 67. *Engel. in Jus Canon. lib.* 3. *tit.* 37. *nu.*
11. *Barboſ. de Offic. & Poteſtat. Epiſcop. allegat.*
72. *n.* 189. *Cardin. Petr. in Conſtitut. Apoſtol. tom.*
2. *pag.* 15. *nu.* 44. *& ſeqq. Rot. in Burgen. Juris*
deputandi Curatum 21. *Februarii* 1684. *coram*
Albergato confirmata 3. *Julii ejuſdem anni coram*
eodem, & in Leodien. Parochialis 11. *Decembris*
1693. §. *Neque refragari cor. Pio.* Dictiſque Paro-
chialibus ſubjective unitis Regularium Monaſte-
riis non prohibentur præfici Regulares ad nutum 102
Superioris amovibiles, etiam ſi prius conſueve-
rint dari Presbyteris ſecularibus in adminiſtratio-
nem, dummodo Regulares ipſi una cum Socio
præficiantur, *Rot. in dicta Burgen. Juris deputandi*
Curatum 21. *Februarii* §. *Quibus adſtipulatur, &*
3. *Julii* 1684. §. *Nec præfata, & ſeqq. coram Al-*
bergato.

Quartus caſus, ſecundum aliquos, eſt in Cano- 103
nicis Regularibus, qui, cum ſerviant Regulæ la-
xiori, capaces ſunt obtinendi cum ſola licentia Ab-
batis Generalis Beneficia ſecularia Curata, juxta
Text. in Cap. Quod Dei timorem, de ſtat. Monach.
& deducitur ex Concilio Tridentino *ſeſſ.* 14. *de* 104
Reformat. cap. 11. ibi -- *Ac taliter tranſlatus, e-*
tiam ſi Cononicorum Regularium fuerit, ad Benefi-
cia ſecularia, etiam Curata, omnino incapax exi-
ſtat -- proindeque, dum Concilium prohibet, Ca-
nonicum Regularem tranſlatum aſſumi ad Benefi-
cium ſeculare, etiam Curatum, ſequitur, quod
non tranſlatus poterit ad hujuſmodi Beneficium aſ-
ſumi. Et, quod Concilium loquatur de Canonicis
Regularibus, qui ad aliam Religionem ſunt tranſ-
lati, & non de tranſlatis ab alia Religione ad Ca-
nonicos Regulares, tradunt *Pater Pennot. in Hi-*
ſtor. General. tot. Ordin. Canon. Regul. lib. 2. *cap.*
72. *num.* 5. *Corrad. in Prax. diſpenſat. lib.* 6. *cap.*
1. *nu.* 10. *&* 11. *Thomaſſin. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 22.
n. 9. *Tamburrin. de Jur. Abbat. tom.* 3. *diſputat.*
9. *quæſtion.* 8. *n.* 11. *Rot. deciſ.* 1269. *n.* 1. *coram*
Seraphin.

Et pluries deciſum fuiſſe a Sacra Congregatio-
ne Concilii, & in praxi ſervari, teſtantur Do-
ctores mox laudandi, qui præcipuum etiam con- 105
ſtituunt fundamentum ſuper formula Profeſſionis,
quam ipſi Canonici Regulares emittunt, ſe nem-
pe non accepturos ſecularia Beneficia, niſi de li-
centia Capituli generalis, aut illius vices fun-
gentis. Et Profeſſionem factam ſub hac conditio-
ne ſubſiſtere, ac omnino ſervandam eſſe, non am-
bigitur. Idque primum ab *Urbano II.* Pontifice ele-
cto anno 1088. *Sueſſionenſi Abbati* conceſſum vi-
detur, ut in ejus *Epiſtola* 18. & confert *Concilium*
Picta-

Digitized by Google

Pictavenſe celebratum *anno* 1100. *Can* 15. necnon Epiſtolæ 69. & 213. *Ivonis Carnotenſis*, apud *Natal. Alexandr. Hiſtor. Eccleſiaſt. ſecul.* 11. & 12. *cap.* 7. *art.* 7. *pag.* 735. *Thomaſſin. de Benefic. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 22. *n.* 51.

106 Et hanc Sententiam propugnant *P. Pennot. loco cit. Tamburrin. dict. diſput.* 9. *quæſtion.* 8. *Vincentius Parentius Advocatus Conſiſtorialis in Conſil.* apud eundem *Tamburr. impreſſo*, *Gratian. diſcept.* 123. *numer.* 22. & *ſeqq. ibique Carol. Anton. de Luc. numer.* 13. *verſic. Canonici Regulares*, *Capon. Controverſ.* 15. *num.* 23. & *ſeqq.* ubi multas refert Res judicatas, *Pignatell. tom.* 1. *Conſult.* 44. *numer.* 1. *uſque ad* 13. *Roſa de Executor. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 129. *Garc. de Benefic. part.* 7. *cap.* 10. *num.* 24. *Gonzal. in Regul.* 8. *gloſſ.* 7. *verſic. Ceterum*, *Pirhing. in Jus Canon. lib.* 3. *tit.* 35. *nu.* 18. *Pellizar. in Manual. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 4. *ſect.* 4. *nu.* 104. *Cherubin. ad Bull.* 49. *Gregorii XIII. quæſt. ultim. Vivian. de Jur. Patron. lib.* 6. *cap.* 2. *in addit.* ubi refert nonnulla exempla, *Murga de Benefic. quæſt.* 2. *a num.* 247. ac omnium pleniſſime *Vir clariſſ.* Abbas *Cæſar Benvenuti* Canonicus Lateranenſis in ſuo Tractat. *de Capacitate Canonicorum Regularium ad Beneficia Eccleſiaſtica ſecularia.* Typis edito Romæ anno 1732. & videtur admittere *Rot. deciſ.* 10. & 11. *apud eundem Murg. ad Conſtitut. Benedictin.* & *deciſ.* 1269. *coram Seraphin.* & prius *deciſ.* 5. *de Innovatr. in Novis.*

107 Verum, etiam jure communi inſpecto Canoni-
ci Regulares poſſent dici capaces Beneficiorum
ſecularium Curatorum, quod ſuas patitur diffi-
cultates, hodie receptiſſimum eſt, non poſſe illos
Beneficia prædicta obtinere, nec in perpetuum,
nec ad tempus, abſque ſpeciali Sedis Apoſtoli-
cæ licentia, ut expreſſe declaravit *ſa. me. Grego-*
108 *rius XIII. die* 8. *Julii* 1581. his verbis -- *Sanctiſſi-*
mus Dñus Gregorius XIII. noluit licere Canoni-
cis Regularibus Congregationis Lateranen. etiam
de licentia ſui Superioris, abſque permiſſu Sum-
mi Pontificis aſſumere Curam Animarum, etiam
ad tempus, multoque minus Beneficium Curatum
in titulum. Et in libris Sacræ Congregationis Con-
cilii adnotatum reperitur, *Sixtum V.* decreviſſe
quoad Canonicos Regulares, *ut Beneficia ſecula-*
ria ad tempus tantum eis concedantur in caſu pe-
nuriæ ſecularium, & tunc deducto victu, conver-
tantur ſuperabundantes reditus in alimoniam pau-
perum, & utilitatem Eccleſiæ, & non fiat, niſi in-
ſtante Epiſcopo pro utilitate, & neceſſitate Eccle-
ſiæ -- Et hiſce Decretis inhærendo, pluries pro
109 incapacitate Canonicorum Regularium ad obti-
nenda Beneficia Curata ſecularia abſque Apoſto-
lico Indulto, reſpondit Sacra Congregatio Con-
cilii, præſertim in *Cremonen.* 1. *Septembris* 1603.
ibi -- *Sacra &c. reſpondit, Canonicos Regulares*
non obſtante Cap. Quod Dei timorem, non poſſe
admitti ad Concurſum, nec ad Curam Eccleſiarum
Parochialium abſque Sedis Apoſtolicæ diſpenſatio-
ne. Et in *Burgen.* 2. *Decembris* 1604. per hæc
verba -- *Sacra Congregatio, perpenſis Rotæ Deciſio-*
nibus, & Decretis Gregorii XIII. & Sixti V. pro-
hibentibus Canonicos Regulares abſque diſpenſatio-
ne Apoſtolica obtinere Parochiales Eccleſias, cen-
ſuit, hoc caſu, quo nulla gravis Cauſa affertur,
diſpenſationem nequaquam eſſe concedendum -- Et in
Tridentina 10. *Novembris* 1605. Cardinali *Ma-*
drutio ſupplicanti pro diſpenſatione favore Ca-
nonici Regularis, ut Parochialem obtinere poſ-
ſet, reſpondit, *unum adeſſet Eccleſiæ neceſſitas.* Et
in *Tudertina* 17. *Novembris* 1629. quoad Canoni-
cos *Sancti Georgii in Alga*, & 14. *Auguſti* 1632.
quoad *Præmonſtratenſes*, & *in S. Miniati* 14. *Augu-*
ſti 1649.

Eandemque incapacitatem Canonicorum Regularium pro obtinendis abſque Apoſtolica diſpenſatione Beneficiis Curatis, agnovit etiam Sacra Congregatio *Epiſcoporum*, & *Regularium*, ut ex Epiſtola ab eadem Sacra Congregatione ad Archiepiſcopum *Taurinen.* ſcripta *die* 6. *Septembris* 1603. his verbis -- *S'è inteſo, che V. S. abbia ammeſſo al Concorſo di Chieſe Parochiali alcuni Canonici Regolari Lateranenſi, e l'abbia ancor conferito le medeme Chieſe, ſenza che aveſſero diſpenſa Apoſtolica, & eſſendo ſtato piu volte riſoluto, che non ſia eſpediente di dar Parrochie a queſti Canonici Regolari, non oſtante, che ſecondo i Sacri Canoni ne poteſſero eſſere capaci, Noſtro Signore hà ordinato, ſe le ſcriva, che ſia contento, dar avviſo, come ciò ſia ſucceduto coſti, e che per l'avvenire non ne debba ammettere in modo alcuno a Parrochie, ne ad altri Beneficj ſecolari, ſe non ne tiene ordine eſpreſſo di quà: Coſi hà commandato Sua Beatitudine col Voto della Sagra Congregazione, & ella dovrà eſeguire &c.* 110

At ſuper hoc puncto ceſſat hodie quælibet ambigendi ratio ex generali Decreto ejuſdem Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium ſub die 18. Martii 1671. de ſpeciali Mandato ſan. mem. *Clementis X.* edito, in quo expreſſe declaratur, *ut in poſterum* (ſunt verba ejuſdem Decreti) *futuris perpetuis temporibus nemo ex Canonicis Regularibus Ordinis S. Auguſtini Congregationis Lateranenſis, quamvis non tranſlatus, ad Curam Animarum in Eccleſiis ſecularibus, etiam de Jurepatronatus, in perpetuum, ſeu ad tempus quocumque titulo exercendam admittatur, niſi præter Abbatis Generalis licentiam, expreſſum quoque Sedis Apoſtolicæ Indultum accedat. Quod juxta Sacrorum Miniſtrorum penuriam, & prout Animarum poſtulabit utilitas in contingentibus caſibus concedatur; itaut quælibet collatio, inſtitutio, & deputatio in favorem hujuſmodi Canonicorum aliter facta irrita prorſus, atque inanis ſit, & cenſeatur.* Quod Decretum referunt præ ceteris. *Monacell. in Formular. Legal. Pract. tom.* 1. *in Appendic. pag. mihi* 314. *Clericat. de Regular. diſcord.* 11. *in fine.* 111

Et Sententiam hanc communiter propugnant *Fagnan. in dict. Cap. Quod Dei timorem numer.* 16. *de Stat. Monach. Lauret. de Franch. variar. quæſt.* 89. & *ibi Paſqualig.* late *Eminentiſſimus Petra in Conſtitut. Apoſtolic. tom.* 2. *pag.* 12. *numer.* 39. & *ſeqq. Monacell. in Formul. tom.* 1. *in Appendic. pag.* 315. *num.* 1. & *ſeqq. Ricc. part.* 1. *dec.* 159. *Amayd. de Styl. Datar. lib.* 1. *cap.* 15. §. 8. *num.* 110. ubi quod ita ſe habet uſus modernus, *Fraſſ. de Reg. Patron. Indiar. cap.* 51. *numer.* 43. *Barboſ. ad Concil. Seſſion.* 14. *de Reformat. cap.* 11. *nu.* 5. & *ſeqq.* & *in Collect. ad dict. Cap. Quod Dei timorem, de Stat. Monach. Marant. apud Capon. dict. Controv.* 15. *numer.* 38. & 89. *Pignatell. lib.* 1. *conſult.* 44. *a n.* 17. *uſque in fin.* referens *ſub numer.* 24. ita fuiſſe deciſum *die* 15. *Maii* 1655. *Tondut. Reſolut. Benefic. lib.* 1. *cap.* 80. *nu.* 12. *Nicol. Verb. Regularis nu.* 25. *Corrad. in Prax. diſpenſat. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 13. *verſic. At vero ego*, *Marius Antoninus Maceraten. variar. reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 20. *nu.* 13. *Clericat. de Regular. diſcord.* 11. *per tot. Layman. Theolog. moral. lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 4. *n.* 2. ubi de praxi Curiæ, cum aliis adductis per *Rot. in Leodien. Parochialis* 4. *Julii* 1692. & 11. *Decembris* 1693. *coram Priolo*, & admittitur 112

mittitur in *Novarien. Præbenda* 15. *Junii* 1693. §. *Nec adverſari*, *cor. Manuel.*

Nec capacitatem Canonicorum Regularium
113 pro obtinendis Beneficiis Curatis cum ſola licentia Abbatis Generalis abſque Apoſtolico Indulto ſuadet Decretum Concilii Tridentini *Cap.* 11. *ſeſſ.* 14. *de Reform.* in verbis illis, *ac taliter tranſlatus, etiamſi Canonicorum Regularium fuerit, ad Beneficia ſecularia etiam Curata omnino incapax ſit.* Quia Concilium non loquitur de Canonicis Regularibus, qui ad aliam Religionem ſunt tranſlati, ſed de Regularibus aliarum Religionum, qui transferuntur etiam ad Canonicos Regulares, ea ſane ratione, quia circa tranſlatos a Canonicis Regularibus ad aliam Religionem nulla opus erat nova providentia, nam, cum per ſecundam Profeſſionem liberati remaneant a prima, & Regulis, ac inſtituto novæ Religionis obnoxii ſint, jam ſatis proviſum fuerat a jure communi quoad ipſorum incapacitatem ad Beneficia Curata ſecularia obtinenda, juxta *Text. in Cap. Monachi, de Stat. Monach.* Potiſſimum quia, cum intentio Concilii alia non fuerit, quam auferre Tranſlatis ſpem manendi extra Clauſtra vigore etiam Beneficiorum Curatorum, uti ponderat *Suarez de Relig. tom.* 4. *lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 13. *in fine*, vacua profecto illa remaneret, ſi quod diſpoſitum fuit a Concilio Tridentino laudato *Cap.* 11. tantummodo procederet in Canonicis Regularibus tranſlatis ad alias Religiones, & non reſpectu aliorum Regularium, qui tranſeunt ad Canonicos Regulares; & hanc interpretationem nedum late propugnant *Pignatell. Conſultat.* 44. *n.* 20. *& ſeqq. tom.* 1. *Clericat. de Regular. diſcord.* 11. *num.* 14. §. *Atque hanc Sententiam*, *Eminentiſſ. Petr. in Conſtitut. Apoſtolic. tom.* 2. *pag.* 12. §. *Fundamenta*, *& tom.* 5. *pag.* 522. *ſub* §. *In quo Decreto*, & innuit *Paſſerin. in Cap. Cum de Beneficio n.* 3. *de Præbend. & Dignit. in* 6. Verum & eam
114 approbaſſe videtur Sacra Congregatio Concilii in Cauſa *Ordinis Canonicorum Regularium Sanctiſſ. Salvatoris die* 17. *Julii* 1723. dum *Joanni Baptiſtæ Simonettæ* a Societate Jeſu, in qua quartum Votum emiſerat, legitime tranſlato ad Canonicos Regulares Sanctiſſimi Salvatoris, inter quos Profeſſionem emiſerat, concedere noluit, ut obtineret Parochialem Eccleſiam in Diœceſi *Nucerina*, quamvis licentiam ab Abbate Gen. reportaſſet, & Procurator Generalis pro informatione, & voto requiſitus, exiſtimaſſet, annuendum eſſe ſupplicationibus, ex quo præcipue id ſuo convenit Inſtituto, & quod majus eſt, pro dicta Gratia obtinenda ſupplicaſſet etiam Epiſcopus *Nucerinus*, qui teſtabatur, *non haver altro riguardo, che quello del vantaggio ſpirituale della Dioceſi, la quale eſſendo di non piccola eſtenſione, ma ſcarſa di Soggetti per la cura di ventiquattro mila Anime, che in ſe racchiude, mi parebbe foſſe per ricevere un gran' ajuto dallo ſtabilimento d'un' huomo ſi celebre, e fervoroſo nella Predicazione, ſi illuminato nella Scolaſtica, e morale, e ſi caritativo nell' inſegnare, & inſtruire ogni ſorte di Perſone &c.*

Quemadmodum nec Decreta *Gregorii XIII.* & Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium ſub *Clemente X.* elidi poſſunt, ex eo, quod ſint tantummodo reſtricta ad *Canonicos Lateranenſes*, proindeque afficere nequeant Canonicos Regu-
115 lares aliarum Congregationum. Siquidem, quod attinet ad laudatum Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium Decretum, illud generale eſt, & generaliter loquitur de Canonicis Regularibus S. Auguſtini, unde comprehendit omnes Canonicos Regulares militantes ſub illius Regula, & Inſtituto; Et expreſſio Canonicorum *Lateranenſium*, quæ inibi legitur, neutiquam ſpecie diverſificat qualitatem Canonicorum Regularium, ſed tantummodo fuit demonſtrative adjecta, ex quo *Lateranenſis* Congregatio ſit præſtantiſſimum Caput fundatum in Laterano a *S. Leone* Magno, ut plerique exiſtimarunt, cujus Regulæ diverſæ Familiæ ſucceſſivis temporibus ſe ſubjecerunt; eoque magis, quia eademmet ratio, quæ impulit Summum Pontificem *Clementem X.* ad ita definiendum (nimirum, conſuleretur priſtinæ, & laudabili Regularium diſciplinæ, & quieti) æque bene congruit omnibus aliarum Congregationum Canonicis Regularibus, *Eminentiſſ. Petr. in Conſtitut. Apoſtolic. tom.* 2. *pag.* 13. §. *Evaneſcit*, *& tom.* 5. *pag.* 522. §. *Opinor*, *Rot. in Leodien. Parochialis* 11. *Decembris* 1693. *coram Pio* §. *final.* ubi, quod Decretum *Clementinum* comprehendit omnes Canonicos Regulares in Italia, & in Germania exiſtentes.

Decretum vero *Gregorii XIII.* fuiſſe itidem ge-
nerale, & omnium Canonicorum Regularium, non 116
Lateranenſium tantummodo comprehenſivum, declaratum fuit in primis a ſan. mem. *Urbano VIII.* Cum enim alias propoſitum fuiſſet Dubium in Sac. Congregatione Concilii in una *Tridentina Juris inſtituendi -- An Canonici Regulares Ordinis Præmonſtratenſis ſint capaces pro obtinendis abſque alio Sedis Apoſtolicæ permiſſu Parochialibus Eccleſiis ſecularibus, ſaltem juriſpatronatus ad præſentationem Patronorum -- die* 24. *Julii* 1632. ſex ex Emis Patribus, aliis duobus *Gypſio* nempe, & *Columna* exceptis, qui tranſierunt cum Voto Secretarii, fuerunt in Voto Decretum *Gregorii XIII.* eſſe reſtrictum ad Canonicos *Lateranenſes*, niſi aliter judicaverit Sanctiſſimus Dominus Noſter, cui referendum erit per Secretarium Votum *Eminentiſſimorum Patrum* una cum rationibus, & facta relatione Sanctitas Sua declaravit Decretum Gregorianum fuiſſe generale, & univerſale, omneſque Canonicos Regulares comprehendere; ut ex ſequenti Relatione Secretarii.

TUDERTINA.

„ Ut Eminentiſſimorum Patrum Dominorum 117
„ meorum juſſis obtemperarem, retuli Sanctiſſimo
„ Domino Noſtro Vota eorundem in Cauſa Cano-
„ nicorum Præmonſtratenſium una cum rationibus
„ ſapientiſſime adductis, videlicet.

„ Aſſiſtentia juris communis ad favorem hujuſ-
„ modi Canonicorum ex diſpoſitione *Cap. Quod*
„ *Dei timorem, de Stat. Monachor.* cum concor-
„ dantibus.

„ Non repugnantia Sacri Concilii Tridentini,
„ cum in *Cap.* 11. *Seſſ.* 14. *de Reformat.* loquatur
„ de Tranſlatis.

„ Obſervantia ſubſequuta etiam per tempus im-
„ memorabile, quam iidem Canonici probare ſe
„ offerunt.

„ Inſtitutum dicti Ordinis una cum Privi-
„ legiis Apoſtolicis ad ejus favorem conceſ-
„ ſis, &

„ Tandem convenientia, & probabilis utili-
„ tas animarum ob literaturam, ſtudium, & ex-
„ perientiam in hac materia eorumdem Canoni-
„ corum.

„ Nec repugnare videbatur Decretum ſan.
„ mem. Gregorii XIII. eo quia loquitur de Cano- 118
„ nicis Lateranen. quod extendi non debet ad Ca-
„ nonicos alterius Ordinis Præmonſtraten. Præ-
„ ſertim

„ ſertim extra Italiam in Provinciis Germaniæ,
„ ne excitentur commotiones, & quia in di-
„ ctis partibus adeſt penuria Sacerdotum habi-
„ lium ad exercendam Curam Animarum, & ad
„ inſtruendum Parochianos ob Hæreticorum Dog-
„ mata.

„ Item, quia ceſſat intereſſe Datariæ ratione
„ Concordatorum Nicolai V. de anno 1448. Et
„ tandem quia verſamur in Parochiali Eccleſia de
„ Jurepatronatus laicorum.

„ Quibus ſic per me relatis Sanctitas Sua juſſit
„ exquiri in hac materia omnia Decreta origina-
„ lia in Libris Sacræ Congregationis, ſibique af-
„ ferri, quæ ipſemet perlegere, & mature conſi-
„ derare voluit. Quibus perlectis, & conſideratis
119 „ reſpondit, Decretum Gregorii XIII. una cum
„ Decreto Sixti V. fuiſſe generale, & univerſale
„ ubique locorum, & uti tale ſemper obſervatum a
„ Dataria, prout Suæ Sanctitati atteſtatus fuit Re-
„ verendiſſimus Datarius, ideoque generaliter
„ quoad omnes intelligendum.

120 Idemque fuit ſervatum cum Canonicis Regularibus *Sancti Georgii in Alga* ſub *Alexandro VII. in Patavin.* Cum enim contenderent eſſe Canonicos ſeculares ex Conſtitutione I. *Gregorii XII.* ac proinde ſecularium Beneficiorum capaces, & plura exhiberent exempla, præſertim, quod anno 1602. *Octavianus Hippolyti* Canonicus dictæ Congregationis, tanquam approbatus in Concurſu, proviſus fuerit a Cardinali *Sforza* de Parochiali Eccleſia in ſua Diœceſi *Ariminen.* Cardinalis Corradus Pro-Datarius hæc ſua manu adnotavit.

Die Jovis 22. *Auguſti* 1658. poſt Congregationem Viſitationis. *Avendo conferito queſto negozio con Monſignor Fagnano, e Gualtieri furono tutti concordi, che li ſuddetti ſono Canonici Regolari, benche denominati ſecolari nella citata Bolla di Gregorio XII. &c. perche fanno Profeſſione, e vivono ſub Regula, & obedientia Generalis, & Superiorum &c. e nella ſoſpenſione de' Conventini ſono ſtati trattati come Regolari. Solo nelle precedenze godono la prerogativa di Secolari, poichè nelle Proceſſioni, o Congregazioni hanno luogo immediate avanti il Clero ſecolare, doppo tutti gl'altri Canonici Regolari, anco Lateranenſi. E però ſono incapaci di Beneficj ſemplici, e reſidentiali, quali ſi devono conferire alli ſecolari, e ſe talvolta ne hanno avuti, è ſtato con diſpenza Apoſtolica. Delle Parrochie &c. non ſono capaci, come ne anco gl'altri Regolari, & il caſo di Rimini dell'anno 1652. o fu con ſpeciale diſpenza del Papa, o non ſe ne hebbe notizia, e perciò non rileva*, ut ex *tom.* 59. Mater. Datar. exiſtente in Bibliotheca *Eminentiſſ. D. Card. Ottboboni pag.* 586.

121 Ut etiam Decretum *Gregorii XIII.* afficere etiam Canonicos Lateranenſes *Sanctiſſimi Salvatoris*, & quidem potiori jure, cum penes dictos Canonicos reſideat major qualitas Regularis, quam penes *Lateranenſes*, qui potius de Clero ſeculari participant, tradunt *Monacell. tom.* 1. *pag.* 316. *n.* 10. *Eminentiſſ. Petra in Conſtitut. Apoſtolic. tom.* 2. *pag.* 14. *circa med. & tom.* 5. *pag.* 522. *§. In quo Decreto, Card. de Luc. de Præeminent. diſcurſ.* 24. *n.* 3. Et quoad eoſdem Canonicos *Sanctiſſimi Salvatoris*, necnon alios *S. Georgii in Alga*, & *Cruciferorum* reſolvit Sacra Congregatio Concilii in *Brixien.* 15. *Maii* 1655. *lib.* 19. *Decret. pagin.* 568. ibi-- *Quæſitum fuit, an Regulares Canonicorum Lateranenſium Sanctiſſ. Salvatoris, S. Georgii in Alga, & Cruciferorum ſint admittendi ad Concurſum Parochialium ſecularium, præſertim, quando habent licentiam proprii Generalis*-- Sacra Congregatio reſpondit *Negative*, & dandas Declarationes jam editas.

Quamvis autem ex tot Pontificum oraculis, & Sacrarum Congregationum Decretis, in dubium amplius revocari non mereretur incapacitas Canonicorum omnium Regularium obtinendi cum ſola licentia Superioris Generalis Beneficia Curata abſque diſpenſatione Apoſtolica, nunquam tamen Canonici præfati acquieverunt, ſed, cum in una *Placentina Præſentationis die* 14. *Novembris* 1693. actum fuiſſet, *an indulgendum eſſet cuidam Canonico Regulari, ut obtinere poſſet Eccleſiam Parochialem?*
favorabili reſponſo obtinuerunt addi, 122
quod unirentur Decreta, & Cauſæ ſuper capacitate, vel incapacitate Canonicorum Regularium obtinendi cum licentia ſolius Generalis Beneficia ſecularia tam Curata, quam non Curata, & proponeretur Cauſa citatis omnibus Procuratoribus generalibus Congregationum. Quam Reſolutionem ſan. mem. *Innocentius XII.* approbavit per Breve, ut in *tom.* 43. *Decret. pag.* 194. Sed nihil actum fuit. Anoo vero 1713. Procuratores generales earumdem Congregationum ſupplicem denuo pro hujus controverſiæ Deciſione recurſum habue-
runt ad ſan. mem. *Clementem XI.* qui *die* 30. *Apri-* 123
lis ejuſdem anni mandavit, ut Sacra Congregatio Concilii eam examinaret, *in mero puncto Juris communis, Concilii Tridentini, Profeſſionis, & Inſtituti Canonicorum, independenter, & præciſive ab omnibus Reſolutionibus, & Decretis Sacrarum Congregationum, Judicatis quorumcumque Tribunalium, Reſcriptis, & oraculis Summorum Pontificum tam favorabilibus, quam contrariis Ordini Canonicorum Regularium a temporibus Gregorii XIII. uſque in præſens emanatis*, ſed hucuſque Dubium hujuſmodi ad examen revocatum non fuit, ut refert *Eminentiſſ. Petr. in Conſtit. Apoſtolic. tom.* 5. *pag.* 123. *in princip.*

Scio quod ſan. mem. *Benedictus XIII.* per ſuam Conſtitutionem ſub *Datum apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ* 1729. *Septimo Kalendas Aprilis Pontificatus anno Quinto*, confirmando Apoſtolica Privilegia conceſſa Congregationi Canonicorum Regularium *Sanctiſſimi Salvatoris*, quorum ipſe, dum Cardinalatus honore fungebatur, fuerat Protector, inter cetera præcepit, & mandavit non poſſe *quemquam* (ſunt verba Conſtitutionis) *in ipſa Congregatione Profeſſum, vel ad Sacros Ordines promotum habitum dictæ Congregationis relinquere, aut mutare quavis auctoritate, niſi expreſſam licentiam, & facultatem ab Abbate Generali petierit,
& obtinuerit. Reportata autem ſola dicti Gene-* 124
ralis licentia, licitum cuiquam ſit juxta uſum, & conſuetudinem Inſtituto Canonicorum Regularium convenientem, & receptum, Sacriſque Canonibus minime adverſantem, aſſequi Dignitates, & Beneficia Curam Animarum annexam habentia, ſeu perſonalem reſidentiam, ac ſervitium Chori in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis requirentia, prout pluries a Congregationibus eorundem Fratrum noſtrorum Concilii Tridentini Interpretum, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum definitum eſſe, & per plura exempla etiam antiquiſſima in Perſonam eorundem Canonicorum S. Salvatoris factum comperimus. Propterea, ne aliquod præjudicium in hac parte eidem Congregationi S. Salvatoris ullo unquam tempore inferatur, Nos illis jus aſſequendi prædicta Beneficia Curam Animarum habentia Canonicis Regularibus, ut præfertur competens, ſub obligatione

tamen

tamen reportandi, & exhibendi Ordinariis præ-
125 *dictam licentiam reſervamus, & omnino illæſam*
eſſe volumus. Verum Conſtitutio hujuſmodi pu-
blicata non fuit. (a)

Hoc igitur jure nunc vivitur, ut Canonici om-
nes Regulares ſint incapaces obtinendi cum ſola
licentia Abbatis Generalis, & abſque Apoſto-
lico Indulto Beneficia ſecularia Curata. Priſcis
126 temporibus raro iiſdem concedebatur, ut Benefi-
ciis præfatis præfici poſſent; Unde ſan. mem.
Alexander VII. pluries hujuſmodi Gratias dene-
gavit, nec ab eodem Pontifice eam obtinere va-
luit recol. mem. Cardinalis *Odeſcalchus*, poſtea
Innocentius XI. favore *Laurentii Baldini* Cano-
nici Regularis pro Canonicatu Curato *Novarien.*
prout adnotatatum vidi manu Cardinalis *Corradi*
Pro-Datarii his virbis -- *Sanctiſſimus iterum reje-*
cit hanc petitionem die 24. Novembris 1664. ex
Bibliotheca *Eminentiſſ. D. Cardinalis Otthoboni*
tom. 59. Mater. Datar. pag. 569.

Sed poſtea aliquantulum rigor temperatus. In-
127 ſtante enim Rege Galliarum, a Sede Apoſtoli-
ca indultum fuit Canonico Regulari, ut obtine-
re poſſet Archidiaconatum Dignitatem poſt Pon-
tificalem Majorem, & Curatam in Eccleſia *Ne-*
manſen. de Jurepatronatus ejuſdem Regis Chri-
ſtianiſſimi, eo quod Canonicus præſatus, con-
cionando, multos Hæreticos ad Catholicam Re-
ligionem reduxerat, ut refert *Amayden. de Styl.*
Datar. lib. 1. cap. 15. §. 7. num. 110. Capon. Con-
troverſ. 15. num. 18. Sic etiam pro obtinendis
Beneficiis Curatis diſpoſitum fuit in *Florentina*
anno 1673. pro *Octavio Maria Cini.* In *Bononien.*
de anno 1674. pro altero Canonico Regulari. In
Colimbrien. eodem anno pro *Petro a Purificatio-*
ne. In *Vicentin.* anno 1675. pro *Aloyſio Conta-*
reno. In *Spoletan.* anno 1676. pro *Alexandro*
Franciſco Syllano. In *Placentin.* die 14. Decembris
1694. pro altero Canonico Regulari prævio Voto
Sacræ Congregationis Concilii. In *Auguſtan.* 5.
Februarii 1696. pro *Ignatio Mallkenech* Canoni-
co Regulari præſentatu ad Eccleſiam Parochialem
Juriſpatronatus laicalis. Et in *Virdunen.* 7. Maii
1697. pro *Joanne Franciſco Beltran.* Presbytero,
& Canonico Regulari S. Salvatoris.

Et ſan. mem. *Clemens XI.* providit *Ferdinan-*
dum de Jeſu Maria Presbyterum Canonicum
Regularem Congregationis S. Crucis *Colimbrien.*
expreſſe Profeſſum de Parochiali Eccleſia S. Sal-
vatoris de *Amores* per Reſignationem vacante,
cum narrativa, quæ in ſimilibus Indultis de ſtylo 128
fieri ſolet -- *Aſſerenti pro eo, quod ex ſua Pro-*
feſſione in hujuſmodi, & illius Monaſterio, ſeu
Conventu Sanctæ Crucis Colimbrien. dicti Ordi-
nis ſolemniter emiſſa, aliquod perpetuum Bene-
ficium Eccleſiaſticum cum cura, & ſine cura abſ-
que Apoſtolico Indulto, ſeu proviſione Apoſtoli-
ca, ſeu licentia ſui Superioris, juxta Decretum
Congregationis S. R. E. Cardinalium Conſultatio-
nibus Epiſcoporum, Regularium præpoſitorum ea-
dem Apoſtolica authoritate deſuper ſub die 18.
Martii 1671. editum, recipere, & retinere nequit,
a dicto Superiore ſuo, ut eandem Parochialem Ec-
cleſiam ei, ut præfertur aſſignatam recipere, ei-
que, quoad vixerit, deſervire, & illius fructus
&c. percipere &c. ac in ſuos uſus, & utilitatem
convertere valeat, licentiam obtinuiſſe, & Socium
unum ex ſuo Ordine ad præſcriptum dicti Decre-
ti, & ſervata illius forma ſecum habere inten-
dere &c. -- Addito inſuper alio Decreto de ſtylo
pariter in omnibus hujuſmodi Indultis adiici ſoli-
to -- *Volumus præterea, quod per præſentem gra-*
tiam ſtatus, & eſſentia ſecularis nullatenus im-
mutentur, nullumque jus Canonicis Regularibus
dicti Ordinis in illa, vel ad illam quomodolibet
acquiratur, ipſeque Ferdinandus, antequam poſ-
ſeſſionem dictæ Parochialis Eccleſiæ adipiſcatur,
ſeu in illius actu per publicum Inſtrumentum in
Actis Curiæ Archiepiſcopalis Bracharen. ad per-
petuam rei memoriam conſervandam, declaret,
dictam Parochialem Eccleſiam non eſſe dicti Ordi-
nis Regularem, ſed mere ſecularem, alioquin præ-
ſens gratia nulla ſit eo ipſo. Ut ex Literis Apo-
ſtolicis apud *S. Petrum 1709. octavo Idus Aprilis*
Pontificatus anno Nono.

Similiter laudatus Pontifex *Clemens XI.* admi- 129
ſit Reſignationem Parochialis Eccleſiæ Prioratus
nuncupatæ Beatæ Mariæ Virginis *de Marmila*
Villæ *de Sanctarem* favore *Martini de Magalaens*
Canonici Regularis S. Auguſtini Canonicorum
Regu-

(a) Celebrem Controverſiam ſuper capacitate Canonicorum Lateranenſium ad obtinendum Beneficia ſecularia cum Cura, & ſine Cura cum ſola licentia Abbatis Generalis, & abſque Apoſtolico Indulto, quam anno 1713. ſan. mem. *Clemens XI.* Sacræ Congregationi Concilii diſcutiendam, ac decidendam commiſerat in mero puncto juris communis, Concilii Tridentini, Profeſſionis, & Inſtituti; SANCTISSIMUS DOMINUS NOSTER BENEDICTUS XIV. ad ſe avocavit, eamque antequam Apoſtolica auctoritate definiret, dedignatus non fuit inter multiplices Paſtoralis Officii Curas privatis ſtudiis penitus introſpicere, doctiſſimamque efformavit Diſſertationem, in qua mira ingenii felicitate conquiſitis undique Hiſtoricis monumentis, Canonici Juris principiis, ac rationibus, Canonicorum eorundem incapacitatem ad obtinenda Beneficia præfata abſque Apoſtolico Indulto pleniſſime oſtendit juxta methodum a ſa. me. *Clemente XI.* præſcriptam; Ejuſdemque Diſſertationis copiam fecit nonnullis S. R. E. Cardinalibus, Romanæ Curiæ Prælatis, ac Theologis Regularibus, ut ſinguli ſuum ſuffragium aperirent, ac literis conſignatum exhiberent, proteſtatus, ipſum in Diſſertatione præfata Doctoris privati Perſonam geſſiſſe, nec aliis ademtam voluiſſe libertatem in contrarium opinandi, ſi ita jus, & ratio ſuaderent. Cumque omnium in duodenario Conſulentium numero (uno tantum excepto) concors fuerit Sententia; Hinc Conſtitutionem edidit ſub *Datum apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1745. ſeptimo Idus Julii, Pontificatus Anno Quinto,* eaque *Motu proprio*, atque Apoſtolica auctoritate decrevit, & declaravit, Canonicos Regulares Lateranenſes, & Canonicos Regulares Sanctiſſimi Salvatoris, abſque Indulto Apoſtolico, cujuſcumque Beneficii Eccleſiaſtici ſecularis, ſive cum adnexo Animarum Curæ, aut reſidentiæ onere, ſive etiam Beneficii ſimplicis, & ſine cura, ac perſonalem reſidentiam non requirentis, & cujuſcumque Penſionis Eccleſiaſticæ vere incapaces eſſe, & cenſeri debere, eiſdemque, nec jus commune, nec Tridentinæ Synodi Decreta, nec Profeſſionem ab ipſis emitti ſolitam, aut eorum peculiare Inſtitutum, neque demum ullam contrariam conſuetudinem, uſum, poſſeſſionem, ſeu quaſi, aliumque omnino Titulum, pro hujuſmodi prætenſa capacitate ullatenus ſuffragari; quodque Canonici præfati proviſi Apoſtolica auctoritate de Beneficiis ſimplicibus, aut Penſionibus Eccleſiaſticis intra Clauſtra manere debeant ſub legitima ſuorum Superiorum Regularium obedientia, ſub pœnis contra Apoſtatas præſcriptis. Quamplurimæ itidem in eadem Conſtitutione præſcribuntur Regulæ ſervandæ in caſibus, in quibus Canonici Regulares præſentantur ad Eccleſias Parochiales, aut Canonicatus de Jurepatronatus in Cathedralibus, vel Collegiatis Eccleſiis; ſeu ubi locorum Ordinarii de Canonicatibus, aut Parochialibus (in illis caſibus, in quibus Concurſui locus non eſt) ad eorum collationem ſpectantibus, eos providere velint, nec non in caſu, quo iidem Canonici admitti inſtent ad Concurſum ad Parochiales Eccleſias, vel ad Præbendas Theologalem, & Pœnitentiariam, aut in dicto Concurſu pro iiſdem Parochialibus, & Præbendis, nemine ex Clero ſeculari intra præfinitum tempus ad illum accedente, Ordinarii aliquem ex præfatis Canonicis pro illis aſſequendis idoneum exiſtimaverint; ut latius legitur in Conſtitutione præfata, quam integram dabimus in fine hujus Regulæ, ubi etiam, *id Nobis benigniſſime permittente SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO* exſcribemus laudatam doctiſſimam illius Diſſertationem.

Regularium Sanctæ Crucis *Colimbrien.* cum iiſ-
dem narrativa, & Decreto, de quibus in præ-
cedenti exemplo, ut ex Literis Apoſtolicis apud
S. Mariam Majorem 1713. *ſexto Kalendas Fe-
bruarii Pontificatus anno Quartodecimo.* Et *Ka-
lendis Octobris* 1714. per Literas gratioſæ ſubro-
gationis in juribus alterius cumulative præſentati
ad Parochialem Eccleſiam S. Stephani *Aſtoricen.*
una cum *Thoma de Loſſada* Canonico Regulari
in Conventu S. Iſidori *Legionen.* Ordinis S. Au-
guſtini, eidem *Thomæ* contulit Parochialem præ-
fatam, cum ſolitis narrativa, & Decreto, & cum
noviſſima clauſula -- *Sine præjudicio Jurium Or-
dinis Canonicorum, & Regularium præfatorum,
& litis generalis pro eorum capacitate in Congre-
gatione S. R. E. Cardinalium Decretorum Concilii
Tridentini Interpretum ex nuperrimo Reſcripto no
ſtro pendentis, de ſpecialis dono gratiæ opportune
diſpenſavimus.* Itidemque de anno 1717. diſpen-
ſavit cum *Thoma de Adamis* Canonico Latera-
nenſi, ut obtinere poſſet Parochialem S. Sabini
in Villa *Parani Trebii Spoletan.* Diœceſis, ſer-
vata forma Decreti anni 1671. Et anno 1720.
cum *Nicolao Ferretti Canonico* Lateranenſi pro
Eccleſia Parochiali in Diœceſi *Theatina*, qua
poſtea dimiſſa, obtinuit idem *Nicolaus* ex pari
Apoſtolica diſpenſatione aliam Parochialem in Ci-
vitate *Ancona.*

Et annuente *Innocentio XIII.* Sacerdos *Anto-
nius Teſtus* Canonicus Lateranenſis, poſtquam præ-
via licentia ſui Superioris generalis, & prævio aſ-
ſenſu Sac. Congregationis Epiſcoporum, & Re-
gularium, Curam Animarum plurium annorum
ſpatio exercuit in Civitate *Anconæ*, obtinuit ex
Voto Sacræ Congregationis Concilii in *Caſenaten.*
17. *Julii* 1723. transferri ad Eccleſiam Parochia-
lem S. Chriſtinæ Civitatis *Caſenæ.*

130 Quandoque etiam conceſſa fuit Canonicis Re-
gularibus Parochialium adminiſtratio, vel ad cer-
tum tempus ſtante Paſtorum ſecularium inopia,
ut in *Limotericen.* anno 1668. pro *Andrea Sixto
Horrer* Canonico Regulari, cui Parochialis ad-
miniſtratio conceſſa fuit ad *ſexennium*; Et anno
1705. Sacra Congregatio Concilii fuit in Voto
concedi poſſe Canonico Regulari *Ipren.* Indultum
habendi in adminiſtratione ad *quinquennium* Pa-
rochialem Eccleſiam de Jurepatronatus Abbatis;
licet poſtea Populo reclamante, receſſum fuerit
131 a deciſis *die* 10. *Julii* 1706. Vel ad Vitam, ut
in *Tarraconen.* de anno 1674. pro *Leone Trilla*
Canonico Regulari Præmonſtratenſi, cum Decre-
to, ut in concernentibus Curam Animarum ſub
omnimoda Juriſdictione Ordinarii, in reliquis
vero ſub inſpectione, & obedientia ſuorum Su-
periorum ſemper permaneat, propriumque ha-
bitum Regularem retineat, & in reliquis nihil Re-
gularis diſciplinæ relaxatum intelligatur, non ob-
ſtante emiſſa Profeſſione, & ad Clauſtrum quan-
documque ad nutum ſuorum Superiorum revoca-
ri poſſit.

Fuit itidem aliquando diſpenſatum cum Cano-
132 nicis Regularibus pro obtinendis Beneficiis ſim-
plicibus, ut in *Conchen.* de anno 1665. pro *Mi-
chaele de Humada* Cappellano Oratoris Regis
Catholici Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Re-
gularium expreſſe Profeſſo. Et in Nullius Pro-
vinciæ *Ravennaten.* de anno 1672. pro *Odoardo
Malvaſia* Canonico Regulari ad nonnulla ſimplicia
133 de Jurepatronatus laicali præſentato. Et exempla
quamplura diſpenſationum, quæ Canonicis Re-
gularibus a Sede Apoſtolica elargitæ fuerunt pro
obtinendis Canonicatibus, & Dignitatibus Cura
carentibus in Cathedralibus, & Collegiatis Ec-
cleſiis ſecularibus, referunt paſſim Doctores, qui
favore eorundem Canonicorum ſcripſerunt, &
quos retulimus ſupra *num.* 106. Addimus &
Nos nonnulla alia moderniora exempla. *Franciſ-
cus Maria Corrini* obtinuit per Reſignationem, 134
& ex Apoſtolica diſpenſatione Canonicatum in
Cathedrali *Fanen.* ut ex Literis Apoſtolicis ſub
Datum 9. *Maii* 1679. *Auguſtinus Baldini* Cano-
nicus Regularis anno 1700. deputatus fuit Apo-
ſtolica auctoritate Coadjutor cum futura ſucceſſio-
ne. *N. Guacimanni* Canonico Cathedralis Eccle-
ſiæ *Ravennaten.* Et prævio Voto Sacræ Congre-
gationis Concilii in *Bononien.* 18. *Septembris* 1723.
ſan. mem. *Innocentius XIII.* indulſit *Roderico
Zanghini* Canonico Regulari, ut aſſequi poſ-
ſet Canonicatum in Metropolitana Eccleſia *Bo-
nonien.* & expeditæ fuerunt Literæ Apoſtolicæ
apud *Sanctam Mariam Majorem Pridie nonas Fe-
bruarii Pontificatus anno Tertio*, in quibus Lite-
ris aderant clauſulæ -- *de ſpecialis Dono gratiæ
diſpenſamus &c. & ſervata formula Decreti an-
ni* 1671. *& de licentia Generalis non obſtante Pro-
feſſione &c.* -- Quemadmodum anno 1728. *Ma-
ximilianus Antonius Trecchi* Cremonen. Canoni-
cus Regularis Lateranen. in Coadjutorem cum
futura ſucceſſione deputatus fuit *Petro Mariæ de
Caſaris* obtinenti Archidiaconatum Dignitatem
non majorem in Cathedrali *Cremonen.* ut ex Li-
teris Apoſtolicis apud *Sanctum Petrum Quarto
nonas Auguſti Pontificatus ſan. memor. Benedicti
XIII. Anno Quinto.*

Sed ſcitu dignum eſt, quod uſque ab anno
1143. Abbates pro tempore Monaſterii *S. Ægi-* 135
dii Ordinis Canonicorum Regularium S. Augu-
ſtini obtinuerunt, prout de præſenti adhuc obti-
nent, unum ex triginta Canonicatibus ſecularis,
& Collegiatæ Eccleſiæ *S. Dionyſii Leodien.* quo
tamen titulo, certo adhuc ſciri non potuit. Duo
tamen adſunt Chronica probatorum Auctorum,
in quorum altero legitur -- 1043. *Albero ſecundus
nomine, Epiſcopus Leodien. trigeſimus contulit in
Synodo Diœceſana Abbati S. Ægidii Canonicatum
Sancti Dionyſii, quia præ nimia paupertate, un-
de habitu oloſerico uteretur, ad inſtar aliorum
Abbatum, non habebat* -- In altero vero habe-
tur -- *Albero &c. Canonicatum S. Dionyſii Ab-
bati Sancti Ægidii, quia præ inopia non habe-
bat, unde veſtem ſericam ſibi compararet* -- Cum-
que alias quæſitum fuiſſet in Sacra Congregatio-
ne Concilii, an ex præmiſſis poſſit præſumi legi-
tima, & perpetua unio dicti Canonicatus præfato 136
Monaſterio? die 14. Julii 1670. reſponſum fuit
Affirmative.

Et *Alexander IV.* anno 1257. confirmavit In-
dultum, quod *P. Sancti Georgii ad Velum au-
reum* Diaconus Cardinalis, tunc in partibus Ale-
maniæ Apoſtolicæ Sedis Legatus impertitus fuerat
Canonicis Regularibus *Frigidi Montis Bruxellæ*, 137
ut unus eorum in Eccleſia *S. Gudulæ* ejuſdem Ci-
vitatis unam Præbendam obtinere poſſet, *Si No-
bilis Vir Dux Brabantiæ ipſius Eccleſiæ Patronus,
ac Decanus, & Capitulum ejuſdem Eccleſiæ, ad
collationem quorum, & præſentationem ſpectant
Præbendæ dictæ Eccleſiæ, ipſam vobis conferre vo-
luerint.* Ut ex Literis Apoſtolicis ſub *Datum La-
terani* 15. *Februarii* Pontificatus ejuſdem *Alexan-
dri* anno Tertio, quæ Literæ habentur in *Sup-
plement. ad Oper. Diplomatic. Auberti Mirei par.*
2. *cap.* 106. *pag.* 1201. *& ſequ.*

Aliquando vero Canonicis Regularibus con-
ceſſi fuerunt a Sede Apoſtolica Canonicatus ſecu-
lares

culares in adminiſtrationem, prout hoc titulo Ca-
138 nonicatum in Collegiata Eccleſia *de Daroca* Cæ-
ſarauguſtan. Diœceſis obtinuit anno 1668. *Joſeph*
Vela Canonicus Regularis S. Antonii.

Atque ex recenſitis exemplis Diſpenſationum
Apoſtolicarum, quas Canonici Regulares reportarunt pro obtinendis Beneficiis ſimplicibus, Di-
gnitatibus, ac Canonicatibus in Cathedralibus,
& Collegiatis Eccleſiis, etiam Cura Animarum
carentibus, plane dignoſcitur, quam inſubſiſtens
139 ſit eorum opinio, qui exiſtimant, Canonicos præ-
fatos eſſe eorundem Beneficiorum, non minus ac
Beneficiorum, quibus Cura imminet Animarum,
capaces, quæ fuit ſententia *Ugonis* antiquiſſimi
Canoniſtæ, quam refert *Gloſſ. in Cap. Deus qui,*
de Vit. & Honeſt. Cleric. verb. Profeſſi in fine,
ibi -- *Et eſt hic argumentum pro opinione Ugonis,*
quod Canonicus Regularis poſſit fieri Canonicus in
Eccleſia Seculari, & ſequuntur præ ceteris *Ca-*
pon. dict. controv. 15. num. 26. & ſeqq. Vivian. de
Jurepatr. lib. 6. cap. 2. in addit. Pellizar. in Ma-
nual. Regular. tract. 8. cap. 4. ſect. 4. num. 108.
Bordon. de Pracedent. Canonic. Regular. n. 44. poſt
140 *tom. 4. ſuorum Operum.* Sed merito opinionem
hanc communiter improbant Doctores, etiam in
terminis Juris communis, quia diſpoſitio *Cap.*
Quod Dei Timorem, de Stat. Monach. a qua Ca-
nonici Regulares metiri exiſtimant eorum capaci-
tatem pro Beneficiis Secularibus obtinendis, pro-
cedit tantum in Beneficiis Curatis, ut bene ani-
madvertunt *Fagnan. ibidem num. 19. Corrad. in*
prax. diſpenſat. Apoſtolic. lib. 6. cap. 1. num. 26.
Roſ. de Exequut. part. 1. cap. 5. num. 129. Tondut.
Reſol. Benef. part. 1. cap 80. num. 10. Card. de
Luca de Benef. diſcurſ. 64. num. 3. diſc. 75. num.
20. diſc. 105. per tot. in Supplement. Garc. de Be-
nef. part. 7. cap. 10. num. 31. Eminentiſſ. Petra
in Conſtit. Apoſtol. tom. 2. pag. 10. num. 31. & ſeqq.
ubi late ſententiam hanc a contrariis oppoſitioni-
bus vindicat, *Pignatell. conſultat. 44. num. 7 tom.*
1. Thomaſſin. tom. 1. lib. 3. cap. 32. ſub num. 3. Rot.
dec. 161. num. 17. cor. Celſo.

Sed eo prorſus modo, quo Canonici Regula-
res ſunt incapaces obtinendi Beneficia Secularia
141 abſque Apoſtolica diſpenſatione, ita incapaces
ſunt obtinendi Penſiones ſuper Beneficiis iiſdem,
Tamburin. de Jur. Abbat. tomo 3. diſput. 9. quæſt.
22. num. 5. late *Sanchez ſuper Precept. Decalog.*
lib. 7. cap. 29. num. 92. & ſeqq. Quin imo ſunt
142 incapaces Penſionum, etiam ſuper Beneficiis Cu-
ratis, de quibus alioquin favore Curæ Anima-
rum, dici poſſent magis capaces, *Tamburin. ubi*
ſupra num. 5. verſ. Si dicas, Tondut. de Penſion.
cap. 71. num. 18. Et quamvis *Paulus V.* alias
admiſerit reſervationem Penſionis ad favorem Ca-
nonici Regularis reſignantis Parochialem, ex
quo, ſi eſt capax omnium fructuum Parochialis,
eſt etiam capax partis eorumdem, *Amayden. de*
Styl. Datar. lib. 1. cap. 15. §. 7. num. 110. Attamen
143 hodie, ut oſtendimus, Canonici Regulares non
ſunt capaces Beneficiorum Animarum Curam ad-
nexam habentium, niſi ex Apoſtolica diſpenſa-
tione, & Indulto. Certum eſt autem, quod, dum
capacitas reſultat ex diſpenſatione, nunquam diſ-
144 penſatus ad Beneficia, capax redditur obtinendi
Penſiones, quia diſpenſatio eſt ſtricti Juris, jux-
ta *text. in cap. 4. de Præben. in 6. verſ. Niſi de*
Penſione mentio in noſtris Literis &c. & ibi *Bar-*
boſ. num. 2. & 3. idem Amayd. de Stylo Datariæ
145 *cap. 15. §. 7. num. 110.* ubi reſpondens exemplo
Pauli V. ait, rationem adductam, quod ſi Ca-
nonicus Regularis eſt capax omnium fructuum

Parochialis, ergo etiam partis, non eſſe adæqua-
tam, nam Penſio non dicitur fructus Beneficii,
& Canonicus Regularis eſt capax fructuum ra-
tione Curæ, qua ceſſante, ceſſat omnis capacitas.
Et tempore Gregorii XV. quidam *Nicolaus* Col-
dumerius Venetus Canonicus Regularis, qui ob-
tinuerat Parochialem Secularem, illam reſignare
cupiens cum reſervatione annuæ Penſionis, licet
exiguæ, ad ſui favorem, non potuit obtinere, ut
adnotatum vidi manu Cardinalis *Corradi.*

An autem in caſu, quo Canonicus Regularis
ex Indulto Apoſtolico aſſumatur ad Parochialem 146
Eccleſiam, aut de Canonicatu in Cathedrali, ſive
Collegiata ſit proviſus, poſſit habitum Regularem
dimittere, & in eo Clerici Secularis incedere?
Negative de jure videtur reſpondendum quoad
Canonicum Regularem obtinentem Parochialem,
quia *Text.* in laudato *Cap. Quod Dei timorem,*
de Stat. Monach. mandat retineri Socium ex ſui
Ordine, & Congregatione, cujus, ut in iis, quæ
Dei ſunt, & Regularis obſervantiæ, tam con-
ſortio, quam ſolatio perfruatur; Ex hac autem re-
tentione Socii ejuſdem Ordinis oriri videtur in Ca-
nonico Regulari neceſſitas delationis habitus Re-
gularis, ne Socius cum dicto habitu, & ipſe
abſque illo ab hominibus inſpiciantur, *Gonzal. in*
dict. Cap. Quod Dei timorem num. 6. §. Nec etiam
obſtat, Azor. Inſtit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 9.
verſ. Quintodecimo quæritur, Eminentiſſ. Petra in
Conſtit. Apoſtolic. tom. 5. pag. 523. num. 5. Sanchez
ſuper Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 36. pag.
mihi 103. Murg. de Benef. quæſt. 2. num. 277. in
fine, & num. 289. Rodriquez quæſt. Regular. tom.
3. quæſt. 55. art. 3. verſ. Solvitur, ubi, quod licet
Canonicus Regularis ex aſſumtione ad Parochia-
lem ſolvatur ab obligatione reſidendi in Eccleſia 147
Regulari, non ex hoc tamen relinquit ſuum ſta-
tum Regularem. Et in caſu *Tarraconen.* de quo
ſupra meminimus §. *Quandoque etiam, Leoni Tril-*
la Canonico Lateranenſi diſpenſato, ut Parochia-
lem Eccleſiam *ad ſui vitam* in adminiſtrationem
retinere poſſet, expreſſe injunctum fuit, ut *pro-* 148
prium habitum Regularem retinere deberet.

Major ſubeſt difficultas, quando Canonicus
Regularis diſpenſatur ad Canonicatum obtinen-
dum in Cathedrali, vel Collegiata Eccleſia pro- 149
pter inconvenies, quod in eodem Choro adſint
Perſonæ diverſi habitus contra diſpoſitionem *Cle-*
mentin. I. de Elect. ubi dicitur ſociandos non eſſe
inſimul Religioſos diſparis Religionis, & habitus,
Cardinalis de Luca de Benefic. diſc. 105. *num. 6.*
in Supplem. Eminentiſſ. Petra in Conſtit. Apoſto-
lic. tom. 5. pag. 524. circa finem num. 5 Et facit
Text. in Cap. Deus qui, de Vit. & Honeſt. Clericor.
ubi *Innocentius III.* mandavit, Monachos, &
Canonicos Seculares omnes in unum habitum con-
formari, ne ſcandalum ex Veſtium diverſitate ex-
citetur, ibi -- *Ne igitur ſi diſpar in Vobis obſer-*
vantia fuerit, & diſſimilis habitus apud eos, qui-
bus unum Evangelium prædicatis, ſcandalum ſu-
ſcitetur: mandamus, quatenus, eo non obſtante,
quod inter Vos Monachi ſunt, & Canonici Regu-
lares, vel alii etiam Regularem vitam ſub alia
diſtrictione Profeſſi: omnes pariter in unum Re-
gulare propoſitum, & honeſtum habitum, quantum
ad hoc ſpectat Officium, conformetis. Et ex hac
eadem ratione uniformitatis habitus in eadem Ec-
cleſia, ſan. me. *Clemens VIII.* ſecularizando Me-
tropolitanam Eccleſiam *Cæſarauguſtanam*, in qua
duo tunc temporis reperiebantur Canonici Regu-
lares, decrevit, *ne in ipſa Eccleſia Perſonæ diverſi*
habitus exiſtant, ipſe, & Hieronymus prædicti (qui

erant Canonici Regulares) *tam in Choro, & Capitulo dictæ Eccleſiæ, quam alibi aliis futuris illius Canonicis Secularibus in habitu ſuperiore, ac Ritu, inceſſu, & Cæremoniis abſque alicujus Apoſtaſia, Irregularitatis, ſeu inhabilitatis nota, vel macula, aut alterius Cenſuræ, ſeu pœnæ Eccleſiaſticæ incurſu, retento tamen ſubtus Regulari eorum habitu, & firmis remanentibus tribus ſubſtantialibus Votis per eos emiſſis, ſe conformare libere, & licite valeant*; ut legitur in Bulla Secularizationis, quam refert *Saravia* in *Tract. de Adjunctis quæſt. 1. num.* 39. impreſſ. poſt *Frances de Eccleſ. Cathedr.*

Verum nulla prorſus videtur adeſſe repugnan-
150 tia; quod Canonici Regulares Canonicatus in Cathedralibus, vel Collegiatis Eccleſiis obtinentes, habitum retineant Regularem, exemplo ejus, quod ſervatur in Collegio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, ubi Cardinales Regulares proprium, & diſtinctum habitum retinent; Nec juri repugnat, quod Monachi, & alii Religioſi ſimul cum Clericis Divina ſolemniter celebrent, *Ancharan. in Cap. 1. num. 15. de Celebrat. Miſſarum*, ibique *Butr. nu. 11. & Joan. Andreas num. 5. Rot. deciſ.* 197. *num. 5. cor. Coccin.* Et in celebri Eccleſia *S. Ambroſii Mediolani* exemplificat *Gloſſ. in dict. Clement. I. verb. Monaſteriis.* Hinc ſan. mem. *Benedictus XIII.* deputando *Maximilianum Antonium Trecchi* Canonicum Regularem Lateranenſem in Coadjutorem cum futura ſucceſſione *Petro Mariæ de Cæſaris* Archidiacono Cathedralis Eccleſiæ *Cremonen.* ut ſupra diximus *num.* 124. in fine, expreſſe mandavit, quod ipſe habitum dictæ Congregationis retinere deberet.

Illud tamen in praxi ſervatur, quod Canoni-
151 ci præfati, dum Parochialibus Eccleſiis ex diſpenſatione Apoſtolica præficiuntur, & extra Clauſtra degunt, habitum Regularem dimittunt, & illum Clericorum Secularium aſſumunt, ut etiam teſtantur *Franciſc. Sadarin. Reſp. 43. Card. de Luca diſc. 36. ſub num. 11. de Benefic. diſc. 105. nu. 5. in Supplement.* Idque peragunt duabus forte innixi rationibus. Alteri, quod ipſi, cum ab eorum primæva inſtitutione Clerici ſint, promoti ad Parochialem Eccleſiam Secularem, eam regunt, tanquam Rectores, & Clerici Seculares, nec ullam retinent communionem cum Monaſterio, *Lotter. de Re Benef. lib. 1. quæſt. 34. num.* 60. Alteri vero, quod ex *Conſtit. Leonis X. la XXXIV.* Ca-
152 nonici Regulares ad Epiſcopatus promoti utuntur habitu ejuſdem coloris, & formæ, quo utuntur Epiſcopi Seculares tam in Sacello Pontificio, quam extra, ut ponderando hanc Conſtitutionem, animadvertit *Paſſerin. de Stat. Hom. to. 1. qu. 185. art. 8. n. 135. & 138. Capon. d. Contr. 15. n.* 27. Et hac ratione corruit ſententia illorum, præcipue *Sanchez ſuper Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 6. n. 36.* qui exiſtimant, teneri Canonicos præfatos, dum ad Pa-
153 rochiales aſſumuntur, retinere habitum Regularem, ex quo Epiſcopi Regulares ad Epiſcopatum promoti, habitum Regularem non dimittunt, quia, ut diximus, hæc obligatio non cadit in Canonico regulari ad Epiſcopatum evecto.

Et hanc obſervantiam non improbavit Sacra
154 Congregatio Concilii in *Firmana* de anno 1722. Contendentibus enim Fratribus *de Adamis*, quod *Thomas*, alter eorum Frater Canonicus Regularis *Lateranenſis*, qui, ut ſupra diximus, obtinuerat ex diſpenſatione Apoſtolica Parochialem Eccleſiam in Diœceſi *Spoletan.* deferre deberet habitum Regularem Congregationis præfatæ, propoſito dubio -- *An Thomas de Adamis teneatur deferre habitum Regularem Congregationis Lateranenſis, tam in functionibus Eccleſiaſticis, quam extra Eccleſiam* -- Die 23. *Maii* reſcriptum fuit -- *Ad Mentem*, quæ fuit, *ut deferret habitum juxta ſolitum.* Solitus autem habitus Canonicorum
Regularium Lateranenſium, qui Curas Seculares 155
obtinent, a Procuratore Generali Congregationis prædictæ ſuper eadem cauſa pro informatione requiſito, ita deſcriptus fuit -- *Utitur habitu externo, quo utuntur omnes alii Canonici noſtri Ordinis applicati ad Curas Seculares forenſes, qui non multum diſtat ab habitu Presbyterorum, cum ſit Veſtis nigra talaris, qui eſt habitus geſtari ſolitus ab immemorabili, juxta noſtras leges ab his Canonicis promotis ad Curas Seculares. In publicis autem functionibus Eccleſiaſticis utuntur etiam Rocchetto, qui eſt habitus proprius Religionis, & Canonicalis.*

Contendebatur quoque in dicta Cauſa *Firmana*, quod præfatus *Thomas de Adamis* extra Clauſtra degens ſecum habere deberet Socium Re-
gularem ejuſdem Congregationis, juxta claram 156
diſpoſitionem *Text. in cap. Quod Dei timorem de*
Stat. Monach. eique inhærendo tradunt communi- 157
ter Scribentes, præſertim *Fagnan. n. 1. Murga de Benefic. quæſt. 2. n. 256. pag. mihi* 87. cum aliis relatis a *Rota in Conſtantien. Canonicatus* 28. *Novembris* 1691. *§. Sed præciſive, & 18. Martii* 1692. *§. Nec obſtat cor. cl. me. Card. Caccia.* Verum, cum ipſe ſe impotentem ob tenuitatem redituum Parochialis, quam obtinebat, ad Socii manutentionem ſe oſtendiſſet, Sac. Congregatio reſcripſit -- *Ad Mentem*, ut ſcilicet exemtus eſſet ab obligatione retinendi Socium. Et merito, quia laudatus *Text. in cap. Quod Dei timorem* non præſcribit Canonicis Regularibus exercentibus Curam Animarum extra Clauſtra ſimpliciter, & abſolute retentionem Socii, ſed ſolum ſi commode fieri poterit, ibi -- *Sic annuendum duximus poſtulatis, ut exercens Plebani Officium, ſi commode fieri poterit, unum Canonicum Regularem tecum habeas ad cautelam* -- quæ verba reaſſumuntur in celebri Decreto Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium edito ſub *Clemente X.* anno 1671. de quo pluries ſupra meminimus, ibi -- *Canonicus vero, cui ejuſmodi conceſſum fuit Indultum, ad mentem præfati Innocentii III.* (*SI COMMODE FIERI POSSIT*) *Socium unum ex ſuo Ordine, & Congregatione ſecum habeat, cujus in iis, quæ Dei ſunt, & Regularis obſervantiæ, tam conſortio, quam ſolatio perfruatur.* Proindeque, ſi commode Socius retineri non poſſit, vel quia Parochialis Eccleſiæ reditus non ſufficiant pro illius etiam ſuſtentatione, vel ex aliqua alia juſta cauſa, non prohibentur Canonici Regulares Eccleſiis Parochialibus præfici ſine Socio, *Gonzal. in Regul. 8. Cancellariæ Gloſſ. 7. num. 49. Pax Jordan. tom. 2. lib. 10. tit. 27. num. 42. Viv. in Appendic. ad Cap. 2. ſuæ Prax. de Jurepatr. lib. 6.* cum aliis per *Rot. in Eyſtetten. Parochialis* 10. *Martii* 1697. *§. His omnibus accedit, cor. bon. mem. Muto, & 28. Junii ejuſdem anni §. Nec ſimiliter, cor. bon. mem. Priolo.* (a)

An

(a) Quæſtiones itidem ſuper delatione Habitus Regularis, & retentione Socii ejuſdem Ordinis, dum Canonici Regulares extra Clauſtra degunt proviſi de Beneficiis Secularibus, prævii Indulto Apoſtolico, & licentia Abbatis Generalis, definivit SSmus D. N. BENEDICTUS XIV. in laudata ſua Conſtitutione §. *Illud vero*, decernendo, quod ipſi, ſive ad Animarum Curam gerendum, ſive ad Canonicatus obtinendum in Eccleſiis Secularibus, e Clauſtris egreſſi, habitum Clericalem Secularem aſſumere poſſint, & ab obligatione ſecum retinendi Socium ſui Ordinis, liberi, & immunes ſint.

An autem Canonico Regulari proviſo de Ec-
cleſia Parochiali, & ob id extra Clauſtra de-
genti, competat Regreſſus, ſeu reintegratio ad
158 Bona occaſione emiſſæ profeſſionis Regularis re-
nunciata, plene actum ſuit in *Rota in Anconi-
tana Succeſſionis 23. Februarii 1722. coram Re-
verendiſs. Calcagnino, & in Anconitana, ſeu
Senogallien. Succeſſionis 22. Martii 1726. cor. R.
P. D. Nunez.* Cumque in ſupra dicta Cauſa *Fir-
mana* inter *Thomam de Adamis* Canonicum Re-
gularem, & ejus Fratres, propoſitum fuiſſet Du-
bium -- II. *An eidem Thomæ de Adamis competat
regreſſus, ſeu reintegratio ad Bona renunciata occa-
ſione Profeſſionis in dicta Congregatione Lateranenſi
&c.* -- Sacra Congregatio eadem die 23. *Maii*
1722. reſpondit -- *Ad ſecundum, affirmative quoad
uſum tantum, & amplius* -- Verum, cum *Thomas*
præfatus contenderet, quod ad ipſum quoque ſpe-
ctare deberet Bonorum renunciatorum proprietas,
attenta renunciatione ſequentibus verbis concepta --
*che venendo il caſo, che per qualche accidente, tan-
ta volontaria, quanto neceſſario tornaſſe detto Tom-
maſo al Secolo in qualunque tempo, & in qualun-
que modo ciò ſeguiſſe, s'abbia per non fatta la
preſente rinunzia, e che ipſo jure s'intenda eſſo
Tommaſo ritornato ne' piedi primieri, come ſe
foſſe ſtato ſempre nel Secolo, e non aveſſe fatto mai
altra rinuncia &c.* -- Hinc propoſito in eadem Sa-
cra Congregatione novo Dubio -- *Ad quem ſpe-
ctat proprietas, ſeu dominium Bonorum, de qui-
bus agitur in caſu &c.* -- die 19. Julii 1723. reſpon-
ſum fuit -- *Non ſpectare ad Thomam, & amplius.*

Hactenus de Canonicis Regularibus ſuper eo-
rum incapacitate obtinendi abſque Apoſtolica di-
ſpenſatione Beneficia Secularia ſive Curata, ſive
abſque Cura; Nunc agendum de Presbyteris Do-
159 ctrinæ Chriſtianæ, qui emittunt tria Vota ſimpli-
cia, necnon juramentum perſeverantiæ in Con-
gregatione, an ſint capaces Eccleſiarum Paro-
chialium, aliorumque Beneficiorum Secularium
Reſidentiam requirentium? Et affirmative reſpon-
dendum videtur, prævia tamen diſpenſatione, vel
relaxatione Voti perſeverantiæ a Summo Pon-
tifice, aut a Capitulo generali, vel Diſinitorio
memoratæ Congregationis facienda, juxta Breve
ſan. mem. *Alexandri VII.* editum *die 26. Sep-
160 tembris* 1659. Quamvis enim Congregatio præ-
fata in ſui origine erecta in ſtatu Seculari, unita
fuerit anno 1616. Congregationi Clericorum Re-
gularium *Somaſchæ*, illiuſque Regulis, & Con-
ſtitutionibus ſubjecta; nihilo minus anno 1647.
ſan. me. *Innocentius X.* prævio Voto Sacræ Con-
gregationis Epiſcoporum, & Regularium, unio-
nem præfatam diſſolvit, & per aliud Breve ſub
Datum 30. Aprilis 1652. apertius declaravit, eam
ad ſtatum Secularem, ut erat ab initio, intelligi
redactam. Verum, quia experientia compertum
fuerat, non paucos Alumnos Congregationi ad-
ſcriptos, utpote nullo perpetuo Votorum Vinculo
ligatos, poſt erogatas ab eadem Congregatione
quamplurimas expenſas in ipſis alendis, & edu-
candis tam in proprio Inſtituto, quam in ſcientiis
addiſcendis, a Congregatione recedere, eandem-
que deſtitutam remanere Miniſtris; hinc ſan. mem.
Alexander VII. mandavit, quod omnes ab inde
citra admiſſi, & in futurum admittendi, debeant,
expleto probationis anno, ſi idonei judicati fuerint,
*tria Vota ſimplicia obedientiæ, Caſtitatis, & Pau-
pertatis, nec non Votum, ſeu Juramentum in eadem
Congregatione perpetuo perſeverandi non diſpenſan-
dum, vel relaxandum a quocumque alio, etiam vi-
gore cujuſcumque Indulti, niſi a ſolo Romano Pon-
tifice, aut a Capitulo Generali, vel Diſinitorio me-
morata Congregationis, emittere &c.* Patet igitur,
quod laudatæ Congregationis Presbyteri, veluti 161
Seculares, non ſunt ex vi proprii Inſtituti incapa-
ces Beneficiorum Secularium, cum non emit-
tant tria ſolemnia Vota Regularia, ſed eorum in-
capacitas unice oritur ex Voto, ſeu Juramento
perſeverantiæ in Congregatione, quæ eſt incom-
patibilis cum aſſequutione Beneficiorum reſiden-
tialium; unde, relaxato dicto Voto per Pontifi-
cem, vel per Capitulum, aut Diſinitorium ad
id facultatem habentia, priſtinam nanciſcuntur
libertatem pro iiſdem Beneficiis aſſequendis.

Difficultas tamen in eo reſidet, an requiratur
expreſſa diſpenſatio, & relaxatio juramenti per- 162
ſeverantiæ, vel ſufficiat ſola licentia Capituli Ge-
neralis, aut Diſinitorii, ad effectum, ut ejuſdem
Congregationis Alumni Beneficia reſidentialia ob-
tinere poſſint? Actum fuit hac de re in Sac. Con-
gregatione Concilii anno 1702. in una *Biterren.*
Propoſito enim Dubio -- *An Stephanus Decolin
Presbyter profeſſus Congregationis Clericorum Se-
cularium Doctrinæ Chriſtianæ in Gallia poſſit de
licentia Generalis cum ſuo Diſinitorio Parochialem
Secularem Biterren. ei reſignatam acceptare* --
Negative reſpondendum exiſtimabam. Quamvis
enim in Presbyteris præfatis non adſit incapacitas
nativa pro obtinendis Beneficiis reſidentialibus,
eo quia, ut diximus, Congregatio Doctrinæ
Chriſtianæ redacta fuit ab *Innoc. X.* ad ſuum pri-
mævum ſtatum ſecularem, ut teſtatur etiam *Faguan.
in Cap. Novit. num. 45. Ne Sede vacante.* Attamen
obſtat Votum, & Juramentum, quo ipſi ſe ob-
ſtringunt ad perpetuo perſeverandum in Congre-
gatione. Sunt autem inter ſe res incompatibiles
perſeverare in Congregatione, & obtinere Paro-
chiales, ſeu alia Beneficia reſidentialia, quorum
ratione non ſunt amplius ſub obedientia Superio-
rum, nec Congregationis exercitiis obſtricti, ſed
remanent alligati propriis Eccleſiis Parochialibus,
ſeu Beneficiis reſidentialibus, a quibus amoveri
non valent; Unde ratione hujuſmodi incompatibi-
litatis non poſſunt Sacerdotes præfati, durante Ju-
ramento, & Voto perſeverantiæ eſſe eorundem
Beneficiorum capaces.

Non obſtat, quod *de jure* Canonici Regula-
tes, qui laxiori Regulæ inſerviunt, ſunt Eccle-
ſiarum Parochialium capaces, ergo multo magis 163
capaces eſſe debent Presbyteri Doctrinæ Chriſtia-
næ, qui nulli Regulæ inſerviunt, ſed ſunt Secu-
lares; ac etiam uti Parochi poſſunt, & debent
Doctrinam Chriſtianam docere. Nam reſpectu Ca-
nonicorum Regularium nullum de jure aderat im-
pedimentum, quo minus poſſent Curam exerce-
re, cum *Lateranenſe* Concilium Monachis prohi-
bens exercitium Curæ, nihil de Canonicis Regu-
laribus diſpoſuerit, & hac ratione olim iſtis per-
miſſum fuit, ut poſſent ad Eccleſias Parochiales aſ-
ſumi. At reſpectu Presbyterorum Doctrinæ Chri-
ſtianæ naſcitur obſtaculum a proprio juramento,
quod, donec non fuerit relaxatum, remanent ita
Congregationi adſtricti, & obligati, ut ſtatum in-
compatibilem aſſumere non valeant.

Ratio vero, quod Presbyteri præfati, ſi Ec-
cleſias Parochiales aſſequantur, adimplere poſſint 164
onus docendi Doctrinam Chriſtianam, nil conclu-
dit, quia ex vi Voti tenentur non ſolum huic mu-
neri ſatisfacere, ſed etiam perſeverare in Congre-
gatione ſub obedientia Superioris, qui eorum
opera uti poteſt modo in uno, modo in alio loco,
prout neceſſitas, aut utilitas ſuaſerit. Ceſſat au-
tem hæc obedientia, & ceſſat Votum perſeverandi

in Coogregatione, aſſumendo Parochiales, aut
alia Beneficia reſidentialia, in quibus in poſterum
alligati remanebunt.

Neque relevat, quod Generalis, & Difinito-
165 rium poſſint hujuſmodi Votum relaxare; quia id
verum eſt, poſita legitima cauſa, & poſita ef-
fectiva relaxatione, tunc enim Preſbyteri præſati
remanent in ſtatu primævo libertatis, nec alia in-
digent diſpenſatione, ut aſſequantur Beneficia re-
ſidentialia. At quando deficit relaxatio Voti, tunc,
quia iſtud adhuc firmum remanet, ſola licentia
Generalis, aut Difinitorii acceptandi Beneficia
præſata, non reddit Preſbyteros eorundem Be-
neficiorum capaces. Quod ſi licentia acceptandi
Beneficia reſidentialia conſideranda venit, uti re-
laxatio Voti, minime ſuſtineri poterit, cum Præ-
166 latus inferior non poſſit unquam ſine præcedenti
legitima cauſa cum ſuis Subditis diſpenſare. Ut
enim egregie dixit *S. Bernardus de Conſiderat. ad
Eugenium* circa finem -- *Ubi neceſſitas urget, ex-
cuſabilis diſpenſatio eſt, ubi utilitas provocat,
diſpenſatio laudabilis eſt, militas dico communis,
non propria; Nam cum nihil horum eſt, non pla-
ne fidelis diſpenſatio, ſed crudelis eſt diſſipatio* --,
& communiter tradunt *Abb. in Cap. Etſi Clerici
ſub num.* 12. *de Judic. Felin. in Cap. Præterea* 7.
n. 8. *de Teſtib. cog. Oldrad. conſ.* 130. *num.* 8. ubi
Mandoſ. in Not. cum aliis penes *Sperell. dec.* 109.
num. 2. *& ſeqq.* Nec profecto inter legitimas Cau-
ſas adnumerari poteſt voluntaria cauſa acceptandi
Eccleſiam Parochialem, aut quodcumque aliud
Beneficium reſidentiale.

Minuſque officere dicebam exempla ſimilium
167 Proviſionum factarum a ſan. mem. *Innocentio XI.*
& ſan. mem. *Innocentio XII.* abſque expreſſa re-
laxatione Voti perſeverantiæ in Congregatione.
Emanarunt ſiquidem prævia narrativa a Suppli-
cantibus exarata, quod ipſi capaces eſſent, juxta
Statuta Congregationis, obtinendi Beneficia reſi-
dentialia, aut quod Generalis facultate, ſeu Pri-
vilegio potiretur concedendi hujuſmodi licentias
abſque relaxatione præfati Voti, quod ex ſupra
dictis non ſubſiſtit. Ultra quod in uno ex iis
agebatur de Parochiali regi ſolita a Congrega-
tionis præſatæ Preſbyteris; & in altero de Preſ-
bytero, qui diſpenſatus fuerat (licet nulliter) a
Voto perſeverantiæ in Congregatione, & ab ea
jam receſſerat, & in tali ſtatu fuerat de Prioratu
Curato proviſus, unde facilius cum eo diſpenſari
poterat.

Eoque magis in hanc ſententiam inclinabam,
168 ne ſcilicet daretur occaſio relaxandi hujuſmodi
Inſtitutum, ob quam rationem *Alexander VII.*
ut diximus, hoc Votum perſeverantiæ præſcripſit.
Multi namque expenſis Congregationis educati, &
habiles redditi ad illius munia exercenda, poſtea
ab illa ad libitum recedebant, quod nunc etiam
contingeret, ſi cum licentia Generalis abſque ulla
cauſa poſſent Parochiales Eccleſias acceptare, vel
ad Canonicatus, & Dignitates Cathedralium, &
Collegiatarum Eccleſiarum aſpirare.

Atque cohærenter ad mox recenſitas rationes
169 Sacra Congregatio Concilii *die* 17. *Junii* 1702.
Dubio ſupra dicto propoſito in Cauſa *Biterren.*
reſpondit -- *Prævia relaxatione Juramenti, & Vo-
ti de perſeverantia, Affirmative.*

Quinto inſpiciendum eſt, an Regulares Ordi-
num Militarium ſint capaces Beneficiorum Eccle-
ſiaſticorum Secularium? Et plures diſtinguendi
170 ſunt caſus. Primus eſt, quando agitur de Reli-
gioſis S. Joannis Hieroſolymitani, eoſdemque,
licet *Sanchez, Pellizar.* & alii, quos refert *Eſcaño
in Propugnacul. Religion. Hieroſolymit. diſceptat.*
11. *cap.* 2. *num.* 23. cenſeant, eſſe capaces, con-
traria tamen opinio eſt verior; Cum enim emittant 171
tria Vota ſubſtantialia, & ſint vere Religioſi,
ſunt utique incapaces obtinendi Beneficia Eccle-
ſiaſtica ſecularia, imo & Penſiones ſuper iiſdem, 172
Gonzal. in Reg. 8. *Gloſſ.* 8. *n.* 42. *Lotter. de Re Be-
nef. lib.* 1. *quæſt.* 36. *n.* 28. *& ſeqq.* ubi ſive ſint Mi-
lites, ſive Fratres Cappellani, *Caſtropal. tom.* 2.
tract. 13. *diſputat.* 6. *punct.* 2. §. 7. *num.* 2. *Eſcaño
dict. diſcept.* 11. *cap.* 2. *num.* 16. *& ſub num.* 29.
Corrad. in Prax. diſpenſat. Apoſtol. lib. 6. *cap.* 1. *num.*
27. *& ſeqq. Tondut. quæſt. Benef. part.* 3. *cap.* 180.
num. 15. *Emus Petra in Conſtit. Apoſtolic. tomo* 2.
pag. 9. *ſub n.* 28. *Sperell. dec.* 21. *num.* 67. *& ſeqq.*
Hinc paſſim hujuſmodi Ordinis Milites Profeſſi 174
recurrunt ad Sedem Apoſtolicam pro Indulto reti-
nendi Beneficia Eccleſiaſtica, quod in pluribus
facti circumſtantiis, vel denegatum, aut ſaltem
cum magna difficultate conceſſum vidi. Et quan-
do Summus Pontifex annuit pro Gratia, apponi-
tur in Literis Apoſtolicis ſolitum Decretum, quod 175
*Beneficii ſtatus, & eſſentia Seculares nullatenus
immutentur, nullumque jus dictæ Militiæ acqui-
ratur, ipſeque Orator per Inſtrumentum publicum
in Actis Curiæ Epiſcopalis ſervandum declarare
teneatur, idem Beneficium non eſſe Regulare, ſed
Seculare, nullumque jus dictæ Militiæ competere,
alias præſens gratia nullius ſit momenti &c. quod-
que, cum primum dictum Beneficium ex Perſona
Oratoris quovis modo vacare contigerit, illud
Clerico Seculari idoneo, ut prius, omnino confer-
ri debeat.* De quo Decreto meminit etiam *Corrad.
in Prax. Diſpenſat. Apoſtolic. dict. lib.* 6. *cap.* 1.
num. 29. *&* 30. ubi late illud explicat. Et quoad
praxim reſervandi Penſiones ad favorem eorun- 176
dem Militum Hieroſolymitanorum, idem *Corrad.
lib* 1. *cap.* 3. *a num.* 220. *& ſeqq.*

Secundus caſus eſt in Militibus *S. Jacobi de* 177
Spatha, de Alcantara, S. Stephani &c. Et hos de
jure non eſſe incapaces Beneficiorum Secularium
verior eſt opinio, cum non ſint ſtricte Religioſi,
dum proprio non carent, & Uxores ducere poſ-
ſunt, ſicque in eis deficiunt Vota ſubſtantialia
Paupertatis, & Caſtitatis, ut inhærendo anti-
quioribus Decretis, reſolvit Sacra Congregatio
Concilii in *Bracharen.* 22. Septembris 1691.
Cum enim *Hieronymus Vaz Vieyra* Eques Pro-
feſſus Ordinis *S. Jacobi* ſupplicaſſet pro facultate
obtinendi Dignitates, Canonicatus, & alia Be-
neficia Secularia tam in Cathedralibus, quàm in
Collegiatis Eccleſiis, eadem *Sacra Congregatio
inhærendo Declarationibus alias factis, &* ſignan-
ter 23. *Auguſti* 1636. *& in Nullius* 26. *Maii*
1646. cenſuit, *Milites Regulares S. Jacobi de
Spatha, alioſque hujuſmodi non emittentes tria
Vota ſubſtantialia, videlicet Paupertatis, Caſtita-
tis, & Obedientiæ, non eſſe incapaces Beneficiorum
Secularium, ſeu ſimplicium, aut Penſionum, ideo-
que Oratorem non indigere diſpenſatione petita* --
ut in *libr.* 41. *Decret. pag.* 234. *a tergo.*

Et relatis antiquioribus Sacræ Congregationis
Decretis, magis communiter firmant *Garc. de* 178
Beneficiis part. 1. *cap.* 4. *num.* 17. *& ſeqq. Eminen-
tiſſ. Petra in Conſtit. Apoſtolic. tom.* 2. *pag.* 9.
num. 28. *& pag.* 114. *num.* 10. *Pignatell. tom.* 6.
conſult. 72. *num.* 166. *& conſult.* 73. *num.* 1. *Eſcaño
in Propugnacul. Religion. Hieroſolymit. dict. diſcept.*
11. *cap.* 2. *num.* 16. *&* 19. *Paſqualig. de Jubilæo
quæſt.* 318. *num.* 6. *Caſtropal. Oper. moral. tom.* 2.
tract. 13. *diſput.* 6. *punct.* 2. §. 7. *num.* 2. *Vivian. de
Jurepatr. lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 16. *& ſeqq. Valenzuel.*

conſ.

conſ. 115. *num.* 13. *Barboſ. de Epiſcop. part.* 3. *al-
leg.* 57. *num.* 173. *& ſeqq. & de Jur. Eccleſ. univ.
lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 22. *& ſeqq. Pax Jordan. tom.*
2. *lib.* 10. *tit.* 27. *Lezau. quæſt. Regular. cap.* 5.
num. 47. *Azor. Inſtit. moral. tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 3.
quæſt. 2. *Sanchez in Præcept. Decalog. lib.* 7. *cap.*
29. *a num.* 103. *Murgà de Benefic. quæſt.* 3. *num.*
942. *Mendo de Ordin. Milit. diſput.* 11. *quæſt.* 4.
§. 3. *num.* 7. *Capon. diſceptat.* 103. *num.* 71. *Duard.
in Bull. Cœn. lib.* 2. *quæſt.* 5. *concluſ.* 5. *num.* 13. *Pel-
lizar. in Manual, tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 6. *num.*
234. *Rot. deciſ.* 591. *part.* 1. *diverſ. dec.* 228. *part.*
3. *Rec. dec.* 37. *num.* 5. *cor. Zaratt. dec.* 22. *num.*
5. *poſt Antonell. de Jur. & Oner. Clericorum*,
ubi etiam loquitur de Militibus Ordinis Chriſti.
Et in terminis Equitum Militum Militiæ S. Ste-
phani, adeſt amplum Votum trium inſignium
Sac. Rotæ Auditorum, poſtea S. R. E. Cardina-
lium, nempe *Seraphini*, *Pamphilii*, *& Arrigo-
nii*, impreſſum poſt *Deciſionem* 227. *par.* 3. *Re-
cent.* quod communiter ſequuntur mox laudati
Auctores.

At quamvis in terminis Juris communis vera,
179 & magis recepta ſit hæc opinio, non deſunt ta-
men Doctores, qui contrarium exiſtimant, nem-
pe *Navar. Mandoſ. Rodriquez*, & alii, quos re-
ferunt *Eſcaño dict. cap.* 2. *num.* 9. *& Barboſ. de Jur.
Eccleſ. univ. libr.* 3. *cap.* 7. *ſub num.* 23. Et adeſt
reſolutio Sac. Congregationis Concilii, qua di-
ctum fuit, Milites *Sancti Stephani* admittendos
non eſſe ad concurſum Parochialium, quam re-
ſolutionem referunt *Mend. de Ordin. Militar. diſ-
quiſit.* 11. *quæſt.* 4. *num.* 73. *Corrad. in Prax. diſ-*
180 *penſat. libr.* 6. *cap.* 1. *num.* 21. *&* 27. *Garc. de
Benef. part.* 10. *cap.* 10. *num.* 22. Sed quod ma-
xime obſtat, eſt ſtylus Datariæ, qui hujuſmo-
di Milites reputat incapaces Beneficiorum Secu-
larium, unde cum illis in eorum proviſione diſ-
penſat, & pro diſpenſatione exigit Componen-
dam, de quo ſtylo teſtantur *Mend. dict. diſquiſit.*
11. *quæſt.* 4. *num.* 71. *&* 72. *Barboſ. de Jur. Eccleſ.
univ. dict. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 23. *in fine*, *Eminentiſſ.
Petra in Conſt. Apoſt. tom.* 2. *pag.* 115. *num.* 10.

Tertius caſus eſt in Fratribus Clericis, aut Sa-
181 cerdotibus Profeſſis Militiæ *S. Jacobi*, ſeu alte-
rius ſimilis Militiæ, an ſint capaces Beneficiorum
Eccleſiaſticorum ſecularium in terminis Juris com-
munis. Affirmavit *Franciſcus de Ocampo* in Al-
legatione ſuper hoc puncto edita; ſed illum late
182 reprobat *Mend. de Ordin. Militar. dict. diſquiſit.*
11. *quæſt.* 4. *a num.* 44. *& pluribus ſeqq.* ubi diſtin-
guens inter Milites, & Fratres Clericos, ait,
iſtos emittere tria Vota ſubſtantialia, eſſe proprie
Religioſos, & non poſſe abſque Apoſtolica diſ-
penſatione obtinere Beneficia Eccleſiaſtica, quod-
que licet ſpeculative contrarium ſuſtineri poſſet,
in praxi tamen id non attenditur. Et in ſpecie,
183 quod Fratres Sacerdotes Profeſſi Ordinum Mili-
tarium *Jeſu Chriſti*, *S. Jacobi de Spatha*, & *de
Avis* in Regno Portugalliæ exiſtentium, ſint in-
capaces abſque Apoſlnlica diſpenſatione Beneficio-
rum Secularium, reſpondit Sacra Congregatio in
Portugallen. 11. *Junii* 1652. per hæc verba – *Sa-
cra Congregatio reſpondit*, *hujuſmodi Fratres Sa-
cerdotes Profeſſos*, *ſi emittant Profeſſionem expreſſam
cum tribus Votis ſubſtantialibus eſſe incapaces Bene-
ficiorum Secularium abſque diſpenſatione Sedis Apo-
ſtolicæ*, ut in *libr.* 19. *Decret. pag.* 662. quam reſo-
lutionem referuot *Pignatell. tom.* 1. *conſult.* 254. *&
tom.* 6. *conſult.* 72. *num.* 169. *Eminentiſſ. Petra in
Conſtit. Apoſtolic. tom.* 2. *pag.* 9. *n.* 28. *& pag.* 115.
ſub n. 16. *Monacell. tom.* 2. *pag.* 21. *ſub num.* 87.

Idemque Articulus reaſſumtus fuit in Cauſa
Leyrien. Canonicatus de annis 1707. *&* 1709. 184
examinata in eadem Sacra Congregatione Conci-
lii ad inſtantiam *Joſephi Peiſſoa* Clerici Profeſſi
Militaris Ordinis *Chriſti* in Luſitania, autuman-
tis non indigere Apoſtolica Diſpenſatione pro aſ-
ſequendo Canonicatum in Cathedrali Leyrien.
ex quo, uti contendebat, Clerici ejuſdem Or-
dinis Profeſſi non emittent tria Vota ſubſtantialia,
non degunt in Clauſtris, liberamque habent de
ſuis Bonis diſponendi facultatem, & conſequenter
in nihilo differunt a Clericis ſecularibus. Adde-
bat, quod, quidquid ſit in terminis Profeſſorum
clauſtraliter viventium in Conventu *de Thomar*,
juxta triplicem diſtinctionem, de qua *Rota deciſ.*
22. *a num.* 4. *poſt Antonell. de Jurib. & Onerib.
Clericorum*, ipſe in tali ſtatu non erat, nec clau-
ſtraliter vivebat, nec tria Vota ſubſtantialia emi-
ſerat, potiuſque ei congruebant quæ Rota ibidem
firmavit circa capacitatem Equitum *Jeſu Chriſti*
obtinendi Beneficia, & Penſiones Eccleſiaſticas,
abſque diſpenſatione Apoſtolica. Et demum exi-
ſtimabat, ejus prætenſioni non officere Reſolutio-
nem Sacræ Congregationis Concilii, de qua mox
meminimus in *Portugallen.* de anno 1652. quia
ibi conditionaliter dicitur, ſi emittant Profeſſio-
nem expreſſam cum tribus Votis ſubſtantialibus,
quæ Votorum ſolemnium emiſſio verificabatur tan-
tum quoad Fratres Clauſtrales Conventus *de Tho-
mar*, non autem in iis, qui extra Clauſtra vivunt
de bonis ſuis libere diſponentibus.

Verum inſubſiſtentem prorſus exiſtimabam præ-
tenſionem *Peiſſoa*, ipſamque indigere Apoſtolica 185
diſpenſatione pro obtinendo Canonicatu cenſebam.
Emiſerat ille quippe in manibus Superioris Regu-
laris Vota ſolemnia Caſtitatis, Obedientiæ per-
petuæ, & Paupertatis juxta formulam a ceteris
Profeſſis emitti ſolitam in hunc modum – *Io Frà
N. Frere dell' Ordine di Criſto faccio Profeſſione
a Dio*, *& a Voi Frà N. Superiore di queſto Con-
vento in nome del Rè Noſtro Signore*, *come Gover-
natore di detto Ordine*, *di Obedienza*, *Caſtità*, *e
Povertà in conformità dello Statuto di queſt' Ordine
fino alla mia morte &c.* Quando autem hujuſmo-
di Vota emittuntur in Ordine approbato a Sede
Apoſtolica, faciunt illa ſic profitentem ſtricte Re-
gularem, & conſequenter incapacem Beneficio-
rum ſecularium abſque Apoſtolica diſpenſatione,
juxta Reſolutionem Sacræ Congregationis Conci-
lii in dicta *Portugallen.* 15. *Junii* 1652.

Nec obſtare dicebam, quod *Peiſſoa* in habitu
ſeculari extra Clauſtra degens, numerari non po- 186
terat inter illos Milites Regulares, qui in habi-
tu Regulari incedunt, ac degunt in Clauſtris, prout
ſunt exiſtentes in Monaſterio Oppidi *de Thomar*,
& quos, utpote vere Regulares eſſe ſolum inca-
paces obtinendi Beneficia ſecularia abſque diſpen-
ſatione Apoſtolica, dixit *Rota in Romana Penſionis*
17. *Junii* 1697. *§. Minus vor. Muto*, impreſſ. *poſt
Antonell. de Jurib. & Oner. Clericor. dec.* 22.

Siquidem in dicta Deciſione tres diſtinguuntur
ſpecies Perſonarum in Equeſtri Ordine *Jeſu Chriſti.* 187
Primus eſt Fratrum Religioſorum viventium in
Monaſterio Oppidi *de Thomar*, & in Collegio
Academiæ *Columbrien.* uti obſervat *Barboſ. de Jur.
Eccleſiaſt. univerſ. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 25. *verſ. Con-
ſtat.* Et hos eſſe vere Regulares indubitatum eſt,
cum emittant tria Vota ſubſtantialia Paupertatis,
Caſtitatis, & Obedientiæ, incedant in habitu Re-
gulari, & degant in Clauſtris.

Secunda eſt eorum, qui in habitu Militari in-
cedunt, vivunt extra Clauſtra, ac Uxores du- 188

cunt, & iſti non ſunt Religioſi, cum Votum
Caſtitatis ſtricte ſumtum non emittant.

Tertia eſt Militum honorariorum, qui non
189 ſunt nec Religioſi, nec Regulares, nec Uxorati,
ſed vivunt in habitu Clericorum ſecularium,
& iſti, quia non emittunt tria Vota ſubſtantialia,
ſunt capaces Beneficiorum, & Penſionum,
ad inſtar Militum *S. Jacobi de Spatha* & aliarum
Militiarum non emittentium tria Vota ſubſtantialia.
Et inter iſtos connumerabatur *Berneus*, quem
Rota in dicta *Romana Penſionis* dixit, non fuiſſe
incapacem Penſionis. Fuerat enim creatus Miles
190 Ordinis *Chriſti* a ſa. me *Innocentio X.* (non ſolum
enim Rex Portugalliæ, ſed etiam Summus
Pontifex creat Milites Ordinis *Chriſti*, quemadmodum
Militem dicti Ordinis ſan. mem. *Clemens
IX.* creavit *Carolum Fontana*) fuitque pro eodem
expeditum Breve cum facultate Epiſcopo
Anagnino directa, ut aſſiſtentibus uno, ſeu duobus
dictæ Militiæ Fratribus, habitum per Fratres
dictæ Militiæ geſtari ſolitum ſuſcipere, & in illius
Manibus Profeſſionem per eoſdem emitti conſuetam,
emittere poſſet, & frui omnibus gratiis, &
Indultis Fratribus Militibus hujuſmodi per Sedem
Apoſtolicam conceſſis, quibus fruuntur Fratres
Milites, qui habitum a Rege Portugalliæ ſuſceperunt,
& in illius manibus Profeſſionem emiſerunt.
In cujus Brevis executionem *Berneus*, aſſiſtentibus
duobus Equitibus, indutus ſolito habitu
dictæ Militiæ, Enſe, & Calcaribus, de obſervando
*omnia, & ſingula ejuſdem Religionis S. Auguſtini
Vota, Cavaleratus, Ordinis præcepta, &
Conſtitutiones a Sede Apoſtolica confirmatas, &
quatenus ſint in uſu* promiſit, & in manibus dicti
Epiſcopi ſolitum præſtitit juramentum.

191 Iſti porro ſunt Milites honorarii, de quibus
Rota in dicta *Romana Penſionis* loquitur in tertio
caſu ſupra diſtincto, qui proinde ad inſtar reliquorum
Militum a Rege Luſitaniæ creatorum Enſe,
& Calcaribus induti, non emittunt explicite tria
vota ſubſtantialia Regulæ, ideoque poſſunt Uxores
ducere, de bonis diſponere, ac per conſequens
ſunt de jure capaces Beneficiorum, ſi in habitu
Clericali, & celibatu vivere velint, prout dictus
Berneus vivebat. At longe diverſi generis ſunt
ii Profeſſi Milites Ordinis *Chriſti*, qui in Luſitania
dicuntur *Freires*, & qualis erat *Peiſſoa*, ipſi
enim non ſunt Milites honorarii a Pontifice creati,
nec Calcaribus, & Enſe aſſiſtentibus duobus Equitibus
induuntur, nec in genere emittunt Vota
Cavaleratus, ſed clare, & diſtincte profitentur
Deo, & Superiori Obedientiam, Caſtitatem,
& Paupertatem uſque ad obitum, juxta formulam
ſupra relatam, quæ longe diſtat a juramento,
quod præſtitit *Berneus*, & longe diſtat etiam a
Profeſſione, quam faciunt Equites deſtinati ad
militandum, qui expreſſe emittunt Votum *di Caſtità
Coniugale.* Ideoque manca eſt diſtinctio Rotæ,
quæ non tres, ſed quatuor caſus diſtinguere
debebat.

192 Retento itaque tenore formulæ Profeſſionis,
quam *Peiſſoa*, ut ſupra emiſerat *nella medema
forma, che fanno gl' altri Freires dell' Ordine*,
juxta teſtimonium Prioris Conventus *de Thomar*,
ex quo evincebatur, inter *Freires* dicti Conventus,
& ipſum *Peiſſoa* nullam adfuiſſe differentiam
circa Vota, hæc fruſtra erui contendebatur, ex
eo, quod Fratres de *Thomar* emittunt Vota in
manibus Superioris Regularis, cui obedientiam
promittunt, Fratres vero Sacerdotes Profeſſi extra
Clauſtra degentes, Profeſſionem faciant in
manibus quidem ejuſdem Superioris Regularis,
ſed nomine Regis, qui, uti laicus non habet poteſtatem
obligandi ad vera Vota Religioſa. Etenim
dictus Superior Regularis recipit Profeſſionem
nomine Regis, tanquam perpetui Admini- 193
ſtratoris Ordinis, qui uti talis conſideratus habet
ex Pontificio Indulto Juriſdictionem Eccleſiaſticam
exercendam quoad ſpiritualia per Subſtitutos Eccleſiaſticos,
ac tali caſu Rex conſideratur, uti
Ordinarius Prælatus, *Mend. de Ordin. Militar. diſquiſit.
1. num. 204. & diſquiſit. 6. num. 1. & ſeqq.
& diſquiſit. 7. quæſt. 5. num. 72. Gabriel Fereyra
de Manu Reg. part. 2. cap. 58. per tot.* plene *Rot.
deciſ. 1082. num. 10. & deciſ. 1504. n. 2. cor. Molin.*
Quemadmodum de jure etiam laici, imo &
Mulieres ex Pontificis conceſſione acquirere poſſunt 194
Juriſdictionem Eccleſiaſticam, exercendam tamen
vicario nomine a Viris Eccleſiaſticis per ipſos laicos,
aut Mulieres deputanndos, ad *Text. in Cap.
Dilecta 12. de Majorit. & Obedient. & in Cap. de
Monialibus, de Sentent. excomm. in 6. Card. de
Luc. de Benefic. diſcurſ. 73. num. 6. & 13. Pignatell.
Conſult. 45. num. 7. tom. 2. Rot. deciſ. 267. num.
16. coram Bichio, & in Nullius Provinciæ Hiſpalen.
Juris amovendi Vicarium coram bon. mem. Molines,
inter impreſſ. deciſ. 1282. num. 18. & 18.
Decembris 1707. §. Quamvis, coram Reverendiſſ.
Aldrovando, & 7. Aprilis 1708. §. Similiter, coram
Priolo*, & in terminis Magni Magiſtri Ordinis 195
Militaris *S. Stephani* eadem *Rot. in Forolivien.
Commendæ 1. Julii 1709. §. Nec ad evitandum
coram clar. mem. Card. Scotto.*

Minuſque differentia inter unam, & alteram 196
Perſonarum dicti Ordinis ſpeciem, deſumi poterat
ex eo, quod Fratres Clauſtrales de *Thomar* pure,
& ſimpliciter Vota emittunt, ceteri vero Profeſſi,
prout *Peiſſoa* relative ad ſtatuta Ordinis, in quibus
permittitur facultas diſponendi tam inter vivos,
quam in ultima voluntate; unde, cum Votum
Paupertatis non ſit ſtricte, & rigoroſe ſolemne,
non poſſunt dici vere Religioſi, nec incapaces
ſecularium Beneficiorum, *Azor. Inſtitut.
moral. tom. 1. lib. 13. cap. 3. quæſt. 2. in fine verſic.
Unde.*

Quoniam facultas hæc de propriis bonis diſ- 197
ponendi, qua gaudent Profeſſi non Clauſtrales,
non provenit ex vi proprii Inſtituti, & Regulæ
eis traditæ a *Joanne XXII.* ſed ex diſpenſatione
Alexandri VI. Et Pater Generalis Ordinis ſic teſtatur
-- *Quali* Freires *ſono diſpenſati nel Voto di
Povertà per la Bolla di Aleſſandro VI. nell'
anno* 1495. *qual Grazia confermò Giulio II. nell'
anno* 1505. -- Quando autem, conſentiente Re- 198
ligione, ex diſpenſatione Pontificis competit Profeſſis
facultas diſponendi cum certis limitationibus,
id non derogat Voto Paupertatis, quod eſſe principium
firmum, & conſtans, ait *Eſcaño De Ordin.
Militar. diſquiſ. 11. num.* 47. Nam etiam Fratres
Hieroſolymnani habent Dominium rerum ſua- 199
rum, vel ad minus uſumfructum, & liberam adminiſtrationem
cum facultate alienandi ſtabilia,
& acquirendi quæcumque Bona etiam juriſdictionalia,
ut totidem verbis ait *Eſcaño dict. diſcept.
11. cap. 2. num.* 20. & tamen ſunt veri Regulares,
quod idem convenit Fratribus Profeſſis in Militari
Ordine *de Alcantara*; & paſſim etiam Epiſ- 200
copis Regularibus conceditur per Sedem Apoſtolicam
diſponendi facultas.

Tandem inſubſiſtens mihi videbatur motivum 201
illud, quod Fratres de *Thomar* clauſtraliter vivant,
nec unquam ad proprios Lares accedant,
& deferant habitum vere Monachalem, ceteri vero
Profeſſi vivant in propriis Domibus, & cum
habitu

habitu Clericorum ſecularium. Quia non exinde derogatum cenſetur ſolemnitati Votorum, dum, Ordine permittente, id fit, & Crux, quam ipſi geſtant, eos a Clericis ſecularibus diſtinguat. Et id ipſum videmus in Fratribus Profeſſis *S. Joannis Hieroſolymitani*, & Militiarum *Sancti Jacobi*, & *Sancti Stephani*, qui extra Clauſtra degentes in ſola Cruce, quam geſtant, a Clericis ſecularibus diſtinguuntur.

202 Atque hinc hujuſmodi Fratres Profeſſos Ordinum Militarium eſſe vere Religioſos, & incapaces Beneficiorum ſecularium, tradunt *Pignatell. dict. tom.* 1. *conſultat.* 254. *Mend. de Ordin. Militar. diſquiſit.* 11. *quæſt.* 4. *num.* 64. *& ſeqq.* ubi refert, quod Capitulum Generale Ordinis Militaria *S. Jacobi* anno 1600. & iterum anno 1605. ſupplicavit Regi Catholico, ut obtinere dignaretur a Sede Apoſtolica diſpenſationem generalem, ad effectum, ut Fratres Clerici dicti Ordinis obtinere poſſent Dignitates, Præbendas, Penſiones,
203 & Beneficia ſecularia. Et talis eſt praxis, & obſervantia Curiæ, juxta quam in ceteris omnibus Ordinibus Militaribus, *ut Alcantara*, *S. Jacobi &c.* petuntur, & impetrantur a Sacerdotibus Profeſſis diſpenſationes Apoſtolicæ pro obtinendis Beneficiis Eccleſiaſticis, unde rebus ſic ſtantibus non poteſt ad praxim deduci, quod Fratres Clerici cujusliber Militiæ Beneficia ſecularia abſque diſpenſatione Apoſtolica obtineant, *Mendo dict. quæſt.* 11. *num.* 81. *Eſcaño dict. diſcept.* 11. *cap.* 2. *num.* 28.

204 Exempla vero, quæ ex parte *Peiſſoa* adducebantur, ex pluribus attendi non merebantur. Primo, quia ex illis non evincebatur negativa non obtentæ diſpenſationis Apoſtolicæ. Secundo, quia pluries Epiſcopi, & Capitula Cathedralium contradixere. Tertio, conſiderabile erat, quod *Peiſſoa* jam in partibus obtinuerat duas Sententias contrarias, unam ab Ordinario, alteram a Nuncio Apoſtolico, & appellatio fuit ei admiſſa in devolutivo tantum. Unde bene in partibus fuit animadverſum, quod nulla aderat obſervantia obtinendi Beneficia Eccleſiaſtica abſque Apoſtolica diſpenſatione. Et quarto, quia, ſi ſtandum erat exemplis, potius attendi deberet ſupra dictus ſtylus Datariæ, qui hos Clericos, imo etiam Milites cenſet Beneficiorum ſecularium incapaces, & in caſu proviſionis exigit Componendam, ut diximus ſupra *num.* 180. Ita ut ſi *Peiſſoa*, quando obtinuit reſignationem Canonicatus, expoſuiſſet Datariæ, ſe eſſe Fratrem Ordinis Chriſti, procul dubio Componendam conſiderabilem perſolviſſet.

205 Et ita in hac Cauſa decrevit Sacra Congregatio Concilii, nam propoſito dubio -- *An Rev. D. Joſephus Peiſſoa Clericus Profeſſus Militaris Ordinis Chriſti Luſitaniæ indigeat Diſpenſatione Apoſtolica pro aſſequendo Canonicatu Eccleſia Leyren.* -- Die 26. *Martii* 1707. reſponſum fuit *Affirmative*; Repropoſitaque Cauſa *die* 6. *Julii* 1709. Sacra Congregatio reſcripſit. *In decſis*, *& amplius.* Fuitque a *Peiſſoa* obtenta nova ejuſdem Canonicatus Proviſio a Sede Apoſtolica cum diſpenſatione ſuper ejus incapacitate, ut ex Literis Apoſtolicis expeditis apud *S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ* 1709. *Idibus Octobris Pontificatus ſan. mem. Clementis XI. anno Nono.*

206 Sextus caſus, in quo conferri poſſunt Beneficia ſecularia Regularibus, & e contra, eſt ubi concurrit neceſſitas ex defectu Clericorum ſecularium, aut Regularium, ex vulgato axiomate, quod neceſſitas non habet legem, *Cap: Quod non eſt licitum* 4. *de Regul. Jur. Abb. in Cap.* 1. *de Cappell. Monachor. Barboſ. in Cap. Inter quatuor num.* 2. *de Relig. Domib. Gonzal. in Regul.* 8. *gloſſ.* 8. *num.* 43. *Pax Jordan. lib.* 10. *tit.* 27. *num.* 43. *Gratian. Diſceptat. forenſ.* 473. *Azor. Inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 26 *quæſt.* 5. *Corraſ. de Benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 7. *& part.* 3. *num.* 13. cum aliis apud *Fraſſ. de Reg. Patron. Indiar. cap.* 51. *num.* 74. *& ſeqq.* & in terminis Prima- 207
riarum Precum Imperialium, *Kochier in hanc Regul. num.* 8. *Tondut. quæſt. Beneficial. part.* 3. *cap.* 196. *num.* 34. *&* 24. Et de praxi admittendi
Regulares ad Beneficia Curata ſecularia, ſtante 208
penuria Sacerdotum ſecularium, teſtatur *Corrad. in Prax. diſpenſ. Apoſtol. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 21. *&* 22. ubi refert Reſolutionem Sacræ Congregationis Concilii, de qua meminit etiam *Garcias de Benefic. part.* 7. *cap.* 10. *num.* 32. Et ſan. mem. *Paulus V.* anno 1613. contulit *Philippo Paſquelino* Fratri Ordinis Carmelitarum expreſſe Profeſſo Parochialem Eccleſiam S. Joannis *Eduen.* Diœceſis a pluribus annis ob Sacerdotum ſecularium penuriam vacantem per liberam ultimi Poſſeſſoris dimiſſionem in manibus Ordinarii factam, ut in *lib.* 5. *Secretor. ejuſdem Pontificis pag.* 90. Quemadmodum anno 1617. de Parochiali Eccleſia in Diœceſi *Trecen.* quæ a Triennio ex eodem caſu penuriæ Sacerdotum ſecularium vacabat, providit *Franciſcum Collet* Religioſum Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia, ut ex *lib.* 10. *Secretor. ejuſdem Pontificis pag.* 68.

Et in terminis Præbendæ Theologalis, ſtatu- 209
tum eſt per Sacram Congregationem Concilii, & per *S. Pium V.* ac ſa. me. *Gregorium XIII.* (quorum tamen Conſtitutiones impreſſæ non reperiuntur), quod ubi non reperitur Clericus ſecularis idoneus, & capax ad obtinendam hanc Præbendam, ſuſpendatur collatio, & interim omnes illius fructus tradantur Superiori alicujus Ordinis, qui curet, ut aliquis Theologus ex ſuis Regularibus publice in Eccleſia doceat Sacram Scripturam, ſubminiſtratis ei neceſſariis ex dictis fructibus, & quod reliquum fuerit, in uſum Monaſterii convertatur, ut referunt *Pax Jordan. lib.* 7. *tit.* 3. *num.* 32. *Corrad. in Prax. Beneficial. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 7. *& in Prax. Diſpenſat. Apoſtolic. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 24. *Pignatell. conſult.* 61. *num.* 7. *tom.* 3. *& conſult.* 149. *ſub num.* 4. *tom* 10. *Barboſ. de Epiſcop. allegat.* 56. *num.* 15. *& de Canonic. cap.* 27. *num.* 60. *& ad Concil. ſeſſion.* 5. *cap.* 1. *num.* 13. Et hæc videtur tutior praxis, licet *Barboſa* locis mox laudatis dicat, commendandam 210
eſſe Præbendam Theologalem alicui de Capitulo, ſi reperiatur Perſona idonea, ſin minus poſſint aſſignari fructus alicui Perſonæ extra Capitulum, & deficiente Clerico ſeculari idoneo, deputandum eſſe Regularem, quod etiam admittit *Pax Jordan. dict. lib.* 7. *tit.* 3. *num.* 30. *&* 31.

Singularis tamen fuit diſpenſatio, quam ſa. me. 211
Paulus V. indulſit *Juliano Roland Blandin* Ordinis Prædicatorum expreſſe Profeſſo, ut obtinere poſſet Canonicatum, & Præbendam Theologalem Eccleſiæ Cathedralis *Treviren.* cum onere faciendi omnia, & ſingula per Canonicos fieri ſolita, & cum aſſignatione ad ejus favorem omnium, & ſingulorum fructuum dictorum Canonicatus, & Præbendæ, ut ex *lib.* 10. *Secret. ejuſdem Pontificis anno* 1617. *Pontificatus anno XIII. pag.* 66.

Sed, quod dictum eſt, ſuſpendendam eſſe col- 212
lationem Præbendæ Theologalis, donec reperiatur Clericus idoneus, & interim deputandum eſſe

Regu-

Regularem, ita procedit, ut incumbat onus Epi-
ſcopo reperiendi intra ſex menſes Clericum ſecu-
larem idoneum, eumque de dicta Præbenda pro-
videndi, aut ſaltem oſtendere, ſe omnes adhibuiſ-
ſe diligentias pro inveniendo tali Clerico in Theo-
logia, & Sacra Scriptura, ſin minus in jure Ca-
nonico perito, cui talis Præbenda conferri poſſet;
alias ſex menſibus elapſis, devolutio fit ad Supe-
riorem, vel ad Papam, cum etiam in Theologa-
li intret devolutio, ut fuit late reſolutum per *Rot.
in Forolivien. Canonicatus Theologalis 25. Junii
1670. cor. bon. mem. Anſaldo*; Et regulare eſt, quod
213 non ſufficit Epiſcopo allegare impedimentum,
niſi ulterius probet omnem adhibuiſſe diligentiam
pro eo removendo, *Fagnan. in Cap. Quia diver-
ſitatem, de Conceſſ. Præbend. & ibi Gonzalez ſub
num. 9. Lotter. de Re Benefic. lib. 2. quæſtion. 24.
num. 22. Rot. apud Garc. de Benefic. part. 10. cap.
2. num. 24. verſic. Videbatur, & deciſ. 501. num. 1.
coram Ludoviſ. & deciſ. 479. num. 8. cor. Buratt.*
cum aliis in dicta *Forolivien. §.*

Poſtremo Regularis eſt capax Beneficii ſecula-
214 ris, vel e contra, quando ex Papæ conceſſione,
aut præſcriptione Beneficium mutavit ſtatum, &
effectum eſt de Seculari Regulare, vel e contra,
juxta *Text. in Cap. Cum de Beneficio verb. de Præ-
215 bend. in 6.* ad quem effectum poſſeſſio quadrage-
naria cum bona fide ſufficit, ut antiquioribus re-
latis Canoniſtis, *Paſſerin. in dict. Cap. Cum de Be-
neficio num. 9. Garc. de Benefic. part. 7. cap. 10.
num. 35. Gonzal. in Regul. 8. gloſſ. 347. num. 8.
Rebuff. in Prax. tit. quotuplex ſit Beneficium num.
5. Azor. Inſtitut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 26.
quæſt. 3. Staphileur de Litter. Gratiæ in octavā for-
ma Expectativarum num. 3.* Idque eſt adeo verum,
216 ut completa præſcriptione quadragenaria ad favo-
rem ſecularis, nihil interſit, quod poſtea Benefi-
cium aliquando collatum fuerit Regulari, ſed re-
quiritur, quod alius novus ſtatus contrarius per
aliam poſteriorem præſcriptionem quadraginta an-
norum efformetur, qua deficiente, non tollitur
ſtatus Beneficii antea præſcriptus, ut probat *Text.
in dicto Cap. cum de Beneficio, de Præbend.* ibique
Repetentes, & præſertim *Archidiacon. num. 1.
Franch. num. 2. Geminian. num. 3. Paſſerin. num.
32. & ſeqq. de Præbend. in 6. Sanchez ad Præcept.
Decalog. lib. 7. cap. 29. num. 15. Rot. deciſ. 626.
num. 27. coram bon. mem. Molines.*

217 Sed hæc Deciſio in ea parte, qua firmat hanc
Concluſionem etiam in Commendis, ita ut con-
ceſſo Beneficio Regulari per quadraginta annos in
Commendam Clerico ſeculari, firmetur ſtatus
Commendæ, qui non tollitur, niſi per aliam
quadragenariam præſcriptionem, minime ſubſiſtit.
218 Nam Commenda non mutat ſtatum Beneficii,
neque imprimere poteſt aliquem ſtatum fixum.
Et *Text. in Cap. Cum de Beneficio*, loquitur de
219 ſecularibus in eo inſtitutis Rectoribus, non autem
de iis, qui jure adminiſtrationis, in Commen-
dam Beneficium Regulare obtinent, *Paſſerin. ibi-
dem num. 21. & 22. Fagnan. in Cap. in Eccle-
ſiis num. 19. de Stat. Monachor. Rebuff. ad Con-
cordat. §. Volumus, & §. Regularia, Hoyeda
de incompatibilit. Benefic. part. 1. cap. 24. num.
92. Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 8. num. 36. Azor.
Inſtitut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 26. quæſt. 3.
Sanchez Oper. moral. lib. 7. cap. 29. num. 24. Cor-
rad. in Prax. Beneficial. lib. 1. cap. 6. ſub num.*
220 324. Niſi, ſalvando dictum *Rotæ*, dicere veli-
mus, ibi non firmari, quod ex Commenda per
quadraginta annos continuata, mutetur ſtatus
Beneficii de Regulari in ſeculare, ſed ſolum, quod
Commendato per tantum tempus Beneficio Re-
gulari, non extinguatur ſolitum commendandi,
ex quo poſtmodum ſemel collatum fuerit in titu-
lum Religioſo. Nec enim ibi quæſtio erat, an Be-
neficium per Commendam deſiiſſet eſſe Regula-
re, ſed ſolum, an poſſet dici non eſſe ſolitum com-
mendari, ex quo vacaverat per obitum Religioſi
in titulum proviſi.

Sed pro hujus Regulæ coronide, quæro, an
Religioſi proviſi de Beneficiis Regularibus, ſive 221
prævia Apoſtolica diſpenſatione de Beneficiis ſe-
cularibus, faciant fructus ſuos, ita ut de illis ad li-
bitum diſponere poſſint. Reſpondeo, quod aut in
Literis Apoſtolicis Proviſionum de hujuſmodi Be-
neficiis de hac re aliquid cautum eſt, & ſervanda
eſt Pontificia diſpoſitio. In pluribus enim caſibus
apponi conſuevit conditio, quod, detracta con- 222
grua ſuſtentatione, quod reliquum eſt in paupe-
res, aut in reparationes ædificiorum, aut in or-
namenta Eccleſiæ cedat, aut in favorem Conven-
tus, in quo Regularis Profeſſionem emiſit, ut
videre eſt in formulis, quas ponit *Corrad. in Prax.
Diſpenſ. lib. 6. cap. 1. n. 23.* Sic de anno 1674.
collatum fuit Beneficium ſimplex *Forolivien.* de
Jurepatronatus *Angelo Cornelio Merendæ* Monacho 223
Valliſumbroſæ pro ſuis Religioſis uſibus, ac alias
pro Parentum ſubventione. Sic etiam anno 1672.
Martinus de Caſtro Profeſſus Ordinis S. Hiero-
nymi obtinuit a Sede Apoſtolica Parochialem 224
Eccleſiam de Jurepatronatus, ut commodius Li-
terarum ſtudiis incumbere poſſet.

Aut nihil in Literis Apoſtolicis de hoc dictum
eſt, & inſpectio examinanda venit in terminis juris
communis. Cumque in contingentia facti occaſio-
ne Viſitationis exaratæ a cla. me. *Cardinali Peruc-
cio* de Hoſpitali S. Spiritus in Saxia, hæc materia
in controverſiam deducta eſſet, & per ſan. mem.
Innocentium XII. deputata fuiſſet Congregatio
particularis, cui interfuerunt clar. mem. Cardinales
Mareſcottus, Petrucius, Panciaticus, & *Ferra-
rius*, ſub die 25. Julii 1696. reſolutum fuit -- *Dicti* 225
*Ordinis S. Spiritus Religioſos poſſe diſponere de fru-
ctibus eorundem Beneficiorum, & nihil innovan-
dum, dummodo pecunia erogentur in uſus pios,
& Religioſos.* Meminit de hac reſolutione, *Mo-
nacell. in Formular. tom. 1. pag. 292. n. 11. & ſeqq.
& tom. 2. pag. 194. num. 13. Emmentiſſimus Petra
in Conſtitut. Apoſtolic. tom. 5. pag. 551.* & hac occa-
ſione hæc per me ſcripta fuerunt.

» Quæſtio, quæ hodie diſcutienda proponitur,
» an Religioſi Ordinis S. Spiritus obtinentes Præ-
» ceptorias, Prioratus, & alia Beneficia Ordi-
» nis, quorum ipſi, & non alii ſunt capaces,
» poſſint ad libitum de fructibus eorundem Be-
» neficiorum diſponere, nova non eſt, ſed apud
» plures diſcuſſa Doctores, qui concorditer au-
» tumarunt poſſe diſponere de fructibus eorun- 226
» dem Beneficiorum in Religioſos, & honeſtos
» uſus, ſicuti diſponunt Clerici ſeculares de fru-
» ctibus ſuorum Beneficiorum. Ita in individuo
» horum Religioſorum S. Spiritus, *Navarr. conſil.
» 13. de Stat. Monachor. per tot. Azor. Inſtitut.
» moral. tom. 3. lib. 3. cap. 26. quæſt. 8. 9. & 10.
» Barboſ. de Jur. Eccleſ. univerſal. lib. 3. cap. 7.
» num. 1. Saunier. in libr. dell' Ordine di San
» Spirito cap. 14. num. 89. Pignatell.* qui diu fuit
» Fiſcalis Sacræ Congregationis Viſitationis Apo-
» ſtolicæ, & interfuit diverſis Viſitationibus Ho-
» ſpitalis S. Spiritus *tom. 7. conſultat. 9. num. 19.
» & ſeqq. Rot. deciſ. 772. part. 1. diverſor.* & ad-
» mittere videtur *Fagnan. in Cap. Monachi num.
» 41. de Stat. Monachor.*

» Id,

„ Id, quod etiam generale eſt in omnibus cu-
227 „ juſcumque Ordinis Religioſis, qui eo ipſo,
„ quod efficiuntur Beneficiati, de fructibus ſuo-
„ rum Beneficiorum tam ample diſponere poſ-
„ ſunt, quam Clerici ſeculares, juxta theoricam
„ *Clementin. II. §. Sed & tales de vit. & hone-*
„ *ſtat. Clericor.* quam eſſe in toto Orbe Chriſtia-
„ no receptam, & non habere contradictorem,
„ ait *Navarr. tom. 1. de Reddit. Ecclef. quaſt. 1.*
„ *Monit.* 8. *num.* 2. *& Monit.* 33. *num.* 1. *& Ma-*
„ *nit.* 52. *& quaſt.* 3. *num.* 25. *& in Commentar.*
„ *II. de Regular. num.* 6. *&* 10. *& conſil.* 6. *num.*
„ 8. *in fine; de Donat. Leſſ. de Juſt. & Jur. lib.*
„ 2. *cap.* 4. *num.* 29. *& cap.* 41. *dub.* 11. *num.*
„ 93. & ſequendo *Rot. deciſ.* 772. *part.* 1. *diverſ.*
„ tradunt *Germon. de Indult. Cardinal. §. Re-*
„ *gularia num.* 44. *& ſeqq. Salorzan. de Jur. In-*
„ *diar. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 46. *Triſtan. tom.* 2.
„ *deciſ.*31. *num.*14. *Rot. deciſ.*606. *n.*6. *&* 7. *coram*
„ *Cavaler. & deciſ.* 216. *num.* 13. *part.* 2. *diverſ.*
228 „ Neque hoc repugnat Voto paupertatis. Tum
„ quia, cum ſint ad nutum Superioris amovibi-
„ les, & ſemper ad admittendum parati, non di-
„ cuntur uti proprium poſſidere, quamvis duran-
„ te adminiſtratione de fructibus Prioratuum diſ-
„ ponere poſſint, *Pignatell. tom.* 7. *conſultat.* 9.
„ *num.* 9. *Rot. deciſ.* 772. *num.* 2. *part.* 1. *diverſ.*
„ Tum quia, accedente conſenſu, & permiſſu
„ Superioris, proprietatis vitium excluditur, *Na-*
„ *var. conſil.* 13. *final. Rot. deciſ.* 606. *num.* 6.
„ *coram Cavaler. deciſ.* 272. *num.* 2. *part.*1. *deciſ.*
„ 276. *num.* 12. *&* 13. *part.* 2. *diverſ.* Et in hoc
229 „ Ordine Sancti Spiritus non ſolum adeſt tacita
„ Præceptoris generalis permiſſio, quæ juxta ſen-
„ ſum *Navarri*, aliorumque, de quibus mox
„ meminimus, exuberat in hac materia, verum
„ etiam expreſſa illius licentia concurrit, quo-
„ niam in Litteris Proviſionum, Beneficia hujuſ-
„ modi una cum fructibus conferuntur, & de-
„ mandatur omnibus, ad quos ſpectat, ut de fru-
„ ctibus, proventibus, & obventionibus univer-
„ ſis integre Religioſo proviſo reſpondeant.
230 „ Accedit, quod magna eſt differentia inter
„ Religioſum ſimplicem, & Beneficiatum, ad
„ *Text. in Clement. II. de Vit. & honeſtat. Clericor.*
„ *Navarr. dict. conſil.* 13. *num.* 9. *& de Reddit. Ec-*
„ *cleſ. quaſt.* 3. *num.* 25. *ſub num.* 1. Beneficiatus
„ enim habet titulum Canonicum, qui dat ei fa-
„ cultatem diſponendi in uſus pios de reditibus
„ Beneficii. Simplex autem Religioſus nullum
„ habet titulum, cujus vigore poſſit expendere
„ ea, quæ ſunt Monaſterii, *Navarr. de Reddit.*
„ *Eccleſ. dict. quaſt.* 3. *num.* 25. *ſub num.* 1. Prout
231 „ etiam ponenda eſt differentia inter Religioſum
„ habentem peculium, & habentem Beneficium,
„ quoniam ille non poteſt impendere, niſi circa ea,
„ quæ pertinent ad bonam peculii adminiſtratio-
„ nem, iſte vero etiam in illa, quæ poſſunt alii
„ Beneficiarii, *Navarr. dict. conſil.* 13. *num.* 9.
232 „ Confirmatur ex obſervantia tam generali in
„ tota Eccleſia, cum omnes Religioſi habentes
„ Beneficia Regularia de fructibus eorundem Be-
„ neficiorum diſponant, ut exemplificando in
„ diverſis Eccleſiis, & Ordinibus, præſertim in
233 „ Prioribus S. Joannis Hieroſolymitani (quibus,
„ ut ait *Saunier. dict. cap.* 13. *circa finem* aſſi-
„ milantur illi S. Spiritus) tradunt *Navarr. dict.*
„ *conſil.* 13. *num.* 12. *Azor. Inſtitut. moral. tom.*
„ 2. *lib.* 3. *cap.* 26. *quaſt.* 8. *Barboſ. de Jur. Ec-*
„ *cleſiaſtic. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 1. & de aliis Or-
234 „ dinibus Militaribus, *Mend. de Ordin. Militar.*
„ *diſquiſit.* 4. *quaſt.* 3. *num.* 22. *& ſeqq.* idem *Na-*
„ *varr. conſil.* 6. *num.* 8. *in fin. de Donat*, ubi
„ quod ita ſervat communis praxis.
„ Quam etiam ex particulari hujus Ordinis 235
„ obſervantia, de qua *Saunier. dict. cap.* 14. *num.*
„ 86. *& ſeqq.* ubi meminit de Scriptura exiſtente
„ in Archivio Urbis exarata de anno 1342. &
„ de Proviſionibus factis ab annis 200. & quæ
„ in tot Viſitationibus Apoſtolicis, expletis, etiam
„ poſt Concilium Tridentinum, & Decreta *Cle-*
„ *mentis VIII.* nec non *Urbani VIII.* improba-
„ ta non fuit, imo potius ab ipſa Sancta Sede
„ approbata, conferendo Religioſis S. Spiritus
„ pleno jure, & in titulum, de conſenſu Præ-
„ ceptoris Generalis Urbis, Præceptorias, &
„ Prioratus Ordinis, prout de anno 1673. ſan.
„ mem. *Clemens X.* contulit Præceptoriam de
„ *Mompelier*, & ſan. mem. *Innocentius XII.* ſub
„ die 15. Maii 1696. contulit Præceptoriam Op-
„ pidi *Dioventionen.*
„ Quod ſi iſte uſus eſſet improbandus, plu- 236
„ ra ſequerentur abſurda. Et primo nulla adeſſet
„ differentia inter Religioſum ſimplicem, & Be-
„ neficiarium, ut perpendit *Navarr. de Reddit.*
„ *Eccleſ. quaſt.* 3. *num.* 25. Secundo, ut ait idem
„ *Navarrus*, nullus Regularis factus Epiſcopus,
„ Abbas &c. poſſet de reditibus ſuarum Eccle-
„ ſiarum diſponere, & tamen abſque ulla diffi-
„ cultate Epiſcopi Regulares, Abbates &c. de 237
„ dictis fructibus inter vivos diſponere poſſunt,
„ & de facto diſponunt, *Solorzan. de Jur. In-*
„ *diar. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 46. *& ſeqq. Paſſe-*
„ *rin. de Stat. homin. tom.* 1. *quaſt.* 185. *artic.*
„ 8. *num.* 221. cum ibi allegatis. Et tertio eſſet
„ damnare factum Sedis Apoſtolicæ, quæ paſſim
„ in toto Orbe Chriſtiano providet de Abbatiis,
„ Prioratibus &c. diverſorum Ordinum Religio-
„ ſos, ſciens, eos in uſus proprios de fructibus
„ diſponere.
„ Atque hujuſmodi ponderationes, fortius ur-
„ gent, attentis particularibus circumſtantiis, quæ
„ militant in Ordine Sancti Spiritus, & quæ
„ maxime attendendæ ſunt, nam quæ non li-
„ cent Religioſis unius Ordinis, licent ceteris, 238
„ *Menda de Ordin. Militar. dict. diſquiſit.* 4.
„ *quaſt.* 3. *num.* 31. *&* 22. Et præter antiquam
„ obſervantiam in tot Viſitationibus Apoſtolicis
„ toleratam, advertendum, quod Prioratus ſunt 239
„ tenuiſſimi redditus, ut ait *Saunier. d. cap.* 14.
„ *in fine*, vix enim aſcendunt ad annua ſcuta
„ triginta, pauci ad centum. Sunt ſiti in diver-
„ ſis, & inter ſe diſtantibus locis, ita ut a Mi-
„ niſtris Hoſpitalis adminiſtrari minime poſſint.
„ Dantur in locum Veſtiarii pro Officiis ſibi in-
„ junctis, & pro expenſis, quas ſuſtinere debent
„ in eorundem exercitio. Item in recompenſatio-
„ nem laborum; & demum, quia Religioſi jam
„ in ætate matura Ordinem ingrediuntur, & ſta-
„ tim miniſteriis Domus applicantur.
„ Nec obſtat diſpoſitio Concilii Tridentini 240
„ *Seſſ.* 25. *cap.* 2. *de Regular.* prohibentis dari in
„ Commendam per Superiores Bona Monaſterii.
„ Quia, quidquid ſit, an Concilium in hac par-
„ te aliquid novi juris induxerit, vel potius jus
„ antiquum confirmaverit, quemadmodum cen-
„ ſuit *Navarr. Commentar. II. de Regular. Sau-*
„ *nier. dict. cap.* 14. cum aliis late apud *Paſſerin.*
„ *de Stat. Homin. tom.* 1. *quaſt.* 187. *artic.* 7. *num.*
„ 312. qui plures pro utraque Sententia laudat,
„ & præſertim *Ledeſmam* referentem, quod Ma-
„ giſter *Joannes Gallus*, qui interfuit Conci-
„ lio Tridentino, dixit, ſe nunquam intellexiſſe,
„ quod annui reditus fuerint a Concilio prohibiti.
„ Certum

„ Certum eſt enim, quod diſpoſitio Conciliaris
241 „ non procedit in Beneficiis Regularibus, ut
„ eſt notoria praxis, & ex mente Sacræ Congre-
„ gationis ejuſdem Concilii, firmat *Fagnan. in*
„ *dict. Cap. Monachi num. 41. de Stat. Mona-*
„ *chor.* ubi loquitur de Prioratibus S. Spiritus,
„ in quibus viget etiam particularis ratio, quod
242 „ ſcilicet in *Conſtitutione IV.* Ordinis, hujuſmo-
„ di Prioratus conferri non poſſunt, niſi ejuſdem
„ Ordinis Religioſis, *Pignatell. tom. 7. conſultat.*
„ *9. num. 19. Rot. deciſ. 772. num. 1. part. 1. di-*
„ *verſ.* unde ſi comprehenderet Prioratus, &
„ Commendas hujus Ordinis, comprehenderet
„ etiam Prioratus Ordinum *S. Joannis Hieroſo-*
„ *lymitani*, *Calatrava*, & ſimilium, & tamen
„ praxis tolerata a Summis Pontificibus contra-
„ rium demonſtrat.
„ Ulterius *Doctores* omnes ſupra laudati, qui
243 „ permittunt Religioſis Beneficiatis diſpoſitionem
„ redituum, ſcripſerunt poſt Concilium. Quin-
„ imo *Pius IV.* in ſua Conſtitutione edità 17.
„ *Februaris* 1564. & ſic poſt viginti quatuor
„ dies a confirmatione Concilii a ſe facta, man-
„ dat expreſſe, quod circa collationem Priora-
„ tuum, & Commendarum Ordinis obſerventur
„ Conſtitutiones *Bonifacii VIII. Sixti IV.* &
„ *Pauli II.* Et ſicuti his non obſtat Concilium,
„ ita nec Decreta *Clementis*, & *Urbani VIII.*
„ conſequutiva Decretis Concilii pro iſtorum fa-
„ ciliori, & exactiori obſervantia.
„ Atque ex his cenſeo, nihil eſſe in hac ma- 244
„ teria innovandum, & poſſe permitti diſpoſi-
„ tionem fructuum Prioribus, & aliis Beneficia-
„ tis dicti Ordinis in uſus tamen pios, honeſtos,
„ & Religioſos. *Quod ſi aliquis ea Bona, &*
„ *reditus adminiſtret quaſi proprios, id vitium*
„ *erit ipſius prave affecti, non vero erit vitium*
„ *modi vivendi, iſque non erit reprehendendus,*
„ *ſed ille*, ſunt verba *P. Mendo de Ordin. Mili-*
tar. dict. diſquiſit. 4. quæſt. 3. ſub num. 24.

MOTIVI PROPOSTI

Dalla Santita' di Noſtro Signore

BENEDETTO PAPA XIV.

Per riſolvere, e terminare l'antica Controverſia:

Se i Canonici Regolari Lateranenſi, e del SS. Salvatore poſſano ottenere Parrocchie, Canonicati, e Benefizi Secolari, colla ſola licenza del loro Superiore Regolare, e ſenza la Diſpenſa Apoſtolica.

„ Celebre è la controverſia, ſe i Canonici
„ Regolari Lateranenſi poſſano eſſer aſſunti
„ alle Parrocchie Secolari colla ſola liceoza del
„ loro Padre Abbate Generale, ma ſe inoltre ri-
„ chiedaſi l'Indulto del Papa. *Gregorio XIII. nel*
„ *giorno 8. di Luglio* 1581. fece un Decreto, in
„ cui li qualificò incapaci della Cura delle Ani-
„ me, o in titolo, o *ad tempus*, colla ſola licen-
„ za del loro Padre Abbate Generale, dichiaran-
„ do, eſſer di più neceſſario l'Indulto Apoſtoli-
„ co: e Monſignor Fagnano nel *Cap. Quod Dei*
„ *timorem, al num. 16. de Statu Monachorum* at-
„ teſta, d'aver ciò letto, e veduto notato ne'
„ Libri della Congregazione del Concilio.
„ II. Nel 1671. eſſendo ſtata rimeſſa in piedi
„ queſta ſteſſa controverſia, la Congregazione
„ de' Veſcovi, e Regolari, dopo aver ben eſami-
„ nata la materia, ed aver inteſe le ragioni de-
„ dotte dal Padre Procurator Generale dell' Or-
„ dine, e coll' approvazione del Sommo Pontefi-
„ ce *Clemente X.* publicò un generale Decre-
„ to, in cui dichiarò i Canonici Lateranenſi in-
„ capaci della Cura dell' Anime colla ſola licenza
„ del Padre Generale, qualificando l'Indulto Pon-
„ tificio come neceſſario del detto effetto; ed il
„ Decreto è ſtampato appreſſo il Monacello *nel*
„ *ſuo Formolario legale pratico al Tomo 1. nell'*
„ *Appendice pagina 314. e 315.* ed appreſſo il
„ Clericato nella ſua Diſcordia undecima *de Re-*
„ *gularibus ſotto il num.* 14.
„ III. Nel tempo del Pontificato d'*Innocenzo*
„ *XII.* nell' occaſione dell' eſame d'una certa Cau-
„ ſa trattata nella Congregazione del Concilio,
„ intitolata *Placentina Præſentationis*, riſoluta *nel*
„ *giorno 14. di Novembre* 1693. nella quale fu
„ accordato l'Indulto ad un Canonico Regolare
„ Lateranenſe per ottenere una Parrocchia Seco-
„ lare, fu aggiunto, che ſi uniſſero i Decreti,
„ e che, ſentiti i Procuratori Generali de' Ca-
„ nonici Regolari, ſi faceſſe una ſicura Legge
„ univerſale ſopra queſta materia: e queſta riſo-
„ luzione fu conſermata dal detto Pontefice, che
„ inoltre ordinò, che ſi ſpediſſe il Breve con-
„ fermatorio, come può vederſi *nel lib. 43. de'*
„ *Decreti pag. 549. a tergo.*
„ IV. Nulla fu fatto in ſequela di queſto De-
„ creto: ma *nell' anno* 1713. diede il Padre Pro-
„ curator Generale de' Canonici Lateranenſi un
„ Memoriale a *Clemente XI.* in cui eſpoſe d'aver
„ tutto all'ordine per far decidere la controverſia,
„ pregando, che ne foſſe rimeſſa la cognizione
„ alla Congregazione del Concilio, che però do-
„ veſſe aſſumerne l'eſame *in mero puncto Juris*
„ *communis, Concilii Tridentini, Profeſſionis,*
„ *& Inſtituti dictorum Canonicorum, independen-*
„ *ter, & præciſive ab omnibus Reſolutionibus, &*
„ *Decretis Sacrarum Congregationum, Judicatis*
„ *quorumcumque Tribunalium, Reſcriptis, &*
„ *Oraculis Summorum Pontificum tam favorabi-*
„ *libus, quam contrariis Ordini Canonicorum Re-*
„ *gularium a temporibus Gregorii XIII. uſque in*
„ *præſens emanatis*: ed il Reſcritto del Papa fu
„ il ſeguente -- *Juxta petita.*
„ V. Il Memoriale, ed il Reſcritto ſi ritrova-
„ no nell'Opera del preſente Padre Generale de'
„ Lateranenſi Ceſare Benvenuti, intitolata -- *De*
„ *Capacitate Canonicorum Regularium ad Be-*
„ *neficia Eccleſiaſtica Secularia* --, ſtampata in

„Roma

„ Roma *l'Anno* 1732. *alla pag.* 109. *e ſeguenti.* Ciò pure vien conteſtato dal Cardinal *Petra nel Tom.* 5. *ſopra le Conſtituzioni Apoſtoliche alla pag.* 523. e Noi medeſimi abbiamo ciò reſerito nel noſtro Foglio, quando eravamo Segretario della Congregazione del Concilio, in una certa Cauſa *Bononien. Indulti*, come può vederſi nel *tom.* 2. del Teſoro delle Riſoluzioni della Sagra Congregazione *alla pag.* 370.

„ VI. Nel tempo ch'eravamo Segretario, non abbiamo mancato di ſollecitare la propoſizione della Cauſa: ma i Canonici Regolari Lateranenſi ne ſtettero ſempre lontani, adducendo il motivo, che ſapevano eſſer contrario alle loro inſtanze il Cardinal Fabroni loro Protettore, benchè eſſo non foſſe della Congregazione del Concilio. In oltre il Padre Procurator Generale fece fare una lunga Scrittura *pro veritate*, che può dirſi un giuſto Volume, dalla buona memoria dell' Auvocato, poi Monſignor *Pitoni*, che ſottopoſta agli occhi del fu Cardinal *Talomei*, fu creduta inſufficiente all'intento, e ripiena, come in fatto è, di mille coſe apocriſe: il chè forſe avrà dato motivo al detto Padre Abbate *Benvenuti* di comporre l'Opera ſopra detta.

„ VII. Che è quanto ſi è creduto neceſſario di eſporre prima di entrare nel merito dell'affare, che è troppo neceſſario, che una volta ſia per ſempre terminato, e riſoluto. Così accennò il *Ganzalez nel Cap. Quod Dei timorem, in fine, de Statu Monachor.*; ed ecco le di lui parole: *Optarem, ejuſmodi declarationem peti a Romano Pontefice*: e così eſiggono le preſenti circonſtanze, imperochè alcuni Veſcovi, che credono per lo meno ſoſpeſo il Decreto di *Clemente* X. pel poſteriore reſcritto di *Clemente XI.* ammettono i Canonici Regolari alle Parrochie Secolari colla ſola annuenza del loro Padre Abbate Generale, ſenza l'Indulto Apoſtolico, al che pure ſi tentò d'indurre Noi medeſimi, quando eravamo in Bologna, benchè indarno.

„ VIII. Dovrebbe la preſente controverſia eſſer riſoluta dalla Sagra Congregazione del Concilio, giuſta il Reſcritto di *Clemente XI.* Ma dopo averla avocata a Noi, mandiamo in giro queſto noſtro Ragionamento a tutti quelli, che vogliamo conſultare per eſſer illuminati, deſiderando d'avere il loro ſentimento in carta, il che non ſi ſarebbe potuto avere, ſe la Cauſa foſſe ſtata dibattuta nella Congregazione del Concilio, procedendo colle regole ordinarie della medeſima. Ma ſe in ciò recediamo dal Reſcritto di *Clemente XI.* ſtiamo però attaccati allo ſteſſo, accingendoci all'eſame di ciaſchedun punto promoſſo, ſenza ingolfarci negl'altri punti, che quel degniſſimo Pontefice diſſe doverſi porre da parte. Dovrebbeſi pure unicamente diſcorrere de' Canonici Regolari Lateranenſi, e delle Chieſe Parocchiali: ma Noi ai Canonici Lateranenſi aggiungeremo ancora i Canonici del Santiſſimo Salvatore, che pretendono aver le ſteſſe ragioni de' primi; ed alle Chieſe Parochiali aggiungeremo le Prebende Canonicali o nelle Cathedrali, o nelle Collegiate, i Benefizi ſemplici, e le Penſioni, prendendo da tutte queſte coſe i detti Canonici Regolari occaſione d'uſcire dal Chioſtro colla ſola licenza del loro Capitolo Generale.

§. I.

In cui ſi eſamina il punto del Jus commune.

„ IX. CAmminando coll' ordine del Reſcritto di *Clemente XI.* dee prenderſi principio dal Jus commune, che è lo ſteſſo che dire dal *Cap. Quod Dei timorem, de Statu Monachorum*, ed a Noi ſembra non eſſer eſſo baſtante per provare, che i Canonici Regolari ſiano capaci de' Benefizj Curati colla ſola licenza de' loro Superiori Regolari, e ſenza l'Indulto Apoſtolico, ma richiederſi qualche coſa di più per la prova del detto aſſunto.

„ X. La Storia della Decretale è la ſeguente. Sedici erano i Monaſterj de' Canonici Regolari, che erano nella Città, e Dioceſi di Bologna, fra i quali il più celebre era il Monaſtero di S. Vittore vicino alla Città, ed in eſſo abitarono i celebri Giuriſconſulti *Guidone Baiſio* Archidiacono, *Giovanni d'Andrea*, *Bartolo* da Saſſoferrato, e molti altri, come può vederſi nel Libro del *Maſini* alla pag. 316.

„ XI. Fu la Chieſa di queſto Monaſtero conſagrata da *Giovanni* Veſcovo di Bologna *l'anno* 1178. come atteſta il *Sigonio* nella ſua Opera *de Epiſcopis Bononienſibus.* Il *Pennotto* Iſtorico de' Canonici Regolari Lateranenſi riferiſce, che queſto Monaſtero di S. Vittore fu unito da *Martino V.* al Monaſtero di S. Giovanni in Monte, che è in Città, e che ora appartiene ai Canonici Regolari Lateranenſi. Mà ciò non ſuſſiſte, avendo Noi veduta, e ritenendo appreſſo di Noi una Bolla di *Clemente IV.* in cui i detti due Monaſterj ſi ſuppongono già uniti.

„ XII. Quello, che può dirſi di ſicuro, ſi è, che eſſendo ſtato abbandonato da quei Canonici Regolari, che abitavano nel Monaſtero di S. Giovanni in Monte, il Monaſtero di S. Vittore, *Martino V.* nel 1415. conceſſe ai Canonici Regolari di Frigimara, che ſono Canonici Lateranenſi, come più abbaſſo vedraſſi, l'uno e l'altro Monaſtero di S. Vittore, e di S. Giovanni in Monte già uniti: ed il *Beato Niccolò* Cardinale *Albergati*, Veſcovo di Bologna, fu quello, che due anni dopo li poſe in poſſeſſo dei detti due Monaſterj; e *Martino V. nell' Anno* 1418. ricevette tutti due i Monaſterj ſotto l'Apoſtolica Protezzione, come può vederſi nel *Pennotto al lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 1.

„ XIII. Nel tempo che fioriva la diſciplina de' Canonici Regolari nel Monaſtero di S. Vittore, un certo Sacerdote *Ubaldo* era Paroco di S. Gavino, Chieſa ſituata nel Mugello, Provincia della Toſcana, lontana da Firenze quindici miglia verſo Settentrione, ſenza però poter individuare quale ſia delle due Chieſe Parocchiali, che ſotto il nome del detto Santo ancor oggi ſi ritrovano nel Mugello, una delle quali chiamaſi di S. Gavino Adimari, e l'altra di S. Gavino a Cornocchio, come appariſce dalla deſcrizione della Dioceſi Fiorentina, che ſi conſerva nell'Archivio di quella Metropolitana. Deſiderò eſſo d'abbracciare il loro Inſtituto; perioche rinunziò la Parocchia nelle mani del ſuo Ordinario, cioè del Veſcovo di Firenze, che in quel tempo era un certo Pietro, come ſi raccoglie dall'*Ughelli* nella ſua *Italia Sagra*, al qual Pietro *Innocenzo III.* ſcriſſe pure due altre Decretali, una nel *Cap. Per tuas*, l'altra nel *Cap. Inter dilectos, de Donationibus*, come

„ ben riflette il *Gonzalez* nelle Note al *Cap. Quod Dei timorem, let. C. de Statu Monachorum*: ed il detto Sacerdote *Ubaldo* ſece bensì la promeſſa avanti i Canonici di S. Vittore di voler abbracciare il loro Iſtituto, ma non ſece la ſolenne Profeſſione, nè aſſunſe l'Abito della Religione.

„ XIV. Diſpiacque tal rinunzia al Conte *Alberto* Signore molto poſſente, come può vederſi appreſſo *Giovanni Villani al libro 2. cap. 124.* e che poſſedeva la Contea di Mangone, o Mangona nel Mugello, conforme atteſtano il *Borghino dell'Origine di Firenze cap. 135.* ed il *Gamorini, dell'Origine delle due Genealogie pag. 138.* Diſpiacque pure a' Parochiani pel motivo, ch'erano molto ben aſſiſtiti dal detto loro Curato nelle loro ſpirituali indigenze; e però ſecero prima ricorſo al ſopradetto Veſcovo di Firenze, acciò il Paroco reſtaſſe nella Parochia, e l'ottenero. Dipoi ricorſero al Cardinale *Pandolfo* del Titolo dei SS. dodici Apoſtoli, che unitamente col Cardinale *Bernardo* del Titolo di S. Pietro *ad vincula* era ſtato mandato da *Celeſtino III.* nel 1197. Legato Apoſtolico nella Toſcana; ed il Legato, conſiderando l'utilità, che riceveva il Popolo dal governo del Paroco *Ubaldo*, ben volontieri aderì alle loro premure.

„ XV. Non contenti il Conte *Alberto*, ed i Parochiani di quanto avevano ottenuto dal Veſcovo, e dal Legato, ſecero nuovo ricorſo al Pontefice *Innocenzo III.* pregandolo a confermare il fatto dal Veſcovo, e dal Legato; eſponendo per validare il loro aſſunto una circonſtanza di fatto, che il Priore di S. Vittore aveva data al Paroco *Ubaldo* la licenza di far quanto infino allora avea fatto, eſſendo reſtato dopo la promeſſa al governo della Parochia. Ed il Pontefice memore di quanto era ſtato ſtabilito dal Concilio Lateranenſe tenuto ſotto *Aleſſandro III.* che vien riferito nel *Cap. Monachi, de Statu Monachorum*, che non doveſſero i Monaci andar vagando per le Ville, e Caſtella, nè che ſi aſſumeſſero al governo d'ogni Parochia, ma che o doveſſero abitare ne' loro Conventi, o almeno in compagnia d'altri Monaci, non eſſendo del dovere, che abitaſſero ſoli fra Secolari, riſpoſe, che il Concilio Lateranenſe parlava de' Monaci, e non de' Canonici Regolari, quali benchè in molte coſe ſiano ſimili ai Monaci, profeſſano però una Regola più larga.

„ XVI. Aggionſe, che ſecondo gli antichi *Canoni* potevano i Monaci aver la Cura delle Anime de' Secolari, giacchè il loro Iſtituto era anche di predicare; alludendo al *Canone In Parochia*, coi ſeguenti, *16. quaeſt.* 1. E finalmente conchiuſe, concedendo al Pievano di proſeguire nella Cura delle Anime, ritenendo appreſſo di ſe un Canonico Regolare, quando ciò commodamente aveſſe potuto fare per ſua miglior cautela, e per avere un compagno nelle coſe, che ſono di Dio, e della Regolare oſſervanza.

„ XVII. Ecco il tenore della Decretale *Quod Dei timorem* nel Corpo Canonico ſotto il titolo *de Statu Monachorum*. Volendo caminare colla dovuta eſattezza, abbiamo fatto riconoſcere, ſe ſi ritrovaſſe ne' Regiſtri d'*Innocenzo III.* che ancor oggi ſi conſervano nell'Archivio ſegretto Vaticano, e nella Biblioteca Vaticana. Ma per diſgrazia cade la Decretale in uno di quegli anni, che mancano ne' ſudetti Regiſtri, è però riferita *per extenſum* dal *Gonzalez* nel ſuo Corpo Canonico. Fù ſtampata pure dal *Baluzio nel tom.* 1. *delle Lettere d'Innocenzo III. alla pag.* 596. che la ricavò dalla prima Collezione delle Decretali del detto Pontefice fatta da *Riniero* Diacono, e Monaco della Pompoſa. Si ritrova pure nell'antica Collezione delle Decretali d'*Antonio Agoſtino*, e poſſiamo aſſicurare, non eſſervi veruna ſoſtanziale differenza fra quella ſtampata dal *Gonzalez*, e l'altra ſtampata dal *Baluzio*, e da *Antonio Agoſtino*, e poſſiamo ancora aſſicurare, che non manca alcuna coſa di rilievo in quella, che è inſerita nel Corpo Canonico.

„ XVIII. Monſignor *Pitoni nella ſua Opera manuſcritta al cap.* 11. dopo avere con molta diligenza, ed eſattezza riferito quanto vien detto dai Repetenti ſopra il citato Teſto Canonico, e dopo aver confeſſato, che ſi ſono malamente imbarazzati per gli differenti perſonaggi, che ſono entrati nell' affare, avendovi poſte le mani, come abbiamo veduto, il Veſcovo di Firenze, il Priore di S. Vittore, il Legato Apoſtolico, ed il Papa, ſi proteſta di non volere ſtare alle rifleſſioni de' citati Canoniſti: *Ego autem prorſus recedendum puto ab his ambagibus Canoniſtarum in eo textu cavillantium*: e dice

„ XIX. Primo, che i Parochiani ricorſero al Veſcovo di Firenze, perche avendo il Paroco fatta la rinunzia della Parochia, non poteva proſeguire nell' amminiſtrazione della medeſima, ſe il Veſcovo non conſentiva, come anche riflette l'*Oſtienſe* nel *Cap. Quod Dei timorem num.* 3. *in fin. de Statu Monachorum*, ed ecco le di lui parole: *Alıter non poterat ibi miniſtrare, niſi de licentia Epiſcopi, cum jam renuntiaſſet Parochia, quantum in ſe fuit.*

„ XX. Secondo, che v'intervenne la licenza del Priore di S. Vittore, dovendo il Pievano eſſer conſiderato come Canonico Regolare, e non potendo il Canonico Regolare eſercitar Cura d'Anime ſenza licenza del ſuo Superiore Regolare.

„ XXI. Terzo, che ſi ebbe ricorſo al Legato Apoſtolico per ottenere la diſpenſa dal Voto fatto dal Pievano d'entrare nella Religione de' Canonici Regolari; eſſendo coſa certa, che chi ha fatto voto d'entrare in Religione, deve entrarvi, e far la Profeſſione, prima di poter eſſere aſſunto alla Cura delle Anime, ſecondo il teſto nel *Cap. Porrectum, de Regularibus, e nel Cap. Per tuas, de Voto, & Voti redemtione.*

„ XXII. Quarto, che fu interpellato il Papa, e ſupplicato ad interporvi la ſua autorità, perchè avendo il Legato data la diſpenſa dal voto, il che non poteva fare, appartenendo al ſolo Papa il torre la reſiſtenza de Canoni, era preciſo, ch'eſſo vi metteſſe le mani.

„ XXIII. Quinto, che il Papa non ſolo diſpensò il Supplicante, contentandoſi, che per maggior cautela, e ſe poteva comodamente farlo, riteneſſe appreſſo di ſe un Canonico Regolare per compagno, ma interpretando il Concilio Lateranenſe, e dicendo, che ad eſſo non erano ſottopoſti i Canonici Regolari, venne in queſta maniera a dichiararli capaci delle Parochie Secolari, inerendo al loro Iſtituto, che non è così ſtretto, come quello de' Monaci, e che perciò li fà capaci delle Parochie Secolari.

„ XXIV. Il diſcorſo di Monſignor *Pitoni* è bello e buono; ma, ſecondo il debole noſtro modo d'intendere, non conchiude adeguatamente; ſembrandoci non poterſi inferire, che *Innocenzo III.* o ſtabilì, o dichiarò, che i Canonici

„ Rego-

„ Regolari erano capaci delle Parochie colla ſola
„ licenza del loro Superiore Generale ſenza l'In-
„ dulto del Papa, per aver detto, che il Concilio
„ Lateranenſe parla de' Monaci, non de' Cano-
„ nici Regolari, e che queſti profeſſano una Re-
„ gola più larga di quella, che gli altri ſopra det-
„ ti profeſſano.

„ XXV. Non credette certamente *Innocenzo*,
„ che il Prete *Ubaldo* aveſſe avuto un ſemplice
„ proponimento di farſi Canonico Regolare, non
„ eſſendo poſſibile, che non ſapeſſe, che dal ſem-
„ plice propoſito non vale la conſeguenza alla pro-
„ meſſa ed al voto, ſecondo la riſpoſta di *Aleſſan-*
„ *dro III.* ſuo Anteceſſore *nel Cap. Litteraturam,*
„ *de Voto & voti redemptione*, le di cui parole
„ ſono le ſeguenti: *Proponens in animo, quod*
„ *Religionis habitum eſſes aliquando ſuſcepturus*
„ *&c. tibi igitur reſpondemus, quod ſi plus non*
„ *eſt in voto proceſſum, tranſgreſſor judicari non*
„ *poteris, ſi non impleas, quod dixiſti.*

„ XXVI. Credette *Innocenzo* quel, che dovea
„ credere, cioè che il Prete *Ubaldo* aveſſe fatto il
„ voto; non eſſendo il voto altra coſa, che pro-
„ meſſa fatta a Dio *de meliori bono.* Ed in fatto del-
„ la promeſſa eſſo parla nel *Cap. Quod Dei timorem,*
„ come ſi vede nelle ſeguenti parole: *promiſſionem*
„ *de tua converſione feciſti*; ed inoltre nello ſteſſo
„ tempo parla del miglior bene: *deſiderans ad*
„ *frugem vitæ melioris tranſire*: il che però de-
„ ve intenderſi, non del voto ſolenne, ma del
„ voto ſemplice, non avendo fatta il Paroco la
„ Profeſſione Regolare, nè avendo aſſunto l'a-
„ bito: *neque Profeſſionem ſolemnem emittens,*
„ *neque habitum Religionis aſſumens*: in tal ma-
„ niera, che ſe *Ubaldo* foſſe ſtato un puro laico,
„ e dopo aver fatta la promeſſa avanti i Canoni-
„ ci di S. Vittore di voler farſi del loro Inſtituto,
„ ſenza però fare la Profeſſione, ed aſſumer l'a-
„ bito, aveſſe preſa moglie, il Matrimonio ſa-
„ rebbe ſtato illecito, ma valido, ſecondo il teſto
„ d'*Aleſſandro III.* nel *Cap. Meminimus, Qui*
„ *Clerici vel voventes*, le di cui parole ſono le
„ ſeguenti: *Verùm, ſi habitum non ſuſcepit, nec*
„ *Profeſſionem, ſed votum ſolummodo fecit, &*
„ *ſe ad Religionem tranſiturum promiſit, licet*
„ *poſtea Matrimonium contraxerit, non eſt ad Ec-*
„ *cleſiam cogendus tranſire, & Matrimonii votum*
„ *reſcindere*: qual teſto, benchè dai Canoniſti
„ s'intende communemente de' Monaci, la verità
„ però ſi è, che fu fatto nel caſo d'un Canonico
„ Regolare, come oſſerva il *Cujacio* nelle Note
„ al detto teſto: *De Monachis vulgo accipiunt*
„ *hoc Caput, cum tamen ſit de Canonicis Regu-*
„ *laribus.*

„ XXVII. Seppe *Innocenzo III.* che al coſ-
„ petto di Dio non meno obligava il voto ſem-
„ plice, che il ſolenne, come riſpoſe *Celeſtino*
„ *III. nel Cap. Rurſus, Qui Clerici, vel voventes,*
„ che è il penultimo del detto titolo: *Cum ſim-*
„ *plex votum apud Dominum non minus obliget,*
„ *quàm ſolemne.* Seppe, che volendo per giuſte
„ circonſtanze diſpenſare dal voto ſemplice, do-
„ veva procurare ed ingiungere, che, non oſtan-
„ te la diſpenſa e la commutazione, il voto ſi
„ adempiſſe in quel modo, in cui poteva adem-
„ pirſi, come eſſo in fatto praticò con quel Veſ-
„ covo, che aveva fatto voto d'andare, ſecondo
„ il coſtume di que' tempi, alla Crociata in Orien-
„ te, avendolo bensì pel bene della Chieſa diſ-
„ penſato dall andare; ma avendogli ordinato,
„ che, oltre le orazioni, ed i digiuni mandaſſe
„ a Terra Santa tutto quel denaro, che avrebbe
„ ſpeſo nell' andare, nello ſtare, e nel ritornare:
„ *ut expenſas, quas fueras in eundo, morando, &*
„ *redeundo facturus, alicui Religioſo committas*
„ *in neceſſarios uſus Terræ illius ſine diminutione*
„ *qualibet transferendas*: come ſi lege *nel Cap.*
„ *Magnæ, de Voto & votis redemptione.*

„ XXVIII. Per lo che, avendo inteſo il caſo
„ del Sacerdote *Ubaldo*, avendogli fatta breccia
„ il bene, che eſſo faceva nella Parochia confer-
„ mato dall' atteſtazione del popolo, e del Conte
„ Alberto, avvalorato dai paſſi già fatti dal Veſ-
„ covo, e dal Legato, venne nel ſentimento di
„ diſpenſarlo dal voto ſemplice, che aveva fatto
„ di far la Profeſſione fra Canonici Regolari, ma
„ però, oſſervato il tenore de' Sacri Canoni,
„ dandogli la licenza di reſtare alla Parochia col-
„ la condizione di ritenere appreſſo di ſe, quan-
„ do commodamente l'aveſſe potuto fare, un Ca-
„ nonico Regolare, non per pura compagnia,
„ ma per mantenere con eſſo l'oſſervanza Regola-
„ re in tutto ciò, che foſſe ſtato compatibile coll'
„ eſercizio della Cura dell' anime: *Unum Canoni-*
„ *cum Regularem tecum habeas ad cautelam, cu-*
„ *jus in his, quæ Dei ſunt, & Regularis obſervan-*
„ *tia, tàm conſortio, quàm ſolatio perfruaris.*

XXIX. E' vero, che qui non ſi fermò il
„ Pontefice *Innocenzo*, imperochè paſsò avanti,
„ dicendo, che il Concilio Lateranenſe parla de'
„ Monaci, e non de' Canonici Regolari: *quia*
„ *tamen iſtud de Canonicis Regularibus ſpeciali-*
„ *ter non cavetur*: e che i Canonici Regolari
„ *Regulæ inſerviunt laxiori*: ma da queſt'antece-
„ dente non ſi può con giuſta illazione dedurre
„ la conſeguenza, come vuole Monſignor *Pi-*
„ *toni*, avere il Papa o dichiarato, o ſtabilito,
„ che poſſano i Canonici Regolari paſſare al go-
„ verno dell'anime, ed alle Parochie colla ſola
„ licenza del loro Abbate Generale, e ſenza In-
„ dulto Apoſtolico.

„ XXX. Ed acciò ſi venga in chiaro di que-
„ ſta verità, figuriamoci, che un Sacerdote, che
„ ha commeſſo un homicidio, ricorra al Papa per
„ aver la diſpenſa dall' Irregolarità, e che il Papa,
„ concedendogliela per giuſti motivi, dica, che
„ tal diſpenſa non oſta al Sacro Concilio di Tren-
„ to; Ciò dicendo il Papa direbbe bene, perchè
„ ſebbene il detto Concilio *nel Cap. 7. della Seſſ.*
„ *24. de Reformatione* dice, che chi *per induſtriam*
„ ammazza il ſuo proſſimo, e non per caſo, o
„ *vim vi repellendo, officio Eccleſiaſtico perpetuo*
„ *careat*, s'intende però di quello, che prima de-
„ gli Ordini Sacri ammazza il ſuo proſſimo, ma
„ non di quello, che dopo il Sacerdozio commet-
„ te il delitto, giuſta l'opinione più vera, ab-
„ bracciata ancora da *Gregorio XIII.*

„ XXXI. Figuriamoci, che uno, che ſia per
„ fare la Profeſſione nella Religione de' PP. Ge-
„ ſuiti, Barnabiti, o Somaſchi, ſupplichi il Papa
„ per la grazia di poter ritenere una Penſione,
„ o un Benefizio Eccleſiaſtico dopo la Profeſſio-
„ ne per le ſue religioſe indigenze, eſponendo,
„ come eſpoſe il Sacerdote *Ubaldo* ad *Innocenzo*
„ *III.* che il ſuo Padre Generale è contento, e
„ che il Papa, facendo la grazia, dica, che la
„ povertà de' Geſuiti, Barnabiti, e Somaſchi
„ non è, come quella de' Minori Oſſervanti, e
„ de' Capuccini, e che i ſopra detti *Regulæ inſer-*
„ *viunt laxiori.* Ciò dicendo, il Papa dirà beniſſi-
„ mo, perchè il Voto della Povertà nell'eſecuzio-
„ ne *ſuſcipit magis & minus.*

„ XXXII. E pure ciò non oſtante, chi ſarà mai,
„ che in vigore delle parole dette dal Papa tanto

„ nel primo, quanto nel ſecondo caſo, poſſa in-
„ ferire aver eſſo o dichiarato, o ſtabilito, che
„ chi dopo aver ricevuto l'Ordina Sacerdotale
„ commette omicidio, non ha biſogno di diſpen-
„ ſa Papale per ritornare all' eſercizio degli Or-
„ dini ſacri; o che colla ſola licenza del loro Su-
„ periore Generale, e ſenza l'Indulto Apoſtolico,
„ poſſa il Geſuita, poſſa il Barnabita, poſſa il So-
„ maſco, anche dopo la Profeſſione, ritenere il
„ Benefizio, o la Penſione, che aveva prima?

„ XXXIII. Non vi ſarà certamente veruno
„ di ſana mente, che così argomenti; ma ciaſche-
„ duno, che ben intenda, dirà, non aver il Pa-
„ pa in quelle parole altra mira, che di compro-
„ vare la ragionevolezza del ſuo operare, ed eſ-
„ porre uno de' fondamenti della ſua diſpenſa: e
„ queſto è quello appunto, che ſembra anche do-
„ verſi dire nel caſo noſtro preſente, cioè non
„ aver avuta *Innocenzo* l'intenzione nelle ſue pa-
„ role di ſopra accennata di ſtabilire, o dichia-
„ rare, che i Canonici Regolari poſſano aver le
„ Parochie ſenza l'autorità del Papa, e colla ſola
„ licenza del Padre Generale, ma unicamente
„ di fare apparire uno de' fondamenti della ſua
„ diſpenſa, eſcludendo l'oſtacolo del Concilio
„ Lateranenſe, e facendo conſiderare, eſſer più
„ larga la Ragola de' Canonici Regolari di quella
„ de' Monaci, tanto più, che chi ha pratica delle
„ Lettere d'*Innocenzo III.* ben ſa, che eſſendo
„ eſſo ſtato ne' ſuoi giorni un bravo Teologo,
„ ed un inſigne Canoniſta, non ſi è contentato
„ nelle ſue Decretali di decidere, ma ha voluto
„ o ſempre, o quaſi ſempre portar le ragioni
„ della ſua deciſione.

„ XXXIV. Non prova nel primo caſo la riſ-
„ poſta del Papa, che il Prete, che ha ucciſo
„ qualcheduno dopo il Sacerdozio, non è irre-
„ golare, perchè per altro capo ſi prova, che è
„ irregolare il Prete, che dopo il Sacerdozio com-
„ mette omicidio. Non prova nel ſecondo caſo
„ la riſpoſta del Papa, che il Geſuita, il Barna-
„ bita, ed il Somaſco poſſano dopo la Profeſſio-
„ ne ritenere ſenza diſpenſa il Beneficio, e la
„ Penſione, perchè per altro capo ſi prova, che
„ ſono inhabili a ritenere e Benefizio, e Penſio-
„ ne dopo la Profeſſione. Dunque nemmeno nel
„ terzo caſo la riſpoſta del Papa provera la capa-
„ cità de' Canonici Regolari alle Parochie ſenza
„ la diſpenſa Apoſtolica, perchè per altro capo,
„ come abbaſſo vedraſſi, ſi prova, che ſenza diſ-
„ penſa Apoſtolica ſono incapaci di Parochie: il
„ che è per appunto quello, che poch'anzi ab-
„ biamo accennato, non ricavarſi adeguatamente
„ dalla Decretale *Quod Dei timorem* la naturale
„ capacità de' Canonici Regolari Lateranenſi alla
„ Cura delle anime colla ſola licenza de' ſuoi
„ Superiori Regolari, e ſenza l'Indulto, o ſia diſ-
„ penſa Apoſtolica.

„ XXXV. Periochè i migliori Scrittori ed Apo-
„ logiſti dell'Ordine Lateranenſe, impegnati a man-
„ tenere il loro aſſunto della capacità de' ſuoi Ca-
„ nonici, l'hanno o virtualmente, come ſuol dir-
„ ſi, o eſpreſſamente confeſſato ed ammeſſo.

„ XXXVI. Il Padre Abbate *Benvenuti nella*
„ *ſua Opera citata all' art.* 5. §. 1. dice non eſſer
„ coſa chiara, che *Ubaldo* Paroco di S.Gavino, del
„ quale parla il citato teſto, foſſe un Prete ſecola-
„ re, che voleſſe farſi Canonico Regolare, poten-
„ do anche dirſi, che foſſe un Canonico Regola-
„ re, che voleſſe farſi Monaco: *Num Ubaldus*
„ *Plebanus Sancti Gavini, de quo loquitur textus*
„ *Canonicus Regularis extiterit, qui tranſire cupe-*
„ *ret ad Monaſticum propoſitum, an Presbyter Se-*
„ *cularis, qui Canonicorum Regularium habitum*
„ *aſſumere intenderet, non adeo clara res eſt.*

„ XXXVII. Aggiunge lo ſteſſo Padre Abbate,
„ che il Sacerdote *Ubaldo* probabilmente fece di-
„ poi la Profeſſione fra i Canonici Regolari; non
„ eſſendo veriſimile, che il Papa ſenza la Profeſ-
„ ſione, ed in ſequela del ſolo voto ſemplice,
„ l'obligaſſe all'oſſervanza regolare, ed a ritenere
„ in ſua compagnia un Canonico Regolare: *Nam*
„ *ſi fuiſſet ſolum Canonicus Regularis ex promiſſio-*
„ *ne, ſive ex inclinatione, adhuc tamen non fuiſ-*
„ *ſet in habitu Regulari, nec tam ſtrictè debuiſſet*
„ *ea, quæ erant obſervantia Regularis, adimplere,*
„ *veluti ſi profeſſus fuiſſet, ac proinde in uno mi-*
„ *niſterio non rectè congruiſſent Plebanus Secula-*
„ *ris, & Socius Regularis. Poſſimus igitur aſſe-*
„ *rere, fuiſſe a principio Plebanum Secularem,*
„ *& ſubindè in decurſu temporis Profeſſionem*
„ *emiſiſſe, eſto expreſſe hoc non dicat littera, quæ*
„ *non loquitur, niſi de tempore, quo interrogatus*
„ *fuit Pontifex.*

„ XXXVIII. Non ſiamo in grado di poterci
„ ſottoſcrivere alle rifleſſioni del Padre Abbate;
„ parendoci evidentemente contrarie alla lettera
„ del teſto. Il teſto dice, che il Sacerdote *Ubaldo*
„ fece la promeſſa della ſua converſione *coram*
„ *Fratribus Sancti Victoris Bononienſis*, e non
„ eſſendo queſti Monaci, ma Canonici Regolari,
„ non è coſa dubbia, ma chiara, non trattarſi
„ nella Decretale *Quod Dei timorem*, d'un Ca-
„ nonico Regolare, che voleſſe farſi Monaco,
„ ma bensì d'un Prete Secolare, che voleva farſi
„ Canonico Regolare.

„ XXXIX. In oltre, leggendoſi nel teſto, che
„ il Prete *Ubaldo* non aveva fatta ſolenne Profeſ-
„ ſione, nè aveva aſſunto l'abito della Religione:
„ *Neque Profeſſionem ſolemnem emittens, neque*
„ *habitum Religionis aſſumens*: e non eſſendovi
„ veruna prova, che dipoi dal detto Prete *Ubal-*
„ *do* foſſe ſtata fatta ſolenne Profeſſione; nel
„ medeſimo tempo, in cui da l'evidenza del fat-
„ to ſiamo aſtretti allontanarci dal ſentimento
„ del Padre Abbate, ci vediamo commodamente
„ condotti a conchiudere, riconoſcer eſſo ſteſſo,
„ aver il Capitolo *Quod Dei timorem*, biſogno
„ di puntelli, e di ſupplementi, per dedurne la
„ capacità de' ſuoi Canonici Regolari alle Parochie
„ ſenza l'Indulto Apoſtolico.

„ XL. A ciaſcheduno mediocremente verſato
„ nelle materie Eccleſiaſtiche ſarà ſenza dubbio
„ nota la Storia de' Canonici Regolari ſtampata in
„ in Parigi *l'anno* 1699. dal Padre *Raimondo*
„ *Chapponel* Canonico Regolare dell' Ordine di
„ S. Agoſtino. Il celebre Autore in queſto ſuo
„ Libro fra le altre coſe intende di provare, che
„ i ſuoi Canonici Regolari ſono capaci ſenza
„ veruna diſpenſa Apoſtolica, e colla ſola licenza
„ del loro Superiore Generale, delle Parochie,
„ Dignità, Canonicati, e Benefizj Secolari, co-
„ me può vederſi *al lib. 2. cap. 7. ed* 8. Porta a
„ ſuo favore varj giudicati, ed anche uno della
„ Ruota Romana fondato ſul Capitolo *Quod Dei*
„ *timorem, de ſtatu Monachorum*, e dopo aver
„ eſclamato contra i Giuriſti, che privi di ſtoria,
„ e di buona critica, mettono tutto in confuſio-
„ ne, paſſando al giudizio della Ruota, benchè
„ a lui favorevole, eſpreſſamente dice, che il
„ giudizio è giuſto, ma non in vigore del Capitolo
„ *Quod Dei timorem*: ed ecco le di lui parole alla
„ *pag.* 336. *Ancorchè la riſpoſta, o ſia il giudizio*
„ *della Ruota ſia giuſto, non lo è però per l'autorità*

„ *del*

„ *del Capitolo*, Quod Dei timorem, *sù cui ſi fonda; procedendo queſto teſto in nu altra ſpecie, che non ha in veruna maniera che fare nè colla coſa deciſa, nè colla deciſione.*

„ XLI. Parla l'Autore chiaramente, benchè con ſtile laconico. Ma chi voleſſe chioſare quanto eſſo ha brevemente accennoto nelle dette parole, direbbe, aver eſſo aſſerino non aver che fare il Capitolo *Quod Dei timorem*, colla coſa deciſa, nè colla deciſione: Primo, perchè il caſo è di chi, eſſendo Canonico Regolare, vuol uſcire dal Chioſtro, e prendere una Parochia Secolare, ed il teſto parla d'un Prete Secolare Paroco, che vuol entrare oel Chioſtro.

„ XLII. Secondo, perchè il caſo è d'un Canonico Regolare, che non ſolo vuol uſcire dal Chioſtro, e prendere Cura d'anime, ma vuol ciò fare ſenza la diſpenſa Apoſtolica; e nel teſto vi è una vera diſpenſa Apoſtolica per ritener la Parochia, benchè non foſſe preceduto il voto ſolenne, ma il ſolo voto ſemplice della Profeſſione da farſi fra i Canonici Regolari.

„ XLIII. Terzo, nel caſo ſi pretende, come più volte, ſi è detto l'acquiſto di Beneſizio Curato dopo la Profeſſione frà Canonici Regolari ſenza Apoſtolico Indulto: e ſe *Innocenzo III. nel Cap. Quod Dei timorem* foſſe ſtato di ſentimento favorevole alla capacità de' Canonici Regolari alle Parochie ſenza la ſua autorita, e nel detto teſto aveſſe voluto ciò ſtabilire, o dichiarare, non avrebbe ſatto quel, che fece, ma avrebbe preſo un ſiſtema differente.

„ XLIV. Ed averebbe detto, che il Prete *Ubaldo*, che aveva ſatto il voto ſemplice, entraſſe nel Clauſtro, ed aſſumeſſe l'abito Regolare, e faceſſe la Profeſſinne ſolenne, adempiendo il ſuo voto; *Romberto* contra ſua voglia fu ſatto, e conſecrato Arciveſcovo Biemenſe. Aveva eſſo fatto prima un Voto ſemplice di farſi Monaco, e prima d'aſſumere il governo della Chieſa, paſſò al Monaſtero Corbejenſe in Germania, ed ivi fece la Profeſſione, eome atteſta il *Surio al giorno* 4. *di Febbrajo: Converſationis autem illius Profeſſionem ita fecit, ut Obedientiam, & converſionem morum, & ſtabilitatem ſecundùm Regulam Sancti Benedicti exhiberet, quatenus labores, & educationes ſuſcepti Epiſcopatus permitterent*: e volle ritenere in ſua compagnia nel Veſcovado un Monaco, per imparare da eſſo il corſo del Tirocinio Monaſtico. Diede pure *Innocenzo III.* conſiglio ad uno, che prima del Veſcovado aveva promeſſo di farſi Religioſo, che faceſſe lo ſteſſo, eome può vederſi appreſſo il *Tomaſſino de veteri & nova Eccleſiæ diſciplina alla part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 18. *num.* 11. *in fine*: e così con molto maggior ragione averebbe detto al Prete *Ubaldo*, che faceſſe la Profeſſione fra i Canonici di S. Vittore, dipoi partiſſe dal Chioſtro, e ritornaſſe alla Cura, ſe l'aveſſe creduta compatibile col Canonicato ſenza ſua nuova diſpenſa; tanto più ch'era ben informato, che il Sacerdote *Ubaldo* ſarebbe ſtato uno di que' Canonici Regolari meritevoli, e capaci del governo della Parochia, giuſta l'Inſegnamento del celebre *Ivone Carnotenſe*, le di eui Opere erano ben note al Pontefice *Innocenzo*, nelle quali, trattando de' Canonici Regolari da aſſumerſi alle Parochie, coſì ſcriſſe *nella ſua lettera* 213. a Giovanni Aurelianenſe: *Non tamen ad hoc officium alii aſſumendi ſunt, niſi quos vita & doctrina commendat, & Epiſcopalis auctoritas ad hoc agendum idoneos probat.*

§. II.

In cui ſi tratta del Sacro Concilio di Trento.

„ XLV. CAminando coll' ordine preſcritto da *Clemente XI.* deve ora trattarſi del Sacro Concilio di Trento: e quando ſi voglia laſciare il ſuperfluo, e ridurre l'eſame al puro neceſſario, ſembra, che l'inſpezione preſente debba ridurſi al capitolo undecimo *della Seſſ.* 14. *de Reformatione*, in cui volendoſi levare ai Regolari l'occaſione di ſtar fuori de' loro Monaſteri, il che facilmente ſuccedeva, mentre paſſando da una Religionè all'altra, ottenevano dal Superiore del Monaſtero, a cui erano paſſati, la licenza d'abitar fuora; *Quia verò Regulares de uno ad alium Ordinem translati, facile a ſuo Superiore licentiam ſtandi extra Monaſterium obtinere ſolent, ex quo vagandi, & apoſtatandi occaſio tribuitur*; vien determinato, che neſſun Prelato, o Superiore, in vigore di qualſivoglia facoltà, o privilegio, poſſa ricevere chi ſi fia all'abito, ed alla Profeſſione, ſe quello, che ſi ammette, non reſta nel Chioſtro ſotto l'obbedienza del Superior Regolare: *Nemo cujuſcumque Ordinis Prælatus, vel Superior vigore cujuſvis facultatis aliquem ad habitum & Profeſſionem admittere poſſit, niſi, ut in Ordine ipſo, ad quem transfertur, ſub ſui Superioris obedientia in Clauſtro perpetuò maneat*: e poi ſi aggiunge, che il Religioſo translato da un'Ordine all'altro, ancorchè foſſe de' Canonici Regolari, ſia incapace de' Beneſizj Secolari, anche Curati: *ac taliter translatus, etiamſi Canonicorum Regularium fuerit, ad Beneficia Secularia etiam Curata, omnino incapax exiſtat.*

„ XLVI. Sopra le ultime parole del detto teſto Conciliare ſi fa dai Dottori una diſputa, ed è, ſe reſtino inabilitati ai Beneſizj Secolari anche Curati quelli, che dai Canonici Regolari paſſano ad un' altra Religione, o pure quelli, che da un'altra Religione paſſano ai Canonici Regolari: ma l'opinione della Sagra Congregazione del Concilio è, che proceda negl'uni, e negli altri, e che anche il transferito da una Religione all'Ordine de' Canonici Regolari ſia incapace de' Beneſizj Secolari anche Curati: altrimenti non avvrebbe il Concilio baſtantemente proveduto al male, a cui doveva provedere, che i translati ſtaſſero fuori de' Chioſtri; e così dalla detta Congregazione fu riſoluto nella Cauſa *Ordinis Canonicorum Regularium Sanctiſſimi Salvatoris*, propoſta, mentre n'eravamo Segretario, *nel giorno* 17. *Luglio* 1723. come può vederſi *nel Teſoro delle Riſoluzioni al tom.* 2. *pagin.* 339.

„ XLVII. E dall' ultima parte del detto teſto Conciliare, in qualſivoglia dei due modi s'intenda, ſi ricava il ſeguente argomento. Il Concilio di Trento dichiara incapaci de' Beneſizj ſecolari anche Curati i Canonici Regolari translati, o ſiano paſſati dall'Ordine de' Canonici Regolari ad un'altro Ordine, o ſiano paſſati da un' altro Ordine a quello de' Canonici Regolari. Donque il Canonico Regolare, che non è translato, ma che ſta nel ſuo Ordine, dee ſecondo in Concilio di Trento dirſi capace de' Beneſizj ſecolari, anche Curati; eſſendo certa la regula legale, che *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis.*

„ XLVIII.

„ XLVIII. L'argomento ha tutta la ſua apparenza: ma ceſſerà ſenza dubbio la ſua forza, quando, come nel caſo della Decretale *Quod Dei timorem*, ſi arrivarà a dimoſtrare, eſſere ai Canonici Regolari non tranſlati, e che pretendono d'andar alle Parochie ſenza l'Indulto Apoſtolico, contraria un'altra diſpoſizione Canonica. Ben ſapevano i Padri del Concilio di Trento, poterſi dal Papa concedere la diſpenſa a qualſivoglia Regolare per aſſumere la Cura dell' anime, ne' caſi però, de' quali altrove parleraſſi. Gli ſteſſi Padri pure del Concilio di Trento erano ben' informati della controverſia trattata dai Canoniſti ſopra il *Cap. Quod Dei timorem, de ſtatu Monachorum*, ſe i Canonici Regolari ſiano ſenza la diſpenſa Apoſtolica capaci de' Benefizi Curati, nella qual controverſia alcuni avevano ſeguitata una opinione, ed altri un'altra; chi diceſſe, che, volendo i ſopradetti Padri levar e ſradicare l'inconveniente, che nel paſſaggio da un Ordine all'altro i tranſlati ſtaſſero fuori del Monaſtero per qualſivoglia preteſto, ed anche della cura dell'anime, decretarono come ſopra: *ac taliter tranſlatus, etiamſi Canonicorum Regularium fuerit, ad Beneficia ſecularia etiam Curata omnino incapax exiſtat*: non direbbe forſe tanto male, e dicendo così potrebbe facilmente ſoſtenere, non eſſere ſtato deciſo dal Concilio di Trento, che i Canonici Regolari non tranſlati ſiano capaci di Benefizi Eccleſiaſtici anche Curati.

„ XLIX. In quella guiſa, che, eſſendovi per eſempio controverſia, ſe i Cardinali, i Cavalieri di Malta, le Congregazioni Monacali ſiano *de jure* aſtrette al pagamento delle decime, dell'impoſizioni, ed il Papa volendone il pagamento da tutti d'alcune decime, e d'alcune impoſizioni, comprendeſſe ſotto il pagamento da farſi d'eſſe anche i Cardinali, i Cavalieri di Malta, e le Congregazioni Monacali, ſarebbe coſa eſtranea, e lontana dal vero, quando ſi pretendeſſe eſſere ſtata dal Papa deciſa la controverſia del non obligo del pagamento da farſi univerſalmente dai predetti, ma ciaſcheduno confeſſarebbe, che per uſcire dalla controverſia, il Papa nel caſo propoſto faceva quel, che faceva, reſtando in piedi l'antica pretenſione, ſenza che il Papa aveſſe preteſo di deciderla; in tal maniera che, eccitandoſi dai Cardinali, Cavalieri di Malta, e Congregazioni Monacali in altri caſi la pretenſione di non dover pagare, perchè avendoli il Papa compreſi, ed aſtretti al pagamento nelle tali circonſtanze, aveva deciſo, e ſtabilito il punto, che fuori d'eſſe doveſſero eſſer liberi, ed eſenti dal pagare, non mancarebbero i Camerali di riſpondere, non eſſer ſtata deciſa la controverſia antica, reſtar eſſa nel ſuo vigore, volerla per debito del proprio uffizio proporre, e far eſaminare, non avendo avuto il Papa nel far quel, che fece, altra mira, che d'eſſer obbedito in quel caſo, levando per quel caſo l'impedimento, che traeva l'origine dalla loro generale pretenſione, o buona, o cattiva che foſſe.

„ L. Nè in queſto ſtato di coſe può aver luogo l'aſſioma legale, che, *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis*, ſapendoſi, che il detto aſſioma non hà il ſuo vigore, quando oltre il caſo eccettuato, che ſomminiſtra materia all'argomento, ſe ne ritrovano altri eccettuati in altre parti del jus, come evidentemente ſi deduce dal Capitolo *Inter alia, de Immunitate Eccleſiarum*, in cui eſcludendoſi dal benefizio dell'aſilo i pubblici ladri, i notturni ſaccheggiatori de' campi, e quelli che aſſaltano gli uomini nelle publiche ſtrade, ciò non baſta per ſtabilire, che i malfattori in tutti gli altri caſi debbano godere l'immunità, pel motivo, che in altre parti del jus altri malfattori ſono eſcluſi dal benefizio dell'immunità locale, il che molto bene vien avvertito dall'Abbate *ſopra lo ſteſſo Capitolo Inter alia, num. 15. de Immunitate Eccleſiarum*, ed anche dal Bartolo *nella leg. Servi ff. de Uſucapionibus*, ove inſegna, *quod ſi unum Jus ponit regulam, & excipit aliquem caſum cum dictione taxativa, nihilominus excipiuntur alii caſus, qui in alia parte Juris reperiuntur excepti*: e ſtando anche ne' termini della preſente materia, ſiccome, leggendoſi nella Clementina prima *de Regularibus, & tranſeuntibus ad Religionem*, che i Mendicanti, che paſſano benchè lecitamente ai non Mendicanti, ſono incapaci della Cura dell'anime: *quodque animarum curam, & regimen, nec pro ſe poſſint, nec pro aliis exercere*: non vale l'illazione, che i Mendicanti non tranſlati ſono univerſalmente capaci della Cura dell' anime; così nemmeno, ſtabiliendo il Concilio di Trento, che i Canonici Regolari tranſlati ſono incapaci della Cura dell' anime, può argomentarſi, che i non tranſlati ne ſiano capaci ſenza l'Indulto Apoſtolico: oſtando agl' uni, ed agli altri, come abbaſſo vedraſſi, la diſpoſizione Canonica, ancorchè non ſiano tranſlati.

„ LI. Terminiamo queſto punto del Sagro Concilio di Trento col fatto di due Pontefici. Non v'è chi non ſappia, che *Gregorio XIII.* quando era *in minoribus*, fu al Concilio di Trento: e benche non foſſe preſente quando fu fatto il Capitolo undecimo *della Seſſ. 14. de Refor.* avvengache, come ſi legge ne' di lui Annali fatti ultimamente ſtampar da Noi, eſſo ritornò a Roma, allora chè il Concilio dalla Città di Trento paſsò a quella di Bologna, e venuto a Roma, non ritornò più in Trento, eſſendo ſtato impiegato in varie cariche di Roma, e fuor di Roma, aſceſo però al Pontificato, ed eſſendo uomo ben prattico del Jus Canonico, ſpiegò, ed interpretò in varie ſue Bolle il Concilio, e ne volle l'oſſervanza, come dalle dette Bolle ſi deduce.

„ LII. Ora queſto gran Pontefice fu quello, che decretò circa i Canonici Regolari, come abbiamo detto di ſopra: ed ecco quanto ne atteſta il Fagnano *nel Cap. Quod Dei timorem al num. 16. de Statu Monachorum: Poſtea vero generaliter fuit quaſitum, an Canonici Regulares de licentia ſui Generalis poſſint aſſumere Curam animarum tam ad tempus, quam perpetuo. Die 8. Julii 1581. Sanctiſſimus Dominus Noſter Gregorius XIII. voluit licere iſtis Regularibus, etiam de licentia ſui Generalis, abſque permiſſu Summi Pontificis, aſſumere Curam, etiam ad tempus, multoque minus Beneficium Curatum in titulum. Ita reperi adnotatum in Libris publicis Sac. Congregationis cap. 18. Seſſ. 24. pag. 999. Et ſubinde, cum Canonici Regulares Lateranenſes peterent, ut ſibi liceret cum licentia ſui Generalis obtinere Beneficia Curata in titulum, vel ad tempus, & res a Congregatione delata eſſet ad Sanctiſſimum, Sanctitas Sua abnuit.*

„ LIII. In oltre il Pontefice *Innocenzo X.* che fu *in minoribus* Uditore di Ruota, e buon

„ Leg-

„ Leggiſta, nella ſua Bolla *Inſtauranda*, nella
„ quale ſoppreſſe i piccoli Conventi de' Regola-
„ ri, avendo nella ſoppreſſione compreſe ancora le
„ Grancie, ed i membri d'altro Monaſtero, ben-
„ chè in eſſi vi foſſe la Cura dell'anime, acciò
„ queſta ſua determinazione aveſſe il ſuo compi-
„ to effetto, fece ſpedire alcune Lettere Circo-
„ lari ai Veſcovi, ingiungendo loro il non per-
„ mettere, che la Cura dell'anime foſſe nelle det-
„ te Grancie eſercitata dai Regolari a nomina de'
„ Superiori Regolari, o foſſero poi Vicarj per-
„ petui, o Vicarj amovibili, *& in hac diſpoſitio-*
„ *ne Granciarum, & Parochialium, Sanctitas*
„ *Sua declaravit comprehendi etiam Canonicos*
„ *Regulares Lateranenſes, quos noluit extra Clau-*
„ *ſtra degere pro Cura animarum exercenda*:
„ come riferiſce il citato Fagnano *nel Cap. Re-*
„ *latum num. 68. ne Clerici, vel Monachi &c.*
„ a cui dee preſtarſi un'intiera fede, eſſendo eſſo
„ ſtato quello, per le cui mani fu trattato, e
„ conchiuſo l'affare della ſoppreſſione de' piccioli
„ Conventi de' Regolari, e da queſte due diſpo-
„ ſizioni di *Gregorio*, e d'*Innocenzo* ſembra po-
„ terſi inferire, eſſer eſſi ſtati per lo meno di ſen-
„ timento, che il Concilio di Trento non aveſſe
„ ſtabilito, o dichiarato nel citato Capitolo un-
„ decimo *della Seſſ.* 14. che i Canonici Regolari
„ non tranſlati ſiano colla ſola licenza del loro
„ Generale capaci de' Benefizj Secolari, ed anche
„ Curati.

„ LIV. Ne crediamo, che queſta congettura,
„ o ſia argomento *a poſteriori*, ſia in verun mo-
„ do contrario al reſcritto di Clemente XI. in
„ cui, come abbiamo veduto, volle, che nell'
„ eſame di queſta controverſia ſi metteſſero da
„ parte tuti gli oracoli de' Sommi Pontefici, e
„ tutt'i reſcritti delle Congregazioni da *Gregorio*
„ *XIII.* in giù: imperochè ciò deve intenderſi
„ proibito, quando d'eſſi ſi voleſſe far uſo per
„ decidere la vigente controverſia, ma non quan-
„ do l'uſo di eſſi foſſe, come preſentemente lo
„ è, riſtretto ad indagare l'opinione, ed il ſenti-
„ mento de' Decretanti, eſſendo aſſioma aſſicura-
„ to dai Leggiſti, che anche da un'atto nullo ſi
„ può ricavar l'intenzione di chi l'ha fatto.

§. III.

Della Profeſſione.

„ LV. AL Concilio di Trento ſuccede l'eſame
„ della Profeſſione, che ſi fa dai Cano-
„ nici Regolari Lateranenſi; Caminando, co-
„ me ci ſiamo prefiſſi di caminare, coll'ordine
„ preſcritto da *Clemente XI.* nell'eſame della pre-
„ ſente materia.

„ LVI. Nella forma della Profeſſione predet-
„ ta, dopo la promeſſa dell'Obedienza, della Ca-
„ ſtità, e di vivere *in communi ſine proprio*, ſi
„ dicono dal profitente le ſeguenti parole. *Et quod*
„ *nunquam acceptabo aliquod Beneficium Eccleſia-*
„ *ſticum cum Cura, vel ſine Cura, extra, vel*
„ *intra dictum Ordinem, ſine conſenſu, & vo-*
„ *luntate Congregationis noſtræ, vel Capituli no-*
„ *ſtri, renunciando omnibus juribus, privilegiis,*
„ *& conſuetudinibus ex nunc, & in futurum mi-*
„ *hi in contrarium competentibus, & quomodoli-*
„ *bet competituris*: come ſi vede *nel cap.* 36. delle
„ loro Conſtituzioni, e *nel tom.* 2. della Storia
„ degli Ordini Monaſtici, Religioſi, e Militari,
„ ſtampata in Parigi *l'anno* 1721. *alla pag.* 42.
„ E nel Pontificato d'*Innocenzo XII.* avendo i
„ Canonici Regolari della Congregazione di S.
„ Patrizio nel Regno d'Ibernia, ottenuta la gra-
„ zia, d'eſſer aggregati alla Congregazione La-
„ teranenſe, e di poterſi ſervire delle Conſtituzio-
„ ni d'eſſa, fu loro communicata la formola della
„ Profeſſione colle ſudette parole, giuſta ciò,
„ che ſi legge nel Bollario dei predetti Canonici
„ Lateranenſi *alla pag.* 401. *e ſeguenti*, e nell'
„ Opera più volte citata del Padre Abbate *Ben-*
„ *venuti alla pag. 61. art. 8. §. unic.*

„ LVII. Tanto nel Bollario della Religione,
„ quanto nell'Opera del Padre *Benvenuti*, non ſi
„ portano monumenti della predetta Profeſſione
„ più antichi di quelli del ſecolo decimo quinto,
„ portandoſi una formola di Profeſſione eſtratta
„ dall'Archivio del Monaſtero di S. Leonardo vi-
„ cino a Verona *del* 1407. un'altra eſtratta dall'
„ Archivio del Monaſtero di Santa Maria della
„ Carita di Venezia *dell'anno* 1414. ed un'altra
„ dell'Archivio del Monaſtero di Santa Maria
„ della Pace di Roma *del* 1451. Furono ſtampa-
„ te alcune Diſquiſizioni *de Canonicorum Ordine*
„ in Parigi *l'anno* 1697. e benchè non vi ſia il
„ nome dell'Autore, ſanno però gli Eruditi, che
„ l'Autore fu un certo *Claudio du Moulinet*.
„ L'Opera è molto erudita, ed in tutto favore-
„ vole ai Canonici Regolari; *ed alla pag.* 545. *e*
„ *ſeguenti* ſono portate varie formole della Profeſ-
„ ſione, che ſi fa da varj Canonici Regolari, ne in
„ veruna d'eſſe ſi legge in ordine ai Benefizj ciò,
„ che ſi legge in quella de' Canonici Lateranenſi.
„ I Padri Premonſtratenſi ſono veri Canonici Re-
„ golari di S. Agoſtino; e chi voleſſe appagarſi
„ di queſta verità, potrebbe leggere la Critica fat-
„ ta ſu l'Iſtoria de' Canonici già allegata del Pa-
„ dre *Chapponel*, ſtampata ſenza nome in Lucem-
„ burgo *l'anno* 1700. ma' ella dagli Eruditi ſi
„ attribuiſce a *Carlo Luigi Ugo* Religioſo Premon-
„ ſtratenſe, appiè della quale ſi ritrova una Diſſer-
„ tazione del medeſimo Autore *della Canonicità*
„ *dell'Ordine Premonſtratenſe*, compoſta per con-
„ futare l'aſſerzione avanzata dal detto Padre *Cha-*
„ *ponnel*, che l'Ordine Premonſtratenſe era Ordine
„ di Canonici Regolari per l'aggregazione ad eſſo
„ conceduta *l'anno* 1145. da certi Canonici Re-
„ golari della Dioceſi di Trojes; nella qual Apo-
„ logia dimoſtra, eſſere ſtati li Premonſtratenſi
„ veri Canonici Regolari ſino dal principio della
„ loro fondazione: e queſti pure ſi debbono ag-
„ giungere agli altri Canonici Regolari, che nel-
„ la loro Profeſſione nulla parlano de' Benefizj,
„ come abbaſſo vedraſſi.

„ LVIII. Degna di rifleſſione è anche per un'
„ altro capo la forma poc'anzi riferita del profeſſa-
„ re, che fanno i Canonici Lateranenſi, non eſ-
„ primendoſi ſolo in eſſa la licenza della Religione
„ per accettare Benefizj o dentro, o fuori d'eſſa,
„ o con Cura, o ſenza Cura, ma altresì additan-
„ doſi una tal quale ſpecie di jus, di privilegio, o
„ conſuetudine, che gli toccherebbe, e ſe non
„ ne faceſſero eſpreſſa rinunzia, di poter accetta-
„ re Benefizj, benche fuori della Religione, ſenza
„ di lei licenza, che è lo ſteſſo che dire, di potere
„ dal Chioſtro ritornare al ſecolo, ſenza che i Su-
„ periori Regolari ne foſſero inteſi, e conſentien-
„ ti, quando, laſciando molte altre coſe da par-
„ te, il Sagro Concilio di Trento *alla ſeſſ.* 25.
„ *cap.* 19. *de Regularibus* determinò, come in
„ appreſſo: *Nemo etiam Regularis cujuſcumque*
„ *facultatis vigore transferatur ad laxiorem Re-*
„ *ligionem*: il che, benchè da alcuni ſia ſtato inteſo,
„ e ſpiegato, che abbia luogo nel tranſito ad una

„ Religione più larga ſenza legitima cauſa, ciò
„ però vien dottamente confutato dal Cardinal
„ *Petra ne' ſuoi Commentarj ſopra la Conſtituzione*
„ *VIII. di Eugenio IV. alla pagina 510. tom. 4.*
„ ove dimoſtra, eſſere affatto tolti di mezzo i
„ paſſaggi da una Religione più ſtretta ad una più
„ larga, in vigore di qualſivoglia facoltà, o di
„ qualſivoglia cauſa ſenza l'Indulto del Papa.

„ LIX. Ma riſpettando, come è del dovere,
„ la detta forma della Profeſſione, in ciò, che ri-
„ guarda il punto preſente, eſſa ben prova, che
„ ſenza il conſenſo della Religione non può il Ca-
„ nonico Lateranenſe Profeſſo accettare verun Be-
„ neficio, o dentro, o fuori della Religione, o
„ con Cura, o ſenza Cura, qual conſenſo forſe
„ con evidente abuſo prima non richiedevaſi, ſe
„ preſtiamo fede a Monſignor *Pitoni nella ſua*
„ *Opera al cap. 6. n. 34. Fama conſtans eſt, quod*
„ *hi Canonici Lateranenſes uſque ad ſeculum de-*
„ *cimumquartum paſſim promoveri conſueverint ad*
„ *quaſcumque Eccleſias etiam ſine licentia eo-*
„ *rum Superioris Generalis*: ma non prova già,
„ che quando per altra diſpoſizione Canonica,
„ della quale parleraſſi in appreſſo, foſſe neceſſa-
„ rio l'Indulto Apoſtolico, queſt'Indulto reſti
„ eſcluſo.

„ LX. La riſpoſta ſembra chiara: ma quan-
„ do, per renderla, ſe è poſſibile, anche più
„ chiara, foſſe duopo il portar qualche eſempio,
„ eſſo certamente non mancarebbe. Come ogn'
„ uno ben ſa, quando la Parochia è unita ad
„ un Monaſtero di Monaci non meno riſpetto al
„ temporale, che allo ſpirituale, può il Superiore
„ Regolare deputare un ſuo Monaco per la Cura
„ dell'anime, in qualità però di Vicario tempora-
„ neo: ma quando la Parochia è unita al Mona-
„ ſtero, come ſi dice, *acceſſorie*, è ſolamente
„ quanto al temporale, deeſi allora dal Superio-
„ re Regolare deputar un Rettore, o ſia Vicario
„ perpetuo, nè queſto può eſſere un Regolare,
„ o ſia un Monaco, ma deve eſſere un Sacerdo-
„ te Secolare, come può vederſi nel foglio della
„ Cauſa *Conſtantien.* propoſta, e riſoluta *ai 20.*
„ *di Novembre del 1734. nel tom.* 6. del Teſoro
„ delle Riſoluzioni della Sagra Congregazione del
„ Concilio *alla pag. 377. e ſeguenti*, richiedendoſi
„ nell'uno, e nell'altro caſo l'eſame, e l'approva-
„ zione del Veſcovo, ſecondo *il cap. 11. della*
„ *ſeſſ. 25. de Regularibus* del Sagro Concilio di
„ Trento. Trattandoſi poi di Parochie ſepara-
„ te affatto dal Monaſtero, e che ſi dicono Pa-
„ rochie Secolari, non poſſono eſſe conferirſi al
„ Regolare, o al Monaco, ſe non, come abbaſ-
„ ſo diraſſi, manchino Sacerdoti Secolari: ed in
„ queſto ſtato di coſe due licenze ſono neceſſarie,
„ una del Veſcovo, l'altra del Papa, giuſta il
„ ſentimento della predetta Sagra Congregazione
„ appreſſo il Fagnano nel *Cap. Quod Dei timorem*
„ *num. 17. de Statu Monachorum.* Ora, ſe un
„ Monaco giuraſſe, o prometteſſe di non accet-
„ tare Parochia Secolare ſenza la licenza del Veſ-
„ covo, domandaſi, ſe con tal promeſſa, o giu-
„ ramento s'intendeſſe poterla eſſo accettare ſenza
„ l'Indulto Apoſtolico? E ſarà molto difficile il ri-
„ trovare chi riſponda di sì, non per altra ragione,
„ ſe non perchè pel detto effetto, ed in vigore
„ d'altra diſpoſizione, oltre l'autorità del Veſcovo,
„ vi vuole anche quella del Papa. Volendo un
„ Regolare paſſare dal ſuo Ordine più largo ad
„ un'altro Ordine più ſtretto, dee chieder li-
„ cenza dal Superiore dell' Ordine, da cui in-
„ tende di paſſare, e ſecondo il Teſto nel *Cap.*
„ *Licet, de Regularibus*, gli baſta averla do-
„ mandata, ancorchè non l'aveſſe ottenuta. Per
„ paſſare poi da un Ordine più ſtretto ad uno
„ più largo, non baſta l'aver domandata, ma è
„ d'uopo l'aver ottenuta la licenza: il che è tanto
„ vero, che quando il Papa la concede a dirittu-
„ ra, deroga al conſenſo del Prelato *a quo.* Ora,
„ ſe un Religioſo giuraſſe, e prometteſſe di non
„ paſſare a qualſivoglia Ordine più largo ſenza
„ il conſenſo del Superiore Regolare, cercaſi, ſe
„ poteſſe paſſare ſenza l'Indulto del Papa? E ſarà
„ difficile il ritrovare chi riſponda di sì, per la ra-
„ gione, che, oltre la licenza del Superiore Re-
„ golare *a quo*, nel paſſaggio da un Ordine più
„ ſtretto ad uno più largo, oggidì vi vuole l'au-
„ torità del Papa, come può vederſi appreſſo il
„ Cardinal *Petra nel luogo citato.* Per lo che,
„ quando per altra diſpoſizione Canonica richiedaſi
„ l'Indulto Apoſtolico, ad effetto che il Canoni-
„ co Regolare poſſa ottenere Benefizj Curati fuori
„ della ſua Religione, la forma della Profeſſione
„ di non accettarli ſenza la licenza de' ſuoi Su-
„ periori Regolari, non potrà mai ſervire per
„ comprovare, poterſi ad eſſo conferire i detti
„ Benefizj colla ſola licenza de' predetti Superio-
„ ri Regolari, e ſenza l'Indulto Apoſtolico. E
„ ſe per uſcire dall'imbarazzo di queſta Profeſſio-
„ ne, ſi daſſe ad eſſa l'intelligenza ſeguente, cioè
„ prometterſi dal profitente di non accettare Be-
„ nefizio Regolare con Cura d'anime, o ſenza
„ Cura, dentro, o fuori dell' Ordine, ſenza la
„ licenza del ſuo Superiore Regolare, ſchiantareb-
„ be dai fondamenti tutta la machina, nè direb-
„ be una coſa eſotica, o ſtravagante, eſſendo
„ coſa certa, che prima del Sagro Concilio di
„ Trento era in piedi un'abuſo, che i Regolari
„ d'un Ordine ſi aſſumevano ai Benefizj Regolari
„ d'un'altro Ordine, il che fu abolito *nella Seſ-*
„ *ſione 14. al cap. 10. de Reformatione*, ove così
„ ſi legge; *Regularia Beneficia in titulum Regula-*
„ *ribus profeſſis provideri conſueta, cum per obi-*
„ *tum, aut reſignationem, vel alias illa in titu-*
„ *lum obtinentis vacare contigerit, Religioſis tan-*
„ *tum illius Ordinis, vel iis, qui habitum om-*
„ *nino ſuſcipere, & Profeſſionem emittere tenean-*
„ *tur, & non aliis, ne veſtem lino, lanaque con-*
„ *textam induant, conferantur.*

§. IV.

Riflessioni ſopra quanto è ſtato dedotto negli antecedenti Paragrafi.

„ LXI. Quando abbiamo trattato del Capito-
„ lo *Quod Dei timorem*, del Sagro
„ Concilio di Trento, e della Profeſſione, che ſi
„ fa dai Canonici Regolari Lateranenſi, abbiamo
„ dato a divedere, creder Noi, che vi ſia un fon-
„ damento Canonico, che avvalora le rifleſſioni,
„ e conſiderazioni già fatte ſopra gli argomenti,
„ che dai predetti fonti ſi ricavano, per ſoſtenere
„ l'incapacità de' Canonici Regolari a Benefizj Se-
„ colari ſenza l'Indulto Apoſtolico: Ed ora è tem-
„ po d'eſporre l'accennato Canonico fondamento.

„ LXII. Profeſſano i Canonici, de' quali ſi
„ tratta la Regola di S. Agoſtino, eſſendo certo,
„ che i Chierici, che vivevano con S. Agoſtino
„ nel ſuo Epiſcopio, oſſervavano una perfetta vita
„ commune; e ſe non facevano i Voti ſolenni di
„ Caſtità, di Povertà, e d'Obedienza, facevano
„ però gli ſteſſi Voti, ma ſemplici, come diffu-
„ ſamente comprovano il *Deſnos* nel ſuo trattato

„ Cano-

„ *Canonicus Regularis*, *& Regularis al lib. 3. cap. 24. e cap. 27.* ed il *Chapponel nella ſua Storia de' Canonici al lib. 1. cap. 3.* Sappiamo ancora Noi non ammeterſi queſta narrativa come vera dal Padre *Mabillon nel tom. 2. delle ſue Opere poſtume alla pag. 106. e ſeguenti*, ove ſebbene concede, che i Chierici, che vivevano con S. Agoſtino nel ſuo Epiſcopio, oſſervaſſero la vita commune, pretende però, che eſſi foſſero anche Monaci, eſſendo ſtato Sant' Agoſtino Monaco prima d'eſſer Veſcovo: e ſappiamo ancora, pretenderſi da taluno, che la Regola profeſſata da' Canonici Regolari, ſia una Regola fatta da S. Agoſtino per le Religioſe, e delle quali una ſua Sorella era Superiora, e che ai maſchi foſſe poſcia adattato ciò, che il Santo aveva detto delle donne, come può vederſi appreſſo il Tommaſſino *de veteri*, *& nova Eccleſia diſciplina alla part. 1. lib. 3. cap. 11. num. 8. e 9. ed al cap. 21. num. 4. e due ſeguenti.*

„ LXIII. Noi non intendiamo d'entrare in queſto gineprajo, e ci proteſtiamo proclivi a tutto ciò, che può eſſere favorevole, e decoroſo pe' Canonici Lateranenſi, e per tutti gli altri, dovendo fare, e facendo tutto il capitale di quanto ſi legge nella Relazione fatta dal Cardinale Giovanni Battiſta *Cicala* al Pontefice *Pio IV.* nella gran Cauſa della precedenza fra i Canonici Regolari Lateranenſi, ed i Monaci Caſinenſi, ſtampata nel Bollario Lateranenſe *alla pag. 267.* particularmente *alla pag. 170. §. Monachi*, ed anche nella gran Riſpoſta fatta da' Canonici Regolari della Provincia di Borgogna a quanto aveva ſcritto il Padre *Mabillon*, come particolarmente può vederſi *alla pag. 94. e ſeguenti.*

„ LXIV. A Noi pel noſtro intento baſta il dire, che queſti Canonici oſſervano una Regola approvata dalla Santa Sede, e che però ſono veri Regolari: *A Regula, quam obſervant Canonici noſtri dicuntur Regulares*: ſono parole di *Stefano* Tornacenſe *nell'epiſtal. 71.* della nuova ſtampa; e quando per eſſere Regolare foſſe d'uopo, che ſi aggiungeſſero i Voti ſolenni di Caſtità, Poverta, ed Obbedienza, (il che per altro viene fortemente impugnato dal *Chapponel nella citata Staria alla pag. 271.*) oltre *Claudio du Moulinet*, che nelle ſue Diſquiſizioni *de Canonicorum Ordine* pretende di mantenere, che i Voti, che ſi facevano dai Chierici di S. Agoſtino, foſſero ſolenni al pari degli altri, che ſi facevano dai Monaci; tanto il *Deſnos*, quanto il *Chapponel* ſono d'accordo nell' aſſerire, che i Voti ſolenni ne' Canonici Regolari incomminciarono nel ſecolo undecimo, come può vederſi appreſſo il primo *al lib. 3. cap. 27.* ed appreſſo il ſecondo *al lib. 2. cap. 3.*

„ LXV. Ed in vero è troppo chiaro il monumento del Concilio Romano tenuto *l'anno* 1139. ſotto *Innocenzo II.* e che è il primo de' monumenti, che fanno al caſo noſtro, leggendoſi in eſſo: *Regulares Canonici, qui ſanctum tranſgredientes propoſitum, Uxores ſibi copulare præſumſerint, ſeparentur, Matrimoniaque non cenſemus, quæ contra Eccleſiaſticam Regulam fieri conſtat*: e preſcindendo dalla Profeſſione, che fanno i Canonici Lateranenſi, nella quale eſpreſſamente promettono Caſtità, Povertà, ed Obbedienza, nelle formole delle Profeſſioni degli altri Canonici Regolari riferite da *Claudio du Moulinet nelle citate ſue Diſquiſizioni alla pagina* 145. in ciaſcheduna d'eſſe ſi promette l'Obbedienza al Superiora, ed ai di lui Succeſſori. Lo ſteſſo pure ſi fa dai Canonici Regolari Premonſtratenſi, come può vederſi nella Biblioteca dell' Ordine Premonſtratenſe del Padre *le Paige alla pag. 35.* -- *Promitto converſionem morum meorum, emendationem vitæ, & ſtabilitatem in loco, promitto etiam Obedientiam perfectam in Chriſto ſecundum Evangelium Chriſti, & Regulam Beati Auguſtini tibi Patri N. & Succeſſoribus tuis* -- ed è coſa certa, che il Voto dell'Obbedienza contiene ſotto di ſe gli altri due Voti, come inſegna *S. Tommaſo nella 2. 2. quæſt. 186. artic. 8.* -- *Votum Obedientiæ continet ſub ſe alia Vota, ſed non convertitur. Nam Religioſus etſi teneatur ex Voto continentiam ſervare, & Paupertatem, tamen hæc etiam ſub Obedientia cadunt* --: il che è molto anche ſaviamente avvertito dal bravo Scrittore Canonico Regolare *Giovanni Trullo de Ordine Canonicorum Regularium al lib. 1. cap. 18.*

„ LXVI. Suppoſto, che i Canonici, de' quali ſi tratta, ſiano veri Regolari, o tal qualità derivi poi dalla Regola, o dai Voti, (del che oltre il già dedotto, ſi ha una prova di qualche rilievo dal giuſto diſpiacere, ch'eſſi hanno delle irragionevoli deriſioni di *Eraſmo ne' Colloquj*, e del *Vives ne' Commenti ſopra i Libri di S. Agoſtino de Civitate Dei*, che riflettendo eſſer lo ſteſſo il dire Canone, che Regola, come ſcrive *S. Pietro Damiani* nel ſuo Libretto *della commune vita de' Canonici* -- *Plane quo pacto quis valeat dici Canonicus, niſi ſit Regularis? Quomodo Monachus, niſi juxta vim ſui nominis ſit etiam ſingularis? Volunt ſiquidem, Canonicum hoc eſt Regulare nomen habere, ſed non Regulariter vivere &c.* -- ſi fanno beffe della denominazione di Canonico Regolare, ſuſtenendo eſſer lo ſteſſo il dire Canonico Regolare, che il ripetere due volte la parola Regolare; e e riſpondendo ſaviamente i Canonici Regolari, eſſere ſtato d'uopo il prendere la detta denominazione per contradiſtinguerſi da quei Canonici, che oggi Secolari chiamiamo, e che avendo abbandonata la vita commune, fecero la diviſione delle Prebende, come anche oſſerva il *Suarez nel tom. 4. de Religione al lib. 1. cap. 9.* ed accuratamente proſegue *Giovanni Trulla* nella ſua Opera intitolata -- *Orda Canonicorum Regularium* -- *al lib. 1. cap. 7.* in cui tratta *de congeminata nomenclatura Canonicorum Regularium*, ſi fa luogo all'eſſame della diſpoſizione Canonica in materia di Benefizj, che *Regularia Regularibus*, *Secularia Secularibus conferantur*; in tal maniera che non è capace un Regolare d'un Benefizio Secolare, ſe non ha l'Induſto Apoſtolico: e per ben eſſaminare il punto, ſembra neceſſario il veder prima, ſe la predetta diſpoſizione ſia vera; di poi ſe ſia antica; e finalmente ſe la detta diſpoſizione comprenda non ſolo i Monaci, ma ancha gli ſteſſi Canonici Regolari.

„ LXVII. Prendendo dunqua principio dalla verità, non occorre dubitarne; eſſendo Legge preſcritta nella Clementina unica *de ſupplenda negligentia Prælatorum*, che devolvendoſi ai Veſcovi la collazione de' Priorati, Amminiſtrazioni, e Benefizj per la negligenza de' Prelati Regolari, ne facciano la collazione, ma però in tal modo, che i Benefizj Regolari ſi diano ai Regolari, ed i Secolari ai Secolari: *Negligentiam ſuper hoc ſuppleant eorumdem, Prioratus, Eccleſias, Adminiſtrationes, &*

„ *Bene-*

„ *Beneficia bujuſmodi, illa videlicet, quæ conſue-*
„ *verunt per Seculares Clericos gubernari, Secu-*
„ *laribus Clericis, alia vero, quæ Religioſis dum-*
„ *taxat ſunt committi ſolita, vel conferri, Religioſis*
„ *Monaſteriorum, quorum Prælati hujuſmodi ne-*
„ *gligentes fuerint, conferenda.*

„ LXVIII. Paſſando poi all'antichità; il Padre
„ Abbate *Benvenuti nella ſua Opera all'artic. 9.*
„ fiſſa l'epoca della predetta maſſima al Concor-
„ dato fra *Leone X. a Franceſco I.* Re di Fran-
„ cia; dal che poi inferiſce, non doverſi eſtende-
„ re fuori di que' Paeſi, ne' quali ha luogo il
„ Concordato. Ma ſe l'Autore della citata Cle-
„ mentina è *Clemente V.* e queſti fu fatto Papa
„ *nell'anno* 1305. e ſe *Leone X.* Autore del Con-
„ cordato fu fatto Papa *nel* 1513. ciaſcheduno può
„ facilmente riconoſcere, reſtar ſenza verun fonda-
„ mento quanto è ſtato ſcritto dal Padre Abbate.

„ LXIX. Monſignor *Pitoni nel ſuo Volume al*
„ *Cap.* 14. dice, non eſſervi teſto Canonico, in
„ cui venga chiaramente ſtabilito l'aſſioma, che
„ quello poc'anzi allegato della Clementina unica
„ *de ſupplenda negligentia Prælatorum.* Ecco le di
„ lui parole: *Cum igitur communis aſſertio, quod*
„ *Secularia Secularibus, Regularia Regularibus*
„ *ſint conferenda, ex alio fonte ita litteraliter non*
„ *deſumatur, niſi ex allegato textu Concilii Vien-*
„ *nenſis in Clementina unica de ſupplenda negli-*
„ *gentia Prælatorum.* Ma Noi non poſſiamo in
„ ciò concordare con lui: imperochè *Bonifazio*
„ *VIII.* che fu fatto Papa *nell'anno* 1284. nella
„ ſua Decretale, che incomincia -- *Cum de Benefi-*
„ *ciis, de Præbendis, in ſexto* -- dopo avere ſta-
„ bilite le regole, per le quali un Benefizio dee
„ riputarſi Secolare, o Regolare, preſcrive, che
„ ſe un Chierico Secolare ottiene un Reſcritto
„ dal Papa di dover eſſer proviſto d'un Priora-
„ to, tal reſcritto deve intenderſi non d'un Prio-
„ rato Regolare, ma d'un Priorato Secolare,
„ quando non ſiaſi eſpreſſamente ordinato, che
„ ſia proviſto d'un Priorato Regolare: *Quando*
„ *vero ſcribitur, ut provideatur de aliquo Priora-*
„ *tu alicui Clerico Seculari, provideri non poteſt*
„ *de Prioratu, qui per Religioſos juxta modum*
„ *præmiſſum eſt ſolitus gubernari, niſi hoc in literis*
„ *caveatur expreſſe.*

„ LXX. Ciaſcheduno, che ha un poco di pra-
„ tica dell'Eccleſiaſtica diſciplina, potrà facilmen-
„ te reſtar perſuaſo, che nemmeno *Bonifazio*
„ *VIII.* può dirſi, che foſſe il primo Autore della
„ maſſima, che *Secularia Secularibus*, che *Re-*
„ *gularia Regularibus conferantur.* Eſſo fu quel-
„ lo, che, come abbiamo poc'anzi accennato,
„ ſtabilì le regole, colle quali un Benefizio dee
„ qualificarſi per Secolare, o per Regolare; il
„ che ſuppone già l'eſiſtenza de' Benefizj Secola-
„ ri, e de' Benefizj Regolari: ed avendo poſcia
„ voluto far uſo delle maſſime ſtabilite, diſſe, co-
„ me poc'anzi abbiamo riferito, non con aria
„ di legge nuova, ma bensì ſul piede d'una più
„ antica diſciplina, che il Chierico Secolare non
„ ſi proveda d'un Priorato Regolare, ancorchè
„ abbia ottenuto dal Papa un Reſcritto di dover
„ ottenere un Priorato.

„ LXXI. Nè la coſa può ſtare diverſamente;
„ avvegnachè *Innocenzo III.* che fu fatto Papa
„ nel 1198. aveva già in tre ſue Decretali dato
„ indizio, che ciò, ch'era de' Regolari anche Ca-
„ nonici, non doveva darſi ai Chierici Secolari,
„ e che quello, ch'era de' Chierici Secolari, non
„ doveva darſi ai Canonici Regolari. Fu preſa
„ la Città di Conſtantinopoli dai Latini, e reſta-
„ rono abbandonati i Monaſterj de' Canonici Re-
„ golari Greci. Fu il Papa interrogato dal Pa-
„ triarcha, ſe poteva introdurvi i Chierici Se-
„ colari, ed il Papa riſpoſe, che ciò non poteva
„ fare, ſe non quando non v'erano più Canonici
„ Regolari Greci, o Latini, che voleſſero abita-
„ re ne' detti Monaſterj, come può vederſi nel
„ *Cap. Inter quatuor, de Religioſis Domibus;*
„ ed appreſſo *Rocco Pirro nella ſua Sicilia Sagra*,
„ quando parla della Chieſa di Monreale *nel*
„ *tom. 1. alla pag.* 462. ſta regiſtrato un' ordine
„ dello ſteſſo *Innocenzo a Carlo* Arciveſcovo, in
„ cui gli proibiſce, *Eccleſias, in quibus conſueve-*
„ *runt Monachi miniſtrare, Clericis, vel Laicis*
„ *aſſignare perſonis.* Nel tempo pure dello ſteſſo
„ Pontefice un certo Chierico, quand'era gra-
„ vemente ammalato, chieſe, ed ottenne l'Abi-
„ to di Canonico Regolare dal Priore, e Ca-
„ nonici della Chieſa di Nazaret, promettendo
„ ciò, che *ſolet in hujuſmodi re promitti.* Riſana-
„ to, non pensò ad eſeguire quanto aveva pro-
„ meſſo, ma preſe una Prebenda Secolare nella
„ Chieſa di Ptolemaide, o ſia Acre, ed il Papa
„ conſultato coſa dovea farſi, non diſſe, che ri-
„ teneſſe la ſua Prebenda, ma più toſto che la
„ laſciaſſe; imperochè con gravi parole gl'in-
„ giunſe il prender l'Abito, ed andare alla ſua
„ Canonica; *Cum, quod tanto tempore extra Ca-*
„ *nonicam manſit, non in excuſationem ejus, ſed*
„ *in majoris tranſgreſſionis augmentum, merito*
„ *valeat allegari*: come può vederſi nel *Cap. Si-*
„ *cut nobis, de Regularibus.*

„ LXXII. Coſe tutte, che danno a divedere
„ fiſſata ſino da que' tempi la maſſima di non dare
„ ai Secolari i Benefizj de' Regolari, nè ai Rego-
„ lari quelli de' Secolari. Che ſe poi ſi diceſſe, non
„ leggerſi, che ne' Canoniſti moderni, e nelle Re-
„ gole di Cancellaria, l'aſſioma eſpreſſo, che *Re-*
„ *gularia Regularibus, Secularia Secularibus con-*
„ *ferantur*; ſi potrebbe riſpondere, come molto
„ bene riſpondono i Canonici Regolari ai Mona-
„ ci Benedettini. I Benedettini per ſoſtenere il
„ punto della loro maggiore antichità, oppongo-
„ no ai Canonici Regolari, che il loro nome non
„ ſi ritrova prima del Secolo undecimo: ed i Ca-
„ nonici Regolari riſpondono, che ſe ne' Secoli
„ antecedenti non ſi ritrova il nome, ſi ritrova la
„ coſa; eſſendovi ſempre ſtati dal principio della
„ Chieſa Chierici, che hanno profeſſata una Re-
„ gola. La riſpoſta è buona, ma può anche ap-
„ plicarſi al caſo noſtro preſente, dicendo, che ſe
„ ſolo ne' tempi più baſſi ſi leggono negli Autori
„ le parole, ſi vede però ne' Canoni antecedenti
„ fiſſata, ed effettuata la maſſima.

„ LXXIII. Reſta ora, per ſodisfare intera-
„ mente a quanto ſi è propoſto di voler fare, l'e-
„ ſaminare, ſe la detta maſſima comprenda i ſoli
„ Monaci, o pure s'eſtenda ancora ai Canonici
„ Regolari. Il Padre Abbate *Benvenuti nel cit.*
„ *art. 9. al §. 4. num. 2.* la riſtringe ai ſoli Monaci.
„ S. Tommaſo *nell'Opuſc. 19. nel tom. 17. delle*
„ *ſue Opere al cap. 2. pag.* 150. ſpiegando la pro-
„ poſizione, che *Canonici Regulares, & Monachi*
„ *ad paria cenſentur*, inſegna doverſi intendere
„ *in illis, quæ ſunt communia omni Religioni,*
„ *ſicut vivere ſine proprio, abſtinere a negocia-*
„ *tionibus, & ab officio advocandi in cauſis, &*
„ *hujuſmodi; e nella 2. 2. quæſt. 184. art. 8. in*
„ *corpore*, avendo propoſta la queſtione, *Utrum*
„ *Presbyteri Curati, & Archidiaconi ſint majo-*
„ *ris perfectionis, quam Religioſi*, dice, che
„ ne' Preti, Curati, ed Archidiaconi tre coſe ſi
„ debbono

„ debbono conſiderare, lo ſtato, l'ordine, e l'offizio, e che allo ſtato appartiene, che ſiono Secolari, all'ordine, che ſiano Sacerdoti, o Diacooi, all' offizio, che abbiano cura d'Anime; e conchiude, che quanto allo ſtato, ſe un Religioſo ſarà o Diacono, o Sacerdote, ed ovrà Cura dell'Anime, *ſicut plerique Monachi, & Canonici Regnlares habent*, ſarà ſuperiore, ma ſarà uguale nel rimanenſe, cioè nell' ordine, e nell' officio; ed ollo *qnaſt.* 189. *art.* 8. trattondo de' Monaci, e de' Canonici Regolari, inſegna, che *utraque Religio, ſcilicet Monachorum, & Canonicorum Regularium ordinatnr ad opera vita contemplativa, inter qua pracipue ſunt ea, qua aguntur in Divinis Myſteriis, ad qua ordinatur directe Ordo Canonicorum Regularium, quibus per ſe competit, quod ſint Clerici Religioſi; ſed ad Religionem Monachorum non per ſe competit, ut ſint Clerici*: dalla qual dottrina poi deduce, che ſe oggi i Monaci foſſero laici, potrebbero paſſare all'Ordine de' Canonici Regolari, ma non già i Canonici Regolari all'Ordine de' Monaci; ma eſſendo oggi i Monaci Chierici, *habent id, qnod eſt Canonicorum Regularium cum majori arctitudine, & ideo licitum erit de Ordine Canonicornm Regularium tranſire ad Ordinem Monachornm, petita tamen Superioris licentia*: ol che certamente non ſi oppongono i Canoni di *Gregorio VII.* e di *Urbano II.* riferiti nel Decreto di *Graziano al Can. Nullus Abbas, al Can. Mandamus, ed al Can. Statuimus* 19. *quaſt.* 3. ne' quali ſi proibiſce ai Canonici Regolari il paſſare ai Monaci; dovendoſi ciò intendere di quelli, che vogliono paſſare per leggierezza, ma non di quelli, che voleſſero paſſare per zelo di moggior perſezzione; per lo che *Stefano Tornacenſe*, conſiderando *nell' Epiſt.* 71. il Decreto di *Urbano II.* così ſcriſſe: *Ipſi Canonici Regulares, ſi hodie ad celſitudinem Ciſtercienſis Ordinis aſcendere vellent, Decretis illis Urbani Papa non poſſent forſitan revocari. Certe ego indignus Canonicis Regularibus praſum, & cum a Domino Papa (non multum temporis tranſiit) privilegium quarerem, ut Canonicos noſtros, nobis invitis, nullus retinere auderet, addidit in privilegio, nbi cauſa diſtrictioris vita ad arctiorem Ordinem tranſierint. Ecce, ne longe exempla petantur, videtur, quia Privilegium Urbani reſtringunr Privilegio Alexandri. Vere ſi aliquis noſtrum ad Ciſtercienſes tranſire vellet, ante tranſitum diſſuaderem, poſt tranſitum non revocarem. Nollem Spiritui Sancto reſiſtere, nollem ſpiritnm extinguere, nollem libertatem ſpiritns impedire.*

„ LXXIV. Sopra lo Dottrina di *S. Tommaſo* ſi ſabrica da qualcheduno un ſiſtema, che i Canonici Regolari *per ſe, & ex Inſtituto* ſono Chierici, ed i Monaci ſolamente Chierici *per accidens*, e che però i primi ſono *per ſe, & ex inſtituto* capaci delle Chieſe Parochiali, e d'ogni altra Dignità Eccleſiaſtica Secolare, ed i ſecondi non ne ſono capaci, che in alcune circonſtanze, e colla diſpenſo Apoſtolica: in quella guiſa, che le Religioni Militari ſono *ex Inſtituto* abilitate a guerreggiare, ed a combattere; qual coſa non è permeſſa alle altre Religioni Monacali, Mendicanti, ed onche o' Chierici Secolari, ſe non in alcuni rariſſimi caſi, e contingenze eſpreſſe ne' Sagri Canoni e nelle Conſtitutioni Apoſtoliche.

„ LXXV. Se queſto ſiſtema è vero, non ſarà difficile il ſoſtenere, che la regola Canonica, *quod Regularia Regularibus, Secularia Secularibus conſerantnr*, eſcluda dalle Parochiali Secolari i Monaci, e gli altri Regolari, e non mai i Canonici Regolari. Ma gravi ſono le difficoltà, che s'incontrano per ſoſtenere il ſiſtema, e per pretenderlo appoggiato alla Dottrina di *S. Tommaſo*, non dicendo *S. Tommaſo*, che i Monaci ſiano Chierici *per accidens*. Suppone benſì, che l'idea del Monaco non porti ſeco il Chiericato, e che vi ſiano Monaci Chierici, ed altri non Chierici; ma, non dice mai, che quei Monaci, che ſono Chierici, non lo ſiano, che per accidente: al qual propoſito riflette molto bene il Padre *Mabillon* nella ſua Opera poſtuma, citata al *tom.* 2. *pag.* 168. che ſe uno diceſſe, che l'Animale *per ſe* non rinchiude l'idea de ragionevole, non per queſto potrebbe ſoſtenerſi, che aveſſe detto, che l'Uomo, che è Animale ragionevole, non è ragionevole, che per accidente.

„ LXXVI. Ciò, che può dirſi con ſicurezza, ſi è, che ne' Canonici Regolari il Monachiſmo *acceſſit Clericatui*, e ne' Monaci *Clericatus acceſſit Monachatui*, come molto bene riflette *Giovanni Pietro Gibert* nel *tom.* 2. *del Corpo del Jus Canonico della Stampa di Lione del* 1737. *alla pag.* 427. che ſebbene ne' primi tempi i Monaci per lo più non erano Chierici, come può vederſi *nel Can.* 6. 16. *quaſt.* 1. ove è riferito il detto di *S. Girolamo*: *Alia cauſa eſt Monachorum, alia Clericorum. Clerici paſcunt Oves, ego paſcor*; v'erano però anche in que' primi fra loro qualcheduno, che era Chierico, qualcheduno, che era Diacono, e qualcheduno, che era Sacerdote, che il Chiericato anche ne' tempi da noi più remoti incominciò a dilatarſi fra' Monaci, leggendoſi negli Atti del Concilio Calcedonenſe, che eſſendo ſtato propoſto da alcuni Veſcovi, che per le inſolenze commeſſe da *Eutichete*, e *Barſuma* ſi riduceſſero i Monaci a non eſſer più Chierici, il Corpo del Concilio fu contrario al progetto, non credendo dover eſſere caſtigati gl'innocenti con un gaſtigo generale pel delitto di alcuni pochi colpevoli, come può vederſi appreſſo il *P. Criſtiano Lupo* nelle Note al *Concilio Calcedonenſe al Can.* 6. *nel fine.*

„ LXXVII. Aperta in queſto modo la ſtrada del Chiericato ai Monaci, ed eſſendo diventati o tutti, o quaſi tutti Sacerdoti, incominciarono ancor eſſi ad eſſer chiamati dai Veſcovi alla Cura dell'Anime; leggendoſi in un Concilio di Mogonza, tenuto *l'anno* 847. ſotto l'Arciveſcovo *Rabano*, portato nella Collezione dell' *Arduino* al *tom.* 4. *Nec Parochias Eccleſiarum accipere praſumat*, parla del Monaco, *ſine conſenſu Epiſcopi; de ipſis vero titulis, in quibns conſtituti fuerint, rationem Epiſcopo, vel ejus Vicario reddant, & convocati ad Synodum veniant*: ſopra le quali parole del Concilio, così al noſtro propoſito ſcrive il *Tomaſſino de veteri, & nova Eccleſia diſciplina, alla part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 5. *Qua hic adhibentur cautiones, ut Synodo interſint Epiſcopali, ut rationes omnium ad Epiſcopum referant, vel ad Epiſcopi Vicarios, itque ne ipſi vocentur, Parochiarum regimini interveniant, cautiones, inquam, ha omnes abunde ſuadent, jam non mediocrem fuiſſe numerum Monachorum, qui Parochias regerent.*

„ LXXVIII. Chi ſoſtiene l'incapacità de' Monaci alle Parochie Secolari, come non conforme

„ al

„ al loro primiero Inſtituto, potrà facilmente ritornare in dietro, dicendo, ch'eſſendo la Cura dell'Anime contraria al predetto loro Inſtituto, ed eſſendoſi eſſi avanzati a prenderla colla ſola annuenza de' Veſcovi, ciò diede cauſa alla diſpoſizione altrove memorata del Concilio Lateranenſe ſotto *Aleſſandro III.* riaſſunta poi da *Innocenzo III.* nel più volte citato Capitolo *Quod, Dei timorem, de Statu Monachorum.* Ma quando ſi leggano colla dovuta attenzione e l'uno, e l'altro, ſarà molto facile il ricooſcere, non proibirſi ai Monaci l'aſſumere la Cura dell' Anime, ma bensì il prender le Parocchie, uſcendo dal loro Monaſtero, o abitando in eſſe ſenza la compagnia d'altri Monaci. *Nec ſinguli per Villas, & Oppida, ſeu ad quaſcumque Parochiales Eccleſias ponantur, ſed in majori Conventu, aut cum aliquibus Fratribus maneant, ne ſoli inter Seculares Homines ſpiritualium hoſtium conflictianem expectent*, *Salomone dicente: Væ ſoli.*

„ LXXIX. Così pure riflette il Padre *Mabillon* nel citato *tomo 2. alla pag.* 147. *e* 148. ove anche ciò conferma colla diſpoſizione d'alcuni Sinodi Provinciali poſteriori al Generale Lateranenſe, ne' quali non reſtano eſcluſi i Monaci dalle Parocchie Secolari, ſe non quando ſenza la compagnia d'altri Monaci abitaſſero lungi da' loro Monaſterj: e però ſe i Monaci ammeſſi al Chiericato, ed al Sacerdozio, ſono capaci delle Chieſe Parocchiali al pari de' Canonici Regolari, non vi è modo da poter ſoſtenere, che la maſſima *quod Beneficia Secularia Secularibus, Regularia Regularibus conferantur*, eſcluda dai Beneſizj, e Parrocchie Secolari i Monaci, ma non i Canonici Regolari; e ſe i Monaci, e Canonici Regolari ſono ugualmente capaci de' detti Beneſizj, o per neſſuno di loro, o per tutti loro ſara neceſſario l'Indulto Apoſtolico: e ſe è troppo il dire, che l'Indulto Apoſtolico noo è neceſſario pe' Monaci, ſara anche per conſeguenza troppo il dire, che non ſia neceſſario pe' Canonici Regolari.

„ LXXX. Dicaſi dunque, per isfuggire ogni nimietà, ch'eſſendo oggi punto di Regola Monacale il dovere ognuno d'eſſi promoverſi agli Ordini Sagri, quando l'Abbate lo comanda, come fu ſtabilito nel Concilio Viennenſe ſotto *Clemente V.* nella *Clementina prima* §. *penult. de Statu Monachorum*, ove ſono regiſtrate le ſeguenti parole: *Ad ampliationem autem cultus Divini ſtatuimus, quod Monachi quilibet ad monitionem Abbatis ſe faciant ad omnes Ordines Sacros, excuſatione ceſſante legitima, promoveri*: poſſono eſſi ſenza Indulto Apoſtolico, e colla ſola approvazione, ed eſame dell' Ordinario eſſer promoſſi quelle Chieſe Parocchiali, che ſono *pleno jure* unite ai loro Monaſterj, e che ciò pure procede ne' Canonici Regolari. Dicaſi, che ſiccome pe' Monaci è neceſſario l'Indulto Apoſtolico, quando debbono aſſumere le Parocchie Secolari, come ſi è dimoſtrato di ſopra *al* §. 60. così è neceſſario ne' Canonici Regolari; eſſendo non meno i Monaci, che i Canonici Regolari ſoggetti al Canone, che *Beneficia Regularia Regularibus, Secularia Secularibus conferantur.* Dicaſi finalmente, che l'Indulto Apoſtolico con maggior facilità potrà darſi ai Canonici Regolari, che *Regulæ inſerviunt laxiari*, come diſſe *Innocenzo III.* che ai Monaci, ed agli altri Regolari, non aſſumendoſi queſti alle Parocchie Secolari, ſe non quando il Veſcovo lo richiede, e quando vi è penuria di Sacerdoti Secolari abili al detto miniſtero: per lo che il Pontefice *S. Pio V.* nella ſua *Bolla XXXIV.* nel Bollario al *tom.* 2. conceſſe bensì ai Regolari l'eſſer Parochi nelle parti delle nuove Indie, ma diſſe, che ciò faceva per la penuria de' Sacerdoti Secolari; ed il Pontefice *Innocenzo X.* nella *Conſtituzione XXXII. al tom.* 5. *del Bollario* riſpoſe, che la detta Bolla di *S. Pio non ſuffragabatur, niſi in locis, ubi erat defectus Parochorum*, cioè de' Sacerdoti Secolari abili ad eſſer Parochi; il che poi non è d'uopo che così ſtrettamente ſi verifichi, per concedere anche con giuſtizia al Canonico Regolare l'Apoſtolico Indulto per ottenere una Parocchia Secolare.

§. V.

Dell' Inſtituto de' Canonici Regolari.

„ XXI. CAmminando, come è del dovere, ſulle pedate contraſſegnate dal reſcritto di *Clemente XI.* ora è d'uopo diſcorrere dell'Inſtituto di queſti Canonici Regolari: ma perchè non ſe ne può parlare coll' idea di ſervirſi dello ſteſſo per lume della queſtione, che è ſul tavoliere, ſe non ſi premette una piccola iſtorica narrazione dell'Inſtituto. A ciò preſentemente ci applichiamo, col propoſito di mantenere la brevità, e disfuggire la confuſione.

„ LXXXII. Vantano i Canonici Regolari la loro origine dai Nazarei, o ſia dai Leviti dell' antico Teſtamento. Sembrando ad alcuni troppo lontana queſta origine, e volendola ricavare dal nuovo Teſtamento, ſoſtengono doverſi coſtituire nella vita fatta da Criſto coi ſuoi Apoſtoli. Non mancano fra gli ſteſſi Canonici Regolari, che hauno ſcritto ſu queſta materia, Autori di molto credito, che riferiſcono, avere i primi Veſcovi, che governavano le Chieſe a loro commeſſe dopo la diviſione delle Dioceſi, e delle Parocchie fatta dai Pontefici *Evariſto*, e *Dioniſio*, ſcelti alcuni Eccleſiaſtici, che aſpiravano alla perfezione, a viver con loro nell' Epiſcopio ſotto l'obbedienza, e ſenza proprietà de' beni. Aggiungono, che *S. Atanaſio* fatto Veſcovo d'Aleſſandria, ed aſſunto dal Chioſtro alla Mitra, fu quello, che induſſe i ſuoi Canonici a vivere colle Religioſe, e Monaſtiche Inſtituzioni, e ch'eſſendo paſſato tal lodevole coſtume dall'Oriente nell'Occidente, ed avendolo la Sede Apoſtolica approvato, *S. Euſebio* fu il primo a farlo eſeguire nella ſua Chieſa di Vercelli; ed al di lui eſempio s'uniformò *S. Agoſtino* nella ſua Chieſa d'Ippona. Può vederſi *Nicola Deſnos nel ſuo Trattato Canonicus Sæcularis, & Regularis al lib.* 3. *cap.* 1. *e due ſequenti*, come pure può vederſi il *Chaponnel nella ſua Storia de' Canonici al lib.* 3. *cap.* 3.

„ LXXXIII. Altri poi non tanto propenſi all' antichità de' Canonici Regolari, ne attribuiſcono l'origioe ad un certo Veſcovo *Ruſo*, che viſſe nel ſecolo undecimo; altri ad *Ivone Carnotenſe*, che viſſe pure nello ſteſſo ſecolo: ſopra le quali coſe può leggerſi il citato Tomo Secondo delle Opere poſtume del Padre *Mabillon*, in cui è regiſtrata una di lui Riſpoſta ai Canonici Regolari, che in ſequela della ſentenza proferita da *Pio IV.* circa la loro precedenza ſopra i Monaci Benedettini, pretendevano lo ſteſſo nella Provincia di Borgogoa, il che dal

„ detto

„ detto Padre veniva impugnato, pel motivo, che la Sentenza di *Pio IV.* era appoggiata alla pratica di Roma, e che queſta pratica derivava dalla precedenza preteſa dai Canonici Regolari ſopra i Benedettini nel tempo, in cui i Canonici Regolari ſervivano alla Chieſa Lateraneſe, che è la prima Chieſa del Mondo.

„ LXXXIV. Durò per molto tempo, ſe non in tutti gli Eccleſiaſtici, ed in tutti i Canonici, almeno in una gran parte d'eſſi la predetta ſanta diſciplina poc'anzi accennata. Ma, come ſuol accadere nelle umane vicende, col tratto del tempo incomminciò a raffreddarſi. Viſſe *S. Godogrango* Veſcovo di Metz nel ſecolo ottavo, ed eſſo non mancò di correggere l'errore, preſcrivendo ai ſuoi Canonici il mantenere la vita commune, come può vederſi nella ſteſſa Regola da eſſo preſcritta, e che ſi trova *nel tom.* 7. de' Concilii dell' ultima ſtampa. Inſigne nella Chieſa fu il zelo dell'Imperadore *Carlo Magno* per la buona diſciplina; e però animati da eſſo nel ſeguente, cioe nel nono, i Padri d'un Concilio di Magonza nel Canone nono decretarono, che *Canonici Clerici canonicè vivant &c. ut ſimul manducent, & dormiant:* ed eſſendo camminato ſulle ſteſſe veſtigia l'Imperadore *Ludovico* i Padri del Concilio d'Aquiſgrana s'accinſero alla grand' opera di riſtabilire nel Clero, e ne' Canonici la vita commune; ed acciò la providenza s'eſtendeſſe alle altre Dioceſi, *miſſa ſunt* (ſon parole del *Sirmondo* nelle Note al detto Concilio d'Aquiſgrana *al num.* 4.) *Concilii Aquiſgranenſis exemplaria in ſingulas Provincias cum epiſtola Imperatoris ad unuſcujuſque Provinciæ Metropolitanum.* Porta il *Sirmondo* alcuni di queſti eſemplari, che ſi trovano ancora inſeriti *nel tom.* 7. dell'ultima Compilazione de' Concilii *alla pag.* 1437. *ed alla pag.* 1440.

„ LXXXV. L'allontanamento dalla vita commune aveva portato nel Clero due gran vizj, l'uno dell' incontinenza, l'altro della ſimonia: il che eſſendo ſtato ben' avvertito dai due Pontefici *Nicolo II.* ed *Aleſſandro II.* furono ſotto i medeſimi tenuti due Concili Romani, uno *nel* 1059. l'altro *nel* 1063. ne' quali fra le altre coſe fu ſtabilito, che i Chierici *juxta Eccleſias, quibus ordinati ſunt, ſicut oportet Religioſos Clericos, ſimul manducent, & dormiant, & quidquid eis ab Eccleſia competit, communiter habeant.* Allo ſteſſo Pontefice *Aleſſandro II.* deeſi la riforma del Clero Lateranenſe, come può vederſi in *Onofrio Panvinio nella ſua Storia manoſcritta della Baſilica Lateranenſe.*

„ LXXXVI. Racconta queſt' Autore di molto credito, che, abbandonata l'uffiziatura della Baſilica Lateranenſe dal Papa, e dai Preti di Roma, occupati in tante altre facende, & ſoſtituiti da *Gelaſio* Papa verſo *l'anno* 492. per ſervizio della Baſilica alcui Chierici, che chiama Canonici Regolari *nell' anno* 568. ſeguì la devaſtazione del Monaſtero di S. Benedetto di Monte Caſino fatta dai Longobardi; per lo che eſſendo ſtati forzati i Monaci ad abbandonare l'antico loro Monaſtero, ed eſſendo loro ſtato aſſegnato dal Pontefice *Giovanni III.* un certo ſito vicino a S. Giovanni in Laterano, fabricarono in eſſo un Monaſtero, nel quale abitarono cento trenta anni, cantando le Ore Canoniche, ed i Salmi nella Baſilica, ed amminiſtrandoſi dai Canonici i Sagramenti. Sarebbero forſe ſtati più longo tempo in eſſo, ſe un certo *Petronace* nobile di Breſcia non gli aveſſe ricondotti a Monte Caſino, ed ivi non aveſſe riedificato il Monaſtero, di cui eſſo fu anche Abbate.

„ LXXXVII. Il *Panvinio* candidamente dice non aver ritrovato altro circa il Monaſtero de' Benedettini vicino al Laterano, nè aver potuto ſaper altro circa il tempo preciſo, in cui i Monaci l'abbandonaroſſo, ed i Canonici incomminciarono a ſupplir le loro veci, cantando in Coro. Atteſta bensì, che *Aleſſandro II.* fu quello, che pieno di zelo riduſſe i Canonici ad un ſegno, che nella maniera del vivere non cedevano alla diſciplina Monacale de' Caſinenſi. Paſſa dipoi a deſcrivere i pregi di quel Convitto, i Pontefici, i Cardinali, e gli Uomini illuſtri, che furono educati in eſſo. Aggiunge, ch'eſſendo durato per anni otto cento, fu ſciolto da *Bonifazio VIII.* che in eſſa collocò i Canonici Secolari, dividendo i beni del Monaſtero in tante prebende, e che eſſendo diſpiaciuta tal riſoluzione al Pontefice *Eugenio IV.* eſſo reſtituì al ſervizio della Baſilica i Canonici Regolari, facendoli venire dalla Congregazione di Frigionaria, che in quel tempo era incomminciata, ed aveva introdotta una ſanta riforma nell' Ordine.

„ LXXXVIII. Reſtaronn i Canonici Regolari fino alla morte di *Nicolo V.* e vacando la Sede, eſſendo nato un civile tumulto nel Popolo Romano, furono i Canonici Regolari diſcacciati, e rimeſſi in poſſeſſo i Canonici Secolari, che vi durarono fino a *Paolo II.* ch'eſſendo nipote di Papa *Eugenio IV.* e per cio deſideroſo di mantenere quanto era ſtato fatto dal Zio, preſe il mezzo termine d'unire aſſieme Canonici Secolari, e Canonici Regolari nel ſervizio della Baſilica Lateranenſe, il che cagionò gravi diſcordie fra eſſi, ed eccitò contro di lui l'odio del Popolo, che diceva darſi a' foraſtieri ciò, che doveva darſi ai ſuoi Concittadini; per lo che eſtendo *Paolo* morto all'improviſo, il ſopra detto Popolo ſcacciò furioſamente i Canonici Regolari; ed il Pontefice *Siſto IV.* fu quello, che accommodò l'affare, dando ai Canonici Regolari il Monaſtero della Pace, e laſciando liberi li Canonicati di S. Giovanni in Laterano Chierici Secolari.

„ LXXXIX. Quanto vien riferito dal *Panvinio*, è anche in parte conteſtato dal *Platina* nella Vita di *Siſto IV.* e può dirſi copiato *nel tomo* 2. *della Storia degli Ordini Monaſtici Religioſi e Militari al c.* 3. e nell'Archivio del Capitolo di S. Giovanni ſi ritrovano le Bolle di *Bonifazio VIII.* d'*Eugenio IV.* e di *Paolo II.* e non manca, che quella di *Siſto IV.* che però ſi ritrova nel Bollario de' Canonici Lateranenſi. E benchè dopo la morte di *Siſto IV.* non abbiano laſciato di tentare il regreſſo alla Baſilica Lateranenſe, al quale ſi ſuppone, che il Pontefice *Pio IV.* foſſe molto proclive, ed il loro tentativo non aveſſe l'effetto, che bramavaſi, è però loro riuſcito d'avere Abbadie, e Priorati, ed altri Monaſteri; in tal maniera che la loro Religione fa ancor oggi fra le altre la ſua degna figura.

„ XC. Abbiamo unito quanto abbiamo ritrovato riſpetto ai Canonici Regolari Lateranenſi, per non interrompere il filo della ſtoria. Ma ritornando all'epoca delle riforme de' Canonici Regolari, che abbiamo fiſſata al tempo d'*Aleſſandro II.* diremo,, che da eſſo non è molto diſtante quello del grande *Ivone Carnotenſe*, ch'eſſendo Prepoſto del Monaſtero di

„ S. Qbintino, non ſolo in eſſo introduſſe la riforma, come atteſtano *Vincenzo Bellovacenſe*, *S. Antonino*, ed *Onofria*, ma fece anche di più, come ben riflette il *Tomaſſino de veteris & nova Eccleſia diſciplina alla part. 1. lib. 3. cap. 11. ſotto il num. 7. — Hoc illi Seminarium veluti fuit, ubi Canonicos Regulares ita excoluit, ita virtutum Clericalium opibus cumulavit, ut eorum complures ad alios, alioſque ablegarit deinceps Epiſcopos, qui in eorum Eccleſiis conſimiles inſtituerent vitæ Regularis colonias*: e verſo il principio del ſecolo ſuſſeguente a quello d'*Ivone* fu inſtituito da *S. Norberto* l'Ordine Premonſtratenſe, che è vero Ordine di Canonici Regolari ſotto la Regola di S. Agoſtino, come ſi pone in chiaro nell'Apologia fatta in difeſa dell'Ordine predetto, della quale di ſopra ſi è parlato, e parleraſſi anche in appreſſo.

„ XCI. Tralaſceremo i Ceti de' Canonici delle Metropolitane, delle Catedrali, e delle Collegiate, che abbracciarono la vita Regolare convivendo aſſieme, ritrovandoſi ancora, non che nelle Baſiliche di Roma, anche nelle Chieſe fuori di Roma, e per tutta l'Italia varie Canoniche, che erano i luoghi, ne' quali convivevano i Canonici. Scriſſe *Giovanni di Nigrovalle* Bibliothecario Apoſtolico le ſue Chroniche, e nel titolo *de Sanctorum numeroſitate* fa l'Elenco delle Metropolitane, Catedrali, e Collegiate della Spagna, della Francia, della Germania, della Sicilia, e dell'Italia, come pure delle Collegiate, nelle quali in quel tempo profeſſavaſi dai Canonici la vita Regolare: e di queſta ſteſſa materia tratta *Giovanni Trullo* nella ſua Opera *Ordo Cananicarum Regularium al lib. 1. cap. 30. num.* 12. Tralaſceremo pure le altre riforme de' Canonici Regolari, o ſia il parlare d'altre Congregazioni de' medeſimi riformate, o inſtituite ne' ſecoli ſuſſeguenti, e ſpecialmente nel ſecolo decimo quarto, e nel principio del ſecolo decimo quinto; non eſſendovi Canonici Regolari delle dette Congregazioni in Italia. Accennaremo benſì, che l'Autore più volte citato *della Storia degli Ordini Monaſtici, Religioſi, e Militari al tom. 2. cap. 57.* racconta, ch'eſſendo decadute le Congregazioni Religioſe per le turbolenze de' Sciſmi, un certo *Stefano. Cioni* Seneſe invitato dal Pontefice *Gregorio XII.* ereſſe il Monaſtero d'Eliceto vicino a Siena, ch'era de' Padri Agoſtiniani, in una Collegiata di Canonici Regolari, ch'eſſendo nata perciò gran controverſia fra la nuova Collegiata, ed i predetti Religioſi, riuſci a nuovi Canonici Regolari d'ottenere dal Duca d'Urbino un Romitorio chiamato di S. Ambrogio vicino a Gubbio, d'onde poi ſi dilatarono a Bologna: nella qual Città eſſendo ridotta una Congregazione di Canonici Regolari (a'quali appartenevano i due Monaſterj di S. Salvatore, e di S. Maria di Reno uniti aſſieme) ad un ſolo Religioſo chiamato *Franceſco Ghislieri*, ch'era Priore d'ambidue, eſſo fu, che invitò i detti Canonici Regolari di S. Ambrogio ad unirſi con lui, il che fu approvato dal Pontefice *Martino V.* e quantunque dopo l'unione dei due Monaſterj di S. Salvatore, e di S. Maria naſceſſero gravi controverſie per la differenza dell'abito fra i Canonici di S. Ambroſio, ed i predetti altri, ch'erano in Bologna, fu però coll'interpoſizione del Beato Cardinale *Nicolò Albergati* Veſcovo di Bologna ſopita ogni differenza, avendo gli Ambroſiani laſciato lo Scapolare, e la cappa di colore tannè, eſſendoſi convenuto, che tutti doveſſero portare una Tonaca bianca con uno Scapolare pur bianco ſopra il Rocchetto di tela, ed una Cappa nera, quando uſciſſero di caſa, alla quale poi è ſtato ſoſtituito un Mantello Chiericale.

„ XCII. Il detto Autore eſalta colle dovute lodi queſta Religione di Canonici Regolari, che pel ſuo Eccleſiaſtico contegno nel vivere vediamo aver anche in Roma i tre gran Monaſteri di S. Pietro in Vinculis, di S. Lorenzo, e di S. Agneſe, ambidue fuori delle mura della Città.

„ XCIII. L'Autore della Diſſertazione ſopra l'Origine di queſta Religione, ſtampata nel Bollario de' Canonici Regolari della Congregazione del Santiſſimo Salvatore, che è quella di cui preſentemente ſi parla, dopo aver dimoſtrato con prove communi ai Canonici anche Lateranenſi, che è tanto antica, quanto la Lateranenſe, che riconoſce la ſua origine dal vivere degli Apoſtoli, e che milita ſotto la Regola di S. Agoſtino, *al dub. 3. pagina 310. e ſeguenti*, non diſſimulando punto quanto ſucceſſe pel fatto di *Franceſco Ghiſilieri*, nè tampoco l'unione fatta coi Canonici di S. Ambrogio coll'autorità di *Martino V.* eſſamina ſtrettamente il punto, ſe la ſua Congregazione di S. Maria di Reno, o ſia del Santiſſimo Salvatore, foſſe eſtinta per l'unione de' Canonici Ambroſiani; e conclude di nò, eſſendoſi la ſua Religiooe mantenuta nel detto *Franceſco Ghiſilieri*, ch'era in quel tempo l'unico ſuperſtite della medeſima, e che il Monaſtéro di S. Ambroſio fu unito ai Monaſterj di S. Maria di Reno, e di S. Salvatore di Bologna, e non mai queſti a quello. Altro non reſtarebbe, che il dir qualche coſa dei Canonici Regolari di S. Spirito in Saſſia, ma non eſſendovi di queſti, che una Canonica in Roma, non crediamo eſpediente il dilungare queſto noſtro ragionamento per cauſa di eſſa: ſiccome nemmeno da Noi parleraſſi della Baſilica Lateranenſe, eſſendo ſtata la Baſilica Vaticana ſino al ſecolo nono officiata da i Monaci, che abitavano in varj Monaſterj ſituati in quelle vicinanze, come diffuſamente comprova *il Panvinio* nel ſuo Manoſcritto *de præſtantia Baſilicæ Vaticanæ al lib. 3. cap.* 8. ed avendo *Sergio*, e *Leone IV.* aſſegnati ai Canonici i beni, ch'erano de' Monaci, quali Canonici poi non ſi può dire con fondamento, che foſſero Canonici Regolari, benchè abitaſſero e mangiaſſero aſſieme; imperocchè *Innocenzo III.* che in più Bolle da Noi vedute nell'Archivio della Baſilica, atteſtò d'eſſere ſtato Canonico in eſſa: *qui olim in ipſa Canonici Beneficium aſſecuti, nunc de filio in Patrem Divina ſumus miſeratione promoti*: fece egli Statuti pe' Canonici, ne' quali loro aſſegnò la quarta parte delle oblazioni; diſtribuendo agli intervenienti alle Ore Canoniche un tanto per uno, e non obligandoli ad altro, che a vivere nella Canonica, e mangiar aſſieme, non uſcendo di caſa, che colla licenza dell' Arciprete, o del Priore, come più volte abbiamo letto nei detti Statuti.

§. VI.

Della capacità de' Canonici Regolari alle Parochie anche Secolari dipendentemente dalla Storia del loro Inſtituto.

„ XCIV. RIdotto il Clero, o per meglio dire, ridotti i Canonici alla vita Regolare,

„ lare, ed alla vita Commune, e riſtabilito queſto
„ modo di vivere ne' medeſimi; ci ſembra mol-
„ to difficile il ſoſtenere, ch'eſſi dai Veſcovi non
„ foſſero preſcelti per la Cura dell'anime, avven-
„ gachè ſperimentari, e riconoſciuti per uomini
„ di capacità e di ſavj coſtumi, e però ben adat-
„ tati al governo ſpirituale delle Parochie. Nè ri-
„ trovandoſi prova veruna dell'intervento dell'au-
„ torità del Papa in ſimili proviſte, ſi deve am-
„ mettere, che queſti Canonici allora aſſumeſ-
„ ſero le Parochie colla ſola licenza del loro Supe-
„ riore, ed in ſequela della ſola collazione del
„ Veſcovo. E l'unica difficoltà può ridurſi all'eſa-
„ minare, ſe perciò uſciſſero dai Chioſtri, o pure
„ ſe reſtando ne' Chioſtri, faceſſero l'ufficio di
„ Paroco, come ſembra aſſai veriſimile.

„ XCV. Deducendo la prova di queſt' aſſerzio-
„ ne da un Concilio di Rems tenuto *l'anno* 874.
„ colla preſidenza *d'Incmaro* Remenſe, nella Col-
„ lezione dell' *Arduino al tomo* 5. *pagin.* 409. ſup-
„ ponendoſi nel Concilio la dimora de' Canonici
„ Regolari Parochi dentro il Monaſtero, ed in-
„ ferendoſi da ciò l'incompatibilità coll'uffizio di
„ Paroco, additando in queſto modo non eſſer
„ lodevole l'uſo, che ai Canonici Regolari ſi
„ daſſero le Parochie: *Conſtat enim, & certum
„ eſt, quia & Clauſtra Monaſterii, atque obſe-
„ quia debita, & quæ ſunt neceſſaria Plebi in ru-
„ ſticanis Parochiis, inſimul exequi nemo valebit:
„ quomodo enim, ſi intempeſtæ noctis ſilentio, aut
„ infans natus periclitatur, aut infirmus Viati-
„ cum munus petierit, Canonicus a Clauſtris Mo-
„ naſterii exiet, & ad villam infirmorum neceſſi-
„ tatibus pergens ſuccurrere prævalebit?*

„ XCVI. Conforme nel Paragrafo anteceden-
„ te ſi è veduto *ſotto il num.* 87. *Aleſſandro II.*
„ fu quello, che rimiſe i Canonici Regolari al
„ ſervizio della Baſilica Lateranenſe. Si può di-
„ re con ſicurezza, che la Parochia della detta
„ Baſilica fu da eſſi omminiſtrata, eſſendovi nell'
„ Archivio della Baſilica ancor oggi una Bolla di
„ *Paſquale II.* data *li* 27. *Decembre dell'anno*
„ 1106. diretta al Priore ed a' Fratelli della Ba-
„ ſilica Lateranenſe, nella quale, conferma loro
„ la Parochia ſpettante alla detta Chieſa, deſcri-
„ vendone i ſuoi confini, ed eſſendo pure nel
„ detto Archivio un'altra Bolla d'*Innocenzo II.*
„ *dell'anno* 1213. nella quale decide una contro-
„ verſia moſſa da' Chierici della Baſilica di S.
„ Lorenzo del Palazzo ſopra certi jus Parochiali
„ contra i detti Canonici Lateranenſi.

„ XCVII. Abbiamo procurato d'indagare, ſe
„ i detti Canonici Lateranenſi foſſero mai ſtati
„ aſſunti alle Chieſe Secolari Parochiali di Roma,
„ ed abbiamo ritrovato quanto ora ſiegue. Die-
„ de il Padre *Mabillon* alle ſtampe nel fine del
„ tomo ſecondo del ſuo Muſeo Italico il Libro
„ *de Eccleſia Lateranenſi* di *Giovanni Diacono*
„ Scrittore del nono ſecolo, nel qual tempo la
„ Baſilica Lateranenſe era ſervita nella Salmodia
„ dai Monaci Benedettini, e nell'amminiſtrazio-
„ ne de' Sagramenti dai Canonici, come di ſo-
„ pra ſi è eſpoſto. Deſcrive *Giovanni Diacono* il
„ Ceremoniale del Papa, quando in qualche Fe-
„ ſta ſolenne celebrava Pontificalmente la Meſſa
„ nella Baſilica, dice, che vi debbono aſſiſtere
„ ſette Veſcovi collaterali, *cum viginti & octo Car-
„ dinalibus totidem in Eccleſiis intra muros Urbis
„ Romæ præſidentibus*, quali tutti ſenza dubbio
„ erano Parochi in Roma. Proſegue, eſponen-
„ do, che, oltre l'Arcidiacono, e ſei Diaconi Pa-
„ latini, v'aſſiſtevano dodici Diaconi Regionarj,

„ che queſti diciotto Diaconi aveano altrettante
„ Chieſe *infra muros Civitatis, & tamen omnes
„ ſunt Canonici Patriarchalis Baſilicæ Lateranen-
„ ſis*, come può vederſi *alla pag.* 567. Che poi
„ le Chieſe di queſti Diaconi foſſero Parochiali,
„ non ſolo non ſi prova, ma può provarſi il con-
„ trario, non eſſendo ſtate le Diaconie altro,
„ che luoghi ne' quali dai Diaconi Regionarj ſi
„ diſtribuivano le limoſine ai poveri delle Regio-
„ ni. Paſsò poi da queſti luoghi, o ſiano caſe,
„ il nome di Diaconia agli Oratorj, che col trat-
„ to del tempo furono aggiunti: *Verum poſt-
„ modum non ipſæ duntaxat domus hoſpitales Dia-
„ coniæ nuncupata, ſed præſertim quæ ipſis ad-
„ juncta erant Oratoria:* come ben oſſerva il *du
„ Freſne* nel ſuo *Gloſſario* alla parola *Diaconia.*
„ Negli Annali del *Baronio all' anno* 1057. *pag.*
„ 136. della Stampa di Roma *del* 1605. vien
„ regiſtrato un monumento, da cui ſi deduce,
„ eſſere ſtato peſo de' Diaconi Regionarj cantar
„ il Vangelo nelle Stazioni, e de' Diaconi Pala-
„ tini il far lo ſteſſo nella Chieſa Lateranenſe. E la
„ formula con cui ſi commetteva la Diaconia —
„ *Igitur te Joannem religioſo intentionis tuæ ſtu-
„ dio provocati menſis pauperum, & exhibendæ
„ Diaconiæ eligimus præponendum*; come può
„ vederſi appreſſo *S. Gregorio al lib.* 9. *indict.* 4.
„ *epiſt.* 24. non porta certamente ſeco la commiſ-
„ ſione della Cura dell'anime.

„ XCVIII. Nell' Archivio poi della Baſilica
„ Lateranenſe ſi ritrova una Bolla di *Nicolò IV.*
„ ſpedita *l'anno* 1291. nella quale preſcrivendo
„ varie Regole ai Canonici Lateranenſi circa il
„ modo di vivere, e circa l'oſſervanza Regolare,
„ ſtabiliſce, che ſempre nella Baſilica vi ſiano ſe-
„ dici Canonici computato il Priore, che nella
„ Chieſa di San Giovanni *ante Portam latinam*
„ ve ne debbano eſſere almeno quattro, o tre
„ coll' Arciprete, e nella Chieſa di S. Andrea in
„ Selce tre Canonici col Propoſto; *Aliæ vero
„ Obedientiæ ejuſdem Lateranenſis Eccleſiæ per
„ Canonicos gubernentur, ſicut fuit hactenus con-
„ ſuetum, ita tamen, quod ſolus abſque ſocio non
„ moretur, ſi commode fieri poteſt:* e poco dopo:
„ *Item, quod Eccleſiæ, & Obedientiæ Lateranen-
„ ſis Eccleſia per Priorem, & Capitulum nemini
„ extra Collegium tenendæ, regendæ, & cuſtodien-
„ dæ aliquatenus committant abſque licentia Sedis
„ Apoſtolicæ ſpecialis, ſed temporibus opportunis,
„ cum ipſis Priori, & Capitulo videbitur expe-
„ dire, per oblatos dictæ Eccleſiæ regi poſſint, &
„ gubernari, quouſque eis placuerit, & ad obla-
„ tos morantes extra Lateranenſem Eccleſiam, hoc
„ nullatenus ſe extendat.*

„ XCIX. Fu compoſta, e ſtampata dalla buo-
„ na memoria del Canonico *Giammario Creſ-
„ cimbeni l'anno* 1716. la Storia della Chieſa
„ di S. Giovanni avanti Porta Latina, ed *al
„ lib.* 4. *cap.* 5. *e* 6. porta la Bolla di *Lucio II.*
„ che *nel* 1144. unì alla Baſilica Lateranenſe la
„ Chieſa di San Giovanni *ante Portam Lati-
„ nam*, ed un'altra d'*Anaſtaſio IV.* che *nel* 1154.
„ conferma la detta unione, ed un'altra con-
„ ſimile di *Gregorio IX.* ſpedita *l'anno* 1227.
„ nelle quali la detta Chieſa non è chiamata Paro-
„ chiale. Nulla ſi ſa dell' altra Chieſa di S. Andrea
„ in Selce. E quanto alle Obbedienze, eſſe non era-
„ no, che Celle, Propoſiture, e Grancie, dipen-
„ denti da Monaſterj, alle quali l'Abbate mandava
„ alcuni Monaci *vi obedientiæ*: e quando in que-
„ ſte vi foſſero ſtate Chieſe Parochiali, il che
„ non è veriſimile, certa coſa ſi è, che i Monaci

„ deſtinati al governo d'eſſe ſarebbero ſtati amo-
„ vibili, come ſi deduce dalla detta Bolla di *Ni-*
„ *cola IV. quouſque ei placuerit*, parlando del
„ Priore, e Capitolo. Prima pure di *Nicola IV.*
„ ciò era ſtato ſtabilito da *Onorio III. Nec ali-*
„ *cui committatur aliqua Obedientia perpetuo poſ-*
„ *ſidenda, tamquam in ſua ſibi vita locetur;*
„ *ſed, cum oportuerit amoveri, ſine contradictio-*
„ *ne qualibet removeatur.* Prima altresì d'*Onorio*
„ *III.* il gran Pontefice *Innocenzo III.* aveva
„ date le dovute providenze contra que' Cano-
„ nici Regolari, che in vece di ſtar nel Chio-
„ ſtro, eſſendo loro riuſcito d'ottenere qualche
„ Obbedienza, facevano denari, ed andavano
„ girando per le Corti de' Prencipi, come ſi ve-
„ de nel *Cap. Quanto, de Officio Judicis ordi-*
„ *narii:* ed avendo alcuni Canonici Regolari im-
„ petrato dalla Sede Apoſtolica la conferma *ad vi-*
„ *tam* delle amminiſtrazioni ad eſſi commeſſe, lo
„ ſteſſo Papa le dichiarò nulle, o perchè non ave-
„ vano eſpreſſo, che foſſero amminiſtrazioni della
„ loro Religione, o perchè la Sede Apoſtolica
„ non era ſolita a dar conferme perpetue alle per-
„ ſone Regolari, ma bensì al Corpo della Reli-
„ gione, come può vederſi *nel Cap. Ad noſtram,*
„ *e nel Cap. Porrecta, de Confirmatione utili,*
„ *vel inutili;* e per regola generale determinò *nel*
„ *Cap. Cum ad Monaſterium, de ſtatu Monacho-*
„ *rum,* come ſiegue: *Nec alicui committatur aliqua*
„ *Obedientia perpetuo poſſidenda, tamquam in ſua*
„ *ſibi vita locetur; ſed cum oportuerit amoveri, ſi-*
„ *ne contradictione qualibet revocetur.*

„ C. Tratta di queſte Obbedienze il *Moulinet*
„ nelle ſue Diſquiſizioni de' Canonici *alla pagina*
„ 314. *e* 315. Ne parla pure il du *Freſne* nel ſuo
„ Gloſſario ſtampato in Parigi *l'anno* 1733. colle
„ Aggiunte de Monaci della Congregazione di
„ S. Mauro, ove oſſerva, che da queſte Obbedi-
„ enze ebbero la loro origine i Priori rurali, che
„ alle dette Obbedienze ſi mandavano, alle volte
„ più Monaci, che eſſi alle volte fabbricavano Cap-
„ pelle, e Chieſole, quali col tratto del tempo
„ divennero Benefizj, e che allora fu preſo il
„ temperamento, che, andando più d'un Mona-
„ co alla ſteſſa Obbedienza vi foſſe ſempre un Prio-
„ re per invigilare ſopra la loro condotta, nè mai
„ vi ſtaſſero ſoli: onde *Aleſſandro III.* ſcriven-
„ do ad Ugone Abbate, così dice: *Præſenti*
„ *ſcripto vobis duximus indulgendum, ut liceat*
„ *vobis in Eccleſiis veſtris, cum vacaverint, quoſ-*
„ *libet de Canonicis veſtris ponere, dum tamen*
„ *ſoli non remaneant, ita quod Diœceſano de ſpi-*
„ *ritualibus, vobis vero de temporalibus, & Or-*
„ *dinis obſervantia debeant reſpondere:* il che
„ pure eſteſe anche al caſo, in cui nelle Obedien-
„ ze foſſe ſtata inſtituita qualche Parochia, come
„ ſi deſume dall' altra ſua lettera ſcritta a Giovan-
„ ni Abbate di San Giovanni nelle Vigne di Soiſ-
„ ſons: *Ut, ſi in Civitate Sueſſionenſi, Caſtro,*
„ *vel Villa, aliquem ex ſuis Canonicis Parecia-*
„ *lem eſſe Presbyterum contingat, in eadem domo*
„ *cum Fratribus ſuis moretur.*

„ CI. Conforme pure nell'antecedente Paragra-
„ fo *al num.* 90. è ſtato eſpoſto, deeſi ad *Ivone*
„ *Carnotenſe* la gloria d'aver riſtabilito l'Ordine
„ de' Canonici Regolari. Queſti *nella ſua lettera*
„ 69. a *Galtero* Propoſto della Chieſa Stirpenſe
„ ſcrive d'aver inteſo da lui, che il Veſcovo Li-
„ movicenſe nel ſuo Sinodo aveva proibito a tut-
„ ti i Chierici Regolari il reggimento delle Pa-
„ rochie, ed il ſentire le Confeſſioni; diſappro-
„ va la di lui condotta: *Rectius quidem feciſſet,*
„ *ſi omnes Sacerdotes ad regularem vitam invi-*
„ *taſſet, quam regulariter viventes a Dominica-*
„ *rum ovium cuſtodia penitus removiſſet:* e final-
„ mente conchiude, che *Clerici Regulares ab hoc*
„ *officio, nec penitus ſunt removendi, nec indiſ-*
„ *crete admovendi; nam, ſi penitus removentur,*
„ *Canonico Ordini indigna fit injuria:* e che quei
„ Canonici, che ſaranno ben aſſicurati nel co-
„ ſtume, e nella prudenza, ſi preſentino al Veſco-
„ vo: *Eos deducite ante præſentiam Epiſcopi, ut*
„ *ab eo Curam animarum ſuſcipiant. Sic enim*
„ *facientes, & Epiſcopali reverentia, quod ſuum*
„ *eſt, defereris, & Canonicæ Inſtitutionis nulla*
„ *diſpendia facietis, qui ideo Canonici appellati*
„ *eſtis, quod Canonicas Regulas vos velle obſer-*
„ *vare ceteris arctius devoviſtis.* Scriſſe dello
„ ſteſſo tenore *Ivone nella Lettera* 213. a Giovan-
„ ni *Aurelianenſe; Non tamen ad hoc officium*
„ *alii aſſumendi ſunt, niſi quos vita, & doctri-*
„ *na commendat, & Epiſcopalis auctoritas ad hoc*
„ *agendum idoneos probat.* Non v'ha dubbio,
„ che queſte lettere *d'Ivone* pongono in chiaro
„ la capacità de' Canonici Regolari all'eſercizio
„ della Cura dell'anime colla ſola licenza del Su-
„ periore Regolare, coll'approvazione del Veſco-
„ vo, e ſenza la Diſpenſa Apoſtolica. Ma il pun-
„ to ſi riduce a vedere, ſe queſte Parochie, e
„ queſte Cure d'anime foſſero perpetue, *& ad*
„ *vitam*, o pure rivocabili, quando almeno ciò
„ foſſe piaciuto al Superiore Regolare per bene
„ ſpirituale del ſuddito, nel qual propoſito, ol-
„ tre ciò, che ſarà da Noi poco dopo riferito
„ riſpetto all'Ordine Premonſtratenſe, il più vol-
„ te citato *Deſnos* nel ſuo *Canonico Secolare, e*
„ *Regolare al lib.* 3. *cap.* 50. porta una lettera
„ d'*Aleſſandro III.* che atteſta conſervarſi auten-
„ tica nell'Archivio de' Canonici Regolari di S.
„ Bartolomeo di Noyon, nella quale determi-
„ na, *ut liceat* all'Abbate *cum conſilio Capituli*
„ *ſui Fratres veſtros, qui in Eccleſiis veſtris fue-*
„ *rint, ab eiſdem Eccleſiis ad Clauſtrum veſtrum*
„ *ſine contradictione qualibet revocare:* e quì il
„ Papa certamente parla delle Chieſe Parochiali;
„ mentre ſoggiunge: *Statuimus, inſuper, ut Fra-*
„ *tres, qui in præſcriptis Eccleſiis Curam anima-*
„ *rum habuerint, prius debeant Diœceſano Epiſ-*
„ *copo præſentare, a quo animarum curam ſuſci-*
„ *piant.* Due pure ſono le lettere di *Stefano Tor-*
„ *nacenſe*, cioè *la* 108. e *la* 179. nelle quali ſi
„ lamenta col detto *Aleſſandro III.* de' Veſcovi,
„ che contra la volontà del Superiore Regolare
„ volevano mantenere nelle Parochie i Canonici
„ Regolari: alle quali lettere dallo ſteſſo Pontefi-
„ ce ſi riſponde, aver torto i Veſcovi, ed eſſere
„ in libertà de' Superiori Regolari il richiamare
„ al Chioſtro i ſuoi Canonici Regolari, benchè
„ Parochi, come può vederſi nello ſteſſo *Deſnos*
„ *al luogo citato cap.* 51.

„ CII. Il *Moulinet* nelle ſue Diſquiſizioni *de*
„ *Canonicorum Ordine alla pag.* 404. dice, che
„ nell'undecimo ſecolo era introdotto l'uſo di dare
„ ai Canonici Regolari le Parochie: *Conſtat, in*
„ *Eccleſia, ſaltem ab undecimo ſeculo Parochiano-*
„ *rum Curam noſtratibus commiſſam, velut Cle-*
„ *ricis Apoſtolici officii conſortibus.* L'Ordine de'
„ Canonici Regolari Premonſtratenſi incomin-
„ ciò nel principio del ſecolo ſuſſeguente, nè vi è
„ forſe Ordine di Canonici Regolari, che abbia
„ dati, e dia più Parochi alle Chieſe dell'Or-
„ dine predetto, come può vederſi nel *Mireo*
„ nella Cronica dell'Ordine Premonſtratenſe nella
„ Prefazione al Lettore *pag.* 2. *e* 3. Il Padre *le*

„ *Paige*,

„ *Paige*, già altre volte citato, nella ſua Biblio-
„ teca Premonſtratenſe riferiſce una Bolla di *Aleſ-*
„ *ſandro IV.* ſpedita *l'anno* 1256. *alla pag.* 682.
„ nella quale, doppo aver eſpoſto, che molti Ca-
„ nonici di queſt' Ordine erano aſſunti alle Paro-
„ chie, e che volendoli l'Abbate richiamare al
„ Chioſtro, venivano impediti da' Veſcovi, ordi-
„ na a queſti il non opporſi alla richiamata, come
„ avevano fatto per lo paſſato, ma che laſciaſſe-
„ ro libero il corſo alla diſciplina Regolare, e
„ non ſnervaſſero il punto dell' Obbedienza, e che
„ aſpettaſſero, che dall' Abbate foſſe loro preſen-
„ tato altro Canonico Regolare idoneo. Nella
„ ſteſſa Biblioteca *alla pag.* 688. ſta regiſtrato un
„ Privilegio di *Urbano IV.* ſpedito *l'anno* 1262.
„ in cui dopo aver confermati gli antecedenti
„ Privilegj, aggiunge il ſeguente a pro dell'Or-
„ dine Premonſtratenſe: *Canonici veſtri ex noſtra*
„ *ſpeciali indulgentia poſſint Eccleſias Parochia-*
„ *les habentes Curam animarum impetrare, & *
„ *impetratas per veſtram officiare licentiam*: il
„ che ſenza dubbio deve intenderſi ſalva la ſub-
„ ordinazione de' Canonici al loro Superiore Re-
„ golare, ed il potere da eſſo eſſer richiamati al
„ Chioſtro; tanto più che *Benedetto XII.* nelle
„ ſue Conſtituzioni fatte per la riforma de' Ca-
„ nonici Regolari dell' Ordine di S.Agoſtino *l'an-*
„ *no* 1339. che ſono ſtampate nel Bollario Ro-
„ mano, e ne' Bollarj de' Canonici Regolari La-
„ teranenſi, e degli altri del Santiſſimo Salva-
„ tore, e nel *tom.* 17. de' Concilj dell' *Ardui-*
„ *no*, così ſtabilì: *Præcipimus, quod Canoni-*
„ *ci Religionis præfatæ quæcumque in ipſa Reli-*
„ *gione auctoritate Sedis Apoſtolicæ, vel Lega-*
„ *torum ipſius Beneficia obtinentes obediant Su-*
„ *perioribus ſuis Religionis ejuſdem, ipſorumque*
„ *ſubſint correctionibus, punitionibus, & Statutis,*
„ *& Beneficiis hujuſmodi ex cauſis rationabilibus*
„ *privari, & ab illis amoveri poſſint, quemad-*
„ *modum poſſent, ſi fores per Superiores ſuos de*
„ *iis Beneficiis eis proviſum*: come può vederſi
„ *alla pag.* 1565.

„ CIII. Finalmente, diſcendendo ai tempi di
„ *Siſto IV.* ne' quali, come abbiamo detto nel
„ Paragrafo antecedente, ai Canonici Lateranenſi
„ fu aſſegnato il Monaſtero della Madonna della
„ Pace, uno de' più riguardevoli del detto Ordi-
„ ne, fu *Matteo Boſſo*, di cui fa onorata menzio-
„ ne il *Pennotto nella Storia tripartita dell' Or-*
„ *dine de' Canonici Regolari al lib.* 3. *cap.* 11. *pag.*
„ 583. *num.* 3. Aveva il Duca d'Urbino in idea
„ di dare ai ſuoi Canonici Regolari la Chieſa Pa-
„ rochiale di Gubbio: ed eſſo *nella lettera* 50.
„ ſcritta gli dice: *Parochialium Eccleſiarum ſic*
„ *hodie eſt comperta conditio, ſic conſuetudo fir-*
„ *mata, ut ad Regularem, & arctam illam, quam*
„ *nos ſequimur, vitam jam cooptari minime poſ-*
„ *ſint.* Conſidera la ſolitudine, la continua ora-
„ zione, il meditare, il non farſi vedere nelle
„ publiche funzioni; conſidera il dover benedire
„ le nozze, il dover trattare ſpeſſo colle donne;
„ e dice, che le prime coſe non ſono compati-
„ bili coll' uffizio di Paroco, e che riſpetto alle
„ ultime, *eas ita adverſari Profeſſioni, & San-*
„ *ctionibus noſtris exiſtimamus, ut adverſari ma-*
„ *gis nil poſſit omnino.*

§. VII.

Della capacità de' Canonici Regolari ai Canoni-cati delle Metropolitane, Catedrali, e Col-legiate Secolari dipendentemente dalla Storia del loro Inſtituto.

„ CIV. Quando ſi debba ſtare, come ſembra
„ doveroſo alle leggi del loro Inſtitu-
„ to, ſembra difficile il poter ſoſtenere, che di-
„ pendentemente da eſſo poſſano i Canonici Re-
„ golari uſcire dal Chioſtro, e paſſare ai Cano-
„ nici Secolari, ottenendo Dignità, e Canoni-
„ cati nelle Metropolitane, Catedrali, e Colle-
„ giate Secolari.

„ CV. Il più volte citato Padre *Chapponnel* nella
„ ſua bella Storia de' Canonici Regolari, rico-
„ noſcendo, che nel tempo iſteſſo, in cui gli Ec-
„ cleſiaſtici oſſervavano la vita commune, anche
„ nel loro Ceto ſi ritrovavano alcuni, che non
„ l'oſſervavano, e che vivevano nelle caſe loro,
„ come vivono gli Eccleſiaſtici Secolari d'oggi-
„ dì, con molto ardire non ſi contenta di lodare,
„ e dar la prelazione nel merito agli Eccleſiaſtici,
„ che vivevano in commune, e ſenza proprietà,
„ ma maltratta quelli, che vivevano col proprio,
„ e nelle caſe loro, aſſerendo, che queſto modo
„ di vivere incomminciò ad eſſere tolerato nell' un-
„ decimo, e duodecimo ſecolo, e che quelli,
„ che ſino a quel tempo non avevano ſeguite le
„ regole della communità, e dello ſpropriо Evan-
„ gelico, erano ſtati aceſali, deſertori della vita
„ Canonica, e malviventi.

„ CVI. Contra l'audacia del Padre *Chapponnel*
„ ſcriſſe con molta forza, ed erudizione, benchè
„ ſenza paleſare il ſuo nome, un certo Canonico
„ Regolare Premonſtratenſe, chiamato, come è
„ noto agli Eruditi, *Carlo Luigi Ugo*, come può
„ vederſi nella Critica della detta Storia, che
„ ſtampò in Lucemburgo *l'anno* 1700. In eſſa
„ con evidenti autorità di Padri, di Concilj, di
„ Sommi Pontefici, e di Autori graviſſimi, com-
„ prova, che ne' primi dodici ſecoli, ſe v'erano
„ Chierici, che vivevano in commune, e ſenza
„ proprietà, ve n'erano ancor altri, che vivevano
„ del proprio, e fuori della communità, ſe v'era-
„ no Canonici Regolari, v'erano altresì Canoni-
„ ci Secolari, ſe i Canonici Regolari erano lo-
„ dati, ed approvati, non erano però biaſimati, o
„ diſapprovati i Canonici ſecolari proprietarj,
„ portando fra gli altri belli monumenti la lette-
„ ra 26. di *S. Cipriano*, giuſta l'edizione di *Ri-*
„ *galzio*, ſcritta nel tempo del ſuo eſiglio ai Pre-
„ ti, e Diaconi del ſuo Clero, ove dopo aver-
„ gli raccommandate le vedove, gl' infermi, ed
„ i pellegrini, aggiunge, che ſe per nutrire i
„ pellegrini non baſtaſſero le entrate communi,
„ ricorreſſero a quella parte delle entrate, che era
„ ſua propria, e che aveva depoſitata nelle mani
„ del Sacerdote *Rogaziano*: *Sed & peregrinis, ſi*
„ *qui indigentes fuerint, ſumtus ſuggeratis de*
„ *quantitate mea propria, quam apud Rogatianum*
„ *Compresbyterum noſtrum dimiſi*: non potendo-
„ ſi, nè dovendoſi ſupporre, che *S. Cipriano* eſi-
„ geſſe dal ſuo Clero la vita commune, quando
„ eſſo aveva il proprio.

„ CVII. Chi vuol vedere qualche coſa di più
„ ſopra queſto argomento, può leggere l'Opera
„ citata di *Carlo Luigi Ugo*; dovendo baſtare a
„ Noi pel noſtro preſente intento di far riflette-
„ re, che ſe, giuſta l'Iſtorico de' Canonici Rego-

„ lari, che ha tanto, e così lodevolmente faticato per eſſi, lo ſtatu di Canonico Secolare per gli primi dieci, o undici ſecoli è ſtato poſitivamente cattivo, ed oggi a mala pena è tolerato, nel che anche concorda il *Van Eſpen. nel ſua Trattato de Inſtitutione, & Officia Canonicorum al cap. 6. §. 5. Judicavit tamen*, parla della Chieſa, *poſſe ſtatum illum*, de' Canonici Secolari, *tolerari; quia, tametſi periculoſus ſit, nihil interim in illo accurrere, quod naturalem aliquam cum officio Canonicali contrarietatem habeat*: rieſce molto difficile il poter capire, che dipendentemente dal loro Inſtituto poſſano i Canonici Regolari allo ſtato di Canonici Secolari ſenza l'autorità Pontificia, non potendo qualſiſia Religioſo ſenſa eſſa licenziarſi dalla Religione più perſetta, e più ſtretta per paſſare, non che allo ſtato ſecolare, ma ad un'altra Religione meno perſetta, e piu larga.

„ CVIII. Di più, quando ſotto *Giovanni III.* come di ſopra ſi è riferito, fu conceduto ai Monaci Caſſinenſi il Monaſtero vicino a S. Giovanni in Laterano, ove ſi fermarono, come ſi è detto, cento trenta anni, ed i Canonici Regolari Lateranenſi abitavano nella Canonica della Baſilica, e ſervivano alla medeſima, il celebre *Panvinio* nella ſua Storia manoſcritta della Baſilica Lateranenſe atteſta, come anche di ſopra ſi è accennato, che li Monaci *laicorum loco in Lateranenſi Baſilica Sacras Horas, & Pſalmos canere cœperunt, Canonicis tantum Sacra in ea facientibus, & Sacramenta etiam adminiſtrantibus:* il che pure è conforme a quanto praticavaſi nella Baſilica Vaticana, nella quale la Salmodia era continua, ed il canto continuo, ed inceſſante adempivaſi da' Monaci, che abitavano ne' Monaſterj fabricati nel circondario della medeſima, come pure dimoſtra il *Panvinio* nell' altra ſua Opera manoſcritta *de præſtantia Baſilicæ Vaticanæ.* Non può il *Panvinio* diſpiacere ai Canonici Regolari Lateranenſi, parlando eſſo de' Monaci, come di perſone laiche, che fu il loro principale aſſunto nella gran lite nei tempi di *Pio IV.* per ottenere la precedenza ſopra i Monaci Caſſinenſi, ed alludendo all' antico coſtume del canto de' Salmi, che nelle Chieſe facevaſi una volta da' Laici, come può vederſi nel Cardinal *Bona Rerum Liturgicarum al lib.* 1. *cap.* 25. §. 19. Ma ſe il cantare in Coro fu creduto coſa impropria pe' Canonici Regolari; come mai, per vero dire, può ſoſtenerſi, poter i Canonici Regolari dipendentemente dal loro Inſtituto paſſare alle Dignità, e Prebende Secolari, il peſo delle quali oggidì principalmente può dirſi riſtretto al canto nel Coro?

„ CIX. In oltre, ſe tutta la ſoſtanza del loro Inſtituto, giuſta la loro pretenſione, conſiſte in un Sermone di S. Agoſtino *de communi vita Clericorum*, ove parlando ai ſuoi Canonici Regolari dice: *Clericus duas res profeſſus eſt, Sanctitatem, & Clericatum, interius Sanctitatem, nam Clericatum propter populum ſuum Deus impoſuit cervicibus ipſius*: ſopra le quali parole così riflette Monſignor *Pitoni nella ſua Opera citata al cap.* 10. *Non potuit clarius explicari, tales Canonicos fuiſſe ab initio inſtitutos pro Cura animarum, eoſque Clericatum profiteri ad hunc finem præcipue directum, ut populis Sacramenta miniſtrent, & saluti animarum incumbant*: di quì pure deriva un argomento, che dal loro Inſtituto non proviene, ne è ad eſſo coerente lo ſtato di Canonico Secolare, che nulla ha che fare oggidì coll'amminiſtrare i Sagramenti al popolo, e colla preſidenza alla cura dell'anime.

„ CX. Finalmente è nota la gran queſtione fra i Canoniſti antichi, ſe il Monaco poſſa eſſer Canonico in una Chieſa Secolare. *L'Ugone* antichiſſimo Interprete *nel Can. Si quis, in verb. majorem diſtinct.* 58. crede di sì. Altri vogliono, che il Religioſo ſia incapace delle prime Dignità nelle Chieſe Catedrali, o Collegiate Secolari, ma non dei Canonicati. Così ſoſtengono il *Vitalino nella Clementina prima in verb. Secularis num.* 75. ed ivi il Cardinal *Zabarella num.* 23. *de Electione. L'Abbate* poi *Panormitano nel Cap. Deus qui num.* 4. *de Vita, & honeſtate Clericorum*, così ſcrive: *Communis concluſio eſt, ut Religioſus non poſſit eſſe Canonicus in Eccleſia Seculari &c. Facit Capitulum Quod Dei timorem, de Statu Monachorum, ubi permittitur Canonico Regulari, & Monacho, ut poſſint promoveri ad Eccleſiam Curatam Secularem ratione Curæ animarum. Ubi ergo ceſſat hæc ratio Curæ, non poſſunt aſſumi ad Beneficia Secularia.* Sopra il qual teſto così pure ſcrivano *Enrico Boich al n.* 2. l'*Oſtienſe al num.* 3. *Imola al num.* 8. l'*Aucarana al num.* 5. *S. Giovanni da Capiſtrano al num.* 4. *Zabarella al num.* 3. E queſt'ultima opinione dell' *Abbate*, come più commune, ed appoggiata all' eſiſtenza, o difetto della Cura dell'anime, fiancheggia quanto poc'anzi ſi è detto in ordine all'Inſtituto de' Canonici Regolari, che non può dirſi coerente coll'impiego di Canonico Secolare.

§. VIII.

Dello ſtato preſente delle coſe.

„ CXI. NOn meno la Congregazione Lateranenſe, che l'altra del Santiſſimo Salvatore, ſono oggidì ridotte in un ſtato di vere Religioni Regolari, facendoſi dai loro Religioſi i tre Voti ſolenni, veſtendoſi dai medeſimi abito proprio, e diſtinto dagli altri Ceti Regolari, vivendo ciaſcheduna di eſſe ſotto la preſidenza d'un Abbate Generale: eſſendo l'una, e l'altra eſteſa in varj Monaſterj dentro l'Italia, che tutti dipendono da un ſolo Capo di ciaſcheduna, il che non ſi ſa, ſe veramente foſſe così qualche ſecolo addietro, non ritrovandoſi memoria, che delle ſole Obedienze, che erano Grancie dipendenti dal principale Monaſtero, come di ſopra ſi è detto, ed eſſendo molto veriſimile, che eſſendovi molti Monaſteri di Canonici Regolari, profeſſando anche tutti la ſteſſa Regola di S. Agoſtino, uno non diſpendeſſe dall'altro, coma oggidì vediamo ſuccedere nelle Caſe Religioſe de' Padri Filippini; ma ſi uniſſero in Congregazione in ſequela del Capitolo ottavo *della Seſſ.* 25. *de Regularibus* del Concilio di Trento, come anche concede Monſignor *Pitoni nella ſua Opera al cap.* 20. *num.* 62. *Reductio Canonicorum in Congregationem contingere debuit in vim diſpoſitionis Sac. Concilii Tridentini Seſſ.* 25. *cap.* 8. *de Regularibus*: ed eſſendo ſtata finalmente l'uno, e l'altra Congregazione munita col privilegio dell'eſenzione dalla giuriſdizione Veſcovile, e con tutti gli altri privilegj accordati alle altre Religioni.

„ CXII. Ciò non oſtante, oltre il dover eſ-

„ ſere

„ ſere i loro Religioſi ammeſſi alle Parochie *pleno jure* unite ai loro Monaſterj in qualità di Parochi amovibili, *ad inſtar* di tutte l'altre Religioni, come può vederſi in varie Parochie della Città, e Dioceſi di Bologna, della quale abbiamo pratica, previa però la nomina del loro Abbate, ed altresì previa l'approvazione dell' Ordinario, pretendono di poter ottenere, come ſino ad ora ſi è veduto, le Parochie Secnlari *in titulum* colla licenza del loro Superiore Regolare, e ſenza l'Indulto Apoſtolico; e ciò, non ſolo parlando delle Parochie Secolari, che ſiano loro conſerite per raſſegna, per coadjutoria, o per nomina de' Padroni Eccleſiaſtici, e Secolari, ma anche in qualſivoglia altra maniera, ſoſtenendo di poter andare ai Concorſi *ad inſtar* de' Chierici, e Sacerdoti Secolari.

„ CXIII. Queſto ſi deduce dall' Opera di Monſignor *Pitoni*, in cui vien maltrattato il *Pace-Jordano* per avere ſcritto, non doverſi ammettere i Monaci ai Coucorſi delle Parochiali, ancorchè aveſſe eccettuato i Canonici Lateranenſi. Queſto pure ſi deduce dalla Diſſertazione quinta ſtampata nel Bollario de' Canonici Regolari del Santiſſimo Salvatore *alla pag* 359. E non richiedendoſi il Concorſo oggidì ſolamente nella collazione delle Parochie, ſecondo *il cap.* 18. *della Seſſ.* 24. del Sagro Concilio di Trento, e la Bolla XXXII. di S. Pio V. nel Bollario Romano *al tom.* 2. ma ancora nelle Prebende Theologale, e Penitenziaria, giuſta la Bolla ſeconda di *Benedetto XIII.* ſtampata dopo il Concilio Romano, e finalmente nelle Chieſe Parochiali, Dignità, Canonicati, e qualſivoglia altro Beneſizio, a cui ſia anneſſa la Cura dell' anime, ancorchè vachino ne' meſi riſervati, o per altro capo ſiano riſervati alla Sede Apoſtolica, ſecondo la Noſtra lettera Circolare ſpedita *ai* 14. *Decembre* 1742. non v'è chi non veda reſtar aperta la ſtrada a queſti Canonici Regolari a tutti predetti Concorſi, ed al poter ottenere qualſivoglia Beneficio Secolare ſottopoſto al Concorſo, colla ſola annuenza del loro Superiore Regolare, e ſenza che vi ſia meſchiata l'autorità del Papa: ed in fatto Monſignor *Pitoni nell' Opera citata al cap.* 20. *num.* 17. così ſcrive: *Apud me nulla eſt difficultas reſpective ad Canonicatus Pœnitentiarium, & Theologalem.*

„ CXIV. Nè qui ſi ferma la loro pretenſione, eſtendendoſi a qualſivoglia altra Dignità, o Canonicato nelle Chieſe Catedrali, o Collegiate, ai Beneſizj ſemplici Secnlari, che non hanno reſidenza, ed anche alle Penſioni ſopra qualſivoglia ſorte di Beneſizj: ed uſciti in qualſivoglia de' predetti caſi dalla Religione, depongono l'abito Regolare, aſſumono quello di Prete Secolare, e fatti Parochi non ſi ritrova, che verun di loro abbia mai avuto il commodo di ritenere Compagno del proprio Ordine, non oſtante il loro celebre Capitolo *Quod Dei timorem, de ſtatu Monachorum*, ſpendendo le rendite Eccleſiaſtiche, come fanno i Preti Secolari, ſenza verun riguardo al Voto di Poverta da eſſi profeſſato. La Religione poi affatto ſi ſcorda di loro, valutandoſi come paſſati dalla ſua obbedienza a quella del Veſcovo; e ſino che ſono ſani, nulla cura de' loro andamenti: nè, rinunziando la Parochia, o il Beneſizio, per cui uſcirono dal Chioſtro, ſi richiama, laſciandoli ſtare nelle Caſe loro. Avvicinandoſi poi la morte, e riflettendo, che *Gregorio XIII. nella ſua Conſtituz. XLIII. al Tomo* 3. *del Bollario* applicò alla Camera Apoſtolica la robba, ed i beni de' Regolari, che muojono fuor di Convento, ancorchè ne ſiano uſciti con licenza, o ſi tratta di beni acquiſtati *ſive ex cauſa teſtatæ, ſive inteſtatæ ſucceſſionis*, come bene avverte *la Ruota nella deciſ.* 121. *num.* 18. *e ſeguenti part.* 6. *Recent.* talvolta è ſucceduto, che il Canonico Regolare s'è fatto nell' ultima malattia portare alla Religione, ha riaſſunto l'abito nel tempo della malattia e s'è fatto ſepellire con eſſo, tentando in ſimil modo d'eſcludere il jus della Camera. In oltre i Canonici del Santiſſimn Salvatore non uſano nella loro Profeſſione le parole, che ſi uſano dai Cannnici Lateranenſi, cioè di non accettar Beneſizj con Cura, o ſenza Cura, dentro, o fuori della Religione, ſenza la licenza del loro Superiore Regolare: in vigore della qual Profeſſione pretendono i Lateranenſi, come ſi è veduto, di non aver biſogno dell' Indulto Apoſtolico: e pure ancora gli altri ſopra detti a dirittura eſcono dal Chioſtro, ſenza che il Papa ſia interpellato. La forma della Profeſſione dei Canonici del Salvatore è ſtampata *nel tomo* 2. *della Storia degli Ordini Monaſtici Religioſi e Militari alla pag.* 337. e l'elenco di quelli, che ſono uſciti da queſta Congregazione colla ſola licenza del loro Superiore Regolare per Parochie, per Canonicati, e per Beneſizj ſemplici, può vederſi nel ſuo Bollario *alla pag.* 361. *ed alla pag.* 379.

„ CXV. Ed è lodevole moderazione de' Padri Barnabiti, che ſi ſono ſempre oppoſti a chiunque de' ſuoi ha eccitata la pretenſione d'uſcire dalla Religione con una Parochia, o con un Beneſizio, ancorchè il Pontefice *Paolo III.* in una ſua Bolla ſpedita *l'anno* 1535. loro conceſſe, *ut omnibus & ſingulis privilegiis, facultatibus, libertatibus, auctoritatibus, indultis, favoribus, conceſſionibus, & gratiis ſpiritualibus & temporalibus, quibus potiuntur & gaudent, ac in futurum potientur & gaudebunt Canonici Regulares Congregationis Lateranenſis, ac perſonæ, & loca eorum, quorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis haberi volumus:* il che anche confermò in un'altra Bolla ſpedita *l'anno* 1543.

§. IX.

Rifleſſioni ſopra il detto ſtato preſente.

„ CXVI. Queſto è quanto oggidì ſi prattica: e quando non vi ſia coſa veruna contraria alla buona Eccleſiaſtica diſciplina, altro non reſta, che laſciar le coſe come ſono: ma quando ſi penſaſſe, che l'affare ſtaſſe diverſamente, e ſi voleſſe prendere qualche temperamento, e nello ſteſſo tempo riſolvere il punto propoſto nel reſcritto di *Glemente XI.* per camminare colla dovuta diſtinzione, fa duopo il diſtinguere il certo dal dubbio.

„ CXVII. O ſi tratta dunque di Parochie, o di Canonicati, o di qualſivoglia altro Beneſizio Eccleſiaſtico, da ottenerſi dal Canonico Regolare per via di raſſegna, o di coadjutoria, o ſi tratta di Penſione da imporre a favore del Canonico Regolare ſopra una Chieſa Parochiale, o ſi tratta de' Canonici Regolari, che vogliono andare al Concorſo vacando una Parochia, vacando una Cura d'anime, o vacando una delle due Prebende, Theologale, o Penitenziaria;

ziaria;

„ ziaria; ed io tutti queſti caſi è indubitabile, che oon baſta l'anouenza del loro Superiore Regolare, ma che è neceſſaria l'autorità del Papa.

„ CXVIII. Eſſendo coſa certa, che al ſolo Papa appartiene il dare le Coadjutorie ne' Benefizj *cum futura ſucceſſione*, per la ragione, che tutte le proviſte, che poſſono indurre *votum alienæ captandæ mortis*, ſono riprovate da' Sacri Canoni, come può vederſi *nel Can. petiiſti 7. quæſt. 1. e nel Cap. Nulla, de conceſſione Præbendæ*, ai quali il ſolo Papa puo derogare: eſſendo ancor ſuor d'ogni dubbio, che le raſſegne, che ſi ſanno *in favorem*, portano ſeco una certa tal qual apparenza di ſimonia, come può vederſi *nel Can. Plerique* 8. *quæſt.* 1. chè non ſi purga, che coll'eſſervi di mezzo il Papa, come può vederſi *nel Cap. Significaſti, de Electione, e nel Cap. Propoſuis, de Conceſſione Prabendæ*: e ſebbene ſecondo il Jus commuoe foſſe permeſſo ai Veſcovi in alcune circooſtanze l'imporre ſopra i Benefizj di loro collazione qualche Penſtone da durare ſin che il primo Benefiziato, a cui è ſtata impoſta, e così non tranſmiſſibile al ſucceſſore nel Benefizio, ancorchè viveſſe il Penſionario; come ampiamente può vederſi *nella prima Diſcordia de Penſionibus* del *Clericato*; non può però negarſi, che oggidì non ſia riſervato al ſolo Papa l'imporre le Penſioni ſopra le Chieſe Parochiali dopo la Conſtituzione di *Benedetto XIII.* che incommincia *Quanta Paſtoribus animarum*, ſpedita *l'anno* 1724. ed oggidì in Dataria, ſuccedendo qualcheduno de' predetti caſi, ſe ſi fa la ſpedizione per un Canonico Regolare, ſi eſſige la Componenda, per la ragione che il graziato è Regolare.

„ CXIX. Trattano pure i Dottori il punto, ſe i Canonici Regolari poſſano andare al Concorſo, vacando qualche Parochia, il che ancora procede vacando una delle due Prebende Penitenziaria, o Theologale, aveodo il ſopranommato *Benedetto XIII.* impoſto il Concorſo, vacando qualſiſia delle due Prebende, a ſimiglianza del Concorſo impoſto dal Concilio di Trento nella vacanza delle Parochie: e quando ſi debba ſtare alle riſoluzioni delle Sacre Congregazioni, che non ſono fra quelle, che *Clemente XI.* volle nel ſun reſcritto, che ſi laſciaſſero da parte, può entrare fra le coſe certe ancora l'aſſerzione, uon eſſer permeſſo ai Canonici Regolari colla licenza del loro Superiore Regolare, ed anche col beneplacito del Veſcovo, di portarſi, ed eſſer ammeſſi ai detti Coocorſi. Vedaſi *il Garcia de Beneficiis part. 6. cap. 10. num. 32. il Barboſa ad Concilium cap. 18. num. 61. Seſſ. 24. de Reformatione*, che parlano de' Chierici Regolari degli Ordini Militari. Vedaſi *il Monacello nel Formolario legale al tom. 1. tit. 5. formul. 10. num. 2.* ove parla de' noſtri Canonici Regolari Lateranenſi, e del Santiſſimo Salvatore, e perchè può darſi l'eccezione, che queſt'Autore s'appoggia al Decreto di *Clemente X. del* 1671. di ſopra allegato, che è quello, che cade ſotto l'eſſame, ne' Regiſtri della Sacra Congregazione del Concilio ſi ritruova il ſeguente, fatto in una cauſa di Breſcia *nel giorno* 15. *di Maggio* 1655. Ecco il queſito: *Quæſitum fuit, an Regulares Congregationis Canonicorum Lateranenſium, & Congregationis Salvatoris in Alga*, Religione ora ſoppreſſa, *ſint admittendi ad Concurſus Eccleſiarum ſecularium Parochialium, præſertim, quando habeant licentiam proprii Generalis*: ed ecco la riſpoſta: *Sacra Congregatio Concilii reſpondit negative, ſed dandam eſſe declarationem jam editas.*

„ CXX. E quando mai ſi ſupponeſſe, non doverſi tampoco far conto di queſto Decreto, avendo *Clemente XI.* nel ſuo reſcritto ordinato, che ſi metteſſero da parte tutti i giudicati, reſcritti, ed oracoli de' Sommi Pontefici da *Gregorio XIII.* in giù, non maocherebbe la dovuta replica, e ſarebbe, che non eſſendo ſtata propoſta al detto Pontefice la controverſia circa le Parochiali di libera collazione, ma circa le Parochiali di nomina de' Padroni, come può vederſi nel Memoriale del Padre Procurator Generale de' Lateranenſi dato allo ſteſſo Pontefice, e ſtampato dal Padre Abbate *Benvenuti* nella ſua più volte citata Opera *al* §. 8. *pag.* 110. *Venuto il caſo di riaſſumere tal controverſia nella Sacra Congregazione del Concilio in una Placentina Præſentationis, dove un Canonico Regolare di S. Salvatore fu preſentato dai Padroni ad una Parochia Secolare*: e non avendo luogo il Concorſo in queſte Parochie di nomina de' Padroni Secolari, di quì deriva, non poterſi dire, che l'allegato Decreto *del* 1655. debba reſtare ſenza la ſua efficacia in obbedienza del reſcritto di *Clemente XI.* non avendo eſſo parlato che di quei Decreti, che da *Gregorio XIII.* in giù potevano oſtare al caſo, ch'eſſo voleva, che ſi eſſaminaſſe. Oltre di che biſogna eſſere affatto digiuno del governo Eccleſiaſtico chi non prevedeſſe i gravi diſordini, che ſarebbero irreparabili, quando i Canonici Regolari ſi ammetteſſero ai Concorſi, avvegnachè ſarebbero irreparabili le animoſità e le rabbie fra il Clero Secolare, ed il Regolare, e fra gli ſteſſi Regolari, e grande ſarebbe lo ſcompiglio della diſciplina Regolare per la frequente occaſione, che ſi darebbe ai Canonici Regolari di comparire pe' Tribunalì, appellando *a mala relatione Examinatorum, vel ab irrationabili judicio Epiſcopi*, quando foſſero ſtati o rigettati, o poſpoſti nella loro pretenſione, o per le Parochie, o pe' Canonicati Theologale, e Penitenziario.

„ CXXI. Poco ſembra, che vi reſti da diſcorrere circa i Benefizj ſemplici, e le Penſioni da imporſi ſopra i Beoefizj non Curati, potendo ſembrare ad ogni uomo di buoo ſenſo, eſſere un evidente abuſo, che dopo una ſolenne Profeſſione, e dopo i ſolenni Voti di Caſtità, Povertà, ed Obbedienza, dopo aver promeſſa la ſtabilità, e permanenza ſotto la Regola di S. Agoſtino, poſſa al Canonico Regolare eſſer permeſſo l'uſcir del Chioſtro, e ritornare al Secolo colla ſola licenza del Superiore Regolare, e col ſolo titolo d'un ſemplice Benefizio, o d'una Penſione, quando ſarebbe monſtruolo, che ciò ſi faceſſe, ancorchè v'interveniſſe l'autorità Pontificia.

„ CXXII. Ed in fatti Monſignor *Pitoni nella ſua Opera al cap. 24. num. 18. e ſeguenti*, conſiderando, che il Canonico Regolare ha profeſſato Santità, e Chiericato, la Santità per l'interno, il Chiericato per benefizio del Popolo, e che niun benefizio del Popolo può figurarſi, uſcendo il Canonico dalla ſua Religione, col titolo d'un ſemplice Benefizio, non ha veruna difficolta di confeſſare, eſſerne i Canonici Regolari incapaci: *Hac, & alia*, dedotte a pro de' Canonici Regolari, *deducta ad fundandam capacitatem Canonicorum Lateranenſium quoad hæc ſimplicia Beneficia, meo judicio non concludunt, & in contrariam ſententiam impetu veritatis in-*

„ clinare

„ *clinare cogor* : e nel Capitolo ſeguente, diſcorrendo delle Penſioni, per la ſteſſa ragione conclude lo ſteſſo, confeſſando richiederſi l'autorità Pontificia anche nel caſo, in cui il Canonico Regolare raſſegnaſſe la Parochia Secolare già da lui ritenuta, e che per giuſta cauſa vuol laſciare, riſervandoſi ſopra eſſa qualche Penſione.

„ CXXIII. Per lo che il nodo ſi riduce alle Parochie di nomina, ai Canonicati di nomina, e di libera collazione degli Ordinarj nelle Catedrali, e Collegiate, ed al contegno da tenerſi dai Canonici Regolari, quando ſono Parochi Secolari, o Canonici nelle Catedrali, o Collegiate Secolari, e come io oltre debbano regolarſi, quando dimettono la Parochia, o il Canonicato.

„ CXXIV. Parlando delle Parochie di nomina, la capacità colla ſola licenza del Superiore Regolare ſi appoggia al Capitolo *Quod Dei timorem, de ſtatu Monachorum*, al loro Inſtituto, e quanto ai Canonici Lateranenſi, alla forma della loro Profeſſione; e ſopra queſti punti unicamente ſi raggira la fatica di Monſignor *Pitoni*, del Padre Abbate *Benvenuti*, e dell' *Autore della Diſſertazione* impreſſa nel Bollario de' Canonici del Santiſſimo Salvatore.

„ CXXV. Di tutti queſti punti ſi è in queſto ragionamento à baſtanza diſcorſo, e quando per le ragioni addotte eſſi ſi credeſſero inſuſſiſtenti, per non levare ai Canonici Regolari il poſſeſſo, in cui ſi ritrovano, di poter eſſer preſentati alle Parochie Secolari, o quando pure le dette ragioni rendeſſero vacillanti i predetti ſondamenti, s'apre la ſtrada alla neceſſità della diſpenſa Apoſtolica, tanto più che i Canonici non poſſono negare di eſſer Regolari, come di ſopra ſi è dimonſtrato, ed eſſendo oggi ſicura la maſſima, che *Beneficia Regularia Regularibus, & Secularia Secularibus conſerantur*, e che il ſolo Papa è quello, che può ad eſſa derogare, preſcindendo anche dall'epoca in cui abbia avuto la detta maſſima il ſuo principio.

„ CXXVI. Qualche coſa di particolare può conſiderarſi, oltre il già dedotto, ſopra il punto de' Canonicati. Il Cardinal *Petra nel tom. 2. ad Conſtit. I. Anaſtaſii IV. alla Sez.* 1. *num.* 30. *e ſeguenti*, e particolarmente ſotto il *num.* 32. è di ſentimento, che queſti Canonici Regolari non ſiano capaci de' Canonicati, che col mezzo della diſpenſa Apoſtolica. Noi ſteſſi abbiamo aderito a queſto ſentimento *nella noſtra Notificazione nona del Volume quinto.* Quando eravamo Segretario della Sagra Congregazione del Concilio, volle il Cardinal *Boncompagni* allora Arciveſcovo di Bologna, conferire un Canonicato di quella Metropoli ad un Canonico Regolare Lateranenſe. Dovea farſi la ſpedizione in Dataria, che ne rimiſe la previa cognizione allà detta Sagra Congregazione; ed eſſendoſi in eſſa eſſaminato l'affare, fu detto, poterſi ſpedire le Bolle, pel motivo, che il detto Cardinale nella ſua informazione, di cui era ſtato richieſto, aveva atteſtato, non eſſervi in quel tempo in Bologna altra Perſona nobile, e per l'età, e per la capacità meritevole del Canonicato: e con queſto ſteſſo motivo a Noi riuſcì d'ottenere l'approvazione dalla ſan. mem. d'*Innocenzo XIII.* che la diede di poco buona voglia, dicendo, che ſempre aveva diſapprovata la condotta del Cardinal *Conti* ſuo Zio, benchè degno Veſcovo d'Ancona, che aveva dato a dirittura in varie volte la Propoſitura, e ſei Canonicati di quelle Catedrale ad altrettanti Canonici Regolari Lateranenſi. La ſopradetta Cauſa di Bologna fu propoſta ai 18. *di Settembre* 1723. ed il foglio è nel *tom.* 2. del Teſoro delle Riſoluzioni alla *pag.* 370. e con queſti ſteſſi ſentimenti è proceduta la ſopradetta Congregazione del Concilio in una Cauſa *Fiſtorien. Indulti*, propoſta, e riſoluta ai 6 *di Marzo, ed ai* 18. *di Maggio* 1737. come può vederſi nel *tom.* 8. del citato Teſoro alla *pag.* 19. ed alla *pag.* 73.

„ CXXVII. Paſſando al contegno, di ſopra ſi è veduto quanto ſia ſtato l'impegno della Eccleſiaſtica diſciplina, ad effetto, che i Canonici Regolari uſciti dal Chioſtro non ſtaſſero alle Parochie ſoli, ma in compagnia d'un altro Canonico Regolare, il che fu poi modificato da *Innocenzo III. nel Cap. Quod Dei timorem*, colle parole, *ſi commode fieri poteſt.* Ciò anche dà a divedere lo ſteſſo impegno riſpetto alla ritenzione dell'Abito: imperocchè ſarebbe ſtata una coſa ſtravagante il dare al Paroco la libertà di laſciare l'Abito Religioſo, e preſcrivergli nello ſteſſo tempo il ritenere in ſua compagnia, per vivere ſecondo l'Inſtituto, un Canonico Regolare, che certamente non doveva deporre l'Abito Regolare. Non ſi ritrova preſcritto al Canonico Regolare aſſunto a qualche Canonicato, il ritenere appreſſo di ſe un Compagno Regolare, ed il non portarſi dal nuovo Canonico l'Abito Regolare, s'appoggia alla deformità, che comparirebbe agli occhi del pubblico, vedendo nello ſteſſo Ceto uno veſtito in un modo, e gli altri in un altro, il che però non cagiona deformità nel Sagro Collegio de' Cardinali, nel quale i Cardinali Regolari portano il loro Abito Regolare differente nel colore dall'Abito degl' altri Cardinali, che non ſono Regolari.

„ CXXVIII. Nulladimeno per non diſſimulare coſa veruna, diremo, che quando eravamo Segretario del Concilio, fu propoſta, e diſcuſſa una certa Cauſa *Firmana ai* 23. *di Maggio del* 1722. nella quale fu propoſto il Dubbio ſeguente: *An Thomas de Adamis* della Congregazione Lateranenſe, che aveva avuta una Cura d'Anime, *teneatur deferre Habitum Regularem Congregationis Lateranenſis tam in Functionibus Eccleſiaſticis, quam extra Eccleſiam, & reſpective habere Socium dictæ Congregationis*: e la riſpoſta fu, *Ad mentem*, come può vederſi nel *tomo* 2. delle Riſoluzioni alla *pag.* 176. e la mente fu, che portaſſe l'Abito di Prete Secolare, ſecondo il ſolito, e non foſſe obligato a tenere il Compagno Regolare, come Noi ſteſſi atteſtiamo in un noſtro Diſcorſo in un'altra Cauſa *Anconitana* d'un'altro Canonico Lateranenſe, ſtampato nel *tom.* 4. del predetto Teſoro alla *pag.* 91. e ſeguenti, e particolarmente alla *pag.* 93.

„ CXXIX. Appartiene a queſta medeſima inſpezzione l'eſporre, che queſti Canonici Regolari uſciti dalla Religione con un Benefizio Secolare, o di Cura d'Anime, o di reſidenza, ſino che vivono, godono l'entrate, e le amminiſtrano, come ſe foſſero Chierici, e Preti puramente Secolari. Ciò ſembra contrario al Voto di Povertà, che poſſono colla dovuta proporzione, e ſono obligati a mantenere anche nel nuovo ſtato, ſecondo la dottrina di *S. Tommaſo nella* 2. 2. *quæſt.* 185. *art.* 8. Nel tempo del Pontificato di *Siſto V.* trattoſi di dare Parochie a certi Regolari; e dal predetto Pontefice fu fatto il ſeguente Reſcritto, riferito da Monſignor

„ *Pitoni*

„ *Pitoni nel cap.* 8. *della ſua Opera al num.* 5. *Sixto V. placuit ad tempus tantum concedi diſpenſationem in caſu penuria Sacerdotum*, cioe Secolari; *& tunc, deducto victu, ſuperabundantes reditus convertantur in almoniam pauperum, & utilitatem Eccleſiæ, & non fiant, niſi inſtante Epiſcopo, pro utilitate, & neceſſitate Eccleſia*. E lo ſteſſo Monſignor *Pitoni* nel *cap.* 21. *dell' Opera al num.* 11. concorda, che in queſto ſteſſo modo dovrebbero regolarſi i Canonici Lateranenſi, e del Santiſſimo Salvatore, quando ſono proveduti di Parochie, o Canonicati Secolari: *In Beneficiis, quæ excedunt congruam ſuſtentationem, ſuperfluos reditus tenentur Canonici Regulares erogare in utilitatem Eccleſia, & in eleemoſynas Pauperum, ut habetur in oraculo ſanctæ memoriæ Sixti V. ſupra relato in cap.* 8. *num.* 5.

„ CXXX. Succede l'accennare quanto è neceſſario ſapere circa l'indipendenza dalla Religione, e dai Superiori Regolari, dopo che i Canonici hanno ottenuta una Parochia, o un Canonicato. Vanno eſſi d'accordo, che, per uſcire dalla Religione per una delle dette due ſtrade, ſi richiede la licenza del Capitolo Generale, o di chi fa le veci d'eſſo, il che vien preſcritto ai Canonici Lateranenſi nella loro Profeſſione, e ſi può dire in tutti quanti un fatto neceſſariamente conneſſo col Voto della Obbedienza: ma ſe tal licenza vien loro negata, credono d'eſſer in grado di poter ricorrere al Papa, o alle Sagre Congregazioni, acciò ſia ſupplito il preteſo irragionevole diſſenſo del Superiore Regolare: *Murga de Beneficiis alla queſt.* 2. *num.* 261. *Caſtro Palao nel tratt.* 13. *de Beneficiis diſput.* 1. *punt.* 3. §. 1. *num.* 20. *Sanchez ad Præcepta Decalogi al lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 68. *Leſſio de Juſtitia, & Jure al lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 12. *num.* 97. *verſ. Poſſet, Pellizzar. in Manuali al tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 6. *ſect.* 4. *ſubſect.* 3. *num.* 241.

„ CXXXI. Dopo che i Canonici Regolari hanno ottenuto in una delle dette due maniere o Parochia, o Canonicato Secolare, non riconoſcono altro Superiore, che l'Ordinario, a cui ſono ſubordinati, e che dicono ſurrogato al loro Superiore Regolare, mantenendo in queſto modo il Voto ſolenne d'Obbedienza fatto nella Profeſſione, come anche riflette il *Murga de Beneficiis alla queſtione* 2. *num.* 270. Ed il *Pellizario nel tom.* 2. *Manual. tract.* 8. *cap.* 4. *ſect.* 4. *n.* 115. *&* 118. aggiunge, che ſe così non ſi praticaſſe, lo ſtato de' Canonici Regolari proveduti de' Benefizj Secolari ſarebbe troppo infelice, dovendo riconoſcere due Superiori, uno indipendente dall'altro; il che però non è coſa tanto eſorbitante, come il *Pellizario* ſi figura, vedendoſi ciò ſuccedere cotidianamente, mentre i Regolari proviſti delle Parochie Regolari, in quello, che concerne la Cura dell' Anime, ſono ſottopoſti al Veſcovo, ſecondo il Capitolo undecimo della *Seſſione* 25. *de Regularibus* del *Concilio di Trento*; ed in quello, che riſguarda l'oſſervanza Regolare, ſono ſottopoſti al loro Superiore Regolare.

„ CXXXII. Ma, ciocche ſiaſi di queſta rifleſſione, s'apre il campo ad un punto di molto rilievo; ed è, ſe poſſano queſti Canonici Regolari per giuſto motivo eſſer richiamati dal Superior Regolare al Chioſtro, reſtando in queſto modo privati delle Parochie, e de' Canonicati. Trattaſi la controverſia da' Dottori, e particolarmente dal *Trullo* nel ſuo Trattato *de Ordine Canonicorum Regularium*, e concordano la maggior parte nel ſentimento, poterſi ciò fare dal Superiore Regolare, quando vi ſia una legitima cauſa, come può vederſi appreſſo il citato *Trullo* nel *lib.* 1. *cap.* 36. Noi liberamente diremo, non aver che fare queſta loro aſſerzione col noſtro caſo preſente, avvegnache in eſſa ſi parli de' Benefizj Regolari, e da Noi preſentemente ſi parla de' Benefizj Secolari conferiti ai Regolari.

„ CXXXIII. Un caſo ſolo è giunto a noſtra notizia, che potrebbe ſervire per l'intento. *Nell' anno* 1712. nella Congregazione de' Veſcovi, e Regolari fu propoſta una certa Cauſa *Leodien. Parochialis*, nella quale eſſendo ſtato preſentato dal Monaſtero de' Premonſtratenſi, che aveva il jus di nominare ad una Parochia Secolare, un Canonico Premonſtratenſe all' Ordinario di Liegi, che con titolo di perpetuità gli conceſſe l'inſtituzione, ed avendo il Superiore Regolare, dopo anni decidotto l'amminiſtrazione della Parochia, richiamato il ſuo Canonico al Chioſtro, ed eſſendoſi a queſta richiamata oppoſto l'Ordinario di Liegi, ancorche Monſignor *Pitoni* in qualità d'Avvocato ſcriveſſe pel detto Ordinario, e con molto vigore portando le di lui ragioni, ſoſteneſſe l'indipendenza del Canonico dal ſuo Superiore Regolare, dopo eſſer paſſato alla Parochia Secolare, nulladimeno la Sagra Congregazione decretò in favore dell' atto fatto dall' Abbate, riſpondendo, ch'era in ſua balìa il richiamare il ſuo Canonico Regolare al Chioſtro, ſenza licenza dell' Ordinario, *& eo tantum certiorato*, come può vederſi nella riſoluzione dei 2. *di Settembre* 1712. e nell' altra ai 3. *di Febbrajo* 1713. che per altro ſono contrarie ai giudicati de' Tribunali foreſtieri, potendoſi vedere nel *Journal du Palais tom.* 7. *pagina* 17. e ſeguenti, e nel *Van Eſpen* nel ſuo *Jus Eccleſiaſtico al tom.* 2. *cap.* 3. *num.* 27. eſſerſi diſputato in Francia, ſe i Premonſtratenſi poteſſero eſſere richiamati dalle Parochie al Chioſtro dai loro Superiori Regolari, ed eſſere ſtato riſpoſto, che ciò non potevano fare ſenza il conſenſo dell' Ordinario: *Fas non eſſe Abbatibus, neque Generali Ordinis eos ſine conſenſu Ordinarii revocare.*

„ CXXXIV. Si ricorda Monſignor *Pitoni* del detto caſo *del* 1712. e però nella ſua Opera al *Cap.* 22. *ſotto il num.* 7. dice, che la riſoluzione derivò dai Privilegj particolari dell' Ordine: *Sacra Congregatio cenſuit, obſtare Privilegia, quæ ego impugnabam, & interpretabar*. Di ſopra ſi è parlato de' Canonici Premonſtratenſi, e da quanto ivi è ſtato eſpoſto, ſi raccoglie bensì, che l'Abbate può dalle Parochie richiamare il ſuo Canonico, e che il Veſcovo non deve opporſi, ma, ſe ciò ſia un privilegio, o una ſequela del Voto d'Obbedienza, ed un punto di vera diſciplina Regolare, del quale ancora di ſopra ſi è parlato, qui ſtà il nodo della controverſia: e quando mai ſi credeſſe non eſſere la revocabilità Privilegio, ma ſequela del Voto d'Obbedienza, crollarebbe la pretenſione de' Canonici Regolari di non poter eſſer richiamati al Chioſtro: dopo che colla licenza del Superiore Regolare hanno ottenuto o Parochia, o Canonicato Secolare.

„ CXXXV. Non volendo però Noi, nè dovendo diſſimulare, che a queſta lor pretenſione può recare gran fondamento lo ſtile della Sede

„ Apo-

„ Apoſtolica, che conferendogli una Parochia Secolare, gliela conferiſce *in titulum*, o conferendogli un Canonicato Secolare, ora glie lo conferiſce *in titulum*, ora in perpetua amminiſtrazione, giuſta le varie idee degli Spedizionieri, il che ſembra oſtare alla revocabilità. Per lo chè il *Zipeo conſult. 1. de Inſtitutionibus al num. 3.* eſpreſſamente dice, che ſe la Chieſa è Secolare, e non è unita al Monaſtero, e ad eſſa dal Prelato Regolare ſia preſentato un ſuo Regolare, e queſto ſia ammeſſo dal Veſcovo, non può queſti eſſer rimoſſo dal detto ſuo Prelato Regolare, eſſendo ſtato inſtituito dal Veſcovo *juxta naturam ipſius Beneficii*, che eſſendo Secolare, porta ſeco la perpetuità.

„ CXXXVI. Reſta l'ultimo punto de' Canonici Regolari, che rinunziata la Parochia, o pure rinunziato il Canonicato, vivono fuori de' Chioſtri, e nelle loro Caſe particolari, non penſando eſſi più in verun modo alla Religione, nè la Religione ad eſſi, ſe non quando eſſendo ridotti all'ultimo de' ſuoi giorni, procura, che ritornino al Chinſtro, per eſcludere il jus della Camera, che in vigore delle Conſtituzioni Apoſtoliche ne' luoghi, ove è introdotto lo Spoglio, prende il poſſeſſo de' Beni dei Religioſi morti fuori di Religione. Il *Navarro nel Conſiglio 79. al lib. 5. de Regularibus* approva queſto modo di vivere, e con eſſo pienamente concorda il *Murga de Beneficiis quaſt. 2. num. 290.* Fra gli antichi fu di queſto ſteſſo ſentimento *l'Ancarano nel Cap. Si Religioſus num. ult. de Electione in 6.* ove ſoſtiene, baſtare per l'effetto, di cui ſi tratta, la licenza altre volte ottenuta. Ma ſe queſta licenza fu limitata, ed indirizzata al conſeguimento della tal Parochia, e del tal Canonicato, ciaſcheduno può facilmente comprendere, che reſtando il Canonico Regolare ſenza Parochia, o ſenza Canonicato, o per averne fatta rinunzia, o per eſſerne ſtato privato, eſſendo ſpirata la licenza del Superiore Regolare, ed eſſendo ancora ſpirato l'Indulto Apoſtolico, quando eſſo ancora foſſe ſtato ottenuto, non può, nè deve il Canonico Regolare reſtarſene al Secolo, e vivere da Prete Secolare. Così argomenta l'*Imola nella Clementina prima num. 41. de Electione*, e così pure argomenta il *Sanchez ad Pracepta Decalogi al lib. 6. cap. 6. num. 36. verſ. Credo etiam.*

„ CXXXVII. I due Pontefici *Aleſſandro VII.* e *Clemente XI.* fecero due Decreti, ne' quali determinarono, che i Regolari fatti Veſcovi *in partibus*, e mandati ai Vicariati Apoſtolici di là dal Mare, o fatti Amminiſtratori, o Viſitatori delle Chieſe ſituate in dette parti, non potendo adempire il loro Miniſtero per impedimento oppoſto dagli Sciſmatici, o dagl'Infedeli, doveſſero ritornare ai loro Chioſtri. Furono queſti Decreti confermati da *Benedetto XIII.* nella ſua Conſtituzione *Cuſtodes*, publicata *ai 4. d'Aprile* 1726. nel paragrafo quinto della quale aggiunge: *Decernimus, volumus, & pracipimus, ut Monachi, Mendicantes, & cujuſcumque alterius Inſtituti Regulares, ſpecialiſſima etiam mentione digni, qui Epiſcopatu ſibi pridem collato, quacumque de cauſa ſe impoſterum abdicare permiſſi fuerint, Clauſtra ſua Religionis repetere omnino teneantur, & debeant*: non eccettuando da queſta legge, ſe non quelli, che foſſero impiegati dalla Sede Apoſtolica con un nuovo Miniſtero incompatibile col Chioſtro.

§. ULTIMO.

Nel quale ſi eſpone la conclusione di tutto il Ragionamento.

„ CXXXVIII. Ecco quanto abbiamo potuto raccorre in quelle poche ore, che ci ſono reſtate di libertà nelle proſſime paſſate ferie del Meſe d'Ottobre, benchè anche per lo più interrotte dalle ſpinoſe inceſſanti cure, ed amariſſimi imbarrazzi del noſtro lagrimevole Pontificato. Il tutto abbiamo eſpoſto, come privato Dottore, aſpettando, prima di prendere riſoluzione, l'altrui conſiglio, che ricerchiamo colla legge del ſegreto ſopra tutto l'affare, e che vorreſſimo in carta per le Feſte della futura Paſqua di Riſurrezzione ſopra li ſeguenti punti.

„ CXXXIX. 1. Se i Canonici Regolari Lateranenſi, e del Santiſſimo Salvatore poſſano colla licenza de' loro Superiori Regolari, e dell'Ordinario eſſer ammeſſi ai Concorſi delle vacanze delle Parochie Secolari, e delle Prebende Theologale, e Penitenziaria.

„ CXL. 2. Se potendo eſſer ammeſſi ai Concorſi, ed ottenendo la preelezzione, poſſano conſeguire le dette Parochie, e le dette Prebende colla ſola licenza del Superiore Regolare, e ſenza la diſpenſa Apoſtolica.

„ CXLI. 3. Se eſſendo nomioati da qualche Padrone Eccleſiaſtico, o Laico a qualche Parochia Secolare, o volendola ottenere per Coadjutoria, o per rinunzia, o anche conſeguirla a dirittura dall'Ordinario, in quei caſi, ne' quali non ſi richiede il Concorſo, baſti la ſola licenza del Superiore Regolare, ma di più ſi richieda la diſpenſa Apoſtolica.

„ CXLII. 4. Se colla ſola predetta licenza, e ſenza la diſpenſa Apoſtolica, poſſano ottenere dall'Ordinario a dirittura, o anche pel mezzo di Coadjutoria, o raſſegna, o nomina de' Padroni, i Caoonicati, che non ſono Penitenziarj, o Theologali, nelle Metropolitane, Catedrali, o Collegiate.

„ CXLIII. 5. Se ottenendo in qualſivoglia delle dette maniere o Parochia, o Canonicato, debbano ritenere l'Abito di Canonico Regolare, ed anche un Regolare in loro compagnia.

„ CXLIV. 6. Se debba eſſer loro permeſſo uſcire dal Chioſtro, ottenendo una Penſione, o pure un Benefizio ſemplice Secolare.

„ CXLV. 7. Se uſciti dal Chioſtro con una Parochia, o con un Canonicato, e quando anche foſſe loro permeſſo, con una Penſione, o con un Benefizio ſemplice, poſſano per legitima cauſa eſſere richiamati al Chioſtro dal loro Superiore Regolare, conſentendo, o diſſentendo il Veſcovo.

„ CXLVI. 8. Se uſciti dal Chioſtro, e non avendo più la Parochia, il Canooicato, o il Benefizio, o per averli rinunziati, o per eſſerne ſtati privati, o per aver ottenuto il Coadjutore, o per eſſere ſtati giubilati, debbano ritornare al Chioſtro.

„ CXLVII. 9. Quali condizioni ſi richiedano in un Canonico Regolare per eſſer promoſſo a qualche Parochia, o proveduto di qualche Canonicato.

„ CXLVIII. Ultimo. Avanti di chi debbano verificarſi le dette condizioni prima della proviſta.

SAN-

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI DOMINI

BENEDICTI

DIVINA PROVIDENTIA

PAPÆ XIV.

CONSTITUTIO

SUPER

Capacitate Canonicorum Regularium Lateranenſium, & Sanctiſſimi Salvatoris, ad obtinenda Beneficia Eccleſiaſtica ſecularia, cum cura, & ſine cura, atque Penſiones Eccleſiaſticas.

BENEDICTUS

EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

QUOD inſcrutabili Divinæ Providentiæ conſilio Nobis immerentibus demandatum eſt Apoſtolicæ ſervitutis Officium, inter graviſſimas curas, quarum pene obruimur multitudine, hanc etiam Nobis imponit, ut eas controverſias dirimere, atque aliquando de medio tollere ſtudeamus, quæ jampridem diu agitatæ, magno Eccleſiaſticæ diſciplinæ detrimento indeciſæ adhuc pendere dignoſcuntur; idque potiſſimum, ubi & rei controverſæ gravitas, & doctorum Virorum judicio, viſa eſt Apoſtolicæ Deciſionis oraculum poſtulare; & ipſi Romani Pontifices Prædeceſſores Noſtri ejuſmodi deciſionis edendæ conſilium alias ſuſceperunt; tametſi quominus id perficerent, aliorum fuerint negociorum occupationibus præpediti.

Celebris jamdudum eſt controverſia, an Canonici Regulares capaces ſint obtinendi, & retinendi Eccleſias Parochiales Seculares, abſque Indulto Apoſtolico. Quam quidem controverſiam tum veteres, tum recentiores Canoniſtæ tractarunt in ſuis Commentariis ad *Cap. Quod Dei timorem, de Statu Monachorum*; nec defuerunt inter Eccleſiaſticarum rerum Scriptores, tum Italos, tum ex Regionibus ultra Montes poſitis, qui hujuſmodi quæſtionem accurate examinaverint. Hæc ipſa de re, flagitantibus Canonicis Regularibus Lateranenſibus, bonæ memoriæ Franciſcus Maria Pitonius magni quondam nominis in Romana Curia Advocatus, ac deinde Epiſcopus Imerienſis in Partibus Infidelium, & ſanctæ memoriæ Benedicti Papæ XIII. Auditor, amplum compoſuit volumen, quod licet nunquam Typis vulgatum, a Nobis tamen viſum, atque perlectum eſt. Præterea dilectus Filius Cæſar Benvenuti Abbas Generalis Canonicorum Regularium Lateranenſium, non multos ante annos, in lucem dedit Opus a ſe conſcriptum, pro aſſerendo Canonicis ſui Ordinis jure obtinendi præfatas Parochiales, abſque Indulto Apoſtolico; in quam etiam ſententiam plures clarorum Juriſperitorum Conſultationes editæ ſunt, ac Typis impreſſæ in Bullario Canonicorum Regularium Sanctiſſimi Salvatoris. Denique innumeri propemodum, ſive Theologi, ſive Juriſconſulti, in ſuis Operibus, quæſtionem hanc inſtituerunt; quorum aliqui eo uſque progreſſi ſunt, ut prædictos Canonicos Regulares, nedum ad obtinendas ſeculares Eccleſias Parochiales ad præſentationem Patronorum, ſive Eccleſiaſticorum, ſive Laicorum, ſed alias quaſcumque Parochiales Eccleſias ad liberam Ordinariorum collationem ſpectantes, etiam per concurſum aſſequendas, & ſe ſiſtendum hujuſmodi concurſibus, abſque Indulto Apoſtolico, habiles, atque capaces aſſerere non dubitaverint. Tum a Parochialibus Eccleſiis gradum faciendo ad Canonicatus Metropolitanarum, Cathedralium, & Collegiatarum Eccleſiarum, horum quoque abſque Apoſtolica diſpenſatione adipiſcendorum, capaces eos eſſe ſuſtinuerunt. Et, quod magis notatu dignum videtur, idem plane affirmarunt de Beneficiis ſimplicibus, & Penſionibus Eccleſiaſticis; plura congerentes exempla hujuſmodi Canonicorum Regularium, qui, abſque Romani Pontificis Indulto, tum ad regendas Parochiales Eccleſias ſeculares, & ad obtinendos Canonicatus atque Præbendas in Eccleſiis Collegiatis, Cathedralibus, & Metropolitanis; tum etiam ad Beneficia Eccleſiaſtica ſimplicia, nimirum abſque Animarum Cura, vel reſidentiæ onere, adminiſtranda, e Clauſtris exierunt.

Sane quum in Congregationibus Venerabilium Fratrum Noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium ad diverſi generis negocia cognoſcenda auctoritate Apoſtolica deputatorum, examinatum ſæpe fuerit hujuſmodi aſſertum jus Canonicorum Regularium; ſæpe reſponſum eſt, eos abſque Apoſtolico Indulto, ad ſeculares Parochias promoveri non poſſe. Ita reſpondit Congregatio Concilii de anno milleſimo quingenteſimo octuageſimo primo, ejuſque reſponſum approbatum fuit a ſanctæ memoriæ *Prædeceſſore* Noſtro Gregorio Papa XIII. Ita decrevit Congregatio Epiſcoporum, & Regularium de anno milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo primo, expenſis prius rationibus fuſe deductis a Procuratore General

nerali Canonicorum Regularium Lateranenſium; atque hoc pariter Decretum a piæ memoriæ Clemente Papa X. confirmatum, deindeque ad Canonicos quoque Regulares Sanctiſſimi Salvatoris extenſum fuit. Cumque iidem Canonici Regulares Decretis prædictis minime acquieſcerent; oblata occaſione cujuſdam Cauſæ Placentinæ in Congregatione Concilii propoſitæ Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo tertio, in qua agebatur de quodam Canonico Regulari Lateranenſi præſentato ad Parochialem Eccleſiam ſecularem; quamvis Apoſtolicum Indultum eidem conceſſum fuiſſet, additum tamen fuit in Reſcripto, ipſis petentibus, ut omnia, quæ præceſſerant ſuper hac re Decreta unirentur, utque, auditis Procuratoribus Generalibus, certa, & univerſalis Lex in hac materia conſtitueretur; idque a ſanctæ memoriæ Innocentio Papa XII. Prædeceſſore Noſtro per Apoſtolicas Literas in forma Brevis fuit confirmatum.

Hæc tamen Decretorum unio, & generalis Cauſæ diſcuſſio minime peracta fuit. Verum anno Domini milleſimo ſeptingenteſimo decimo tertio Procurator Generalis Canonicorum Lateranenſium poſtulavit a felicis recordationis Prædeceſſore Noſtro Clemente Papa XI. ut totius Cauſæ cognitionem prædictæ Congregationis Concilii Tridentini Interpretis examini, & judicio ſubjiceret; ad hoc ut eadem Congregatio illam diſcuteret, ac definiret *in mero puncto Juris communis, Concilii Tridentini, Profeſſionis, & Inſtituti Canonicorum, independenter, & præciſive ab omnibus Reſolutionibus, & Decretis Sacrarum Congregationum, judicatis quorumcumque Tribunalium, Reſcriptis, & Oraculis Summorum Pontificum, tam favorabilibus, quam contrariis Ordini Canonicorum Regularium, a temporibus* Gregorii XIII. *uſque in præſens emanatis*; ſuper quo Pontificium *juxta petita* Reſcriptum obtinuit.

Juvat credere, tunc exiſtentem, alioſque deinceps prædictæ Congregationis pro tempore Secretarios, pro debita erga Pontificis mandatum obſervantia, diligenter curaſſe, ut Cauſa iſthæc in Congregatione proponeretur. Equidem, dum Nos in minoribus conſtituti, eodem Secretarii munere fungeremur, plurium annorum curſu nihil intentatum reliquimus, ut & prædicta controverſia ad examen revocaretur, & congrua tandem deciſione tolleretur; ſed minime licuit, novis ſemper impedimentis objectis, negocium hoc ad optatum finem perducere. Veruntamen minime dubitabamus (quod etiam prædictis Secretariis, qui ante Nos fuerunt, perſuaſum fuiſſe cenſemus) quin interim inviolate ſervaretur præcitatum Decretum anno milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo primo a Congregatione Epiſcoporum, & Regularium editum, & a Clemente Papa X. confirmatum; quum potiſſimum, & ipſorum temporibus, & Nobis etiam hujuſmodi Secretarii Officium obeuntibus, frequenter eveniſſet, ut ab Apoſtolica Dataria, tam ad ipſam Concilii Tridentini, quam ad aliam Epiſcoporum, & Regularium Congregationem, remitterentur petitiones Canonicorum Regularium, qui pro obtinenda aliqua Parochiali Eccleſia ſeculari, ad quam a Patronis præſentati fuiſſent, vel pro aſſequendo Canonicatu Eccleſiæ Cathedralis, aut Collegiatæ, ab aliquo Epiſcopo ſibi collato, Apoſtolicum Indultum poſtulabant. Unde conſequens erat, ut opportunis adhibitis diligentiis pro Cauſæ propoſitione ad normam Reſcripti Clementis Papæ XI. non admodum intereſſe videretur, ſi ipſi Canonici Regulares ejuſdem Cauſæ deciſionem minime urgerent.

At vero, quum a ſanctæ memoriæ Benedicto Papa XIII. Anconitanam Epiſcopalem Eccleſiam regendam accepiſſemus, ſtatim ac ad eandem, uti par erat, præſentes acceſſimus, ſero didicimus Noſtram hac de re opinionem Nos fefelliſſe. Siquidem in ea Civitate nonnullos Canonicos Regulares invenimus, qui poſt relatum Decretum anni milleſimi ſexcenteſimi ſeptuageſimi primi, nullo ſuffulti Apoſtolico Indulto; ſed de licentia tantum ſuorum Prælatorum Regularium, ad Parochias ſeculares, vel ad Canonicatus in Cathedrali Eccleſia promoti, e Religioſis Clauſtris migraverant. Quin etiam unum ex his invenimus, qui quum ſeculare Beneficium, quod olim obtinuerat, reſignaſſet; tamen extra Clauſtra ſimiliter, in habitu Presbyteri ſecularis degebat. Atque hujus quidem conſcientiæ ſecuritati, pro Noſtri muneris ratione, conſulere non omiſimus; implorata eidem diſpenſatione ab Officio Pœnitentiariæ Apoſtolicæ, cui rem totam referentes, demonſtravimus jam moraliter impoſſibile Oratori fore, clauſtralis vitæ inſtitutum, & Religioſum habitum reaſſumere; quum & octuagenario major eſſet, & mala valetudine laboraret.

Deinde paucis poſt annis a felicis recordationis Clemente Papa XII. Prædeceſſore Noſtro ab Epiſcopatu Anconitano ad Metropolitanam Cathedram Bononiæ Patriæ Noſtræ tranſlati; idem omnino in hac etiam Civitate, & Diœceſi obtinere comperuimus. Contigit autem, quemdam Canonicum Regularem Lateranenſem ad Eccleſiam Parochialem ſecularem de Jurepatronatus Laicorum a Patrono Laico nominari; cumque Nos ante hujuſmodi nominationis admiſſionem, præter conſenſum Abbatis Generalis ipſius Ordinis, Apoſtolicum inſuper Indultum Nobis exhiberi poſtularemus, eaque de re apertiſſimum Clementis Papæ X. Decretum anno milleſimo ſexcenteſimo ſeptoageſimo primo editum extare diceremus; mirati profecto ſumus, quum Nobis reſponderi audivimus, receptam eſſe in toto Canonicorum Regularium Ordine ſententiam, quod præfatum Clementis X. Decretum omne robur amiſiſſet, & in ſuſpenſo remaneret, ex quo Clemens XI. anno milleſimo ſeptingenteſimo decimo tertio, ut ſupra dictum eſt, quæſtionem illam de ratione obtinendarum a Canonicis Regularibus Parochiarum ſecularium, an ſcilicet conſenſus eorum Abbatis Generalis, nullo interveniente Apoſtolico Indulto, ad hoc ſufficiens eſſet, Congregationi Concilii examinandam tradiderat. Equidem Nos hujuſmodi reſponſioni, quam agnovimus omni ſoliditate deſtitutam, minime acquievimus; neque porrò Canonicus ille Regularis ad regimen Parochialis Eccleſiæ, ad quam præſentatus fuerat, a Nobis admiſſus fuiſſet, niſi prius Apoſtolicam diſpenſationem petiiſſet, atque impetraſſet. Verum ex hoc plenius cognovimus, quam neceſſarium eſſet huic controverſiæ aliquando finem imponere, ac certam atque univerſalem regulam ſtabilire ſuper Canonicorum Regularium capacitate ad obtinendas Parochiales Eccleſias, Canonicatus, aliaque Beneficia Eccleſiaſtica ſecularia, vel de licentia dumtaxat eorundem Superioris Regularis vel non niſi accedente Apoſtolicæ diſpenſationis auctoritate. Pro quo tamen nihil a Nobis tunc temporis factum fuit; quum ſatis eſſe duxerimus, aliarum Diœceſum curam propriis Paſtoribus relinquentes, in commiſſæ Nobis Eccleſiæ procuratione vigilare.

Jam vero, nullis Noſtris meritis, in ſublimi Apoſtolatus culmine conſtituti, Noſtras eſſe partes reputavimus, quæſtionem hanc ſuprema eadem deciſione terminare, & pro conceſſa Nobis auctoritate, declarare, an prædicti Canonici Regulares, tam Lateranenſes, quam Sanctiſſimi Salvatoris, de licentia tantum ſuorum Superiorum Generalium valeant Parochiales Eccleſias ſeculares, & in Eccleſiis Me-

Digitized by Google

tropolitanis, Cathedralibus, aut Collegiatis, Canonicatus, atque Præbendas, ac demum Beneficia Eccleſiaſtica ſimplicia obtinere, aut Penſiones Eccleſiaſticas percipere, an vero, præter hujuſmodi Superiorum Regularium licentiam, Apoſtolicæ quoque auctoritatis requiratur acceſſio.

Porro quam methodum piæ memoriæ Clemens XI. pro hujus quæſtionis enodatione præſcripſerat, eam laudatiſſimi Pontificis mente dignam ſemper exiſtimavimus; eidemque propterea inhærentes, cupienteſque rem ipſam, antequam illius examen alteri committeremus, privatis Noſtris ſtudiis penitus introſpicere, tempus illud, quod menſe Octobri proxime elapſo a publicis audientiis vacuum habuimus, in Bibliotheca noſtra domeſtica inſumentes, quamplurimos illic exiſtentes Libros, alioſque etiam rariores è celebri Bibliotheca dilecti Filii Noſtri Dominici Tituli S. Bernardi ad Thermas Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis Paſſionei nuncupati Brevium Noſtrorum Secretarii, ad Nos allatos, avide evolvimus; ſedulo inquirentes, quid Juri communi, quid Concilii Tridentini ſanctionibus, quid Profeſſioni ab ipſis Canonicis Regularibus emiſſæ, ac demum quid eorumdem Inſtituto magis conſentaneum eſſet; ac ſuper his omnibus prolixam Diſſertationem, Canonici Juris principiis, & Hiſtoricis notionibus innixam, non quidem Pontificiæ auctoritatis jure, ſed privati Doctoris diligentia, elucubravimus.

Quamvis vero, ex præſcripto relati Decreti Clementis Papæ XI. hujuſce controverſiæ examen in Congregatione Venerabilium Fratrum Noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Concilii Tridentini interpretum haberi debuiſſet; nihilo minus ſatius eſſe duximus totam hujuſmodi cauſam ad Nos avocare, non quidem, ut ipſi per Nos, abſque aliorum conſilio, eam definiremus, ſed ut ſolemnior, atque commodior ipſius controverſiæ diſcuſſio accuratiſſima maturitate peragеretur, prout ex inferius dicendis, revera præſtitum fuiſſe apparebit.

Siquidem in conſilium hac de re nobiſcum aſſumpſimus Venerabilem Fratrem Noſtrum Vincentium Epiſcopum Præneſtinum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem Petra, necnon Dilectos Filios Noſtros ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteros Cardinales, de Gentilibus, Cavalchinum, Tamburinum, & Beſozzium reſpective nuncupatos, omnes, penultimo excepto, prædictæ Congregationi Concilii Tridentini adſcriptos, tres vero etiam priori loco memoratos, olim dum in minoribus agerent, ejuſdem Congregationis Secretarios, alterum autem a pluribus annis ipſius Præfectum. His adjunximus Dilectum Filium Magiſtrum Joſephum Alexandrum Furiettum ſæpe dictæ Congregationis Concilii Secretarium, nec non alios Prælatos præcipua Romanæ Curiæ munera obeuntes, nimirum Dilectos pariter Filios Magiſtros Joannem Jacobum Millo Datarium, Clementem Argenvelliers Auditorem, & Xaverium Juſtinianum Sub-Datarium Noſtros; ex Regularibus autem Petrum Aloyſium de la Torre Abbatem Ordinis S. Benedicti, Congregationis Caſſinenſis in eadem Romana Curia Procuratorem Generalem, & olim in ſua Congregatione Sacrorum Canonum Profeſſorem; duoſque Societatis Jeſu Presbyteros, Dominicum Turanum Officii Pœnitentiariæ Apoſtolicæ Conſultorem Theologum, & Ægidium Mariam Giulii Sacrorum Canonum Profeſſorem, eorumdemque in Collegio Germanico-Hungarico de Urbe Lectorem.

His omnibus, & ſingulis, præfatam Diſſertationem Noſtram communicavimus, in qua aperte declaravimus, Nos meram, ut præfertur, Doctoris privati perſonam in ea geſſiſſe, nec aliis ademptam voluiſſe libertatem in contrarium opinandi, ſi ita jus, & ratio ſuaderent; datoque illis trium & amplius menſium ſpatio, ut totius rei examen ad normam Juris communis, Concilii Tridentini, Profeſſionis, & Inſtituti Canonicorum Regularium utriuſque prædictæ Congregationis exigerent; juſſimus, ut ſinguli ſuum ſuffragium aperirent, ac literis conſignatum Nobis exhiberi curarent.

Neque vero opus eſſe judicavimus, ipſus prædictorum Canonicorum Regularium Ordines ad Cauſam dicendam excitare, ut ſive per ſe, ſive per alios, ea deducerent, quæ facere poſſe putarent pro eorum aſſerto jure obtinendi Beneficia ſecularia abſque Apoſtolico Indulto; tum quia rationum, quæ in utramque partem afferri ſolent, referta ſunt, ut initio dicebamus, Theologorum, Canoniſtarum, aliorumque Scriptorum Eccleſiaſticorum Volumina; tum quia poſt ipſum Clementis XI. reſcriptum, ut pariter ſupra adnotavimus, & Franciſcus Maria Pitonius, prolixa Diſſertatione, in qua Canonicorum Lateranenſium defenſionem ſuſcepit, & iſtorum Abbas Generalis Cæſar Benvenuti, in ſuo Opere in publicam lucem emiſſo, quæcumque ad cauſam facere poterant, juxta ſingula Capita in præcitato Clementis XI. Decreto indicata, & a Nobis in prædicta Diſſertatione Noſtra, ut præfertur, ordinate ac ſigillatim expenſa, latiſſime ſunt proſequuti; Tum demum quia noluimus novum ipſis Canonicorum Regularium Ordinibus imponere ſumptuum onus, poſtquam toties ſuper eadem re Juriſconſultorum Curiæ Noſtræ operam, & calamum adhibuerunt.

Quum itaque prædicti omnes a Nobis requiſiti, intra præfinitum tempus ſuffragium quiſque ſuum Nobis obtuliſſent; (excepto præfato Vincentio Epiſcopo Cardinali, quoniam ipſe in ſuis Commentariis ad Conſtitutiones Apoſtolicas ſuam hac de re ſententiam pluribus in locis aperuerat & jampridem Typis vulgaverat;) Nos illorum ſcripta attente perlecta diligentiſſime expendimus, eademque, una cum prædicta Diſſertatione Noſtra, Dilecto Filio Magiſtro Nicolao Antonello, Prælato Noſtro Domeſtico, & Archivii Pontificii in Arce Sancti Angeli exiſtentis Cuſtodi, in eodem Archivio diligenter aſſervanda tradidimus, ut perpetuis futuris temporibus conſtare valeat, quam caute, & conſiderate in hac Cauſa definienda agere voluerimus.

Et quoniam prædictorum omnium concors fuit ſententia; (unius enim diſſenſus, in duodenario Conſulentium numero, uniformitatem non tollit); iidemque in eo convenerunt, quod neque Canonici Regulares Lateranenſes, neque Canonici Regulares Sanctiſſimi Salvatoris, Beneficium quodlibet Eccleſiaſticum ſeculare obtinere, aut quamlibet Penſionem Eccleſiaſticam percipere valeant, abſque auctoritate Apoſtolicæ Sedis; Nos eorundem conſilium, & ſententiam ſequentes, atque etiam motu proprio, & certa ſcientia, atque Apoſtolica auctoritate, hac noſtra in perpetuum valitura Conſtitutione ſtatuimus, decernimus, & declaramus, eoſdem Canonicos Regulares, abſque Indulto Apoſtolico, ut præfertur, cujuſcumque Beneficii Eccleſiaſtici ſecularis, ſive cum adnexo animarum curæ, aut reſidentiæ onere, ſive etiam Beneficii ſimplicis, & ſine cura, ac perſonalem reſidentiam non requirentis, & cujuſcumque Penſionis Eccleſiaſticæ, vere incapaces eſſe, & cenſeri debere; eiſdemque nec Jus commune, nec Tridentinæ Synodi Decreta, neque Profeſſionem ab ipſis emitti ſolitam, aut peculiare Inſtitutum, neque demum ullam contrariam conſuetudinem, uſum, poſſeſſionem, ſeu quaſi, aliumque omnino titulum, pro hujuſmodi prætenſa capacitate ullatenus ſuffragari.

Proin-

Digitized by Google

Proindeque non amplius permittendum, aut ullo modo ferendum eſſe, ut aliquis ex ipſis, ſola interveniente ejuſdem Superioris Regularis, ſive Abbatis Generalis licentia, conſenſu, aut prætenſa auctoritate, ad animarum curam in Eccleſiis ſecularium aſſumendam, & exercendam, vel ad Canonicatus, ſive Præbendas, Dignitates, vel alia quomodocumque nuncupata Officia, aut Beneficia reſidentialia in Eccleſiis Patriarchalibus, Metropolitanis, Cathedralibus, aut Collegiatis obtinenda, è Religioſis Clauſtris exeat, diſcedat, & extra ea moretur; ſed neceſſarium omnino, ſemper, & quandocumque eſſe, & fore ſpeciale Apoſtolicæ Sedis Indultum, tam ut iidem Canonici Regulares hujuſmodi Eccleſiaſticorum Beneficiorum ſecularium, ſive cum animarum cura, ſive cum reſidentiæ onere adnexo, capaces fiant, & exiſtant; quam, ut ad ea aſſequenda, regenda, & retinenda, è Clauſtris diſcedere, & extra ea degere licite poſſint. Similiter omnium & quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum ſimplicium nuncupatorum, aut Eccleſiaſticarum Penſionum quarumlibet, eoſdem incapaces eſſe declaramus, & ad ea aſſequenda ex ſe inhabiles haberi debere decernimus: At ſi aliquando aliquam ex ipſis, ſive pro Religioſis ipſius indigentiis, ſive ob meritum perſonale, ſive alio quocumque titulo, aut cauſa, de uno, aut pluribus hujuſmodi Beneficiis ſimplicibus, vel de una, aut pluribus Eccleſiaſticis Penſionibus ab Apoſtolica Sede provideri contingat; decernimus, non ideo hujuſmodi Canonicum Regularem è Religionis ſuæ Clauſtris exire, aut extra eam vitam degere poſſe; ſed in ſuis Religioſis Domibus, ut antea, & ſub legitima ſuorum ſuperiorum Regularium obedientia manere debere ſtatuimus; contravenientes vero omnibus, & ſingulis pœnis, adverſus Regulares Apoſtatas latis, atque ſtatutis ſubjicimus; & iiſdem re ipſa, & cum effectu affici, & coerceri mandamus.

Et quidem Canonici Lateranenſes, quique a Sanctiſſimo Salvatore nomen habent, non verbo, aut ſpecie tantum, ſed revera & proprie Regulares exiſtunt, ipſiſque cum aliis omnibus cæterorum Ordinum Regularibus, communia ſunt Vota ſolemnia, Caſtitatis, Paupertatis, & Obedientiæ; ideoque quatenus Regulares ſint, æque ac Monachi, ceterique Religioſis quibuſque Ordinibus adſcripti, incapaces ſunt Beneficiorum Eccleſiaſticorum ſecularium, abſque Apoſtolicæ Sedis auctoritate, & diſpenſatione. Quia tamen, (ut Innocentius III. ait in præcitato *Cap. Quod Dei timorem.*) Regulæ inſerviunt laxiori, æquum eſt, majorem cum ipſis indulgentiam adhiberi, &, ubi eorumdem Superiorum Regularium conſenſus adſit, benigniori quadam facilitate, per Apoſtolicæ Auctoritatis Indulta, ad Secularia Beneficia eoſdem admitti. Verum, ut in hujuſmodi caſibus omnia rite recteque procedant; ſequentes Regulas inviolabiliter, reſpective, ſub pœna nullitatis collationis Beneficiorum, tenendas, & obſervandas, eadem Apoſtolica auctoritate præſcribimus, atque ſtatuimus.

Ubi nempe agatur de Beneficiis Eccleſiaſticis ſecularibus, pro quorum Collatione Concurſus indici non ſolet, veluti ſunt Eccleſiæ Parochiales de Jurepatronatus Laicorum, & in Patriarchalibus, Metropolitanis, Cathedralibus, aut Collegiatis Eccleſiis, Canonicatus, atque Præbendæ (exceptis tamen Theologali, & Pœnitentiaria Præbenda, quarum utraque prævio ſemper Concurſu provideri debet); & quidem ubi hujuſmodi Beneficia de Jurepatronatus ſive Eccleſiaſtico, ſive Laicali exiſtant; & ceſſantibus quoad Beneficia Juriſpatronatus Eccleſiaſtici reſervationibus & affectionibus Apoſtolicis, integrum eſſe volumus Beneficiorum Patronis, aliquem ex prædictis Canonicis Regularibus, quem idoneum judicaverint, ad ea Beneficia, præſentare, ſeu nominare; dummodo præſentatio, ſeu nominatio fiat cum expreſſa præſervatione Beneplaciti Apoſtolici. Poſtquam vero præſentatus, ſeu nominatus Canonicus Regularis, præſentationem, ſeu nominationem de ſe factam acceptaverit, cum clauſula de obtinendo Beneplacito tam Superioris Generalis ſui Ordinis, quam Sedis Apoſtolicæ; ad ipſos præſentantes, ſeu nominantes pertinebit conſenſum exquirere Superiorum Regularium; Qui, ſi ex diſceſſu hujuſmodi Canonici Regularis, ad animarum curam, ſeu ad Canonicatum in Eccleſia ſeculari obtinendum evocati, nullum Ordini detrimentum obventurum eſſe, in Domino reputaverint; multoque magis, ſi perſpectam habentes vitam ab hujuſmodi præſentato, ſeu nominato religioſè inſtitutam, & ſtudia ab eodem in Religione laudabiliter peracta, illius operam utilem atque proficuam fore Eccleſiæ illi, cujus ſervitiis deputatur, in Domino paſiter judicaverint; requiſitum aſſenſum in ſcriptis præbentes, teſtimonium inſuper adjicient de ipſius præſentati, ſeu nominati idoneitate, tam quoad mores, quam quoad doctrinam; ſive ad animarum curam, ſive ad Præbendam Canonicalem; ſuper quorum veritate ipſorum Superiorum conſcientiam diſtricte oneramus. Sed & ab Ordinario, ſive ab Ordinariis Locorum, in quibus ipſe Religioſus præſentatus, aut nominatus per aliquod tempus commoratus fuerit, requirendum erit, utrum ipſis aliquid adverſus illius vitam & mores relatum fuerit, vel alias legitime conſtiterit.

Quæ omnia, videlicet præſentatio, ſeu nominatio, & reſpective acceptatio cum adjectis clauſulis præſervativis ſupra enunciatis; item Superiorum Regularium conſenſus, eorumdemque atteſtatio; Ordinariorum quoque favorabile teſtimonium exhibenda erunt Noſtro, ſive Succeſſorum Noſtrorum Romanorum Pontificum pro tempore Datario, qui facta Nobis, aut Succeſſoribus Noſtris, prædictorum omnium relatione, ſi ita Pontifici videbitur, Litteras Apoſtolicas ſuper conceſſione hujuſmodi Beneficii eidem Canonico Regulari præſentato, ſeu nominato ad illius vitam facienda, ſtatim expediri jubebit, vel alias, de ejuſdem Pontificis mandato, ante ipſam expeditionem, prædictæ Congregationis Tridentini Concilii Interpretis conſilium exquiret.

Id ipſum, quantum rei natura, & circumſtantiarum diverſitas patitur, tunc etiam obſervari volumus, & mandamus, quoties Ordinarius ipſe Canonicum Regularem Lateranenſem, aut Sanctiſſimi Salvatoris, ad Eccleſiam Parochialem, quam in caſu particulari ſine concurſu conferri poſſe contigerit, ſive ad Canonicatum abſque Concurſu pariter providendum, & ad ipſius Ordinarii liberam diſpoſitionem, & collationem pertinentem, promovendum putaret. Decernentes in hujuſmodi caſibus nihil ab Ordinariis propria auctoritate fieri poſſe, ſed Romano pro tempore Pontifici rem totam deferri; item conſenſum Superiorum Regularium, juxta formam ſuperius a nobis præſcriptam, exquiri, & obtineri; omniaque demum, ut præfertur, ad Datarium pro tempore tranſmitti, ut is relatione Pontifici facta, opportunum ſuper expediendis Literis Apoſtolicis mandatum accipiat.

Ubi vero agatur de Beneficiis Eccleſiaſticis ſecularibus, ad quæ Concurſus indici, & haberi debet; cujuſmodi plerumque ſunt Eccleſiæ Parochiales ad liberam Ordinariorum collationem ſpectantes, itemque Eccleſiæ Parochiales de Jurepatronatus Eccleſiaſtico, & in Eccleſiis Cathedralibus, Metropolitanis,

aliiſque, Præbendæ Theologalis, & Pœnitentiaria; ſtatuimus, nullum Canonicum Regularem, ſive Lateranenſem, ſive Sanctiſſimi Salvatoris, etiam accedente licentia ipſorum Superiorum Generalium, ad hujuſmodi Concurſus accedere poſſe; ipſiſque Epiſcopis, ſive aliis Ordinariis quibuſcumque diſtricte inhibemus, ſub pœna nullitatis Concurſus, ne prædictos Canonicos Regulares ad hujuſmodi Concurſus admittere præſumant, ſine prævio Beneplacito Apoſtolicæ Sedis; pro quo obtinendo ſequentem methodum inviolabiliter tenendam, atque ſervandam præſcribimus.

Quoties videlicet Epiſcopus, aut alius Ordinarius, inter eos ſeculares Presbyteros, ſive Clericos, qui ad Concurſum pro Eccleſiæ Parochialis, aut Præbendæ Theologalis, vel Pœnitentiariæ collatione, & proviſione habendum, ſunt acceſſuri, neminem ad hujuſmodi Parochiam, aut Præbendam idoneum revera eſſe, in Domino judicaverit; & e contrario aliquem ex Canonicis Regularibus ad prædictas Eccleſiam, aut Præbendas reſpective aptum, & idoneum exiſtere noverit; Romani Pontificis pro tempore exiſtentis judicio rem totam deferet: a quo ſi illi indultum fuerit, ut hujuſmodi Canonicum Regularem ad Concurſum admittere valeat, tunc ab eodem Religioſo Canonico requirere debebit, an forte accedente conſenſu ipſius Superiorum Regularium, hujuſmodi Concurſui ſe ſiſtere vellet. Quod ubi is facturum ſe eſſe affirmaverit; idem Epiſcopus Superiores Regulares rogabit pro hujuſmodi conſenſu, ſeu licentia; quam tamen ipſi Superiores nequaquam impertiri debebunt, niſi ſimul teſtati fuerint, & nullum proprio Ordini detrimentum exiturum, ſi Religioſus vacantem Parochiam, aut Præbendam aſſequatur, & eundem, ante actæ vitæ, ac doctrinæ merito, dignum eſſe, qui ad illam promoveatur.

Hiſce omnibus in anteceſſum exacte ſervatis, licebit Canonicum Regularem ad Concurſum admittere; Et nihilo minus ſi eum præ ceteris probari contigerit, ipſa Parochiæ, ſeu Præbendæ conceſſio a Romano Pontifice expetenda erit; tranſmiſſis ad Datarium pro tempore omnium præmiſſorum documentis; ut hic, facta relatione Pontifici, opportuna pro expeditione mandata recipiat.

Si autem contigerit, ut habito Concurſu pro Eccleſiæ Parochialis, aut Præbendæ Theologalis, vel Pœnitentiariæ proviſione, nullus ex Concurrentibus de Clero Seculari idoneus repertus fuerit; aut ſi, hujuſmodi Concurſu indicto, intra præfinitum tempus nemo ex Clero Seculari ad illum acceſſerit; Epiſcopus autem vacantem Eccleſiam, aut Præbendam alicui Canonico Regulari Lateranenſi, aut Sanctiſſimi Salvatoris utiliter concedi poſſe crediderit, pari modo Apoſtolicum aſſenſum ad hoc exquirere debebit; habitoque Reſcripto juxta petita, quod, annuente Pontifice, in ea verba conceptum eſſe poterit: *pro gratia ſervatis ſervandis*; tunc Epiſcopus cum ipſo Canonico Regulari, & cum ipſius Superioribus ea ſervabit, quæ ſuperius a Nobis præſcripta ſunt; ac de præmiſſorum omnium implemento opportuna documenta ad Datarium tranſmittet, Romano pro tempore Pontifici exhibenda, ut, eo jubente, ad conceſſionem hujuſmodi Eccleſiæ, aut Præbendæ per Literas Apoſtolicas procedi poſſit.

Denique, quod pertinet ad Eccleſiarum Parochialium, aut Canonicatuum renunciationes, ſeu reſignationes, vel Coadjutorias, nec non collationes Beneficiorum Eccleſiaſticorum ſimplicium, aut Penſionum Eccleſiaſticarum reſervationes; quum in his omnibus, non ſolum ex ſuperius dictis, propter Regularem qualitatem Reſignatarii, aut Coadjutoris deputandi; ſive de prædictis Beneficiis, aut Penſionibus providendi, verum etiam ratione tituli intrinſeci hujuſmodi Collationum, Apoſtolicæ Auctoritatis interventus ſemper, & omnino requiratur; Nos Romanorum Pontificum Succeſſorum Noſtrorum arbitrio, & prudentiæ omnia relinquenda eſſe ducimus. Confidimus autem, neminem fore ex præfatis Succeſſoribus Noſtris, qui in hujuſmodi caſibus, præter alia ad Reſignationes, aut Coadjutorias admittendas, ſive conſtituendas, & ad Beneficia ſimplicia conferenda, vel Penſiones Eccleſiaſticas reſervandas, de jure requiſita, rerum inſuper, ac perſonarum ratione habita, ea quæ ſuperius a Nobis circa præmiſſas conceſſiones ſtatuta ſunt, præ oculis habere, & mature perpendere omittat.

Equidem inſpecto Canonicorum Lateranenſium, & Sanctiſſimi Salvatoris Regulari Inſtituto, non licet eis, quoad vivunt, poſt ſolemnem Votorum Profeſſionem, e Religioſis Clauſtris diſcedere, & a Superiorum Regularium obedientia ſe ſubtrahere. Quamvis autem, ut antea dictum eſt, hujuſmodi Legi ſubjecti ſint, & eſſe debeant etiam poſt aſſequutum aliquod Seculare Beneficium ſimplex, aut Eccleſiaſticam Penſionem, cujuſmodi certis in caſibus ab Apoſtolice Sede Regularibus concedi, & aſſignari contingit; Attamen ſatis patet, neque permanentiam intra Clauſtra, neque immediatam Superioribus Regularibus ſubjectionem conſiſtere ullo modo poſſe cum Animarum cura, aut cum Canonica Reſidentia, ſi aliquem ex iiſdem Canonicis Regularibus Eccleſiam Parochialem, aut Canonicatum, & Præbendam, vel Dignitatem, aut aliud Seculare Beneficium Eccleſiaſticum perſonalem reſidentiam requirens contingat quomodolibet obtinere.

Illud vero Dubium in Congregationibus hujus Urbis, & Curiæ frequenter diſcuſſum, ac diſputatum fuit; an ſcilicet hujuſmodi Canonici Regulares, poſt adeptam in Eccleſiis Secularibus Parochiam, ſive Canonicatum, e Clauſtris egreſſi, retinere deberent Habitum ſui Ordinis, an vero Clericorum Secularium veſtibus uti poſſent; Item de iis, qui ad Parochorum Officium ſunt promoti, quæſitum fuit, an alterum Canonicum Regularem, dum poſſent, in ſui conſortium aſſumere, & apud ſe habere tenerentur. Super quibus non una fuit ſententia, tam prædictarum Congregationum, quam eorum, quos nuper a Nobis in conſilium adhibitos eſſe memoravimus. Verum Nos, juſtis, & rationabilibus de cauſis animum Noſtrum moventibus, decernimus, atque ſtatuimus, prædictos Canonicos Regulares, ſive ad Animarum curam gerendam, ſive ad Canonicatum obtinendum in Eccleſiis Secularibus, e Clauſtris egreſſos, habitum Clericalem Secularem aſſumere poſſe, & ab obligatione ſecum retinendi Socium ſui Ordinis, liberos, & immunes eſſe, & fore. Eoſdem tamen monitos volumus, ne, propterea quod extra Religioſa Clauſtra vitam degunt, & Clericorum Secularium Habitum deferunt, ideo ſe abſolutos, aut diſpenſatos eſſe arbitrentur ab obſervatione Votorum, quibus ſe in Regulari Profeſſione Deo mancipárunt; ſed ſciant, ſe teneri eadem Vota ſervare, & implere in iis omnibus, quæ cum Animarum Rectoris, aut Canonici Secularis Officio conjungi poſſunt. Epiſcopo autem, ſive Ordinario Loci, per omnia ſubjecti ſint; ipſumque, etiam Superioris Regularis loco agnoſcant, & colant. Ac demum ſuas partes eſſe intelligant, ſanctioris converſationis exemplo, ſedulitate in Officio obeundo, frugalis vitæ parſimonia, copioſa eleemoſynarum largitione, veluti quibuſdam religioſæ perfectionis inſigniis, etiam in habitu Seculari, pro Canonicis Regularibus in oculis Hominum ſe gerere.

Quæ-

Quæſitum præterea fuit, utrum hujuſmodi Canonici Regulares, qui Parochialem Eccleſiam, vel Canonicatum Secularem eſſent adepti, poſſent a ſuis Superioribus Regularibus, legitimis ex cauſis, ad Religionis Clauſtra revocari; qua etiam de re non ſatis conſonnia prodierunt judicata. Sed convenientibus in unam ſententiam his, qui hac occaſiona a Nobis conſulti fuerunt, Nobis viſum eſt ſtatuere, ac declarare, prædictos Superiores Regulares hujuſmodi facultate deſtitutos eſſe, ubi agatur de Secularibus Parochiis, aut Canonicatibus in Titulum conferri ſolitis, & alicui ex prædictis Canonicis Regularibus in perpetuam adminiſtrationem rite conceſſis; ſed ad Epiſcopum dumtaxat, ſive ad Ordinarium Loci pertinere, concurrentibus cauſis Canonicis, ad legitimam contra illos privationem per ſententiam procedere: vel alias ipſos, juſtis pariter de cauſis, ad Animarum curam inhabiles, & ab ea perpetuo ſuſpenſos declarare; quo caſu hi, qui ſic per ſententiam privati, aut perpetuo ſuſpenſi exiſtent, utique Religioſum habitum reſumere, & ad propria Clauſtra redire teneantur.

Denique diſputatum fuit, utrum Canonicus Regularis, ſi reſignaverit Eccleſiam Parochialem, aut Canonicatum Secularem, quem obtinuerat, Habitum Regularem reſumere, & Religionis Clauſtra iterum ingredi debeat; itidemque, an id locum habeat, ubi de prædictis per ſententiam privatus, vel a Parochialium munium exercitio perpetuo ſuſpenſus, ſive ad ea obeunda inhabilis declaratus fuerit; atque etiam, ubi Coadjutorem in Parochia, aut in Canonicatu eidem deputari contingat; vel poſt laudabilem operam in Canonicatu per annos quadraginta aſſidue præſtitam, privilegium Jubilationis, ut vocant, ipſi fuerit conceſſum. Et in his quidem cum diſtinctione procedendum cenſentes, ut omnem dubitandi occaſionem perpetuo removeamus: decernimus, atque ſtatuimus, Canonico Regulari, qui ſe Parochia, aut Canonicatu abdicaverit, vel iis per ſententiam legitime privatus, vel ad gerendum Parochiæ regimen inhabilitatus, & ab eodem perpetuo ſuſpenſus fuerit, ad Habitum Regularem, & Inſtituti ſui Monaſteria redeundum eſſe. Non ita vero, ſi extra caſum perpetuæ inhabilitationis, & ſuſpenſionis, Coadjutorem habuerit in Canonicatu, aut in Parochialis Curæ regimine, vel per jubilationem a ſervitio Chori fuerit exemtus; quum & ii, qui Coadjutorem habent in affectæ valetudinis, aut ingraveſcentis ætatis ſubſidium, teneantur in loco Parochiæ, aut Canonicatus reſidere, ut præſto ſint, quoties legitimum Coadjutori impedimentum obvenerit, ipſius Parochiæ, aut Chori neceſſitatibus, quoad poterunt, inſervire; & qui Jubilationem obtinuerunt, valeant pro libito Chorum frequentare, atque etiam, non obſtante hujuſmodi Jubilatione, ſi Divinorum Officiorum ratio id exigat, poſſint ad ſervitium Eccleſiæ revocari.

His porro declarationibus, atque decretis, quæ prævia matura deliberatione, auditoque, ut præfertur, nunnullorum Venerabilium Fratrum Noſtrorum, aliorumque prudentum, atque Doctorum Virorum conſilio, per has Literas ſcrimus, atque Apoſtolica Auctoritate ſtatuimus; pluribus controverſiis finem factum iri confidimus; Eademque opera tam Epiſcopis, aliiſque Locorum Ordinariis, quam ipſis, de quibus agitur, Ordinibus Regularibus, utiliter conſultum eſſe exiſtimamus; Epiſcopis nempe, ſive Ordinariis, quorum frequentes audivimus querelas, ſuper nimia facilitate, qua hujuſmodi Canonici Regulares ad Eccleſias Parochiales, aut Canonicatus Seculares convolabant, ſola muniti licentia ipſorum Superiorum Regularium; quos quidem ſuſpicabantur in ea concedenda, haud difficiles ſe præbere, ubi de turbulentis hominibus, atque ipſi Religioni inutilibus ageretur: Ipſis vero etiam Canonicorum Regularium Lateranenſium, & Sanctiſſimi Salvatoris Ordinibus, quos peculiari ſemper benevolentia proſequuti ſumus; ex quibus non paucos probitate, & doctrina inſignes, ſuorumque reſpective Ordinum amantes, & olim, quum in minoribus ageremus, & poſtquam etiam Apoſtolicam hanc Sedem tenemus, aperte conquerentes audivimus, non raro evenire, ut deprecatorum ſtudio, & auctoritate, cui Superiores obſiſtere, aut nollent, aut non auderent, illos ex Collegiis ſuis cogerentur amittere, & quorum permanentia majorem utilitatem, atque ſplendorem conſequuturus erat ipſorum Ordo, a quo iidem multos annos hanc in ſpem educati, & alti fuerant, ac religioſis virtutibus, optimiſque diſciplinis imbuti.

Quocirca eaſdem præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod Canonici Regulares prædicti, aut quilibet alii, etiam ſpeciali nota, & expreſſione digni, in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes, illis non conſenſerint, aut ad ea vocati, & auditi non fuerint, aut ex alia quacumque cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore Juris clauſo, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut alio quolibet defectu notati, impugnari, in jus, vel controverſiam revocari, ad terminos juris reduci, aut adverſus illas aperitionis oris, aut quodcumque aliud juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari poſſe, ſed eaſdem præſentes ſemper firmas, validas, & efficaces eſſe, & fore, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore quomodocumque ſpectabit, inviolabiliter obſervari; Sicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, dictæque Sedis Nuncios, & alios quoslibet, quavis auctoritate, & poteſtate fungentes, & quandocumque functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; & ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Non obſtantibus, quatenus opus ſit, Innocentii III. Prædeceſſoris prædicti diſpoſitione in prædicto Capitulo *Quod Dei timorem*, nec non de jure quæſito non tollendo, aliiſque Noſtris, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, ac quibuſvis Apoſtolicis, etiam in Univerſalibus, Provincialibuſque Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, Ordinis quoque Canonicorum Regularium, & utriuſque eorum Congregationis prædictæ, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus, Ordinationibus Capitularibus, uſibus, ſtylis etiam quantumvis inveteratis, & quacumque ultimi ſtatus exiſtentia, aliiſque in contrarium præmiſſorum quomodolibet ſcientibus, vel extantibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis, utrique, vel alterutri Congregationum prædictarum, earumque Monaſteriis, Superioribus, & Perſonis in genere, vel in ſpecie quomodolibet forſan conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum,

non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, formas, cauſas, & occaſiones, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſſe, ac pleniſſime, & ampliſſime Motu pari derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Ceterum, quia difficile foret, ipſas præſentes Noſtras Literas ad ſingula loca, ubi opus eſſet, deferri; volumus, ut earum tranſumtis, ſive exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus publici Notarii ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem ubique fides habeatur, tam in judicio, quam extra, quæ eiſdem præſentibus habetetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc noſtræ Conſtitutionis, definitionis, declarationis, Statutorum, decretorum, atque ordinationum infringere, vel eidem auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo quinto, ſeptimo Idus Julii, Pontificatus Noſtri Anno Quinto.

REGULA XLIV.

De Reformationibus.

ITem voluit, ſtatuit, & ordinavit, quod ſuper quibuſcumque Reformationibus ſignatis ſuper impetrationibus quorumcumque Beneficiorum vacantium, vel certo modo vacaturorum, in quibus petitur, quod Literæ ſuper prima Data expediri poſſint, ſi ex hujuſmodi expeditione ſub tali Data cuiquam videatur poſſe fieri præjudicium, Literæ hujuſmodi ſub ipſa prima Data nullatenus expediantur, niſi Reformationes hujuſmodi per *Fiat* ſub prima Data ſignatæ fuerint.

ARGUMENTUM.

SI error aliquis in Supplicatione irrepat, exhibetur nova Supplicatio cum inſertione prioris, & petitur, præinſertam reformari, eaque, ſi cuiquam inferri poſſit præjudicium, ſignatur ſub Data currenti, niſi Papa in Signatura dicat: *Fiat ſub prima Data*; hoc decernit Regula, quæ ſupponit, priorem Gratiam eſſe validam, quæque etſi loquatur de Reformationibus Gratiarum Beneficialium, ſe protendit hodie ad quarumcumque aliarum Gratiarum Reformationes. At vero Gratia, quæ nuncupatur, *Cui prius*, ſub Data prioris Gratiæ ſignatur, & explicatur quæ ſit hujuſmodi Gratia, quomodo expediri ſoleat, quibus in caſibus concedatur, & in quo differat a Gratia Reformatoria? Sed tam Gratia hæc Reformatoria, quam altera *Cui prius* conceduntur ſolum, quando Gratia principalis fuit tantummodo ſignata, & datata, ſecus ſi Literæ Apoſtolicæ fuerint ſuper ea expeditæ, hoc enim caſu pro ſanandis defectibus, quibus Gratia principalis laborat, requiritur Gratia revalidatoria, quæ nuncupari ſolet *Perinde valere*, & an hujuſmodi Gratia, ceteroquin debita tam ex æquitate, quam ex juſtitia Clauſularum, quæ in Literis Gratiæ principalis continentur, retrotrahatur in præjudicium tertii, qui medio tempore Beneficium impetravit? Requiritur tamen pro validitate Gratiæ *Perinde valere*, etiam *Motu proprio* conceſſæ, quod Pontifici fiat mentio litis, ſi ea pendente impetretur, & quidem clare, & non ſub involucro verborum, unde non ſufficit clauſula -- *de Proceſſibus habitis, vel habendis &c.* & an ſufficiat clauſula -- *& inter aliquos lis &c.* -- in Literis Gratiæ principalis apponi conſueta? Neceſſaria tamen non erit mentio litis, ſi ex Gratia *Perinde valere* nullum reſultet Collitiganti præjudicium, quod ſemper ceſſare dicitur, quando ipſe non venit ex defectu Gratiæ principalis, aut illud in judicium non deduxit, & ceteroquin Papa Gratiam Revalidatoriam conceſſiſſet, etiamſi lis ei nota fuiſſet. Reſolvuntur nonnullæ Quæſtiones ſuper Gratia *Perinde valere*, & an illa concedi debeat, poſtquam Impetrans Impetrationis ſuæ Supplicationem a Papa ſignari obtinuit?

SUMMARIUM.

1 *Reformatio Supplicationis, in qua error aliquis irrepſit, ſit per exhibitionem novæ cum inſerto tenore prioris, & petitur, eam reformari.*
Nec Reformatio hujuſmodi denegari ſolet, niſi aliter Datario videatur. num. 25.

2 *Sed aliquando abſque novæ Supplicationis ſignatura mandat Datarius corrigi errorem, qui in prima irrepſit.*

3 *Supplicationi Reformationis apponitur Data ſignaturæ currentis, non autem primæ, ſi ex ea præjudicium aliquod tertio irrogari poſſit.* & num. 5.
Et Literæ Apoſtolicæ ſub priori Data expeditæ, ſunt ipſo jure nullæ. num. 6.

4 *Limita, ſi fuerit illa ſignata a Papa per verbum* Fiat *ſub prima Data.*

7 *Si defectu aliquo Supplicatio ſub parvæ Data ſignata, laboret, poſſint de jure ſignari ſub priori Data plures aliæ Supplicationes, tanquam a prima dapendentes.*

8 *Intellige, ubi agitur de Supplicatione Gratiæ, qua nuncupatur* Cui prius, *ſecus de Supplicatione Reformatoria.*

9 *Gratia* Cui prius *ſignatur ſub Data prioris ſignaturæ.*
Nec admittuntur articuli ad probandum contrarium. num. 14.

10 *In Supplicatione Gratiæ* Cui prius *non inſeritur tenor primæ Supplicationis, ſed ſolum in ejus corpore exprimitur qualitas in prima omiſſa.*

11 *Et in calce inſcribuntur verba* Cui prius, *quæ denotent, apponendam es eſſe Datam prioris Supplicationis.*

12 *Quibus in caſibus detur Reformatio, & in quibus Gratia* Cui prius, *pendet ab Officialium Dataria arbitrio.*

13 *Sed regulariter Gratia* Cui prius *conceditur ob omiſſionem earum qualitatum, quæ expreſſæ, de facili conceſſæ fuiſſent, ſecus vero ſi reſpiciant præjudicium tertii.*

14 *Conceſſa tamen in juris præfati præjudicium, de eo opponi non poteſt, & quare?*

15 *Regula loquitur de Reformatione Gratiarum Beneficialium, & earum tantummodo reſpectu priſcis temporibus ſervabatur.*

16 *Sed hodie Reformatio in quarumcumque Gratiarum Supplicationibus conceditur.*

17 *Et præ ſe fert formam Gratiæ præcedentis, quæ ſi* Motu proprio *conceſſa fuerit, hoc itidem modo conceditur Reformatio.*

18 *Reformatio nil operatur, ſi valida non ſit Gratiæ principalis, cujus tantum defectum ſanat, ſed non convalidat actum nullum.*

19 *Reſcripta Reformationis, & Gratiæ* Cui prius *non conceduntur Literis Apoſtolicis expeditis, ſed ſolum quando Supplicatio fuit datata, & non regiſtrata.* & num. 1. 23. 25. & 26.

20 *Nec eorum vigore poſſunt ab Officialibus Literæ Apoſtolicæ corrigi.*
Sed in caſu alicujus materiæ levis, veluti formæ Gratioſæ, vel ſimilis, poteſt vigore Edicti Cardinalis Corradi *concedi Reformatio, etiam poſt Literas Apoſtolicas expeditas.* num. 26.

21 *Literis Apoſtolicis expeditis, pro ſanatione Gratiæ, requiritur Gratia altera revalidatoria, quæ nuncupatur* Perinde valere.

22 *Gratia* Perinde valere *ſimilitudinem habet, & connexionem cum Gratia Reformationis,* & n. 32.
Et Regula, licet loquatur de Reformationibus, comprehendit ex identitate rationis etiam Gratias revalidatorias, ſeu Perinde valere. dict. num. 32.
In Gratiæ Perinde valere *narratur integer tenor Gratiæ prius conceſſæ.* dict. num. 22.

24 *Exhibita Supplicatione pro Gratia* Perinde valere *reſcribitur in illius calce ab Officiali* -- doceat de Literis --, *quibus exhibitis, ſubditur* -- Docuit --, *& tunc Supplicatio ſignatur.*

27 *Reſcriptum* Perinde valere *innititur æquitati, & debetur etiam ex juſtitia vigore Clauſularum, quæ leguntur in Literis Gratiæ principalis.*

28 *Retrotrahitur ad tempus ejuſdem Gratiæ, cujus ſpiritum ſuſcitat, operaturque ex nunc prout ex tunc, perinde ac ſi ab initio nullus adfuiſſet defectus, & omnia in primis Literis expreſſa eſſent.* & num. 29.

30 *Et hujuſmodi retrotractio locum ſibi vindicat, etiam in præjudicium tertii, qui medio tempore Beneficium impetravit.*

31 *Contrarium, & redditur ratio.* num. 34. & 38.
Maxime inſpecto ſtylo Dataria, ad cujus tramites in Literis Perinde valere *apponi conſuevit clauſulæ, quod* valeant a Data præſentium tantummodo. num. 33.
Et explicatur Deciſio 114. part. 16. Recent. num. 35.

36 *Clauſula præfata* -- a Data præſentium &c. -- *ſolum apponitur in Literis* Perinde valere, *quando Gratiæ principalis eſt de ſui natura impetrabilis a tertio, ſecus ſi impetrationi non ſubjaceat.*
Hinc omittitur in Literis præfatis pro ſanatione Coadjutoriæ ob non factam expreſſionem obtentorum. ibidem.

38 *Gratia* Perinde valere *ſolum operatur ab illius Data, & non retrotrahitur in præjudicium juris tertio medio tempore quæſiti, quando jus fuit illi valide, ac perfecte quæſitum, ſecus, ſi nulliter.*

39 *Sed retrotrahitur ad tempus Gratiæ principalis, ſi tempore ejuſdem conceſſionis nondum facta fuit Impetranti Beneficii collatio.*

40 *Vel quando Impetratio ſequuta fuit ex alio capite, quam ex illo, pro quo reportata fuit* Gratia Perinde valere.
Hac ratione Perinde valere *obtentum ob non factam in Literis Gratia principalis expreſſionem obtentorum, rite ſuſtinetur, non obſtante Beneficii impetratione medio tempore ex alio capite facta.* ibidem.

41 *Gratia* Perinde valere, *lite pendente obtenta, expoſcit pro ſui validitate, quod litis mentio Pontifici fiat.*

42 *Amplia, etiamſi lis ſit in poſſeſſorio.*

43 *Et quamvis Gratia* Perinde valere *Motu proprio conceſſa fuerit.*

44 *Litis mentio debet explicite, non ſub involucro verborum, fieri; Unde non ſufficit clauſula* -- de Proceſſibus habitis, vel habendis &c.

45 *Et an ſufficiat clauſula* - Et inter aliquos lis &c. *in Literis Gratiæ principalis adjici ſolita?* & num. 46. 47. 48. 49. & 50.

51 *Clauſula* -- ſine præjudicio litis pendentiæ -- *in Gratia* Perinde valere *adjecta, quando Collitiganti ſuffragetur?*

52 *Mentio litis neceſſaria non eſt in Gratiæ* Perinde valere, *ſi præjudicium Collitigantis non adſit.*

53 *Et præjudicium hoc quando ceſſare dicatur?*

54 *In Concurſu duorum, quorum alter ſupplicet pro* Gratia Perinde valere, *alter vero, qui habet Supplicationem ſuper Impetratione ſignatam, ſed non regiſtratam, inſtet pro illius relaxatione, cui ſit annuendum?* & num. 55. & ſeqq.

56 *Gratia ante Supplicationem datatam, & regiſtratam, nullum jus perfectum, & radicatum Impetranti tribuit.* & num. 58.

57 *In dubio potius favendum eſt Proviſo Apoſtolico, præſertim ſi Literas expedivit, quam Impetranti.*

59 *Gratia* Perinde valere, *an ſuſtineatur, ſi appareat Datata ante Datam Gratiæ principalis?*

60 *Requirit novam Literarum expeditionem pro ſui exequutione.*

61 *Et an debeat concedi novum* Perinde valere, *ſi in primo error aliquis irrepſit?*

62 *Qui Gratiam* Cui prius *defectuoſam obtinuit, non prohibetur, novam Supplicationem cum omnium neceſſariorum expreſſione exhibere.*

63 *Gratia* Perinde valere *an expediri poſſit in forma* Rationi congruit *in Pontificatu Succeſſoris Pontificis?* Remiſſive.

64 *Et quando concedi debeat pro revalidanda Penſione nulliter impoſita, ſeu translata, aut poſtea extincta?* Remiſſive.

QUando in Supplicatione error aliquis irrepſit,
1 & Literæ Apoſtolicæ adhuc non ſint expeditæ, fit Reformatio, hoc eſt, datur nova Supplicatio, in qua præinſeritur integer tenor antiquæ Supplicationis, & petitur, præinſertam reformari, quemadmodum teſtantur *Amayden. de Stylo Datar. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 1. *& ſeqq. Lotter. de Re Beneficiar. lib.* 2. *quæſt.* 54. *n.* 47. *& ſeqq. Corrad. in Prax. Diſpenſat. lib.* 8. *Cap.* 5. *n.* 56. *& ſeqq. Roſ. de Execut. part.* 1. *cap.* 6. *n.* 316. *cum ſeqq. de Juſtis Diſpenſ. Matrim.*
2 *lib.* 3. *cap.* 16. *nu.* 89. Sed aliquando abſque novæ Supplicationis ſignatura, mandat Datarius, corrigi errorem, qui in priori irrepſit. Hinc, cum Advocatus *Caſarinus*, proviſus a ſan. mem. *Innocentio XII.* de quodam Prioratu in Diœceſi *Spoletana* exiſtente, illius Supplicationem ſignari feciſſet, tanquam de Prioratu Seculari, & in titulum conferri ſolito, comperto poſtmodum, quod erat Regularis, & ideo debebat dari in Commendam; clar. mem. Cardinalis *Panciaticus* Pro-Datarius in Menſe *Novembris* 1696. mandavit ſecundo Reviſori, quod eandem Supplicationem emendaret, & non fuit ſignata alia Supplicatio. Idemque eodem anno ſervatum fuit cum R. P. D. *Archinto* proviſo de Beneficio Regulari *Comen.* quod in Supplicatione expreſſum fuerat Seculare.

In hujuſmodi Reformationibus non apponitur
3 *Data* primæ Supplicationis, ſi ex ea præjudicium aliquod cuiquam irrogari poſſit, niſi Reformatio-
4 nes præfatæ per *Fiat*, ſub prima *Data* ſignatæ fuerint, ut diſponit hæc Regula, ex qua aperte deducitur, quod apponi debet in Reformationibus *Data*
5 ſignaturæ currentis, *Amayden. dicto lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 3. *& ſeqq.* & prius *cap.* 8. *n.* 12. ubi reprobat *Mandoſ. Lotter. dict. lib.* 2. *quæſt.* 54. *n.* 49. *Roſ. de*
6 *Execut. dict. cap.* 6. *num.* 318. Cumque Regula utatur verbo *nullatenus expediantur*, inducit nullitatem Literarum ipſo facto, *Sot. hic num.* 2.

Et licet de jure, ſi Supplicatio ſub parva *Data*
7 ſignata, aliquo defectu laboret, pro illius ſanatione poſſint ſignari plures Supplicationes, etiam ſub priori *Data*, tanquam a prima dependentes, juxta Auctoritates, quas adduximus in *Commentariis ad Regulam XVII. de Concurrentibus in Data*, & tradit *Rot. deciſ.* 140. *num.* 2. *&* 3. *part.* 10. *Recent.*
8 Attamen id procedit in Gratia, quæ nuncupatur *Cui prius*, non autem in Reſcripto Reformatorio;
9 Nam Reformatio, & Gratia *Cui prius* inter ſe differunt in hoc præcipue, quod illa non utitur *Data* primæ ſignaturæ, Gratia vero *Cui prius* utitur, & in his terminis loquuntur *Lotter. de Re Benefic. lib.* 2. *quæſt.* 23. *n.* 18. *& quæſt.* 54. *n.* 49. *Roſ. de Execut. part.* 1. *cap.* 6. *n.* 318. *& in Addit. ad Cap.* 1. *n.* 5. *&* 6. *de Juſtis dict. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 90. & diſtinguit *Amayden. de Stylo Datar. dicto cap.* 8. *num.* 12. *& cap.* 9. *num.* 1. *& ſeqq.* & diximus in *Comm. in Regul. XXVII. num.* 169.

Conceditur autem Gratia *Cui prius* ad inſtar Reformationis, non tamen inſeritur in ea prima Sup- 10
plicatio, ſed in novæ Supplicationis corpore ponitur qualitas omiſſa in prima; & in calce additur 11
Cui prius, ad denotandum, quod *Data* prioris Supplicationis, a qua dependet, apponi ei debeat, *Amayd. dict. cap.* 10. *n.* 1. *& ſeqq. Roſ. de Exequutor. dict. cap.* 6. *n.* 318. *& in Addit. ad Cap.* 1. *n.* 5. *& ſeqq. & part.* 1. *cap.* 9. *num.* 36. In quibus vero 12
caſibus detur Reformatio, & quando Gratia *Cui prius* ab arbitrio Officialium dependet. Regulari- 13
ter autem hæc ultima conceditur in levibus, quæ abſque difficultate conceſſa fuiſſent, & pro quibus non eſſet locus impetrationi, ut contingere ſolet in *Forma gratioſa*, aliiſque ſimilibus, *Roſa de Execut. part.* 1. *cap.* 9. *n.* 36. *Amayden. dicto cap.* 10. *n.* 2. *&* 8. ubi quod non debet dari, ubi adeſt tertii præjudicium. Quod ſi concedatur, objici poſt- 14
modum non poſſet de jure medio tempore alteri quæſito, quia Gratia *Cui prius* ſemper pendet a ſola Data primæ Supplicationis, donec perfecte expediatur, ita ut neque admittantur articuli ad probandum contrarium, ut in terminis ejuſdem Gratiæ dixit *Rot. dec.* 514. *n.* 6. *&* 7. *part.* 3. *diverſ. & dec* 360. *n.* 13. *cor. Bichio, Lotter. dicto lib.* 2. *quæſt.* 23. *n.* 18. *Roſ. in Addit. ad Cap.* 1. *n.* 7. *&* 8.

Loquitur hæc Regula de Gratiis Beneficialibus, 15
Sot. hic n. 2. & ita priſcis temporibus ſervabatur. Sed hodie Reformatio paſſim in aliis quibuſcumque 16
Gratiis conceditur, *Amayden. de Stylo Datar. dict. cap.* 9. *num.* 11. ubi poſt *Kochier.* ad hanc Regulam advertit, quod Reformatio refert penitus formam Gratiæ præcedentis, ut ſi illa ſit *Motu proprio* 17
conceſſa, Reformatio pariter fiat *Motu proprio.*

Rurſus ſupponit, priorem Gratiam eſſe validam, nam ſi alias eſſet invalida, Reformatio nil opera- 18
ri poſſet, quia ſolum ſanat defectum illum, qui in ea irrepſit, non autem convalidat, quod eſt nullum, ut poſt *Rebuff.* advertit *Amayd. dict. cap.* 8. *num.* 7. *Roſ. de Execut. dicto cap.* 6. *num.* 317.

Tam hæc Reformatio, quam Gratia *Cui prius* 19
non conceduntur, ubi Literæ Apoſtolicæ jam fuerunt expeditæ, ſed ſolum quando Supplicatio fuit *Datata*, ſed non regiſtrata, ita ut de ſtylo non poſſint Literæ Apoſtolicæ ab Officialibus corrigi 20
vigore ſimilium Reſcriptorum, *Amayd. dict. cap.* 8. *n.* 7. *& cap.* 9. *n.* 13. *Roſ. de Exequutor. dicto cap.* 6. *n.* 316. *&* 330. *Lotter. dict. quæſt.* 54. *n.* 47. *Corrad. in Prax. Diſpenſat. lib.* 8. *cap.* 5. *n.* 56. *&* 58. *de Juſtis Diſpenſ. Matrim. dict. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 88. At ubi Literæ Apoſtolicæ fuerunt expeditæ, tunc pro 21
ſananda Gratia, quæ aliquo defectu laboret, opus eſt Reſcripto Revalidatorio, quod dicitur *Perinde valere*, ut explicant mox relatæ Auctoritates, & præſertim *Roſa dict. cap.* 6. *n.* 319. *& ſeqq. & Corrad. dict. cap.* 5. *n.* 56. *& ſeqq.* qui tamen aſſerunt, magnam adeſſe ſimilitudinem, & connexionem inter Reformationem, & Reſcriptum *Perinde valere*; Et ſicut in illa totus tenor Supplicationis 22
præinſeritur, ita in Gratia *Perinde valere* narratur integer tenor Gratiæ prius conceſſæ; quodque ſicuti Reformatio non datur Literis jam expedi- 23
tis, ita *Perinde valere* non conceditur ſola Supplicatione ſignata; Quamobrem, cum exhibetur 24
Supplicatio pro Gratia *Perinde valere*, Officialis
reſcri-

reſcribit ad calcem ejuſdem Supplicationis, *doceat de Literis*, quibus exhibitis, ſubditur, *Do. uit*, & tunc Supplicatio ſignatur, ut ex *Rota* teſtatur *Amayd. de Stylo Datariæ lib.* 1. *cap.* 14. *nu.* 11. *&* 12. & ſuper hac materia adeſt Decretum clar. mem. Cardinalis *Corradi* Pro-Datarii ſan. mem. *Alexandri VII.* publicatum 16. *Januarii* 1662. & verbis ſequentibus conceptum.

„ Tertio, ſi nondum fuerit regiſtrata Suppli-
25 „ catio, ſuper cujus emendatione petitur ſecun-
„ da Gratia, quia neceſſaria non eſt Gratia *Pe-*
„ *rinde valere*, Reformatio non denegetur, niſi
„ aliter Nobis, vel Datario pro tempore exi-
„ ſtenti viſum fuerit.

„ Quarto, poſt completam Bullarum expedi-
26 „ tionem, nempe illarum plumbationem, & re-
„ giſtrationem, non conceduntur Reformatio-
„ nes, ſed tantummodo *Perinde valere*, aut
„ novæ Proviſiones, excepto caſu alicujus mate-
„ riæ levis, veluti formæ Gratioſæ, vel ſimilis
„ &c. niſi aliter Nobis, vel eidem Datario pro
„ tempore exiſtenti viſum fuerit, & tunc, quo-
„ ties dabuntur hujuſmodi Reformationes, omit-
„ tatur in Supplicationibus Reformationum hu-
„ juſmodi clauſula -- *dummodo ſi Literæ Apoſto-*
„ *licæ jam expeditæ fuerint, vigore præſentis Gra-*
„ *tiæ non corrigantur.*

Reſcriptum hoc *Perinde valere* fundatur ſuper
27. maxima æquitate, ut ait *Lotter. dicto libro* 2.
quæſt. 54. *num.* 34. & debetur ex juſtitia vigore
clauſularum primæ Gratiæ, ibi -- *Ita quod Literæ*
&c. in forma Perinde valere &c. -- *Amayden. de*
Stylo Datar. lib. 1. *cap.* 14. *n.* 21. *& ſub num.* 22.
Roſ. de Execut. part. 1. *cap.* 6. *num.* 328. & re-
28 trotrahitur ad tempus impetratæ Gratiæ principa-
lis, ſuſcitando ſpiritum primi Reſcripti, operatur-
que *ex nunc*, prout *ex tunc*, ac habet oculos re-
tro, perinde ac ſi ab initio nullus defectus adfuiſ-
ſet, *Rebuff. in Praxi tit. de Reſcr. etiam Perinde*
valere num. 4. *Lotter. dict. lib.* 2. *quæſt.* 54. *num.*
59. *& ſeqq. Corrad. in Prax. Beneſic. lib.* 8. *cap.* 5.
de Juſtis Diſpenſ. Matrim. lib. 3. *cap.* 16. *num.* 83.
& ſeqq. cum aliis penes *Roſ. de Execut. dict. cap.*
6. *num.* 323. *& ſeqq. Rota dec.* 18. *num.* 4. *coram*
Herrea, & in Bononien. Parochialis 10. *Maii* 1687.
§. Et ceſſat, cor. Urſino. Operatur enim ac ſi om-
29 nia in primis Literis fuiſſent expreſſa, *Rot. dict.*
deciſ. 38. *num.* 4. *&* 5. *cor. Herrera, & dec.* 394.
num. 10. *cor. bon. mem. Lancetta, & in Urgellen.*
Archidiaconatus 26. *Junii* 1722. *§. Ceterum cor.*
bon. mem. Gamachei.

Difficultas ſolum eſt, quando concurrit obſta-
30 culum intermedium, quia nempe tertius Benefi-
cium impetraverit, an ſcilicet hoc caſu Gratia *Pe-*
rinde valere valeat a tempore impetratæ Gratiæ
principalis. Reſpondeo, quod, licet *Lotter. dict.*
lib. 1. *quæſt.* 14. *a n.* 62. *& pluribus ſequen.* exiſti-
met, fieri retrotractionem ad initium Gratiæ prin-
cipalis, cum per Reſcriptum præfatum Papa nil
aliud faciat, quam declarare, nullum unquam
fuiſſe cuiquam jus quæſitum, & proinde nemi-
nem lædat. Et in terminis declarationis factæ a
31 Papa *Rota dec.* 114. *num.* 8. *& ſeqq. & num.* 14.
part. 6. Nihilo minus verior eſt opinio, quod Gra-
tia *Perinde valere* nunquam retrotrahitur in præju-
dicium tertii, cui medio tempore jus quæſitum
fuit. Cum enim Gratia principalis ſit nulla, ex
ea nullum fuit jus quæſitum primo Impetranti,
ſed bene quæſitum fuit Impetranti medio tempo-
re, quod ſane jus, ut ei tollatur, neceſſarium
eſt, quod Papa illi expreſſe deroget, *Geminian.*
conſ. 11. *num.* 3. *& conſ.* 128. *num.* 6. *&* 7. *Roſ. de*
Execut. cap. 5. *n.* 336. *Van Eſpen in Jus Eccleſ.*
univ. part. 2. *tit.* 24. *cap.* 2. *n.* 7. *Rebuff. in Prax.*
tit. de Reſcript. etiam valere num. 27. *Azor. Inſtit.*
moral. part. 2. *lib.* 7. *capite* 31. *quæſt.* 2. *Rota in*
Barchinonen. Beneficii 14. *Aprilis* 1698. *§. final.*
coram Anſaldo, inter impreſſ. dec. 38. *& in Sarnen.*
Canonicatus 29. *Martii* 1734. *§.* 14. *& ſeqq. cor.*
R. P. D. Peralta.

Id quod confirmatur, nedum ex præſenti Re-
gula, quæ licet loquatur de Reformationibus, ta- 32
men ex identitate rationis militat etiam in Gratia
Perinde valere, cum maxima inter utrumque
Reſcriptum adſit conformitas, ut dictum eſt. Ve-
rum ex ſtylo Datariæ, juxta quem in Literis Apo- 33
ſtolicis hujuſmodi Gratiarum *Perinde valere* adji-
ci ſolet clauſula -- *quod a Data præſentium tan-*
tum valeant --, ut ait *Kochier. ad Regul.* 63. *num.*
9. *Roſ. de Executor. dicto cap.* 6. *num.* 394. *Amay-*
den. dict. cap. 14. *ſub num.* 9. *Rot. dec.* 426. *num.*
19. *cor. Lancetta, in dict. Barchinonen. Beneficii*
§. final. & in Urgellen. Archidiaconatus 26. *Junii*
1722. *§. Quidquam, cor. bon. mem. Gamachei.*
Et ita ſervatum fuit de anno 1698. Cum enim
Michael Franciſcus Sanchez proviſus de Beneficio 34
Giennen. Pontifici ſupplicaſſet pro Gratia *Perinde*
valere ob non expreſſum verum illius valorem,
& *Antonius de Valencia*, qui medio tempore ex
dicto capite Beneficium impetraverat ſe oppone-
ret, allegando, quod in præjudicium Juris ſibi
quæſiti, hoc Reſcriptum indulgeri non deberet;
fuit quidem conceſſum, ſed cum clauſula -- *a*
Data præſentium -- cum qua utriuſque partis juri-
bus conſultum remanebat. Et licet *Rota dec.* 114. 35
ſub num. 16. *part.* 6. *Recent.* firmare videatur, Gra-
tiam Revalidatoriam *a Data præſentium* operari
ex tunc, quia alias non eſſet revalidata prima Gra-
tia, ſed eſſet Gratia diverſa. Attamen id ibi reſol-
vitur ex particularibus facti circumſtantiis, & quia
Papa ita declaraverat, ita ut, ne ſequerentur con-
trarii effectus, Gratia præfata Reformatoria debe-
bat aſſumere naturam, & qualitates prioris Gratiæ.

Hæc autem clauſula -- *a Data præſentium* -- tunc 36
apponitur in Reſcripto *Perinde valere*, quando
prior Gratia eſt de ſui natura impetrabilis a tertio;
At ſi per tertium in ea jus acquiri non poteſt, tunc
clauſula præfata omittitur, ut contingit in *Perin-*
de valere, qui obtineri ſolet pro ſanatione Coad-
jutoriæ ob non factam expreſſionem obtentorum,
quemadmodum declarat *Amayden. dicto cap.* 14.
num. 10. *Roſ. de Execut. dict. cap.* 6. *ſub num.* 334.
& conſert *Rota dec.* 114. *num.* 12. *part.* 6. *Recentior.*
ubi quod Coadjutoria non eſt Gratia præjudicialis.

At vero, quod diximus Gratiam *Perinde valere* 37
operari a *data præſentium*, nec retrotrahi in præju-
dicium juris medio tempore tertio quæſiti, decla-
ratur, ut locum ſibi vindicet, quando fuit jus 38
validum, & perfectum dicto Impetranti quæſi-
tum, quodque ſolum cenſetur implicite præſer-
vatum, ſecus vero, ſi nulliter ipſe impetraſſet;
nam tunc Gratia revalidatoria ſuffragatur a prin-
cipio, *Gonzal. ad Reg.* 8. *gloſſ.* 15. *§.* 2. *num.* 77.
Roſ. de Exequutor. in addit. cap. 6. *num.* 298. *Ad-*
den. ad Buratt. deciſ. 55. *num.* 8. *& ſeqq. Rot. de-*
ciſ. 272. *num.* 8. *&* 9. *coram Priolo: & deciſ.*
314. *num.* 14. *&* 15. *coram bon. mem. Lancetta, &*
in dicta Barchinonen. §. final. coram Anſaldo, &
in Sarnen. Canonicatus 29. *Martii* 1734. *§.* 14.
& ſeqq. coram R. P. D. Peralta. Et in caſu, 39
quo ante Gratiam revalidatoriam nondum fue-
rat alteri facta Beneficii collatio, *Rot. in Bono-*
nien. Parochialis 10. *Maii* 1687. *§. finali coram*
Urſino.

Rurſus

40 Rurſus intellige, quod ſi quis obtinuerit Gratiam *Perinde valere* ob reticitam in primis Literis expreſſionem obtentorum, hæc Gratia ſuffragatur, etiamſi adeſſet impetratio medio tempore facta ex alio capite, quam ex illo præciſo omiſſæ dictæ mentionis obtentorum, nec Literæ ſic impetratæ impedire poſſent effectum Gratiæ revalidatoriæ, iſtius nempe retrotractionem ad datam principalis Gratiæ obtentæ, *Rot. deciſ.* 314. *num.* 12. & 13 *coram Lancetta*, & *in Urgellen. Archidiaconatus* 26. *Junii* 1722. §. *Quicquam coram bon. mem. Gamaches*, & conferunt tradita per eamdem *Rot. in Eyſteten. Præcedentiæ* 25. *Junii* 1717. §. *Replicatione*, *coram Reverendiſſ. Corio*, & 1. *Aprilis* 1718. §. *Maxime urgente*, *coram bon. mem. Lancetta*, inter impreſſ. *deciſ.* 1056.

Ex eadem ratione non irrogandi præjudicium
41 tertio in jure ſibi quæſito, emanat altera concluſio, quod neceſſaria ſit mentio litis in Gratia *Perinde valere*, ſi ex pendente, petatur, ex relatis per *Rot. cor. Penia deciſ.* 525. *num.* 5. & *ſeqq.* ubi
42 etiam ſi agatur ſuper poſſeſſorio, *coram Coccin. deciſ.* 30. *num.* 5. *coram Seraphin. deciſ.* 1110. *num.* 2. *coram Gregor. deciſ.* 13. *num.* 3. *coram Duran. deciſ.* 5. *num.* 15. & *ſeqq.* ubi quamvis Gratia præ-
43 fata conceſſa fuerit Motu proprio, *coram Bichio deciſ.* 325. *num.* 11. & *deciſ.* 18. *num.* 6. *coram Herrera.* Et mentio litis facienda eſt explicite, non ſub
44 involucro verborum, adeo ut non ſufficiat Clauſula *de proceſſibus habitis*, & *habendis*, ut ait *Rot. dict. dec.* 525. *num.* 10. *cor. Penia.*

45 An vero ſufficiat clauſula *Et inter aliquos lis &c.* appoſita in Literis principalibus? Affirmat *Rot. deciſ.* 526. *n.* 2. & *ſeq. coram Penia*, exemplo Gratiæ reformatoriæ, quæ, ut diximus, valde conformis eſt cum Gratia *Perinde valere*, & in qua haud neceſſaria eſt mentio eorum, quæ in prima Gratia narrata fuerunt, cum omnes expreſſiones contentæ in prima Gratia, defendant ſecundam.
46 Præcipue quia per Gratiam *Perinde valere* non petitur denuo conferri Beneficium, nec agitur ad canonizandam primam Gratiam, ſed ad eam tantum corroborandam, & ſanandum aliquem illius defectum, nempe ad ſupplendum defectum valoris male expreſſi, reticitam obtentorum narrativam, aliumque defectum, quo ipſa infecta remanſit.

47 Alii vero negant, ea ratione, quod clauſula præfata ſolum præ ſe fert mentionem litis, quæ jam de tempore proviſionis præexiſtebat ſuper Beneficio, non vero litis poſtea exortæ occaſione Gratiæ principalis, ſuper qua impetratur Gratia *Perinde valere*, *Roſ. de Exequutor. dicto cap.* 6. *num.* 336. *Rot. deciſ.* 325. *n.* 12. & 13. *cor. Bichio.* Proindeque mentio litis facta in primis Literis, quippe quæ reſpicit litem antea præexiſtentem, referri non poteſt ad aliam litem, quæ tunc non aderat, & poſtea mota fuerat, atque diverſa eſt tam reſpectu actionis, quam Perſonarum, *Rot. deciſ.* 286. *num.* 22. & 23. *coram Bichio deciſ.* 41. *part.* 10. *Recent.*

48 Alii vero diſtinxerunt, quod, aut tempore obtentæ Gratiæ *Perinde valere* fuerat oppoſitum de defectu prioris Gratiæ, utpote quia Collitigans jam ex tali defectu fuerat de Beneficio a Papa proviſus, ſeu ſpecifice per eum fuerit tale jus, ſeu defectus prioris Gratiæ in judicium deductus, & tunc ſpecifica mentio litis hujuſmodi requiritur, nec ſufficit expreſſio litis facta in prioribus literis. Aut non fuit de tali defectu oppoſitum, nec tale jus in judicium deductum, minuſque Collitigans habeat a Papa collationem ex tali defectu, & in his circumſtantiis neceſſaria non eſt mentio litis, quæ nunquam requiritur, quando non impetratur jus in judicium jam deductum, *Lotter. de Re Beneficiar. lib.* 2. *quæſt.* 51. *num.* 26. & *ſeqq. Rot. deciſ.* 91. *num.* 9. & 10. *part.* 4. *tom.* 2. *Recent.* ubi quod
ad hoc, ut de lite ſit Pontifici facienda mentio in 49
Gratia ſuperveniente, oportet, quod pendeat ſuper eo, quod reſpicit Gratiam directo, vel in conſequentiam, ſecus ſi ſuper re diverſa. Sequitur late diſtinguendo *Rot. coram Bichio dicta deciſ.* 286. *a num.* 24. & *pluribus ſeqq.* & *coram Priolo deciſ.* 272. *num.* 13. ubi ait, id procedere,
quando quis ex defectu prioris Gratiæ fuit a Pa- 50
pa proviſus, & ſic de tali defectu oppoſuit, ſecus quando venit ex diverſo titulo collationis inferioris, cujus reſpectu Gratia *Perinde valere* non fuit impetrata, *Roſ. in Addit. ad cap.* 6. *num.* 297. & 298. *Rot. in Bononien. Parochialis* 10. *Maii* 1687.
§. *finali*, *coram Urſino*, ubi explicando clauſu 51
lam -- *ſine præjudicio litis pendentiæ* -- in Gratia *Perinde valere* appoſitam, ait, eam ſuffragari Collitiganti, vel quando ipſe tunc temporis collationem obtinuiſſet a Papa ex defectu prioris Gratiæ, vel ſi in actis de eodem defectu oppoſuiſſet.

Rurſus, non eſt neceſſaria mentio litis in Gra-
tia *Perinde valere*, quando non cedit in præjudi- 52
cium alterius Litigantis, quia non eſt prohibendus aliquis, lite pendente, aliquod jus, ſeu rem impetrare, dummodo tamen id fiat ſine præjudicio juris alieni, *Milis in Repertor. verb. Gratia impetrata lite pendent. Lotter. de Re Benefic. lib.* 3. *quæſt.* 9. *num.* 34. *Rot. coram Caſſador. deciſ.* 18. *num.* 6. *de Præbend. Rot. deciſ.* 386. *n.* 27. & *ſeqq. cor. Bichio.* Semper vero ceſſare dicitur præjudi- 53
cium Collitigantis, quando iſte non venit ex defectu prioris Gratiæ, aut in judicium illum non deduxit, & ceſſante præjudicio, Papa conceſſiſſet, etiam ſi litem ſciviſſet, *Oldrad. conſil.* 299. *num.* 3. *Rot. deciſ.* 192. *num.* 4. *part.* 1. *dec.* 170. *n.* 15. & 16. *part.* 4. *tom.* 3. *Recent. deciſ.* 150. *num.* 5. *coram Gregorio*, & proſequitur *Rot. coram Bichio dict. dec.* 286. *num.* 29. cum aliis, quos laudabimus in *Commentar. in Regulam LVI.*

An autem concurrentibus duobus, quorum al-
ter habens Gratiam impetrationis Beneficii ſigna- 54
tam, inſtet pro relaxatione ſuæ Supplicationis, alter vero ſupplicet pro Gratia *Perinde valere*, ſit demandanda relaxatio Supplicationis ſuper impetratione, vel potius concedenda Gratia præfata? Non poteſt tradi certa Regula, cum ex diverſis facti circumſtantiis diverſimode ſervatum viderim, modo pro conceſſione, modo pro denegatione impetrationis, & modo pro conceſſione utriuſque Gratiæ arbitrio Datarii? Hæc tamen Regula videtur poſſe conſtitui, quod ſi Supplicatio Impe-
trantis non fuit regiſtrata, & multo magis ſi ad- 55
huc non fuit datata, ea retineri debeat ad inſtantiam Proviſi Apoſtolici, qui bona fide priorem Gratiam male expedivit, cum ante Supplicatio-
nem datatam, non dicatur quæſitum jus validum, 56
& radicatum, cum poſſit uſque ad illud tempus, caſſari, lacerari, & reformari, *Rot. in Romana Cappellaniæ* 27. *Novembris* 1680. §. *Hujuſmodi cor. Vicecomite.* Et quia in dubio potius faven-
dum eſt Proviſo Apoſtolico, qui jam priorum 57
Literarum expeditionem fecit cum aliquali impenſa, quam Impetranti, qui odioſus cenſetur in jure, ex relatis per *Rot. in Barchinonen Beneficii* 6. *Maii* 1697. §. *Quo vero cor. Muto.* Aut Supplicatio eſt
jam Datata, & regiſtrata, & tunc locus eſſe vi- 58
detur expeditioni Impetrationis, non autem Gratiæ *Perinde valere*, quia Gratia jam eſt perfecta, & per eam jus quæſitum impetranti, niſi Proviſus Apoſtolicus vellet etiam *Perinde valere* expedire cum clauſula *a data præſentium*, ſicuti ſervatum fuit in caſu *Giennen.* de quo ſupra *num.* 34.

Pro

Pro complemento hujus materiæ *Perinde valere* plura quærit *Amayden. de Styl. Datar. dict.*
Cap. 14. Et primo, an ſubſtineatur illius Gratia,
59 ſi appareat datata ante *Datam* Gratiæ principalis,
& *num.* 11. ex *Rota* ibi mendoſe allegata, reſpondit ſuffragari, quia ex ſtylo Datariæ non ſolet
Gratia præfata concedi, niſi docto de Literis,
ob quem ſtylum potius eſt præſumenda pluralitas
60 Gratiarum, quam error in Officialibus. Secundo
quærit *num.* 14. an requiratur nova expeditio Literarum, vel ſola Supplicatio ſufficiat, & hanc
non ſufficere reſpondet, de quo Nos in *Commentar. in Regulam XXVII.* Quærit tertio *num.* 22.
61 an poſſit dari ſecundum *Perinde valere*, ſi in primo erratum fuerit, & quamvis Sub-Datarius
Urandus cenſeret non eſſe dandum, ſed erroribus
ſuccurrendum per novam Gratiam ex integro,
nulla facta mentione priorum errorum, attamen
ipſe *Amayden.* concludit, poſſe pluries dari has
Gratias revalidatorias, & talis eſt ſtylus *Corrad.*
*in Prax. diſpenſat. lib.*8. *cap.* 5. *num.* 44. ubi quod
ſecunda Gratia revalidatoria prioris revalidatoriæ
nuncupari ſolet *Perinde valere ſuper alio Perinde valere. De Juſtis Diſpenſ. Matrim. lib.* 3.
cap. 16 *num.* 87. confert *Rota coram Tenia dec.*
526. *num.*5. *in fine*, ubi de eo, qui obtinuit ſecundum *Perinde valere*, & in themate *deciſ.* 514. *part.*
3. *diverſ.* qui obtinuit Gratiam *cui prius* defectuo- 62
ſam expedivit aliam Supplicationem cum omnium
neceſſariorum expreſſione; Sed ibi non dicitur,
cujus formæ erat hæc ultima Supplicatio.

An autem Gratia *Perinde valere* expediri poſſit
in forma *Rationi congruit* in Pontificatu Succeſſo 63
ris Pontificis, diximus in *Commentar. ad Regulam*
X. Quemadmodum an, & quomodo indulgeri 64
debeat pro revalidanda Penſione nulliter impoſita, ſeu tranſlata, aut poſtea extincta, agemus in
Commentar. in Regulam ſequentem.

REGULA XLV.

Item voluit, & ordinavit, quod ſuper Reſignatione cujuſcumque Beneficii Eccleſiaſtici, ſeu ceſſione juris in eo, quam in manibus ſuis, vel in Cancellaria Apoſtolica fieri contigerit, Apoſtolicæ Literæ nullatenus expediantur, niſi Reſignans, vel Cedens, ſi præſens in Romana Curia fuerit perſonaliter, alioquin per Procuratorem ſuum ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum, expeditioni hujuſmodi in eadem Cancellaria expreſſe conſenſerit, & juraverit, ut moris eſt. Et ſi ipſum Reſignantem, vel Cedentem pluries ſuper uno, & eodem Beneficio in favorem diverſarum Perſonarum ſucceſſive conſentire contigerit: Voluit Sanctitas Sua, quod primus conſenſus tenere debeat, & alii poſteriores conſenſus, ac literæ eorum prætextu, etiam ſub priori Data expeditæ pro tempore nullius ſint roboris, vel momenti, nec Literæ reſervationis, vel aſſignationis, etiam Motu proprio, cujuſvis Penſionis annuæ ſuper alicujus Beneficii fructibus expediri poſſint, niſi de conſenſu illius, qui Penſionem perſolvere tunc debebit.

ARGUMENTUM.

Patet ex Summario.

SUMMARIUM.

1 *Renunciatio, & Reſignatio Beneficiorum, an inter ſe differant, & in quo?*

2 *Reſignationes Beneficiorum ad favorem a quo tempore uſitari cœperunt?* & num. 3 & 4.

5 *Sunt valde neceſſariæ pro Simoniacis præſertim pactionibus tollendis.*
Et per illas mala quamplurima evitantur, & fraudibus occurritur. num. 11. & num. 12.

6 *Et ſtylus Romanæ Curiæ in iis admittendis antiquiſſimus eſt.*

7 *Illumque collaudant Doctores etiam Ultramontani.*

8 *Refertur Edictum Epiſcopi Patavini, quo Subditis ſuis mandaverat, ne abſque ipſius licentia Beneficiorum Permutationes, aut Reſignationes ad favorem, minuſque Coadjutorias a Sede Apoſtolica obtinere poſſent.*
Et Epiſtola per ipſum ad Cardinalem Prodatarium pro hujuſmodi Edicti obſervantia ſcripta. ibidem.

9 *Redarguitur Epiſcopus Patavinus de hujuſmodi Edicto, eique a Cardinali Pro-Datario injungitur, ut per novum Edictum illud revocet.*

10 *Exſcribitur tenor novi Edicti.*

12 *Pacta ſuper Beneficiorum diſpoſitione, niſi per ea ſpirituale pro temporali abſolute concedatur, ſunt Simoniaca de Jure poſitivo, non Divino.*

13 *Sed abſtergitur Simoniæ labes, ſi Papa hujuſmodi Pacta approbet.* & num. 26.

14 *Reſignationes ad favorem præter motivum evitandi Simoniacas pactiones, quibus aliis ex cauſis expediat, ut admittantur.* & num. 22.

15 *Per eas ſarta tecta ſervatur auctoritas, & ſuperioritas S. Sedis in Regionibus præſertim Ultramontanis.*

16 *Congregatio a* Paulo IV. *deputata pro moderandis abuſibus tunc vigentibus in materia Beneficiali Reſignationes Beneficiorum ad favorem non improbavit.*

17 Po-

17 *Poſtulato Gallorum, quod Reſignationes Beneficiorum ad ſavorem, omnino eliminentur, Patribus Concilii Tridentini nil reſpondere placuit.*

18 *Concilium Tridentinum Reſignationes præſatas pro odioſis, & exorbitantibus non habuit.*

19 *Reprobantur Doctores Galli autumantes Reſignationes Beneficiorum ad favorem præſatas eſſe exorbitantes, & Sacris Canonibus exoſas.*

Et aſſignantur rationes. ibidem. & num. 20.

23 *Hæreditariæ ſucceſſionis imaginem in Beneficiis Eccleſiaſticis SS. Canones quam maxime abhorrent.*

24 *Pontificis auctoritate accedente, abſonum non eſt, quod quis ſibi Succeſſorem in Beneficio deſignet.*

25 *Et in primitiva Eccleſia, Pontificibus annuentibus, quamplures Epiſcopi Succeſſores ſibi elegerunt, Epiſcopatu interim non abdicato.*

27 *Reſignationes Beneficiorum ad favorem non exinde improbari debent, quod per illas reſtringitur libertas Ordinariorum in conferendis Beneficiis in caſu obitus.*

28 *Refelluntur* Soavis, & Heydeggerus *improbantes Reſignationes Eccleſiarum Parochialium ad favorem, ex quo in illis non adhibetur Concurſus a Tridentino volitus in proviſionibus Parochialium.*

29 *Reſpondetur conqueſtionibus nonnullorum Epiſcoporum, quod admittantur Parochialium Reſignationes abſque eorum Literis Teſtimonialibus ſuper moribus, & doctrina Reſignatariorum.* & num. 32.

30 *Et refertur Epiſtola Cardinalis Corradi Pro-Datarii ſan. mem.* Alexandri VII. *ad Cardinalem de Sandoval Archiepiſcopum Toletanum ſcripta* anno 1665.

31 *Conſtitutio LXIII.* S. Pii V. *quid ab Ordinariis peragendum mandet in exequutione Literarum Reſignationis Eccleſiarum Parochialium ad ſavorem?*

33 *Reſignationes Parochialium admittendas non eſſe abſque præviis Literis Teſtimonialibus Ordinariorum, mandavit ſan. memor.* Clemens IX.

34 *Et cur aliquando ſine Literis præſatis admiſſæ fuerint?*

35 *In Congregatione particulari habita ſub* Clemente X. *pro regulandis materiis Dataria, nulla emerſit dubietas ſuper continuatione ſtyli admittendi Reſignationes ad ſavorem.*

36 *Eumdemque ſtylum continuandum eſſe cenſuit Congregatio particularis deputata a ſan. mem.* Clemente XI. *qui illius Votum approbavit certis ſub conditionibus, quod nempe*

37 *Reſignationes Parochialium, Dignitatum, Canonicatuum, aliorumque Beneficiorum reſidentialium non admittantur ſine Literis Teſtimonialibus Ordinariorum.*

Exceptis Reſignationibus Canonicatuum Collegiatarum Galliæ, quæ admitti poſſunt abſque Literis præſatis. ibidem.

38 *Quod Reſignationes Beneficiorum omnium ſimplicium, ubicumque exiſtentium admitti poſſint ſine dictis Literis.*

39 *Quod Reſignatarii Eccleſiarum Parochialium ubicumque exiſtentium, excepta Gallia, conſtituti eſſe debeant in ætate annorum triginta.*

40 *Ætas pro aſſequendis Eccleſiis Parochialibus de jure communi eſt annorum viginti quatuor completorum.*

41 *Et ætas præſata requirebatur etiam de ſtylo antiquo Datariæ.*

QUamvis Renunciatio, & Reſignatio Bene-
ficiorum primitus pro Synonymis uſurpatæ 1
fuerint, ut patet ex *Cap. 8. de Renunc.* ubi Reſi-
gnatio accipitur pro renunciatione, & clarius in
Cap. 1. de Renunc. in 6. Stylus nihiloſ minus Ro-
manæ Curiæ, & hodiernus loquendi modus Re-
ſignationem a Renunciatione diſtinguit, ut nimi-
rum per Reſignationem, ceſſio Beneficii in al-
terius favorem coram Pontifice, per Renunciatio-
nem vero, pura, & ſimplex illius dimiſſio in
manibus legitimi Superioris intelligatur.

Reſignationes Beneficiorum ad favorem anti-
quitus non admittebantur, nec erant in uſu tem- 2
poribus *Alexandri III. Innocentii III. Bonifacii
VIII.* & *Clementis V.* ac ideo in *Decretalibus*,
in *Sexto*, & in *Clementinis*, non fit mentio, niſi
de ſimplici Reſignatione, ut advertunt *Pariſ. de
Reſignat. lib. 1. quæſt. 2. num. 3. Richard. in libro*
Gallico idiomate ſcripto cui titulus — *Des Penſions
Royales pag 49. Feuret. de Abuſ. lib. 2. cap. 5. nu.
11. Thomaſſin. de Veter. & Nov. Eccleſ. Diſciplin.
tom. 2. lib. 1. cap. 50. num. 14. Rot. coram Puteo
deciſ. 418. in addit. marginal.*

Sed ex diſpoſitione *Cap. Ex parte* 12. *de Offic.
Jud. Deleg.* colligi ſub *Alexandro III.* ad Pontifi- 3
catum aſſumto anno 1159. Reſignationum ad fa-
vorem uſum viguiſſe, habetur apud *Gonzal. in
cap. 1. num. 17. de Præbend. Thomaſſin. loco citato
num. 13. de Roye Inſtitut. Jur. Canon. lib. 2. cap.*
18. quem refert *Van Eſpen in Jus Canon. univer-
ſal. tom. 2. part. 2. tit. 32. cap. 1. num. 3.* Eaſdem-
que Reſignationes ſub *Bonifacio VIII.* Pontifice 4
electo anno 1294. invaluiſſe, non obſcure erui-
tur ex *Cap. unic. de Rer. permut. in 6.* ubi Pon-
tifex approbat Permutationem duorum Benefi-
ciorum *ſecundum formam juris*, quæ ſane per-
mutatio duplex eſt, & reciproca Reſignatio ad
favorem, ut obſervat idem *Thomaſſin. dict. cap.*
50. *num.* 14. Plurimumque earum uſum per-
crebuiſſe poſt Schiſma *Gregorii XI.* refert *Blon-
deau in addit. ad Biblioth. Canon. Bouchel. pag.
mihi* 281.

Utcumque ignotum ſit tempus, quo Bene-
ficiorum Reſignationes ad favorem admitti cœ-
perunt, hoc unum certiſſimum eſt, quod earum 5
uſus antiquiſſimus eſt, ac valde neceſſarius pro
Simoniacis præſertim pactionibus tollendis. Hinc,
cum ſan. mem. *Innocentius XII.* poſtremis ſui Pon-
tificatus annis Reſignationes Beneficiorum ad fa-
vorem admittere noluiſſet; evecto poſt ejus obitum
ad Apoſtolatus apicem *Clemente XI.* hic Congre-
gationem particularem quamplurium S. R. E. Car-
dinalium, & Prælatorum deputavit, ut ſedulo in-
quirerent, an uſus Reſignationum ad favorem eſ-
ſet continuandus, & Congregatio præſata, cui
interfuerunt Cardinales *Carpineus*, *Pancraticus*,
& *Sacripantes* Pro-Datarius, nec non RR. PP.
DD. *Philippuccius*, *Paraccianus*, *Origbus*, *Scot-
tus*, *Oliverius*, *Caprara*, *Cincius*, *Meola*, *de
Cavaleriis*, *Corradinus*, & *Præfectus Vacationt
per obitum*, die 7. Januarii 1701. unanimiter
cenſuit *continuandum eſſe.*

Et merito, quippe ſtylus admittendi Reſigna-
tiones Beneficiorum ad favorem in Romana Cu-
ria antiquiſſimus eſt, ut diximus, & jugiter a Se- 6
de Apoſtolica approbatus, illumque ſuo tempore
etiam

etiam viguiſſe teſtatur *Ptolomeus* antiquus Rotæ Auditor, qui vixit longe ante *S. Pium V.* in Deciſionibus *M. S. deciſ.* 100. Idemque tradunt *Gloſſ. in Pragmatic. Sanction. tit. de Annat. verb. Simplicis, Felin. in Cap. Audientiam il 5. colum. 1. de Reſcript. Abb. in Cap. Non ſatis num. 8. de Simon. Dec. in Cap. Ex parte il 1. num. 15. de Offic. delegat. Barboſ. in Rubr. de Renunciat. num.13. Caccialup. de Penſ. quaſt. 19. in princip. Pariſ. de Reſignat. lib. 2. quaſt. 2. num. 7. Mandoſ. in Prax. Signat. Gratiæ tit. Regreſſus colum. 2. verſic. Notandum, Paulut. Juriſprud. Sacr. tom. 2. lib. 6. cap. 9. num. 4. pag.* 463. Et perluſtratis Apoſtolicæ Datariæ Regeſtris, ea palam oſtendunt poſt *Clementem V.* electum Pontificem anno 1305. indiſtincte Reſignationes Beneficiorum ad favorem admiſiſſe Succeſſores omnes Pontifices; Immo ipſemet *S. Pius V.* qui Conſtitutionem promulgavit contra Ordinarios, ne Reſignationes etiam puras, & ſimplices, niſi ex certis præſcriptis Cauſis admitterent, paſſim Reſignationes ad favorem admiſit, reſervata etiam Penſione, vel quota fructuum, & quandoque integris reſerva-
7 tis fructibus favore Reſignantis. Unde ipſimet Doctores Ultramontani animadvertunt, hunc eſſe ſtylum notorium, & laudabilem, *Joann. Carraſ. in Tract. de Simon. Mental. num. 63. Gonzal. in Cap. Admonet num. 5. & ſeqq. de Renunciat. Navarr. in Manual. Cap. 23. num. 107. Guid. Pap. conſil. 119. num. 4. Boer. de Auctor. Legat. a Later. num. 127. Rebuff. in Prax. tit. de Renunc. expreſ. poſt med.* cum aliis plene relatis per *Pariſ. dict. quaſt. 2. num. 3. & pluribus ſeqq.*

Hinc, ſi aliquando Epiſcopi Beneficiorum Reſignationes ad favorem quoquo modo impedire præſumſerunt, improbum, irritumque eorum fa-
8 ctum declaratum fuit. Extat celebre exemplum, aliis omiſſis, Epiſcopi *Patavini*, qui anno 1654. *die 20. Maii* Edictum publicavit, quo ſuis Subditis interdicebat, ne abſque ejus licentia poſſent Beneficia permutare, aut ad favorem reſignare, minuſque Coadjutores cum futura ſucceſſione Sedis Apoſtolicæ auctoritate ſibi deputare, ejuſdemque Edicti exemplar tranſmiſit ad clar. mem. Cardinalem *Corradum* tunc temporis Pro-Datarium, eidem ſupplicando, *Che, capitandole alcune di queſte materie, ſi degni di non ammetterle, ſe unitamente dagli Spedizionieri, o da altri non le viene preſentata una mia Atteſtazione circa le qualità del Soggetto, perche io non la negherò mai a neſſuno, dove mi coſti della ſufficienza, che li Trattati ſiano ſeguiti ſenza ſcandalo, e ſenza pregiudizio dell' Anima degl' intereſſati. Quello però, che riferiſco a Voſtra Eminenza non ha altro fine, che veder levati tanti abuſi, & inconvenienti, che ſi ſono introdotti da chi ſtima più la propria ſodisfazzione, che le determinazioni Apoſtoliche.*

9 Sed Cardinalis *Corradus* antequam Edicti hujuſmodi notitiam ad Pontificem deferret, conſilium amplexus Cardinalium *Ottboboni* poſtea Pontificis ſub nomine *Alexandri VIII.* & *Sacchetti*, Epiſcopo Patavino in hunc qui ſequitur modum reſcripſit -- *Ho ſtimato bene differire ſino alla riſpoſta di queſta la participazione della lettera di V. S. Illuſtriſſima a Noſtro Signore, acciochè ella in tanto facendo rifleſſione all' Editto, che ha fatto publicare in coteſta Dioceſi, e m'ha inviato con eſſa, poſſa applicarvi opportuno rimedio prima, che ne pervenga alcuna notizia all'orecchie di Sua Beatitudine. E'vero, che li Beneficiati non poſſono cedere, rinunziare, o permutare li loro Beneficj Eccleſiaſtici ſenza l'Autorità del Veſcovo, nella di cui Dioceſi ſono inſtituiti, ma non ſono giammai in queſta proibizione compreſi quelli, che cedono, permutano, o altrimenti diſpongono di eſſi con l'autorità del Sommo Pontefice, ch'è il Supremo Paſtore di tutto il Mondo, e come tale deve eſſere riconoſciuto, riverito, & adorato da tutti li Veſcovi, li quali nemmeno poſſono autorizare le Raſſegne, che ſi fanno a favore di certa Perſona, ne le Coadjutorie cum futura ſucceſſione compreſe nel medemo Editto, onde parendo, che con l'Editto fatto da V. S. Illuſtriſſima ſi ſiano trapaſſati li termini dell'autorità competente al Veſcovo, & arrogata quella della Santa Sede; ſtimo neceſſario, che V. S. Illuſtriſſima ſi contenti di moderarlo con altro publico Editto del congionto, o ſimile tenore, e farlo publicare in tutti li luoghi, nelli quali fu publicato il primo, e poi mandare in mia mano la copia autentica coll'atteſtazione della Publicazione, perchè io poſſi nello ſteſſo tempo portare a Sua Santità la notizia dell'uno, e dell' altro &c.*

Paruit mandatis Cardinalis Pro-Datarii Epiſcopus Patavinus, novumque imprimi, ac publicari mandavit Edictum, cujus exemplar una cum authentico Inſtrumento illius publicationis in locis, quibus antea primum publicatum fuerat ad eumdem Cardinalem Pro Datarium in obſequii, ac ſuæ obedientiæ monumentum tranſmiſit, cujus ſecundi Edicti tenor eſt, qui ſequitur.

„ GEORGIUS CORNELIUS DEI, ET 10
„ APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA EPIS-
„ COPUS PATAVINUS, COMESQUE
„ SACCENSIS &c. Licet alio noſtro Edicto
„ ex Palatio Epiſcopali die 20. menſis Maii pro-
„ xime elapſi emanato, ac ſucceſſive in hac Ci-
„ vitate, & ceteris hujus Diœceſis locis publi-
„ cato, in quo prohibuimus quibuſcumque Be-
„ neficiatis ejuſdem noſtræ Diœceſis cujuſvis ſta-
„ tus, aut conditionis exiſtant, Nobis inconſul-
„ tis, quodcumque Beneficium Eccleſiaſticum,
„ ſive libere, ſive ad favorem alicujus reſignare,
„ vel etiam in eodem ſibi Coadjutorem eligere,
„ illis tantum malis occurrere intenderimus, quæ
„ ex illicitis Contractibus, Pactionibus & Conven-
„ tionibus inter Subditos noſtros, cum maxima
„ eorumdem Animarum pernicie, ac ceterorum
„ ſcandalo ſuper Beneficiis Eccleſiaſticis auctori-
„ tate propria inuri percepimus, non autem pro-
„ hibere Reſignationes liberas, aut ad favorem, mi-
„ nuſque Coadjutorias, quæ auctoritate Apoſtoli-
„ ca fiunt, aut in poſterum fieri contigerit; Nihi-
„ lo minus ad tollendum omne dubium hoc alio
„ præſenti noſtro Edicto declaramus, ac notum
„ facimus, mentem noſtram fuiſſe, ac eſſe ſub
„ præfato noſtro Edicto comprehendere ſolummo-
„ do Reſignationes, & Coadjutorias, quas Be-
„ neficiati propriæ dumtaxat facultati, imo verius
„ temeritati innixi, facere audent, non autem
„ intelleximus, nec intendimus unquam illas com-
„ prehendere, quas Reſignantes, ac Reſignata-
„ rii, & Coadjutores, atque Coadjuti ineunt,
„ ac inituri ſunt inter ſe ſub Beneplacito, & au-
„ ctoritate Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ,
„ Sanctæque Sedis Apoſtolicæ, neque illas Re-
„ ſignationes, & Coadjutorias, ſuper quibus
„ Gratiæ, ſeu Literæ ejuſdem Sanctæ Sedis, &
„ Summorum Romanorum Pontificum emanarunt,
„ vel in futurum emanarent. Siquidem Pontificia
„ poteſtas ſuprema eſt, & ceteris omnibus ante-
„ cedit, & præeſt, a qua omnis Epiſcopalis aucto-
„ ritas procedit, & pendet: Noſque illam ſemper

„ humilliſime venerari profeſſi fuimus, profitemur,
„ ac profitebimur; Ut autem hæc noſtra decla-
„ ratio omnibus innoteſcat, neve a quoquam
„ ignorari valeat, mandamus hoc idem noſtrum
„ Edictum ad ſingulos Rectores, & Vicarios
„ Foraneos noſtræ Diœceſis tranſmitti, & per
„ eos in ſuis Parochiis, & Eccleſiis publicari,
„ & in hac Civitate Cathedralis Eccleſiæ, atque
„ aliarum Eccleſiarum valvis, & in ceteris locis
„ ſolitis affigi volumus, & decernimus. Datum
„ Patavii ex Epiſcopali Palatio die 15. menſis
„ Julii 1665. IL VESCOVO DI PADOVA.
Paulus Paſtorius Cancellarius Epiſcopalis. De-
promſimus hæc Documenta ex celebri Bibliothe-
ca D. Cardinalis Othoboni *tom.* 21. *Mater. Da-
tar. pagina* 373. & meminit *Paulut. Juriſprud.
Sacr. tom.* 2. *in Indic. Rer. Notabil. verb. Renun-
ciatio*, ibi -- *Edictum Epiſcopi prohibens renun-
ciationem, revocatum juſſu Pro-Datarii* -- ſed in
hac pagina id prætermiſſum.

Accedit, quod uſus Reſignationum in favorem
11 tendit ad evitandum majora mala, & occurren-
dum fraudibus, quæ facile adinveniuntur pro le-
gibus eludendis. Cum enim permiſſum non ſit Or-
dinariis Reſignationes eaſdem admittere, imo ne-
que puras, niſi in certis caſibus juxta celebrem
Conſtitutionem LVIII. *S. Pii V.* jam in nonnul-
12 lis Regionibus, Germaniæ præſertim, (quemad-
modum Sedis Apoſtolicæ Nuncius ad *Tractum
Rheni* ſcribebat) erigebantur fictitia Beneficia,
aut ſimplices officiaturæ, & deinde coram Or-
dinariis permutabantur cum veris Beneficiis; Sub-
debatque Nuncius præfatus malum ſemper in dies
augeri, nec de facili ei obviam iri poſſe cum re-
medio impetrandi *certo modo* ea Beneficia a Sede
Apoſtolica, cum perpauci inveniantur, qui diu-
turnæ litis incommodo, ac diſpendio ſe vellent
13 exponere; Prætendentibus etiam Galliæ Epiſco-
pis, ſe Conſtitutioni *Pianæ* non eſſe ſubjectos, nec
diſſimilem faventibus prætenſionem Germanis ad
tradita per *Card. de Luc. de Benefic. diſcurſ.* 65.
num. 11. *& ſeqq.* ac etiam apud Hiſpanos in *Can-
tabria* vigente uſu *Perſonatuum*, quos vocant *re-
dimitos*, erigi plerumque ſolitos ad effectum eos
permutandi cum Beneficiis Eccleſiaſticis, juxta ea,
quæ ſcripſimus in *Commentar. in Regulam IX.
§. II.* Maximum proinde commodum Reipubli-
cæ Chriſtianæ accedere videtur, quod cum legitima
Summi Pontificis auctoritate expleantur Reſigna-
tiones Beneficiorum ad favorem, quam quod Simo-
niæ vinculis Animæ illaqueantur, ut rite ponderat
Thomaſſin. tom. 2. *lib.* 1. *cap.* 50. *ſub num.* 12.

14 Plurimum etiam intereſt Eccleſiæ, ut admittan-
tur Reſignationes ad favorem ex Cauſa infirmi-
tatis, ſenectutis, illiteraturæ, odii Plebis, ſive juſti,
ſive injuſti, Criminis, inimicitiarum, ceteriſque
aliis enumeratis in *Cap. Niſi cum pridem, de Re-
nunciat.* ubi late *Gonzalez*, & omnes fere repe-
ten. *Novarr. in Summa Bullar. part.* 1. *Commen-
tar. XXX. num.* 1. *& ſeqq.* & in laudata Conſti-
tut. 58. *S. Pii V.* §. 3. Ideoque præcludi non de-
bet aditus Reſignationibus præfatis, quibus, vel
alii Clerici habiles ad Beneficia promoveri valeant,
vel dari impulſus Literatis Benevolis, & Conſan-
guineis Reſignantium, ut ſtatum Eccleſiaſticum
aſſumant; Cumque hodie non amplius vigeat fer-
vor ille Spiritus Eccleſiaſticorum primitivæ Eccle-
ſiæ, qui, ubi ſe inutiles noſcebant, ſponte, li-
bereque Eccleſias dimittebant, prout fecere *Arſe-
nius, Gregorius, Athanaſius, Theodoſius*, aliique
quorum meminerunt *Theodoret. lib.* 2. *Hiſtor. cap.*
31. *Nicephor. Caliſt. lib.* 1. *cap.* 10. *Zonaras in Alex.
Comnen. D. Auguſt. lib.* 1. *contra Creſconium cap.*
expediens utique eſt, ut mediantibus Reſignatio-
nibus ad favorem, indemnitati Eccleſiæ conſula-
tur. Et licet quandoque in Reſignationibus præ-
fatis nulla alia intercedere ſoleat Cauſa, quam
illa affectionis, & præficiendi Eccleſiis Conſan-
guineos, & benevolos; attamen, quoties iſti ſunt
idonei, nullum exinde oritur abſurdum, nullum-
que inconveniens, & in dubio Reſignatio ſem-
per præſumitur facta, & admiſſa ex juſta, & ra-
tionabili cauſa, quemadmodum ponderant *Corrad.
in Prax. Benefic. lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 7. *Rot. in Barchi-
nonen. Beneficii* 17. *Maii* 1687. §. *Accedit, &* 2.
Decembris 1688. §. *Animadvertebant, coram clar.
mem. Card. Caccia.*

Intereſt quoque Apoſtolicæ Sedi, ut hic ſtylus
continuetur ad effectum ſartam tectam ſervandi 15
ſuam auctoritatem, & ſuperioritatem in Regioni-
bus, præſertim Ultramontanis, in quibus, cum
modica ſit auctoritas Papæ in rebus Beneficialibus,
quarum diſpoſitio pro majori parte tranſlata eſt in
Principes, aut ex Concordatis, aut ex Indultis
particularibus, ut advertit *Reſtaurus Caſtald. de
Imperat. quæſtion.* 100. *numer.* 28. *Jacobat. de
Conciliis lib.* 9. *artic.* 8. *num.* 2. *in fine*, hinc eſt,
quod expediat januam hanc apertam habere, ut
exinde obſtricti Fideles ad Sedem Apoſtolicam
recurrant, eamque, tanquam Matrem, & Magi-
ſtram honorent, atque ipſa in hac parte ſuam ſu-
perioritatem in dictis Regionibus exerceat.

Accedit, quod ante Concilium Tridentinum 16
a celeberrimis illis Viris deputatis per *Paulum
III.* ad colligendos abuſus, qui tunc temporis in
rebus Beneficialibus vigebant, de hac materia
actum quoque fuit in eorum Relatione §. *Abuſus
autem.* Poſtquam enim ipſi Pontifici inſinuarunt,
quod Epiſcopatus, & Beneficia Curata conferri
deberent Viris probis, & doctis, qui per ſe fungi
poſſent muneribus, ad quæ tenentur, & reſiden-
tiam facturi, ſubdunt -- *Hoc ſervandum eſt tam
in Collationibus, cum vacant per deceſſum, quam
in Ceſſionibus, in quibus nunc tantum habetur ra-
tio voluntatis cedentis. In Ceſſionibus his, ſi quiſ-
piam præficeretur probus unus, pluresve, bene fa-
ctum iri putaremus*, ut apud *Natal. ab Alexan.
ſecul.* 15. *&* 16. *part.* 1. *pag.* 1. *artic.* 16. *pag.* 182.

In Concilio itidem Tridentino, cum a Gallicis 17
Oratoribus inter cetera Reformationum capita po-
ſtulatum fuiſſet -- *Reſignationes in favorem elimi-
nentur omnino a Curia Romana, quippe cum a Sa-
cris Canonibus inſtitutum ſit, ne quiſpiam ſibi Offi-
cii quærat, aut eligat Succeſſorem &c.* -- Piis, ac
doctis Patribus nullum ſuper eo placuit dare reſ-
ponſum, quamvis in quamplurimis aliis materiis
Gallorum poſtulatis annuerint, ut ex hiſtoria
Thuani habetur apud *P. Redingium in Hiſtor.
Concil. Trident. tom.* 5. *pag.* 417. idemque *Redin-
gius tom.* 4. *pag.* 60. *& ſeqq.* & apud *Paulum Sar-
pium lib.* 7. *pagin.* 667. *in* 4. *& lib.* 8. *pag.* 771.
Thomaſſin. tom. 2. *lib.* 1. *cap.* 50. *in fine, Bouchel in
Biblioth. verb. Van Eſpen in Jus Eccleſ. univerſ.
part.* 2. *tit.* 26. *cap.* 1. *num.* 19.

Cum ergo in Concilio Tridentino nulla fuerit
capta ſuper hoc Poſtulato proviſio, prout capta 18
fuit ſuper Mandatis de providendo, Gratiis ex-
pectativis, & Reſervationibus mentalibus ab eo-
dem Concilio ſublatis, planum eſt intelligere,
Reſignationes Beneficiorum ad favorem non fuiſ-
ſe habitas a Sapientiſſimis Patribus, pro odioſis,
& exorbitantibus, prout erant expectativæ, &
Mentales Reſervationes, nam etiam ſublatæ illæ
fuiſſent, prout ſublatæ fuerunt Expectativæ, &
Menta-

Mentales reſervationes Sacris Canonibus repu-
gnantes; Merito proinde Gallos a Concilio id im-
petrare non potuiſſe, refert *Natal. Alex. Theolog.*
Dogmatic. tom. 6. lib. 2. cap. 6. reg. 8. pag. mihi 28.
juxta impreſſ. in 4. ibi -- *Regum Chriſtianiſſimarum*
ad Tridentinam Synodum Oratores in mandatis
habuere, ut Reſignationum in favorem abroga-
tionem poſtularent, ac diligenter urgerent, id ta-
men obtinere non potuerunt; Poteſtas enim ipſas
approbandi penes Summum Pontificem remanſit,
Epiſcopis autem, aliiſque Collatoribus eſt adem-
ta, & in Hiſtor. Eccleſ. ſecul. 15. *&* 16. *part.* 2.
19 *cap.* 2. *artic.* 3. *num.* 10. Et mirum profecto eſt,
quod Galli aſſerant has Beneficiorum Reſignatio-
nes ad favorem eſſe exorbitantes, & Sacris Cano-
nibus exoſas, quando eodem tempore contendunt,
non poſſe a Summo Pontifice denegari in Gallia
admiſſiones earundem Reſignationum, adeo ut,
ſi denegatæ fuerint (ut aſſerunt injuſte) aut ap-
pellant tanquam ab Abuſu, aut ab Ordinario pro-
viſionem petunt, *Bouchel. in Biblioth. Reſignation.*
pag. 153. *§. Les Reſignations.* Magiſque admira-
20 tione dignum, quod in Reſignationes præfatas,
tanquam Sacris Canonibus contrarias, invehant,
& nihilo minus contendunt, Regem, Eccleſia va-
cante, & prætenſa Regalia aperta, poſſe Reſigna-
tiones ipſas ad favorem admittere, quod merito
damnat Clariſſimus *Author Tractat. de Regalia*
lib. 2. *cap.* 8. *a pag.* 70.

Cumque *Pius IV.* de Poſtulatis Gallorum in
Concilio propoſitis diſſeruiſſet in Conſiſtorio, &
mentem ſuam expoſuiſſet de tollendis Coadju-
toriis, Regreſſibus, & Renunciationibus ad fa-
vorem -- *Da molti fu commendata la buona inten-*
zione di Sua Santità; Da altri fu conſiderato, che
21 *quelli uſi erano introdotti per levar abuſi maggiori*
di manifeſte Simonie, e patti illeciti, e che con-
veniva aver prima buon avvertimento, che levan-
do queſti tolerabili, quali finalmente non ſono, ſe
non contra le leggi umane, non ſi apriſſe la Porta al
ritorno di quelli, che ſono contra le leggi divine --
ut refert *Paulus Sarpius in Hiſtor. Concil. lib.* 7.
pag. mihi 671. *in* 4. Quæ ratio coincidit cum ea,
quam ex literis *Nuncii* Apoſtolici ad *Tractum Rhe-*
ni ſupra retulimus.

22 Et re vera, *cum Reſignatio tantummodo mode-*
rate, & productis antea Cauſis permittitur, varia
confert commoda; Complures Juvenes in Litera-
rum, ac virtutum ſtudiis educantur propter ſpem
obtinendi hujuſmodi Reſignationes ab aliquo Sacer-
dote ſene ejuſdem familiæ: ii qui poſſident Sacer-
dotia majori ferruntur ſtudio ad reparandam, &
exonerandam Eccleſiam, bonaque ſtabilia conſer-
vanda, confidentes gratioſum hominem ſe ſubroga-
turos. Ex eadem Cauſa complures, vel ex ſenio,
vel ex morbo parum idonei facilius induunt ani-
mum ad deponendam non bene adminiſtratam
Animarum curam, & tandem id, quaſi præmium
tribuitur laboribus ab antiquo poſſeſſore toleratis:
Porro, qui a rebus Sanctis amovere vellet quid-
quid terrenum eſt, ſperet hoc in Cœlo, non in ter-
ris perfectum iri, & reminiſcatur ipſa Sacramenta,
quæ Divinæ Gratiæ fontes ſunt a Chriſto in materia,
quæ ſub ſenſum cadit, inſtituta fuiſſe. Ita poſt Car-
dinalem *Pallavicinum* diſſerta per *Soavem* refutan-
tem ratiocinatur *P. Abbas Redingius in Hiſtor.*
Concilii ad Seſſ. 24. *tom.* 4. *pag. mihi* 363.

Et quamvis Sacri Canones abhorreant ab om-
23 nibus iis, quæ hæreditariæ Succeſſionis imaginem
præ ſe ferunt, ut ait *Concilium Tridentin. ſeſſ.* 25.
cap. 7. & habetur *in Can.* 76. *Canon. Apoſtolic.*
cujus verba refert *Thomaſſin. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 55.
num. 13. Attamen, accedente Pontificis authori- 24
tate, & permiſſione, nullum adeſt inconveniens,
quod quis poſſit deſignare Succeſſorem, & titu-
lum dimittere, ut exinde alteri conferatur: Le-
gimus in primitiva Eccleſia, quamplures Epiſco-
pos ex permiſſione Pontificis ſibi elegiſſe Succeſ- 25
ſores, qui poſt eorum obitum ſuccederent, nec
interim titulo abdicato, juxta exempla, quæ
refert *Thomaſſin. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 55. *& ſeqq.* &
late *Barboſ. de Epiſc. part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 3. *num.* 40.
& ſeqq.

Neque ex eo, quod Reſignatio Beneficii ad
favorem fiat ex præcedenti pacto, actus illicitus
redditur, accedente, ut diximus Summi Pontificis
auctoritate. Eſt quidem regula Juris, ut in ſpiritua- 26
libus omnis pactio, vel conventio ceſſare debeat
Cap. Tua Nos, de Simon. Sed hæc pactio de ſui
natura Simoniſca non eſt, modo non fiat alicujus
temporalis commodi intuitu, ſed una Eccleſiæ
utilitas, & merita Reſignatarii ſpectentur; adeo-
que ſolum mala eſt, quia Sacris Canonibus pro-
hibita eſt, unde, cum Pontifex ſumma ſuper Ca-
nonibus polleat poteſtate, Reſignatio ad favorem
per ipſum approbata, mala, & illicita dici non
poteſt, ad *Text. in Cap. Propoſuit, de Conceſſ. Præ-*
bend. Cap. a Nobis, de Decim. Cap. Non debet, de
Conſanguinit. & Affinit. Gloſſ. in Cap. Cum pridem
verb. Illicitæ Pactiones, de Pactis, Innocentius
in Cap. Tua Nos verb. Culpabiles eod. tit. Fagnan.
in Cap. Præterea num. 3. *Ne Prælat. Vices ſuas &c.*
Paulut. Juriſprudent. Sacr. tom. 2. *lib.* 6. *tract.* 10.
cap. 9. *§.* 1. *pag. mihi* 463. *ſub num.* 4.

Præjudicium vero, quod ex Reſignatione hu-
juſmodi evenire poteſt Ordinario, cujus libertas
providendi in caſu obitus coarctatur, non eſt tanti 27
momenti, quod prævalere debeat tot proficuis, &
ſpiritualibus effectibus, qui ex iiſdem Reſignatio-
nibus reſultant; Maxime, quia ſæpe evenit, quod
Beneficia vacent in Menſibus Apoſtolicæ Sedis re-
ſervatis, aut ſint alicui reſervationi Perſonali obno-
xia, ob quam de illis Ordinarii diſponere non va-
leant, ſeu, quod Reſignatarius prædecedat Reſi-
gnanti, unde citius redit ad Ordinarium conferen-
di facultas; quamobrem, ſi aliquale in Reſignatio-
nibus Beneficiorum intercedere poteſt Ordinario-
rum præjudicium, iſtud veluti omnino eventua-
le, & incertum, attendi prorſus non meretur,
Alexand. conſil. 113. *num.* 14. *Cravett. conſil.* 32.
num. 4. *Pariſ. conſ.* 116. *num.* 14. *Rot. dec.* 267. *part.*
15. *Recent. deciſ.* 154. *num.* 17. *cor. clar. me. Card.*
Caprara, & in Romana Beneficii 18. *Maii* 1697.
§. Atque hinc, cor. Muto.

Opponit *Soavis*, quem ſequitur Hæreticus 28
Heydeggerus, quod in Parochialium Reſignatio-
ne id naſcitur incommodi; quod nullus tunc
adhibetur Concurſus, & melioribus excluſis, is
præferatur, qui Reſignanti magis placuerit; ex
quo inferunt, quod Decretum Concilii *Cap.* 18.
ſeſſ. 24. *de Reformat.* ſuper Concurſu, magna ex
parte deletum eſt, quia locum non habet in Reſi-
gnationibus. Sed reſpondet cum *Pallavicino* Vir
clariſſimus *P. Redingius in Hiſtor. Concil. Tri-*
dent. dicto tomo 4. *pag. mihi* 363. quod lau-
datum Concilii Decretum nullatenus percutit Re-
ſignationes Beneficiorum ad favorem, ut res ip-
ſa ſuadet; Cum enim in Beneficii Reſignatione
unus tantum, & quidem certa Perſona deſigne-
tur, Concurſus, qui cadit inter plures Oppoſito-
res, & Concurrentes in praxim deduci non po-
teſt, ideoque ſatis eſt ſolum examen Reſignata-
rii coram Epiſcopo, & Examinatoribus in Sy-
nodo deſignatis, habendum; Cumque Concilium

Reſignationes Parochialium non tollet, hinc eſt, quod illius Decretum ad caſum earum Reſignationis extendi non poteſt, *Garc. de Benefic. part. 9. cap. 2. num. 159. Barboſ. ad Concil. dict. ſeſſ. 24. cap. 18.* Subditque poſtea laudatus *Redingius* — *At vero, quod ſpectat ad conſecutionem qua Suavis voce concrepat, Decretum nonniſi in vacationibus fortuitis ad opus deduci; Obſervetur, quæſo, in ſingulis Diœceſibus, num major Parœciarum numerus obtineatur ab iis, qui ex renunciatione illas conſecuti fuerint, an potius ex obitu Deceſſorum: Et ſane magis fortuitum eſt prius, quam poſterius. Etenim, cum oporteat, tum ut Parochus ante reſignationem tres annos Parœciæ ſerviat ſuæ, ut tunc nominet non quemcumque ſibi acceptum, ſed eum, qui ſi non tanquam ſumme dignus, certe tanquam dignus approbandus eſt, tum etiam, ut ſe ſpoliet Sacerdotio, longe frequentius, adeoque minus fortuitum eſt vacare Parœcias cauſa mortis, quæ cunctis accidit, hominumque voluntatem non præſtolatur. In reliquis ſolus conſpicor ætate præſertim Pontificis Alexandri VII. præter examina publica, quæ in quavis Electione docet experientia utilia eſſe, non ſufficientia, clam inquiri de conditionibus Clerici, cui Sacerdotium renunciatur, & ubi hunc exquiſitiori probationi metallum eſt impar, reiici;* Hactenus Catholicus Scriptor, qui poſtea progreditur ad recenſendas Cauſas, propter quas hujuſmodi Reſignationes, ſi moderate, & ex juſtis cauſis fiant, non ſunt improbandæ, ut ex verbis ſupra per Nos relatis.

Scimus, nonnullos Epiſcopos ſæpe conqueſtos
29 fuiſſe, quod admittuntur Reſignationes Parochialium abſque eorum Literis teſtimonialibus ſuper vita, moribus, & doctrina Reſignatariorum, unde illud mali naſcitur, quod ſæpe Eccleſiis Parochialibus præficiantur Viri indocti, & minus probi, nec malo præfato eo temperamento obviam iri poſſe exiſtimant, quod Literæ Apoſtolicæ Reſignationum Ordinariis ipſis pro exequutione dirigantur, cum pluries evenit, quod reprobati in examine, vel ob morum pravitatem excluſi, ad Nuncium Apoſtolicum, vel Metropolitanum appellantes, ſuarum Literarum exequutionem reportent. De hiſce inconvenientibus late olim conqueſtus fuit Cardinalis *de Sandoval* Archiepiſcopus *Toletanus* apud clar. mem. Cardinalem *Corradum* Pro-Datarium ſan. mem. *Alexandri VII.* ab eoque enixe petierat, vel reiici Reſignationes ad favorem Eccleſiarum Parochialium, prout eas poſtremis ſui Pontificatus annis prohibuerat ſan. mem. *Innocentius X.* vel ſaltem non admitti, niſi præviis ipſius Teſtimonio ſuper moribus, & idoneitate Reſignatariorum.

Sed pro reſponſione ſat erit exhibere id, quod
30 laudatus Card. *Corradus die* 12. Maii 1663. eidem Cardinali *de Sandoval* reſcripſit his verbis, —
„ La Santità di Noſtro Signore, al quale hò rappreſentato tutto ciò, che V. Emza ſi è compiaciuta di ſignificarmi colla ſua lettera de' 10. d'Ottobre proſſimo paſſato in materia delle Riſegne di coteſte Chieſe Parochiali, ſtima di non dover recedere in tutto dalla Prattica oſſervata nelli Pontificati de' ſuoi Anteceſſori, maggiormente per non giuſtificarſi l'ordine dato dalla ſan. mem. d'Innocenzo X. ma per ovviare alli diſordini, che vengono rappreſentati, pare alla Santità Sua, che ſia ſufficiente il rimedio di ſuo ordine introdotto di commettere l'eſecuzione delle Bolle Apoſtoliche, che ſopra ciò ſi ſpediſcono alli ſoli Ordinarj *in forma Dignum antiqua*, in vigor della quale non devono ammetterſi li Reſignatarj, ſe non doppo eſſer ſtati eſaminati diligentemente dagli Eſſaminatori Sinodali, & approvati tanto nella dottrina, quanto nell'altre qualità preſcritte dal Sagro Concilio di Trento, e non concorrendovi queſte, dichiarare, *Literas Apoſtolicas non eſſe exequendas*: perchè tale è la mente di Sua Beatitudine, la quale ſi contenta di più per levare ancora li ſutterfugj delle Appellationi (giacchè non è conveniente di proibirle affatto) ridurle ad una ſol volta in modo, che *liceat ſemel tantum appellare*, e queſta ſi devolva a Monſignor Nunzio Apoſtolico, ovvero al Metropolitano, come ſi ſtimerà più eſpediente.

Potiſſimum, quia hujuſmodi remedium unifor-
me eſt *Conſtitutioni XXXII. S. Pii V.* qui, ut 31
Eccleſiarum indemnitatibus, & ſerenitati Conſcientiæ Summorum Pontificum conſuleret, mandavit, Reſignationes Beneficiorum ad favorem expediri in *Forma Dignum*, & onerari conſcientiam Ordinariorum, ut ipſi diligenter inquirant ſuper veritate cauſæ Pontifici expreſſæ, & ſuper idoneitate, ac ſufficientia Reſignatarii, ea adhibita diſtinctione inter Eccleſias Parochiales, ac Dignitates, Canonicatus, aliaque Beneficia non curata, ut in Parochialibus, Ordinarii, quibus Literæ Reſignationis in *forma Dignum* diriguntur, examinari faciant Reſignatarium ab Examinatoribus Synodalibus, juxta formam Concilii, & in ceteris Beneficiis, Proceſſum faciant ſuper illius idoneitate. Hinc inſurgit perſtringens Dilemma. Aut Or-
dinarii ſunt fideles in exequendo id, quod manda- 32
runt *S. Pius V.* & *Alexander VII.* aut non; ſi ſunt fideles, nil ultra deſiderandum, cum juxta præmiſſa ab ipſis dependeat non admittere ad Eccleſias Parochiales ineptos, ac inhabiles Reſignatarios, ac eorum reſpectu declarare, Literas Apoſtolicas non eſſe exequendas: Si non ſunt fideles, non eſt, cur Pontifices admittere non debeant Reſignationes ad favorem Eccleſiarum Parochialium, niſi cum eorum Atteſtationibus, ut ab ipſis decipiantur, & ſic eiſdem Eccleſiis minus idoneos præficere.

Ceterum, ut hiſce itidem Ordinariorum con-
queſtionibus aditus præcluderetur, mandavit ſan. 33
mem. *Clemens IX.* quod Reſignationes ad favorem Eccleſiarum Parochialium in poſterum non admittantur abſque præviis Literis teſtimonialibus Ordinariorum ſuper moribus, & idoneitate Reſignatariorum, prout adnotatum viſſi manu ſan. mem. Cardinalis *Ottoboni* ejus Pro-Datarii *die 9. Julii* 1667. Idque a Succeſſoribus Pontificibus ſer-
vatum fuit. Quod ſi aliquando ſine dictis Teſti- 34
monialibus Literis admiſſæ fuerunt Parochialium Reſignationes, id in cauſa fuit parum laudabilis renitentiæ Ordinariorum, qui etſi agnoſcerent, opprime expedire, ut Reſignationes explerentur, nihilo minus Literas præfatas Viris undique dignis denegarunt, unde, ne illorum in facultate eſſet Reſignationes impedire, uſi ſunt Pontifices propria, qua gaudent facultate eos admittendi abſque Literis Teſtimonialibus Ordinariorum, habitis aliunde documentis ſuper Reſignatariorum moribus, & idoneitate, ea etiam adhibita cautela, aliis non dirigendi, quam ipſiſmet Ordinariis Literas Apoſtolicas, & quidem *in forma Dignum*, ut ſi Reſignatarios minus habiles, & idoneos comperiiſſent, eaſdem Literas exequendas non eſſe declararent.

Curandum itaque, ut in caſibus particularibus Reſignationes incongruæ, & præjudicium Eccleſiæ allaturæ rejiciantur, ſed in totum tolli

non

non debent. -- *Cum Sedes Apoſtolica in præmiſſis præſcripſerit, ſuppoſito, quod Summi Pontifices in hoc abuſi fuerint, vel exceſſerint, non propter hoc eſt ab eis hujuſmodi jus tollendum, ſed abuſus pellendus, & exceſſus reſtringendi ſunt* --, ut de Reſervationibus dixit *Petrus Alliacenſis*, quem refert *Thomaſſin. tom. 2. lib. 1. cap. 45. num.* 10. Non enim eſt Arbor a radicibus excidenda, ex quo immaturos quandoque, & malos fructus produ-
35 cat. Hinc in celebri Congregatione particulari ſub initium Pontificatus ſan. mem. *Clementis X.* die nempe 1. *Julii* 1670. habita pro materiis Datariæ regulandis, & cui interfuerunt doctiſſimi Viri *Carpineus Datarius*, *Brancatius*, *de Vecchis*, *de Auguſtinis*, *Fagnanus*, *Taya*, *de Rubeis*, *Bottinus*, *Subdatarius*, & *Præfectus vacationibus per obitum*, nulla penitus emerſit difficultas, quod Beneficiorum Reſignationes, ut prius admitti deberent, ſed ſolum præſcriptus fuit modus circa Penſiones impouendas ſuper Parochialibus reſignandis, quodque proviſi de illis per concurſum, non poſſent, niſi poſt triennium eas reſignare.

Bene igitur laudata Congregatio particularis a
36 ſan. mem. *Clemente XI.* deputata cenſuit, continuandum eſſe antiquum ſtylum admittendi Reſignationes Beneficiorum ad favorem. Et huic Voto æquiſſimus Pontifex ſe conformavit, mandando, eas, ut prius admitti, ſed cum infra ſcriptis con-
37 ditionibus. I. *Quod pro Reſignationibus Parochialium, Dignitatum, Canonicatuum, & aliorum Beneficiorum Reſidentialium adhibenda ſit atteſtatio Ordinarii ſuper idoneitate Reſignatarii, exceptis tamen Reſignationibus Canonicatuum Collegiatarum Galliæ, quæ admitti poſſint abſque atte-*
38 *ſtatione.* II. *Quod Reſignationes Beneficiorum ſimplicium ubicumque exiſtentium admitti poſſint abſque atteſtationibus Ordinariorum.* III. *Quod pro*
39 *Reſignationibus Parochialium ubicumque exiſtentium, excepta Gallia, Reſignatarius debeat eſſe conſtitutus in ætate triginta annorum.* Poſtremam hanc conditionem exquiſivit ſa. me. *Clemens XI.* ſequendo ſtylum Deceſſoris ſui ſan. mem. *Innocentii XII.* qui juſtis de cauſis motus, ætatem præfatam præſcripſerat, cum ceteroquin de jure, ut quis ſit capax obtinendi Eccleſiam Parochia-
40 lem, ſufficit, quod ſit conſtitutus in ætate viginti quatuor annorum completorum, *Cap. Cum in cunctis §. Inferiora, de Elect.* ibique *Abbas num.* 2. *Fagnan. num.* 10. ceterique Canoniſtæ,
41 quæ ætas ſat erat, etiam de ſtylo antiquo Datariæ, unde manu recol. mem. Cardinalis *Otthoboni* adnotatum vidi, quod ſan. mem. *Clemens IX.* die Sabbathi 10. Julii 1667. dixit -- *ut quoad ætatem in Parochialibus ſufficiant viginti quatuor anni completi.*

Deſcendentes modo ad explanationem præſentis Regulæ, duas illa continet partes. In prima diſponit, quod Reſignans, ſeu cedens Beneficio, ſi præſens ſit in Romana Curia, per ſe ipſum conſenſum præſtare debeat Literarum expeditioni; ſi vero abſens fuerit, per Procuratorem ad id ſpecialiter conſtitutum. In ſecunda vero parte decernit, quod Literæ reſervationis, vel aſſignationis cujuſvis annuæ Penſionis ſuper alicujus Beneficii fructibus expediri non poſſint, niſi de conſenſu illius, qui Penſionem perſolvere debebit. De utraque parte in duobus diſtinctis §§. agemus.

§. I.

De conſenſu præſtando in Reſignationibus Beneficiorum.

ARGUMENTUM.

EXponitur ſtylus, qui ſervatur hodie in expediendis Gratiis Reſignationum Beneficiorum ad favorem, quæ tamen conſenſum Reſignantis requirunt, & qua ratione? an ei unquam derogari conſuevit? & quomodo admittantur Reſignationes Beneficiorum, quæ a dementibus, & mente captis obtinentur. Requiritur etiam Permutantium, & Coadjuti conſenſus in Permutationibus, & Coadjutoriis, licet iſtæ aliquando Motu proprio, & abſque Coadjuti conſenſu a Pontifice concedantur, etiam reſpectu Eccleſiarum Epiſcopalium, & exponuntur quamplurimæ differentiæ, quæ vigent inter Reſignationes, & Coadjutorias. Conſenſus vero hujuſmodi præſtari debet a Reſignante per ſe ipſum, ſi præſens in Curia ſit, & per Procuratorem ſi abſens exiſtat; Quod ſi Reſignans Procuratorem conſtituat, dum eſt præſens, & poſtea recedit, aut Procuratorem in abſentia conſtituat, & poſtea tempore præſtiti per ipſum conſenſus, ſed re non amplis integra, præſens in Curia reperiatur, utroque caſu conſenſus rite præſtitus cenſetur. An vero Reſignatio ab abſente in manibus Summi Pontificis expleta coram Notario, & Teſtibus per publicum Documentum, vigore cujus illius Agens conſenſum poſtea in Curia præſtet, valida ſit, plene diſſeritur. Reſignans non prohibetur Mandatum dare per Epiſtolam, illiuſque vigore extendi poteſt conſenſus, qui tamen debet eſſe uniformis mandato, nec aliter expleta Reſignatio ſuſtinetur, niſi intercedat Mandantis ratificatio, & an hæc exhiberi debeat in Actis Notarii in vita ipſius Mandantis, qui ulterius per viginti dies a die factæ exhibitionis ſupervivere debeat? Examinatur, quo in loco præſtari debeat a Procurarore Reſignationi conſenſus: quantum temporis eſt præfixum ad illum præſtandum, & an, tam in Reſignationibus, quam Coadjutoriis præſtari poſſit conſenſus poſt obitum Reſignantis, vel Coadjuti? Conſenſu ad plurium favorem ſucceſſive præſtito a Reſignan-

te, prior, dummodo valide ſit præſtitus, attenditur, nec Literæ Reſignationis vigore poſterioris conſenſus expeditæ, quamvis in Data priores, attenduntur. Ante præſtitum a Procuratore conſenſum, in facultate Reſignantis eſt Mandatum revocare, quemadmodum & Reſignans per publicum Documentum ſemper reſilire poteſt a Reſignatione, antequam conſenſus præſtetur in Cancellaria, vel in Camera. Debet tamen revocatio Mandati intimari aut illi, in cujus favorem præordinata eſt Reſignatio, aut Procuratori, & an requiratur intimatio perſonalis, vel ſufficiat, quod fuerit exequuta Domi dimiſſa Copia? Poteſt itidem revocatio intimari in Camera, & in Cancellaria, ſed intimata ſolum in Camera nil operatur, ſi conſenſus præſtetur in Cancellaria, vel è contra; Sufficit vero, quod revocatio Mandati ſequatur poſt Præſentatam, & ſignatam Supplicationem, cum ante conſenſum, res ſit ſemper integra, ut ita ſit locus pœnitentiæ, & quid dicendum ſi revocatione non obſtante Procurator deveniat ad expeditionem Litterarum in quibus apponi ſolet Data ſub die *Præſentatæ*, & ſic ante revocatum conſenſum? Regula locum ſibi non vindicat in Reſignatione Officiorum vacabilium, & examinantur geminæ Quæſtiones: Altera, an exhibita Supplicatione a proprietario Officii pro tranſlatione periculi vitæ a capite Titularis in aliud Caput, ſufficiat pro validitate reſignationis, quod Supplicatio fuerit ſignata vivente ipſo Titulari, vel neceſſe ſit etiam quod tunc fuerit extenſus conſenſus proprietarii? Altera vero, an ſequuta Reſignatione Officii cum ſuppoſito, quod Titularis ſit abſens, & præſtita ſolita cautione ſuperviventiæ per quadraginta dies, ſi Titularis ſit præſens, idque Præfecto Componendarum patefactum, & intra dictum tempus decedat, Officium vacare dicatur per illius obitum favore Principis?

SUMMARIUM.

1 *Reſignantis conſenſus in Beneficii Reſignatione, qua ratione requiratur?* & num. 73. 93. 112. & 248.

2 *Per conſenſum abdicatur a Reſignante jus, quod ei ſuper Beneficio competit.* & num. 16.

3 *Exponitur ſtylus, qui hodie ſervatur in expediendis Gratiis Reſignationum Beneficiorum ad favorem.* & num. 27.

4 *Juxta modernum ſtylum Conſenſus Reſignantis non extenditur, niſi poſt ſignatam a Pontifice Supplicationem.*

5 *Nec parva Data Supplicationi adjicitur, niſi poſt extenſum conſenſum, illumque adnotatum a tergo ejuſdem Supplicationis.* & num. 186. *De ſtylo tamen antiquo prius apponebatur Data, & poſtea extendebatur conſenſus.* numer. 185.

6 *Conſenſus per Reſignantem, ſeu ejus Procuratorem Reſignationi Beneficii præſtitus, retrotrahitur ad diem præſentatæ Supplicationis.*

7 *Sed, ubi agitur de ſuſtinenda validitate Reſignationis, probari poteſt præſtitus poſt diem Præſentatæ.*

8 *Et ponitur exemplum.*

9 *In Reſignationibus Beneficiorum ad favorem de jure antiquo neceſſarius erat duplex conſenſus, alter cauſalis, in quo Gratia ſubſtantiatur; & alter formalis in Camera, vel Cancellaria præſtandus pro expeditione Literarum.*

10 *Regula tamen nihil diſponit circa conſenſum cauſalem.*

11 *Et hodie unicus præſtatur conſenſus, qui ad utrumque effectum deſervit.*

12 *Conſenſui formali Reſignantis Pontifices aliquando derogare conſueverunt.* & num. 99. *Non enim ille reſpicit ſubſtantiam Gratiæ.* ibidem.
Et referuntur exempla. num. 33. & 14.

15 *Intellige, dummodo præceſſerit Conſenſus cauſalis.*

17 *Sine conſenſu Reſignantis Litera Reſignationis nullatenus expediri poſſunt, & expedita, nulla, & irrita eſt Reſignatio.*

18 *Et hujuſmodi conſenſus debet eſſe expreſſus, nec ſufficit tacitus, vel præſumtus.*

19 *Reſignatio Beneficii a Mente capto, vel Demente poſſeſſi, non aliter admitti ſolet, quam prævio conſenſu Curatoris ad illum præſtandum ſpecialiter deputati, & reſervata, ut plurimum, congrua Penſione favore Dementis, ſeu Mente capti.*
Et referuntur exempla. ibidem.

20 *Reſignationes quoque Officiorum vacabilium ex Perſona illorum, qui ſunt dementes, ſeu Mente capti, admittuntur, deputato Curatore, ad præſtandum conſenſum. Et referuntur exempla.*

21 *Conſenſus præſtari debet, nedum in Reſignatione Beneficii, ſed etiam in ceſſione Juris, quod quis ſuper eo habet.*

22 *Ceſſio Juris præfati regulariter fraternizat cum Reſignatione.*

23 *Sed, proprie loquendo, dicitur reſignari Beneficium, quod poſſidetur, & cedi Juri ſuper eo competenti.*

24 *Literis Apoſtolicis etiam non expeditis, ceditur juri competenti vigore Supplicationis ſignatæ, & regiſtratæ.*

25 *Sed Ceſſio hujuſmodi non poteſt, niſi libere fieri.*

26 *Aliquando tamen ex gratia ſpeciali admittitur etiam ad favorem.*

27 *In permutatione Beneficiorum præſtari debet conſenſus a Compermutantibus.*

28 *Quemadmodum in Coadjutoria a Coadjuto.*
Et ratione hujuſmodi conſenſus Coadjutoria non eſt odioſa, nec expectativæ æquiparatur. num. 29.

30 *Refertur diſcrepantia inter* Lotterium, *&* Gonzalez *in aſſignanda ratione, ob quam neceſſarius ſit in Coadjutoria Coadjuti conſenſus.*

31 *Coad-*

31 *Coadjutoria non eſt Reſignatio, nec vim Reſignationis habet.*
Impropriè tamen, & largo modo loquendo, venit ſub nomine Reſignationis. num. 38.

32 *Exponuntur quamplurimæ differentiæ vigentes inter Coadjutoriam, & Reſignationem.* & num. 35. 36. 37.

33 *Per Coadjutoriam non vacat Beneficium, ſed vacatio oritur poſt obitum Coadjuti.*

34 *Sed ob clauſulam -* ex nunc pro tunc -, *quæ adjicitur in Literis Coadjutoriæ, eodem inſtanti obitus Coadjuti, vacatio dicitur conſumta favore Coadjutoris.*

39 *Dementibus, & Mente captis Pontifices deputare ſolent Coadjutores in Beneficiis, quæ obtinent vel Motu proprio, vel prævio conſenſu Curatoris, Congrua ipſis Coadjutoribus aliquando aſſignata; & referuntur exempla.*

40 *Quemadmodum Beneficiatis ſanæ mentis, etiam invitis, aliquando Pontifices, juſtis concurrentibus cauſis, Coadjutores deputarunt. Pluraque exponuntur exempla.*

41 *Nec non Epiſcopis pariter invitis.*

42 *Pro validitate Reſignationis, præter conſenſum Reſignantis, requiritur etiam illius juramentum, quod non interceſſerit Simoniæ labes, aut aliqua illicita pactio.* & num. 43.

44 *Refertur clauſula adjici ſolita in Literis Reſignationis ad favorem, qua injungitur earum Executori, ut attente circumſpiciat, ne Simoniæ labes, aut aliqua alia illicita pactio interceſſerit.*

45 *Et clauſula hujuſmodi depromta eſt ex Conſtitutione* XXXII. S. Pii V.

46 *Reſignans, qui præſens eſt in Curia, tenetur per ſe ipſum præſtare conſenſum, nec ſufficit, quod illum præſtet per Procuratorem.* & num. 60.

47 *Sed Cardinales in Curia præſentes, Reſignationibus Beneficiorum ad favorem, quas explent, conſenſum præſtant per ſchedulam, aut Chirographum per ipſos ſubſcriptum, proprioque ſigillo munitum.*

48 *Regula decernens, Reſignantem in Curia præſentem teneri per ſe ipſum præſtare conſenſum, exorbitat a Jure.* & num. 68.

49 *Proindeque odioſa reputatur, & ſtrictam recipit interpretationem.* & eodem num. 62. & 131.

50 *Reſignans, ſi abſens ſit a Curia, poteſt Reſignationi Beneficii conſenſum per Procuratorem præſtare.*

51 *Reſignans in Curia præſens prohibetur Procuratorem conſtituere ad effectum, ut ipſo poſtea abſente, conſenſum Reſignationi præſtet. Et explicantur DD. qui contrarium innuere videntur.* num. 52.

53 *Qui Reſignationem infringere contendit ex motivo præſentiæ Reſignantis in Urbe tempore præſtiti a Procuratore conſenſus, præſentiam ipſam probare tenetur.*

54 *Et quidem concludenter, non præſumtive, ac in eadem die, qua præſtitus fuit conſenſus.*

55 *Nec Rota admiſit probationem præſentiæ in Urbe deſumtam ex eo, quod Beneficiatus die præſtiti conſenſus ſubjectus non fuit punctaturis, ob non intereſſentiam in Choro. Et de ratione.*

56 *Conſenſus a Procuratore conſtituto in abſentia Reſignantis præſtitus Reſignationi, poſtquam Reſignans in Urbe præſens reperitur, tunc nullus eſt, ſi Reſignans in Urbe ſupervenerit re integra, antequam Procurator Mandato uti inceperit.* & num. 57.

58 *Secus vero, ſi Reſignans, re non amplius integra, ſed poſtquam Procurator Mandato uti cæpit, ad Urbem acceſſerit. Et de rationibus* num. 60. & ſeqq.
Præſertim, ſi conſenſus præſtitus fuit bona fide, eo quia Procuratori ignotus erat adventus Reſignantis ad Urbem. num. 72. & 86.
Et caſus iſte, veluti mixtus non comprehenditur ſub cenſura Regulæ, quæ loquitur de caſu ſimplici, præſentia nempe Reſignantis in Urbe, nedum tempore præſtiti a Procuratore conſenſus, ſed etiam tempore, quo ipſe Supplicationem porrexit, & ſignaturam, ac Datam obtinuit. num. 65. 66. 88. 91. & 97.
Et explicantur Deciſiones Rotæ 410. par. 14. & 39. part. 16. Recent. num. 76. & ſeqq. & num. 82. & ſeqq.

59 *Revocatio Mandati expleta poſt præſtitum a Procuratore conſenſum formalem, Reſignationi non officit.*

61 *Regula præſcribens, quod conſenſus præſtandus ſit per ſe ipſum a Reſignante in Curia præſente, intelligitur de præſentia fixa, & permanente, non accidentali, & tranſitoria.* & num. 87.
Hinc qui per accidens, & caſualiter adeſt, adeſſe non videtur. num. 62.
Nec Romæ præſens dici poteſt, qui inibi non perſiſtit, & inhabitat, ſed veluti Hoſpes moratur. ibidem.

62 *Regula VIII. ſuper Cardinalium abſentia ab Urbe non afficit Cardinales abſentes, ſed cito reverſuros.*

67 *Regula, quæ loquitur de caſu ſimplici, non comprehendit caſum mixtum, ſed remanet iſte ſub diſpoſitione Juris communis.* & num. 88. 130. & 137.
Et hoc jure inſpecto, omnis actus, quemadmodum per ſe ipſum, ita & per Procuratorem expleri poteſt. ibidem.

69 *Initium actus, præſertim inſpiciendum eſt pro dijudicanda illius validitate.*

71 *De ſtylo Datariæ in Reſignationibus, Signatura, Conſenſus, & Data adnotantur ſub diem* Præſentatæ, *quamvis actus præfati materialiter fiant ſub diverſis diebus.* & num. 76. 79. 104. & 197.
Poſſunt tamen etiam extendi, & poni ſub alia die, cum id ſit poſitum in arbitrio Datarii. num. 197.

76 *Qui præſens in Urbe eſt, ſi Mandatum det ad reſignandum, & deinde recedat, valida eſt Reſignatio expleta vigore conſenſus præſtiti a Procuratore in abſentia Reſignantis.*
Intellige, quando Reſignans in Curia præſens, re integra Procuratorem conſtituat, & re integra ab Urbe recedat, ante ſcilicet præſentatam Supplicationem, ſecus, ſi Mandatum exaraverit poſt Præſentatam. & num. 78. & 80.
Redditur ratio. num. 79.

77 *Contrariorum eadem eſt ratio, idemque judicium.*

82 *Adverſus Impetrantes certo modo Beneficia, Tribunalia rigide procedunt, & in dubio contra ipſos reſpondent.*

85 *Nullitas actus quacumque benigna legis interpretatione vitanda eſt.*

89 *Reſignatio per publicum documentum exarata, quando nempe quis in partibus coram Notario, & Teſtibus reſignat, & dimittit ad alterius favorem Beneficium in manibus Pontificis, poſteaque vigore ejuſdem Inſtrumenti in*

Urbe producti præſtatur a Sollicitatore Reſignantis conſenſus, an valida ſit?

90 *Proponitur Sententia affirmativa, pro qua reſolutum fuit in Rota de annis* 1693. 1716. & 1718. num. 120. & 125. *& exponuntur rationes*, dicto num. 90. 91. & ſeqq. & 101.

96 *Et Reſignatio dicto modo expleta, juxta praxim, & ſtylum Cameræ, & Cancellariæ admitti ſemper conſuevit*, num. 122. & 172.

Sed injungitur ei, qui Inſtrumentum exhibuit, ejuſque vigore conſenſum præſtitit obligatio producendi intra certum tempus Mandatum ratificatorium Reſignantis. num. 123.

Eoque intra tempus præfatum non exhibito, Reſignationis actus remanet nullus, nec jus abdicatur a Reſignante. num. 124. & 127.

97 *Stylus facit jus, etiam contra Apoſtolicas Conſtitutiones.*

98 *Eoque magis attendi debet, ſi non ſit contra, ſed præter legem.*

Et a Principe, ejuſque Officialibus ſcientibus non reprobatur.

101 *Clauſula* -- ſive præmiſſo, ſive quovis modo &c. etiam coram Notario, & Teſtibus &c. *in Literis Reſignationis Beneficii ad favorem apponi conſueta, quid operetur?*

102 *In quæſtione, de qua ſupra* num. 128. *proponitur Sententia negativa, quod nempe Reſignatio per publicum documentum in partibus exarata non ſubſiſtit.*

Et ita recedendo a prius deciſis, reſpondit Rota. num. 120. & 126.

Hæcque ſententia magis conſona videtur diſpoſitioni Regulæ. num. 121.

Licet prior ſit innixa praxi Cameræ, & Cancellariæ. num. 122.

103 *Reſpondetur contrariis rationibus*, & num. 104. & ſeqq.

Necnon ſtylo Notariorum admittendi hujuſmodi publica Reſignationum Inſtrumenta, & extendendi eorum vigore conſenſum. n. 113. *& ſeqq.*

Et clauſula -- ſive præmiſſo, ſive quovis alio modo &c. -- *in Literis Apoſtolicis Reſignationum Beneficiorum ad favorem inſeri ſolita.* num. 118. & 119.

104 *Facultas ad jurandum non cenſetur Procuratori impertita, niſi expreſſe, & ſpecialiter de ea mentio fiat in Mandato.*

107 *Caſus mixtus comprehenditur ſub lege loquente de ſimplici, quando utriuſque reſpectu eadem ratio militat.*

108 *Regula quidquid præſcribit circa conſenſum Reſignationi Beneficiorum præſtandum, pro forma ſubſtantiali præſcribit.*

Proindeque adimpleri nequit per æquipollens. ibidem.

109 *Præſentia Parochi pro evitandis fraudibus a Concilio Tridentino requiſita pro validitate Matrimonii, nec mille teſtium præſentia ſuppleri poteſt.*

110 *Quemadmodum nec forma a legibus præſcripta in Teſtamentis condendis adimpleri poteſt per æquipollens.*

114 *Stylus contra Regulas Cancellariæ Decreto irritanti munitas, attendi non debet, niſi ſaltem de eo conſtet cum præſcriptione, & uniformi obſervantia, ceteriſque requiſitis neceſſariis pro inducendo ſtylo contra jus.*

117 *Stylum contra jus a Collegio* Curſorum *inductum, Rota approbare noluit.*

128 *Procurator ab abſente conſtitutus ad conſenſum Reſignationi præſtandum, debet eſſe certus, & ſpecialiter in Inſtrumento nominatus.*

129 *Hinc nullum eſt mandatum, ſi nemo in eo deſcriptus reperiatur, ſed Procuratoris nomen ſit in albo relictum. Et de ratione.* Ibidem. & num. 134.

130 *Sed de ſtylo Curiæ admittuntur Mandata ad reſignandum, relicto in albo nomine Procuratoris, qui poſtea in eo deſcribitur.*

131 *Quemadmodum de ſtylo Curiarum omnium Eccleſiaſticarum ſimilia Mandata non rejiciuntur.*

132 *Matrimonium contractum cum Mandato Procuræ ſpecialiter exarato ad contrahendum cum certa Perſona, ſed cum nomine Procuratoris in albo relicto, quod poſtea fuit a Patre Sponſæ repletum, validum exiſtimavit Sacra Congregatio Concilii.*

133 *Quemadmodum & alterum Matrimonium contractum cum Mandato Procuræ extenſo in folio albo, cui Vir ſubſcripſerat ſub illis verbis* -- conſtituo ut ſupra.

135 *Revocatio Mandati ad contrahendum Matrimonium ſpeciali jure ſubſiſtit, etiamſi non fuerit Procuratori intimata.*

136 *Et ad removendum omne Dubium, ſi ignotus ſit Procurator, quia ejus nomen relictum in albo Mandati, revocatio fieri poteſt vel Parocho, vel Perſonæ certæ, cum qua eſt contrahendum, vel coram Ordinario.*

137 *Conſenſus Reſignationi præſtari debet ab ipſo Procuratore perſonaliter, nec ſi abſens ſit, aut infirmus, præſtari valet per Inſtrumentum, aut per Epiſtolam.*

138 *Reſignans nequit Procuratorem conſtituere per Epiſtolam, nec illius vigore poteſt Notarius conſenſum extendere. Et quare?* numer. 139. & 140.

Mandatum tamen per Epiſtolam exaratum ſufficit ad effectum porrigendi Supplicationem Pontifici pro Gratia Reſignationis obtinenda. num. 144.

141 *Contrarium, quod poſſit in terminis hujus Regulæ conſtitui per Epiſtolam Procurator ad conſenſum Reſignationi præſtandum.*

Redditur ratio. num. 142.

143 *Mandatum ad reſignandum probari poteſt per conjecturas.*

145 *Si poſt præſentatam Supplicationem inſcio Reſignante, ſuperveniat Mandatum pro Reſignatione facienda, conſenſus illius vigore præſtitus, actum nulliter antea geſtum confirmat.*

146 *Priſcis temporibus Literæ Miſſivæ non admittebantur pro conſenſu præſtando.*

Et ſolum inſerviebant pro conſenſu cauſali. ibidem.

147 *Sed hodie admittuntur cum obligatione de rato.*

148 *Hæcque obligatio operatur, ut donec exhibeatur Mandatum ratificatorium, abdicatum non ſit a Reſignante jus, quod habet ſuper Beneficio.*

149 *Conſenſus a Procuratore Reſignationi præſtandus, Literarumque expeditio, uniformes eſſe debent Mandato; Et aliter expleta Reſignatio, nulla eſt, nec jus abdicat a Reſignante.* ibidem. & num. 161.

150 *Si Mandatum ad reſignandum ſit exaratum cum reſervatione fructuum favore Reſignantis, & Procurator conſenſum Reſignationi præſtet cum reſervatione Penſionis in certa quantitate, Reſignatio nulla eſt.*

151 *Quemadmodum non ſubſiſtit reſignatio expleta* ſub

Digitized by Google

ſub narrativa, quod Beneficium non eſſet reſervatum, quando in Mandato expreſſum erat, illud eſſe duplici reſervationi obnoxium.

152 *Reſignatio expleta, non ſervata forma Mandati, nulla eſt, etiamſi conditiones præſcriptæ, fuerint inſolitæ, & a Pontifice admitti non conſuetæ.*

153 *Limita, ſi Mandatum contineat clauſulam* -- Si SSmo placuerit, & non aliter. --
Tenetur tamen Procurator conditiones illas a Reſignante volitas in Supplicatione exprimere.

154 *Reſignatio a Procuratore, qui Mandati fines exceſſit, expleta, ſuſtinetur, ſi Mandans exceſſum approbaverit, & ratificaverit.*

155 *Solet tamen imponi hoc caſu Procuratori onus exhibendi intra certum tempus ratificationem per publicum Inſtrumentum.*
Et ſtante hujuſmodi obligatione, an ſufficiat ratificatio per literas miſſivas. ibidem. & num. 157.

156 *Ratificatio hæc pro ſuſtinenda validitate Reſignationis, an produci, & exhiberi debeat Officialibus in vita Reſignantis?* & n. 157. 158. & 160. & ſeqq.

159 *Et an ratificans ipſe ſupervivere debeat per viginti dies a die exhibitæ ratificationis?* & num. 164.

167 *Conſenſus Reſignationi Beneficii ad favorem, non alibi, quam in Cancellaria, vel Cameræ præſtari debet.* & num. 106. & 168.

169 *Regulæ diſpoſitio locum tantummodo ſibi vindicat, ubi conſenſus Reſignationi præſtandus eſt in Cancellaria, ſecus ſi in Camera.*

170 *Cameræ Notarii procliviores eſſe ſolent in admittendo conſenſum, etiam non ſervata ad unguem forma a Regula præſcripta.*

171 *Contrarium, quod Regula ex identitate rationis locum habet etiam in Camera, licet de ea non loquatur.*

172 *Recenſentur quamplures differentiæ, quæ circa ſtylum admittendi conſenſum in Reſignationibus ad favorem intercedunt inter Cameram, & Cancellariam.* & num. 173. 174. & 175.

176 *Conſenſus Reſignationi juxta ſtylum Cancellariæ præſtari debet a Procuratore intra annum a die exarati Mandati.*

177 *Quod etiam ſervatur in Reſignationibus ad favorem de Beneficiis Galliæ.*

178 *Mandatum procuræ ad reſignandum exaratum in Hiſpaniis, Officiales Datariæ poſt quinquennium admittere noluerunt.*

179 *Contrarium, quod Procuratori nullum ſit præfixum tempus ad conſenſum Reſignationi præſtandum.*

180 *Et præſtari poteſt etiam poſt quatuor annos a die confecti Mandati.*

181 *Reſignantis voluntas ſemper pro effectuatione Reſignationis durare cenſetur, donec mutata non appareat.*

182 *Conſtitutio* Clementis VII. *decernens, quod Conſenſus in Reſignationibus extendi debet intra quindecim dies a die miſſæ Supplicationis ad Regiſtrum, non fuit uſu recepta.*

183 *Procurator, qui in vita Reſignantis Mandato uti cœpit, poteſt ex Conſtitutione* Alexandri VI. & Leonis X. *conſenſum præſtare etiam poſt illius obitum.* & num. 201. & ſeqq.

184 *Intellige quando Supplicatio vivo Reſignante nedum fuit ſignata, ſed etiam Datata; & de ratione.* num. 190.

185 *Contrarium, quod ſufficiat Supplicationem fuiſſe vivo Reſignante porrectam, eique appoſitam* Præſentatam.
Et ratio, propter quam requirunt nonnulli Doctores Datam vivo Reſignante, militat etiam ſtante ſola Præſentata. n. 190. & 191.

187 *Priſcis temporibus, ſtante ſola parva Data, ſeu parvo conſenſu, poterat poſt mortem Reſignantis extendi Procuratoris conſenſus formalis.*

188 Præſentata *ſucceſſit in locum parvæ Datæ, ſeu parvi conſenſus, & cum ipſo fraternizat.* & num. 189.

192 *Gratia Reſignationis ex* Præſentata *Supplicationis, illiuſque Signatura, dicitur perfecta, ſed revocabiliter, donec præſtetur conſenſus formalis.*

193 *Conſenſus poſt obitum Reſignantis præſtari nequit a Procuratore, quamvis Supplicatio eo vivente præſentata, & ſignata fuerit. Et hoc jure hodie vivitur.* num. 205.
Reſpondetur exemplis in contrarium. num. 199. & 200.

194 Præſentata *ſubrogata non fuit loco antiquæ parvæ Datæ, ſeu parvi conſenſus. Et de ratione.* num. 195. & 196.

197 *Signatura, Conſenſus, & Data, non ſemper retrotrahuntur ad diem* Præſentatæ.

198 *Parva Data, etiam juxta modernum ſtylum, in Beneficiorum reſignationibus ſublata non eſt, ſed ſolum immutata ratione temporis, nam priſcis temporibus ante conſenſum formalem, hodie poſt illum apponitur.*

206 *In Coadjutoriis, an poſſit admitti conſenſus Procuratoris poſt obitum Coadjuti? diſtinctione plurium caſuum Quæſtio dirimitur.*

207 *In Coadjutoriis, ad differentiam Reſignationum, prius apponitur Supplicationi Data, & poſtea extenditur conſenſus.*

208 *Et de ſtylo Datariæ in Coadjutoriis, quæ expediuntur ultra Montes, Data apponitur per duos Menſes ante diem ſolutionis Componendæ, & per Menſem in illis, quæ expediuntur in Italia.* & num. 200.
Et ſtylum hunc laudant Doctores, uti valde æquum; & quare? ibidem.

209 *Gratia Coadjutoriæ ſignata, ſi ante ſolutionem Componendæ notitia mortis Coadjuti in Menſe Ordinarii ſequutæ, superveniat, conſenſus ampiius extendi non debet in præjudicium Ordinarii, & ab eo proviſi.* & num. 210.
Pluriesque mandatum fuit reſtitui Componendam poſt notitiam præfatam perſolutam. ibidem.
Intellige, quando Gratia Coadjutoriæ eſt conditionalis, & relativa ad conſenſum Coadjuti, ſecus ſi facta Motu proprio *Pontificis ſine conſenſu præfato, hoc enim caſu demandari poteſt expeditio Coadjutoriæ,* n. 311.
Redditur ratio, quia nemini fit præjudicium, dum Canonicatus remanet ob appoſitionem manus Papæ illius diſpoſitioni affectus. ibidem.

212 *Sequuto obitu Coadjuti in Menſe Sedi Apoſtolicæ reſervato ſola Supplicatione ſignata, plurimum operatur arbitrium Datarii pro extenſione conſenſus, & expeditione Coadjutoriæ.*

213 *Et referuntur exempla permiſſæ hujuſmodi præſtationis conſenſus.*

214 *Notitia obitus Coadjuti ſuperveniens poſt ſolutam Componendam, & Supplicationem datatam, non impedit, quominus Procuratoris Conſenſus extendi poſſit,* & num. 305.

Redditur

Redditur ratio. ibidem.

Et explicatur Deciſio Rotæ 1149. coram Emerix. num. 215.

216 *Coadjutoria Gratia nulla eſt, etiam Literis Apoſtolicis expeditis, ſi probetur, actus ſolutionis Componendæ, Datationis, & Conſenſus ſequutos fuiſſe poſt obitum Coadjuti. Et quare?* num. 217.

219 *Contrarium, quando Supplicatio ſignata fuit a Pontifice vivente Coadjuto; Et redditur ratio.* num. 220. & 225. & ſeqq.

Amplia, etiam ſi ſolutio Componenda, Data, & Conſenſus ſequuti fuerint, poſtquam Procurator notitiam habebat de obitu Coadjuti. Redditur ratio, & reſpondetur contrariis rationibus. num. 222. & ſeqq.

221 *Contra factum Datariæ mandantis apponi Antidatam non admittitur probatio.* & numer. 223. & num. 228. & 274.

224 *Dolus, & mala fides nemini patrocinari debent.*

225 *Conſenſus a Procuratore Coadjutoriæ præſtandus extenditur de ſtylo Datariæ ſub eadem die, ſub qua apponitur Supplicationi Data.* & num. 227.

226 *Et adverſus hujuſmodi ſtylum nulla admittitur probatio, etiam deſumta ex Partitis extractis a libris Componendæ, aut Regeſtri.*

230 *Factum conſummatum præſumitur bona fide expletum.*

231 *Tam in Coadjutoriis, quam in reſignationibus admitti poteſt conſenſus poſt obitum Reſignantis, aut Coadjuti, quando illius notitia eſt vaga, & incerta; ſecus ſi certa, ac nota Officialibus; & ſi hoc caſu admittatur, Gratia eſt nulla, & quare?*

232 *Vel quando abeſt omnis ſuſpicio fraudis, & colluſionis.* & num. 236.

233 *De fraude committi ſolita, quod ſignata Supplicatione ſuper Reſignatione, ſuſpenditur præſtatio conſenſus, ut ſi interim præmoriatur Reſignatarius, Beneficium remaneat penes Reſignantem, ſi vero præmoriatur Reſignans, præſtetur poſt illius obitum conſenſus.*

234 *Fraus hæc per Leodienſes Expeditores ſæpe committi conſueverat.*

235 *Et ad illi opportune occurrendum in Supplicationibus Reſignationis Beneficiorum Diœceſis Leodienſis apponi conſuevit clauſula* – Quod ſi apparuerit, aliam Supplicationem ſignatam fuiſſe &c.

237 *Conſenſus a Procuratore; qui, Reſignante in humanis degente, Supplicationem pro Reſignatione porrexit, non aliter præſtari poteſt poſt obitum Reſignantis, quam ſi eo vivente Mandatum habuerit, & acceptaverit.*

238 *Si ad plurium favorem ſuper ejuſdem Beneficii Reſignatione conſenſus præſtitus fuerit, primus attendi debet.*

239 *Et Literæ vigore poſterioris conſenſus expeditæ, etiam ſub priori Data, nullius ſunt roboris.*

240 *Refertur Decretum præſervativum prioris conſenſus, ſi præſtitus fuerit, in Literis Reſignationis Beneficii ad favorem, adjici ſolitum.*

241 *Et Decretum hujuſmodi prioris conſenſus præſervativum, intelligitur de conſenſu valido, & effectuato, ſecus de conſenſu nulliter præſtito.*

242 *Sequuta Reſignatione per publicum Documentum, juxta modum, de quo ſupra* num. 128. *non poteſt Reſignans amplius pœnitere.*

Contrarium, quod locus ſit pœnitentiæ, ante conſenſum formalem præſtandum in Cancellaria, vel in Camera; Et redduntur rationes. num. 242. & ſeqq. & num. 251.

243 *Sequuta Beneficii renunciatione in manibus Ordinarii, ſtatim, ac fuit illa admiſſa, vacat Beneficium.*

247 *Si Reſignans porrigat Supplicationem, poſteaque conſtituat Procuratorem ad reſignandum, & moriatur, nequit amplius Procurator præſtare conſenſum. Et de ratione.*

250 *Donatio non eſt perfecta, niſi poſt inſinuationem, & antea revocari poteſt.*

252 *Ante conſenſum formalem a Procuratore præſtitum, etiam Supplicatione ſignata, non prohibetur Reſignans Mandatum revocare, ſecus præſtito jam conſenſu, quia res non eſt amplius integra.* & num. 253. 270. 272. 279. & 283.

Et revocatio Mandati re integra fieri poteſt, etiam ſi Procurator conſtitutus fuerit cum Juramento de non revocando. num. 256.

254 *Quemadmodum reſilire nequit Coadjutus, poſtquam illius Procurator Coadjutoriæ conſenſum accommodavit.*

255 *Nec alter ex Permutantibus poſt præſtitum a ſuo Procuratore Permutationi conſenſum.*

257 *Mandati revocatio intimari debet Procuratori, alias conſenſus ab eo revocationis inſcio Reſignationi præſtitus, rite ſubſiſtit.*

258 *Limita, ſi per Procuratorem ſteterit, quominus ipſi ante præſtitum conſenſum intimatio revocationis fieri valuerit.*

259 *Revocatio Mandati poteſt etiam intimari in actis Notariorum tam Cameræ, quam Cancellariæ.* & num. 260.

261 *Exhibita revocatione Mandati in Cancellaria, ſi conſenſus præſtetur in Camera, rite præſtitus cenſetur; quemadmodum e contra, ſi exhibeatur ſolum in Camera, & conſenſus præſtetur in Cancellaria.*

262 *Revocatio Mandati, ut rite ſubſiſtat, ſufficit, quod ſit intimata ſoli Principali, ad cujus favorem præordinata eſt reſignatio.*

263 *Imo ſat eſt, quod abſque ulla intimatione, principalis ipſe, vel Procurator, certo ſciant Mandatum fuiſſe revocatum.* & num. 266.

264 *Si Principalis, cui Mandati revocatio intimata fuit, commode de illa certiorem reddere non poſſit Procuratorem, & iſte expenſas pro Reſignationis expeditione interim faciat, tenetur Mandans ad earumdem refectionem.*

265 *Revocatio Mandati fieri debet Reſignatario, vel Procuratori perſonaliter, nec ſufficit, quod exequatur Domi dimiſſa Copia, & de ratione.*

Niſi doceatur aliunde, quod ad eorum notitiam pervenerit, aut quod ipſi latitarent, ſeu præſentes non eſſent in loco. num. 268. & 269.

267 *Scientia præſumta non ſufficit in præjudicialibus, ſed requiritur certa, & indubitata.*

270 *Si poſt obtentam a Procuratore* Præſentatam, *ſequatur revocatio Mandati, quamvis poſtea Procurator conſenſum præſtet, & Literas Reſignationis ſub die* Præſentatæ *expedire curet, Reſignatio non ſubſiſtit.* & num. 272.

Revocatur hæc Sententia in dubium, & de ratione? num. 273. & 274.

275 *Regulæ diſpoſitio quoad conſenſum in Reſignationibus præſtandum, locum ſibi non vindicat in reſignatione Officiorum vacabilium.*

276 *Licet*

276 *Litet' quoad alia valeat argumentum a Reſignatienibus Beaeficiorum ad Reſignationes eorumdem Officiorum.*

278 *Reſignatio Officiorum vacabilium non dicitur perſecta, niſi poſt exteaſum conſenſum.* & num. 280.
Redditur ratio. num. 279.
Et explicantur Doctores aſſerentes, illam perfici per ſolam Supplicationis Signaturam. num. 290. & 291.

281 *Sola Signatura in Reſignatioaibus non inducit Gratia perſectionem, quia Papa Supplicationes ſignat ea conditione, ut aceedat conſenſus Reſignantis, & datentur, & a die Datæ, & conſenſus extenſi Gratiam facere intendit.*

282 *Sola Supplicatio ſignata poteſt a Papæ Officialibus lacerari.* & num. 292.

284 *Superveniente morte Reſignantis poſt Supplieotionem ſignotom, & ante conſenſum extenſum, Beneficium vacat per obitum, & non per Reſignationem.*

285 *Conſtitutio* Julii II. *qua decernitur, ut ad Officia Collegii Scriptorum Archivii poſſit fieri admiſſio per ſolam Supplicationem ſignatam abſque Literarum Apoſtoliearum expeditione, intelligitur de Supplicatione integraliter expedita, nempe, prævio Reſignantis conſenſu datata.*

286 *Ad poſſeſſionem Officiorum vacabilium nemo admittitur ſine Supplicatione datata, & regiſtrato.*

288 *Reſcripta Principum ſine die, & Conſule non ſubſiſtunt.*

289 *Decretum, quod ſola Signatura ſufficiat, ut ſuum operetur effectum requirit, quod Supplicatio ſit aedum ſignata, verum, & datata, ac regiſtrata.*

291 *Gratia initium, vires, & efficaciam ſumit a Data.*

292 *Et ante Datam non dicitur eſſe in rerum natura, etiam ex voluntate Papæ, qui ſignando Supplicationem ſcit, Datam ei apponendam eſſe a ſuo Datario.*

293 *Sola Supplicatio ſignata ſuper Reſignatione Officii reddit Gratiam perſectam quoad Principem.*

294 *Contrarium; traditur ratio, & ponderatur maximum abſurdum, quod alias ſequeretur. num.* 296.

295 *Papa, ſignando Supplicationes ſuper Reſignationibus Officiorum vacabilium, eas ſignat ſub coaditione, quod aceedat conſenſus illorum, quorum intereſt, ut datentur.*

297 *Perfectio Gratiæ Reſignationis Officii vacabilis ante extenſum conſenſum erui non poteſt ex eo, quod Supplicatio pervenit ad Officium Componendæ. Et redditur ratio.*

298 *Conſenſus Reſignationi Officii in alieno Capite deſcripti, non poteſt dici praſtitus ab illius Proprietario, ex quo iaſtetit pro odmiſſione Reſignationis, curavit viſitari Officialem, & obtinuit Signaturam Supplicationis. Et quare?* num. 299.

300 *Conſenſus in Reſignationibus Officiorum debet eſſe expreſſus, & coram Teſtibus a tergo Supplicationis extendi.* & num. 301.

302 *Supplicatione etiam ſignata ſuper Reſignatione Officii vacabilis, praſtari nequit conſenſus a propriſtario poſt obitum Titularis.* & num. 310.

304 *Supplicationi Reſignationis Officii vacabilis non apponitur* Præſentata.

306 *De proximo moriturus babetur pro mortuo, eique aſſimilatur.* & num. 321.

307 *In Societatibus Offiriorum ſ[illegible] ſtatus deſperatæ ſalutis Officialis facit rem non eſſe amplius integram.*

308 *Officii vacabilis Reſignatio expleta in præjudicium imminentis illius vacationis nulla, & irrita eſt.*

309 *De ſtylo Datariæ Supplicatioae etiam ſignata ſuper Officiorum reſignatione, bae non amplius admittitur, ſi detegatur, aut poſtea superveniat Reſignantis infirmitas.*
Quamvis a Datariæ Miniſtro expleta fuerit Viſitatio Titularis. num. 317. & 322.
Et explicatur Card. de Luc. de Regalibus diſcurſ. 6.
Amplia, etiam ſi in conceſſione Officii nulla lex adjecta fuerit, quod tempore infirmitatis alienari non poſſit. num. 315. & 319.

311 *Pro obſervantia interpretativa inducenda, ſufficit, ita ſemel ſervatum fuiſſe.*

313 *Dictio –* præterquam *-- eſt exceptiva, & importat contrarium ejus, quod in Regula continetur.*

314 *Beneficii renunciatio in fraudem expleta irrita eſt.*

316 *Mutatio periculi vitæ a Reſervatario Officiè facta dum Titularis morti proximus reperitur, tanquam in fraudem proximæ vacationis expleta, non ſubſiſtit.*

318 *Animus non trahitur ad ea ignorata, quæ cognita, geſta non fuiſſent.*

320 *Aſſenſus a Principe alienationi Feudi impertitus non aliter ſubſiſtit, quam ſi in eadem babilitate, & ſtatu tempore alienationis Feudatarius permanſerit.* & num. 323.

327 *Negligentia Miniſtri Datariæ in admittenda Reſignatione, dum Officialis reperitur infirmus, an præjudicet eidem Datariæ?* & num. 357.

328 *Non præjudicat Datariæ, ubi Officium reſidet penes unam Perſonam eum reſervatione Decreti favore alterius.*
Redditur ratio, quia hoc caſu in ipſa conceſſione apponitur lex, quod Reſervatarius non poſſit de illo diſponere in caſu infirmitatis Titularis. ibidem. num. 312.
Et quaſtio, de qua num. 327. *locum ſibi vindicat, quando agitur de Officio, cujus proprietas, & periculum reſidet in eadem Perſona, quia tunc nulla lex in illius proviſione apponitur, & de ſtylo ſolum eſt introductum, ne reſignatio admittatur in infirmitate.* num. 319. & 326.

329 *Legi adjecta in conceſſione Officii, quod Reſervatarius in caſu infirmitatis Titularis de eo diſponere non poſſit, ſatis difficiliter Pontifices diſpenſare ſolent.*

330 *Cenſetur tamen ei diſpenſatum, ſi facta in Supplicatione expreſſione gravis infirmitatis Titularis, Papa reſigaationem admittat.*

331 *Officia vacabilia ſine Pontificis aſſenſu non ſunt in commercio.*

334 *Licentia reſignandi Officia præfata, ſeu transferendi periculum vitæ de una in aliam Perſonam, non indulgetur, niſi poſt plures expletos diligentias a Miniſtro Datariæ in explorando ætatem, & valetudinem Officialis, ne admiſſio ſequatur in fraudem futuræ vacationis.*

335 *Stylus eſt, quod ſi Poſſeſſor Officii eſt abſens, tunc ad probandam bonam illius valetudinem.*

nem non admittuntur Teſtium, aut Notariorum depoſitiones, ſed requiruntur Litteræ Teſtimoniales ipſius Ordinarii, & inſuper fidejuſſio ſuperviventiæ per quadraginta dies. & num. 346.

Et conditio hæc ſuperviventiæ, quamvis in Supplicatione Reſignationis non inſeratur, adhuc tacite, & virtualiter ei ineſſe cenſetur. Et num. 347. & 348.

Redditur ratio hujuſmodi ſtyli. num. 361.

336 *Si vero Officialis eſt præſens in Urbe, Præfectus Componendarum illum viſitat, & facta relatione, reſignandi licentia conceditur, vel reſpective denegatur.* & num. 355. & 357.

Et hujuſmodi viſitatio perſonaliter a Præfecto Componendarum facienda, eſt de forma ſubſtantiali pro validitate Reſignationis requiſita. num. 373. 375. 376.

Nec proinde ſuppleri poteſt per æquipollens, nempe per cautionem ſuperviventiæ. num. 350.

Aut per Teſtium depoſitiones ſuper illius perfecta valetudine. num. 356. 360. 365. 367. 368. & ſeqq.

Limita, ſi Poſſeſſor Officii latitaret, nam tunc admittitur Reſignatio ad inſtantiam Reſervatarii illius proprietatis, cum cautione ſuperviventiæ per quadraginta dies. num. 351.

337 *In dubio etiam levi perfectæ valetudinis Reſignantis, differtur ad aliquod tempus Reſignationis admiſſio, & ſecunda, aut pluribus vicibus fit per Officialem Viſitatio.* & num. 324.

338 *Et aliquando, quamvis Officialis ſit ſanus, nihilo minus, ſi adſit probabilis ſuſpicio, quod poſſit infirmari, adhuc denegatur Reſignationis admiſſio.*

Et ponitur exemplum. ibidem.

339 *Qui aliquid ſub conditione promittit, ea purificata, promiſſum adimplere tenetur, perinde ac ſi ab initio pure ſe obligaſſet.*

340 *Si Reſignatio Officii vacabilis eſt nulla, Officium vacat per obitum Reſignantis, quia adhuc vitæ periculum in ejus capite currit.*

341 *Deficiente ſuppoſito, ſuper quo fundata fuit obligatio, corruit & obligatio ipſa.*

342 *In actibus correſpectivis, uno ceſſante, ceſſat & alterum.*

343 *Verba per ablativum abſolutum, ſive a lege, ſive ab homine prolata, conditionem, & formam important.*

344 *Datum ſub una conditione, ſub contraria cenſetur ademtum.*

346 *Actus expletus in exequutionem alterius, regulatur ab eo, in cujus exequutionem fit.*

352 *Fidejuſſor de præſentando Debitorem non liberatur a pœna, ſi Debitor fuit alibi ex propria culpa carceratus.*

353 *Secus, ſi præſentari non poſſit, quia abſque culpa ſua a Magiſtratu detinetur.*

354 *Aut, quando factum Judicis eſt in cauſa, propter quam Reus aufugit.*

358 *Imbecillitas intellectus eſt quærere alterius viſum, ubi proprium habemus.*

359 *Teſtium, & ſi peritorum, ſolæ depoſitiones non admittuntur ſuper eo, an quis ſit infirmus, valetudinarius, & ſimilibus, ſed copulative requiritur diligens inſpectio, & examinatio Judicis.*

363 *Ea, quæ ad certum finem ſunt inducta, poſſunt adimpleri per æquipollens.*

364 *Intellige primo, quando certus non eſt præſcriptus modus adimplendi actum, ſecus ſi præſcriptus reperiatur, tunc enim modus ille debet in forma ſpecifica, & non per æquipollens adimpleri.*

366 *Intellige ſecundo, quando parti pinguius providetur per æquipollens, ſecus, quando pinguius non providetur.*

Intellige tertio, quando idem ſequitur effectus, ſecus ſi diverſus. num. 370. & 473.

368 *In Officialibus Principum nulla præſumitur colluſio, ineptia, vel affectio erga Reſignantem Officia vacabilia.*

369 *Sed hæc omnia facile dari poſſunt in Teſtibus.*

371 *Obligatio de inveſtiendo pecuniam in tot Locis Montium Cameræ Apoſtolicæ, rite adimpleta cenſetur per Inveſtimentum in locis Communitatis.*

374 *Modus præſcriptus ad effectum evitandi fraudes, pro forma requiſitus cenſetur.*

378 *Facta per Datariæ Miniſtrum recognitione Officialis, & Supplicatione ſignata, & relaxata, Officium non vacat amplius per obitum primi Titularis, quamvis poſt paucos dies ſequutum.*

379 *Reſignatio Officii in uno caſu, & certis ſub conditionibus admiſſa, extendi nequit ad alium caſum diverſum, in quo diverſa forma ſervanda erat, eaque ſervata non fuit.*

380 *Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt.*

NOn alio intuitu decernit hæc Regula, quod in Reſignationibus Beneficiorum ad 1 favorem præſtari debeat conſenſus a Reſignante, vel per ſe ipſum ſi præſens in Curia ſit, vel per Procuratorem, ſi abſens reperiatur, quam ad evitandas fraudes, quia poſſet quis nomine Beneficiarii porrigere Pontifici Supplicationem Reſignationis, & Poſſeſſorem ſuo Beneficio ſpoliare, ut advertunt *Kochier. in hanc Regulam num. 9. Quæſad. ibidem, Lotter. de Re Benef. lib. 3. quæſt. 16. num. 4. Piton. diſceptat. 130. num. 15. Pariſ. de Reſignat. lib. 8. part. 16. num. 4. Van Eſpen in Jus Eccleſ. univ. tom. 2. part. 2. tit. 27. cap. 3. num. 15. Verall. dec. 28. num. 4. part. 3.* Et ideo in omnibus Reſignationibus neceſſarius eſt conſen- 2 ſus, tanquam actus abdicativus juris a Reſignante, *Rot. deciſ. 11. num. 4. cor. Otthobon. dec. 1149. num. 2. coram Emerix, & in Barchinonen. Beneficii 7. Februarii 1687. §. Nec etiam relevat, cor. Urſino, confirmata 25. Junii 1688. §. Verum quia, cor. clar. mem. Card. Caccia.*

Sed pro intelligentia materiæ præmittenda eſt praxis, quæ hodie ſervatur in expediendis Bene- 3 ficiorum Reſignationibus, quæque ab antiqua in pluribus eſt diverſa. Fit igitur Supplicatio, & porrigitur D. Subdatario, qui per ſe, aut per Subſtitutum in folii extremitate apponit *Præſentatam*, videlicet *Præſentata 20. Julii 1731.* Defertur deinde ad Congregationem Datariæ, & ſi Gratia eſt conceſſibilis, a Summo Pontifice ſignatur; Poſtquam ſignata fuit Supplicatio, redit ad manus Subdatarii, qui ſuper Summariolo ſcribit -- *Extendatur conſenſus* -- & mittitur ad primum Reviſorem, ab iſto tranſit ad manus Notarii, qui poſt extenſum in Libris Cameræ, ſeu Cancellariæ conſenſum, juxta formam Mandati Procuræ, notat in dorſo Supplicationis diem, Menſem, Annum, & nomen Procuratoris, ſeu Principalis, qui conſenſum præſtitit, & hæc adnotatio fit ſub eadem

eadem die, qua fuit admiſſa *Præſentata.* Poſt ex-
tenſum, & adnotatum conſenſum, defertur Sup-
plicatio ad Officialem Datarum, qui *parvam Da-
tam* apponit ſub eadem pariter die *Præſentatæ*, &
& extenſi conſenſus. Poſt appoſitam *parvam Da-
tam* mittitur ad ſecundum Reviſorem, & ab iſto re-
dit pro tertia vice ad Subdatarium pro appoſitione
Datæ Magnæ: Mittitur deinde ad Officium, quod
dicitur *del Miſſis*, & ſucceſſive ad Regeſtrum, &
demum a Magiſtris Regeſtri ad Cancellariam, ut
Literæ expediantur. Et talis eſt hodie ſtylus, de
quo *Rota in Colonien. Canonicatus, & Ferculi* 3.
Junii 1712. §. *Quoniam cor. clar. mem. Card. Fal-
conerio, inter impreſſ. dec.* 3. *tom.* 1. *tit.* 3. *de Benef.
& in Tridentina Parochialis* 4. *Aprilis* 1729. §.
Profecto, cor. R.P.D. Millino.

Stylus autem iſte in multis ab antiquo diſcre-
pat, præſertim in *Præſentata*, ac etiam in eo, quod
4 hodie conſenſus non extenditur, niſi poſt ſignatam
a Summo Pontifice Supplicationem; & pariter
parva Data ab Officiali non ponitur, niſi poſt
extenſum conſenſum, & adnotatum a tergo Sup-
5 plicationis, *Piton. diſcept. Eccleſ.* 5. *num.* 7. *Rota co-
ram Celſo dec.* 172. *num.* 12. *& ſeqq. & deciſ.* 192.
num. 9. *coram Emerix*, ubi plura de *Data*, & *Præ-
ſentata*, & in *Colonien. Canonicatus, & Ferculi* 25.
Aprilis 1711. §. *Hinc Domini*, & latius 3. *Junii*
1712. §. *Et primo cum ſeqq. cor. clar. mem. Card.
Falconerio* inter ejus impreſſ. dict. *dec.* 3. *& dec.* 4.
eodem titulo.

At vero ſtylus, quod conſenſus per Reſignantem,
6 aut ejus Procuratorem Reſignationi præſtitus retro-
trahitur, ut diximus, ad diem præſentatæ Supplica-
tionis, utpote inductus pro validiori Gratiæ firmi-
tate, non excludit, quod, ubi agatur de ſuſtinenda
ipſa validitate Reſignationis probari poſſit, conſen-
7 ſum ipſum fuiſſe re vera præſtitum poſt diem *Præ-
ſentata*, ut in caſu, de quo *Rot. in dict. Tridenti-
na Parochialis* 4. *Aprilis* 1729. *cor. R. P. D. Mil-
8 lino*, in cujus themate, cum Reſignans mandatum
ad præſtandum conſenſum exaraſſet *die* 10. *Octo-
bris*, & Literæ Datatæ apparerent biduo ante,
nimirum *die* 8. ejuſdem Menſis, qua porrecta fue-
rat Supplicatio, hinc prætendebatur, nullam fuiſ-
ſe Reſignationem, ex quo præpoſterum Man-
datum excludebat conſenſum Reſignantis à Gra-
tia, quæ Mandatum ipſum præceſſerat; Verum pro
validitate Reſignationis reſolutum fuit, quia ex
Libris Datariæ conſtabat, Supplicationem præſen-
tatam *die* 8. *Octobris* perveniſſe ad primum Reviſo-
rem *die* 18. ſequentis Menſis *Novembris*, & ab iſto
fuiſſe tranſmiſſum *die* 20. Menſis præfati ad Can-
cellariam Apoſtolicam pro extenſione conſenſus,
poſtea tranſitum feciſſe ad Officialem *Parvarum
Datarum*, & deinde ad ſecundum Reviſorem, qui
die 27. ejuſdem Menſis *Novembris* eam remiſerat
ad ceteros Officiales uſque ad Regeſtrum. Poſito
autem tranſitu Supplicationis a Cancellaria ad ſe-
cundum Reviſorem, recte cenſuit *Rota*, quod in-
termedio tempore fuerit præſtitutus conſenſus a
Procuratore, nam alias eo in Cancellaria nón
præſtito, Supplicatio ad Officium ſecundi Revi-
ſoris progredi nequiviſſet, juxta praxim mox enun-
ciatam. Et licet conſenſus appareret adnotatus ſub
die 8. *Octobris*, id tamen obicem non præſtabat,
quominus revera interpoſitus dici deberet de Menſe
Novembris, & præciſe tempore medio inter tranſi-
tum Supplicationis ab Officio primi Reviſoris ad
Officium Secundi, cum hujuſmodi anticipatio deſ-
criptionis proveniens ex uſu, & ſtylo Datariæ à
retrotractione ejuſdem conſenſus ad diem præ-
ſentatæ Supplicationis, non excludat illius interpo-

ſitionem apud Officialem Cancellariæ, ut proſe-
quitur eadem *Deciſio* §. *Et licet.*

Duplex in Reſignationibus Beneficiorum ad fa-
vorem intercedere debebat de ſtylo antiquo conſen- 9
ſus, unus, in quo gratia ſubſtantiatur, & dicitur
cauſalis, alter pro Literarum expeditione, qui di-
citur *formalis*, de quo ultimo in præſenti Regu-
la agitur, *Lotter. de Re Benefic. lib.* 1. *quæſt.* 35.
num. 70. *Barboſ. de Jur. Eccl. univ. lib.* 3. *cap.* 15.
num. 22. *Tondut. de Penſ. cap.* 41. *num.* 7. *& ſeqq.
Rota deciſ.* 452. *num.* 45. *part.* 5. *Recent.* ubi, quod
hæc Regula nihil diſponit circa conſenſum de Jure 10
naturali requiſitum, ſed reſpicit tantum Expedito-
res, quibus Papa prohibet expedire Literas ſuper
Reſignationibus Beneficiorum ſine conſenſu forma-
li Reſignantis in Camera, vel Cancellaria præſtan-
do. Verum hodie non præſtatur niſi unicus con- 11
ſenſus, qui deſervit, & pro ſubſtantia Gratiæ, &
pro expeditione Literarum, fuitque ea noviſſimo
ſtylo ſublata varietas conſenſuum, qui antiquitus
præſtabantur, *Rota cor. Emerix dec.* 1149. *nu.* 7.
& ſub num. 16.

Conſuevit aliquando huic conſenſui formali a
Pontifice derogari, cum non reſpiciat ſubſtantiam 12
Gratiæ, quæ innititur conſenſui naturali, ſed tan-
tum Literarum expeditionem, ut tradunt *Lotter.
de Re Benef. lib.* 1. *quæſt.* 35. *num.* 70. *& ſeqq. Ko-
chier. in hanc Regulam num.* 32. *Pariſ. de Reſignat.
lib.* 8. *quæſt.* 6. *numer.* 117. *Piton. diſceptat. Ec-
cleſ.* 5. *num.* 37. *& diſcept.* 130. *num.* 18. *Rot. dec.*
396. *num.* 9. *part.* 1. *diverſ. & in Salisburgen.
Canonicatus* 6. *Aprilis* 1693. §. *Neque, in fine,
coram clar. mem. Cardin. Friolo.* Et ſic anno
1694. ſan. mem. *Innocentius XII.* derogavit con-
ſenſui per Regulam requiſito in proviſione Ca- 13
nonicatus Baſilicæ SS. Laurentii, & Damaſi,
expleta *Kalendis Octobris* favore *Caroli Sorbellon-
ghi* per Reſignationem *Caroli de Hermes* cum am-
pliſſima derogatione huic Regulæ. Quemadmodum
ſan. mem. *Benedictus XIII.* in Reſignatione non- 14
nullorum Beneficiorum de Jurepatronatus, quam
clar. mem. Cardinalis Franciſcus de *Acquaviva*
infirmitate detentus explevit favore R.P.D. *Traja-
ni*, nunc S. R. E. Cardinalis ampliſſimi, deroga-
vit Regulis Cancellariæ *de Infirmis*, ac *de præſtan-
do conſenſu in Reſignationibus*, ut ex Literis Apo-
ſtolicis ſub *Datum apud S. Petrum* 1724. *Sexto Idus
Januarii Pontificatus Anno Primo.*

Requiritur tamen in caſu derogationis conſen-
ſui formali, quod antea præceſſerit alter conſen- 15
ſus cauſalis, prout aderat in mox recenſitis exem-
plis; Nam *Carolus de Hermes Vindobonæ* exiſtens,
mediante Epiſtola privata ad ſan. mem. *Innocen-
tium XII.* tranſmiſſa, Canonicatum præfatum in
ejus manibus favore ſupradicti *Caroli* reſignave-
rat; Et clar. memor. Cardinalis *Franciſcus Ac-
quaviva* proprium conſenſum expreſſerat Ponti-
fici, qui tanti Viri meritum honoraturus, dedi-
gnatus non fuerat, eum perſonaliter inviſere. Si
enim antea de conſenſu cauſali non conſtaret,
tunc conſenſus formalis, qui ab Officialibus Da-
tariæ requiritur ad præſcriptum hujus Regulæ,
redderetur de eſſentia, & ſubſtantia Gratiæ, nec
ei derogandum eſſet, cum in Reſignatione Benefi-
ciorum, quemadmodum in quocumque alio actu, 16
quo quis ſuo jure ſpoliatur, neceſſarius omnino eſt
Reſignantis conſenſus, ut poſt *Caſſador.* diſtinguit
Rota coram Ottholono deciſ. 11. *num* 16. *& ſeqq.*

Eſt autem in Beneficii Reſignatione adeo neceſ-
ſarius Reſignantis conſenſus, ut abſque illo Literæ 17
Apoſtolicæ *nullatenus* expediri poſſunt, ut inquit
Regula. Quæ dictio *Nullatenus* importat Decre-

Digitized by Google

ſum irritans, inficiens actum ipſo jure, taliter quod
aliter expleta Reſignatio, nulla prorſus, & irrita
ſit, *Sot. hic num. 2. Pariſ. de Reſignat. lib. 8. quaſt.
8. num. 51. & ſeqq. & lib. 9. quaſt. 12. num. 2. Coccin.
adnotat. 259. num. 5. Rot. cor. eodem dec. 578. n. 4.
& dec. 1316. num. 1. cor. Peutinger. dec. 132. & in
Recent. dec. 106. nu. 2. & dec. 198. num. 12. & ſeq.
part. 18. dec. 21. nu. 21. par. 19. & in Salisburgen.
Canonicatus 6. Aprilis* 1693. *§. Unicum cor. clar.
mem. Card. Priola.*

Debetque conſenſus hujuſmodi eſſe expreſſus,
18 nec ſufficit tacitus, & præſumtus, ut decernitur in
Regula, ibi – *expreſſe* – eique inhærendo, traduot
Rot. cor. Peutinger. dec. 92. n. 14. & ſeqq. confir-
mat. *dec. 11. num. 24. cor. Otthoban. & deciſ.* 1149.
num. 16. cor. Emerix, ubi quod juxta modernum
ſtylum non datur amplius conſenſus tacitus, ſed
requiritur explicitus.

Quod ſi Reſignans fuerit demens, vel mente-
19 captus, tunc Reſignatio Beneficii per ipſum obten-
ti, non aliter admitti ſolet, quam prævio conſen-
ſu Procuratoris, ſeu Curatoris ad illum præſtandum
ſpecialiter deputati, & reſervata, ut plurimum,
congrua Penſione favore ipſius dementis, ſeu men-
tecapti. Sic ſub *Urbano VIII.* obtinuit *Hieronymus
Garribaa* per Reſignationem *Petri Joannis Gar-
cia* mentecapti, de conſenſu Curatoris, Beneficium
in Diœceſi *Valentina*, reſervata congrua Penſio-
ne favore ejuſdem *Petri Joannis*, ut ex Literis
Apoſtolicis ſub *Datum tertio Nonas Novembris,
Pontificatus anno quarto.* Sub *Clemente IX.* ad-
miſſa fuit reſignatio Abbatiæ poſſeſſæ per demen-
tem favore Cardinalis *Azzolini*, abſque ulla Pen-
ſione, ſeu fructuum reſervatione favore Reſignan-
tis, deputato tamen eidem Curatore. Et ſan.
mem. *Clemens XI.* ſub Datum *Kalendis Octobris*
1704. admiſit Reſignationem Parochialis Eccleſiæ
de Jurepatronatus factam ab *Emanuele de Val-
carce* mentecapto, de conſenſu ſui Curatoris, cum
derogatione medietati vocum Patronalium, & cum
reſervatione Penſionis ſcutorum triginta favore
ejuſdem *Emanuelis.* Sub laudato Pontifice, *Alber-
tus de Rond* obtinuit Canonicatum Collegiatæ
S. Martini Leodien. ex Reſignatione *Gabrielis de
Rond*, qui a quindecim annis, & ultra in demen-
tiam inciderat abſque ſpe priſtinam mentis ſanita-
tem recuperandi, deputato ſpeciali Curatore ad
conſenſum præſtandum, & reſervata ſuper fru-
ctibus ejuſdem Canonicatus annua Penſione Du-
catorum 88. favore Reſignantis, ut commodius
ſuſtentari valeret, ut ex literis Apoſtolicis apud
S. Mariam Majorem Idus Junii 1704. Sub eadem-
que Data, & cum ejuſdem Curatoris conſenſu
idem *Gabriel* reſignavit Beneficium ſimplex *Leo-
dien.* favore *Joſephi Valle*, cum reſervatione Pen-
ſionis Ducatorum viginti.

Quod etiam aliquando ſervatum fuit in Reſigna-
20 tionibus Officiorum vacabilium, quæ a Dementi-
bus, & Mentecaptis obtinebantur, deputato Cura-
tore ad præſtandum conſenſum. Sic *die 5. Sep-
tembris* 1637. *Hyppolitus Boncompagnus* Curator
Perſonæ, & bonorum *Alexandri* ejus Germani Fra-
tris, ac inhabilis ad bona ſua adminiſtranda, con-
ſenſum præſtitit Reſignationi Officii *Scutiferatus
Apoſtolici* de numero participantium, in perſona
ejuſdem *Alexandri* exiſtentis, ad favorem *Petri
Matthiæ* quondam *Alterii Pignanelli*; & die 14.
ejuſdem Menſis conſenſit itidem Reſignationi alte-
rius Officii *Scutiferatus* per eundem *Alexandrum*
pariter poſſeſſi favore *Franciſci quondam Bernardini
Spoliat.* Anno 1635. die 19. Julii *Violantes Fanſe-
ca* Mater, & Curatrix Perſonæ, & Bonorum
Antonii quondam *Emanuelis de Fanſeca* ejus Na-
ti mentecapti, conſenſum præſtitit Reſignationi
Officii *Scutiferatus Apoſtolici*, quod dictus *Anto-
nius* in ſui perſona obtinebat favore *Baltani Rag-
gi* Clerici *Januen.* Similiter *die 7. Novembris* 1643.
Thomas Votalarca Curator Perſonæ, & Bonorum
Franciſci ejus germani Fratris, mentis imbecilli-
tatem patientis, conſenſit ad favorem *Laurentii*
etiam *Votalarca* Reſignationi Officii *Abbrevia-
toris Literarum Apoſtolicarum minoris Præſiden-
tiæ*, exiſtentis in Perſona R. P. D. *Chriſtophori
Vidman* Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Ge-
neralis Auditoris, cujus quidem Officii diſpoſitio
ipſi *Franciſco* Apoſtolica Auctoritate reſervata erat.
Et die 4. *Aprilis* 1660. *Mercurius Plantanida* Cu-
rator *Lucæ Sylveſtri Carſetti* mentecapti, conſen-
ſum præſtitit Reſignationi Officii *Scriptoris Apo-
ſtolici*, quod dictus *Lucas Sylveſter* obtinebat ad fa-
vorem *Caroli Natale.*

Ceterum conſenſus, nedum præſtandus eſt in
Beneficii Reſignatione, ſed etiam in Ceſſione 21
juris, quod quis ſuper eo habet, ut Regula præ-
ſcribit, & tradit *Rota dec. 106. n. 3. part. 18. Re-
cent.* Ceſſio autem, etſi fraternizet cum Reſignatio- 22
ne, & hæc nomina confundi, poſt *Pariſ.* dixit *Ro-
ta dict. dec. 106. num. 16.* Nihilominus, proprie
loquendo, Reſignatio, & Ceſſio ſunt res diverſæ.
Reſignatur enim Beneficium, & ceditur Juri: Re- 23
ſignatur, quando quis Beneficium poſſidet; & ce-
ditur, quando quis non poſſidet, aut non pacifice
poſſidet. Imo quandoque ceditur juri, quod ali-
cui ſuper Beneficio competit ex ſola Supplicatione 24
ſignata, & regiſtrata, Literis Apoſtolicis non ex-
peditis, *Sot. hic num. 1. Kocbier. num. 37. Amay-
den. de Stylo Datar. lib. 1. cap. 18. §. 3. num. 67.
& ſeqq.* & hoc caſu proceditur per viam ceſ- 25
ſionis liberæ cum proviſione ſeparata, licet ex
Gratia ſpeciali admittatur aliquando hujuſmodi
Juris ceſſio ad favorem, etiam Literis non ex- 26
peditis.

Rurſus præſtandus eſt hujuſmodi conſenſus in Be-
neficiorum permutationibus, *Rot. dec. 11. per tot.* 27
cor. Otthobon. & deciſ. 92. & 132. cor. Peutingeria.
Permutatio enim fraternizat cum Reſignatione ad
favorem, & utraque iiſdem Regulis metitur, *Rota
in Hyldeſimen. Canonicatus 8. Februarii* 1686. *§.
Qua intelligentia, & 28. Februarii* 1687. *§. Sane
cor. clar. mem. Card. Caccia.*

Adhibendus venit etiam conſenſus in Coadjuto-
riis, *Fagnan. in cap. Nullam, num. 57. de Conceſſ.* 28
*Præbend. Gonzal. ad Regul. 8. Gloſſ. 5. §. 9. num. 9.
& 10. Lott. lib. 2. quaſt. 25. numer. 23. & 24. Mo-
net. de Optian. cap. 4. numer. 170. Rot. cor. Priola
dec. 369. num. 14. & duob. ſeq.* & late *dec. 106.
& 198. part. 18. & dec. 21. part. 19. Recent.* ubi
comprobatur hæc opinio, tum auctoritate Docto-
rum, tum ex ſtylo, & obſervantia Datariæ, tum
ex rationibus ibi fuſe deductis. Et ob hujuſmo- 29
di conſenſum a Coadjuto præſtandum, exuunt
Coadjutoriæ odibilem illam qualitatem, quam eis
nonnulli impingunt, autumantes, ſortitas fuiſſe
naturam *Expectativarum*, ut diximus in *Comment.
in Regul. XXVI.*

In aſſignanda vero ratione hujus Concluſionis
diſcrepant inter ſe *Gonzalez*, & *Lotterius* locis mox
allegatis. Etenim *Gonzalez* exiſtimat, quod in 30
Coadjutoria locum ſibi vendicet hæc Regula, quia
illa vim habet Reſignationis, cum concedatur
de conſenſu Coadjuti, qui conſenſus habet vim
Reſignationis. At *Lotter. dict. lib. 2. quaſt. 25. a
n. 20. cum ſeqq.* cenſet, quod conſenſus requiratur,
non quia habeat Coadjutoria vim Reſignationis,
ſed

ſed ad evitandum votum captandæ mortis, nam
per conſenſum amaritudo iſta excluditur; & con-
ſonant DD. firmantes, quod Coadjutoria non eſt
31 Reſignatio, nec habet vim Reſignationis, quos
refert idem *Lotter. lib. 2. dict. quæſt. 25. num. 24.
Remocamp. de Coadjutor. cap. 5. num. 32. Piton.
diſcept. Eccleſ. 129. num. 8. Mohedan. deciſ. 10.
num. 6. de Privil. & deciſ. 10. num. 3. part. 3.
lib. 3. diverſ. & cor. Puteo deciſ. 108. num. 2. & 3.
lib. 2.*

Et revera plures conſiderari poſſunt differentiæ
32 inter Coadjutoriam, & Reſignationem. Primo,
quia in caſu Reſignationis inducitur vacatio Bene-
ficii; in Coadjutoria vero nulla inducitur vaca-
tio, ſed adhuc Beneficium remanet plenum, &
proinde diſpoſitio reſtricta ad Beneficium vacans,
non intelligitur, ut procedat etiam in Beneficio
pleno, *Matta de Cauſis Conſtar. ſect. 22. num. 99.
Piton. diſcept. 129. num. 3. Rot. deciſ. 1. num. 13.
poſt Remacamp. de Coadjutor.* Et quamvis in Coad-
33 jutoria vacatio Beneficii ſuccedat poſt obitum
Coadjuti, itaut Coadjutor illud aſſequatur, ſal-
tem poſtea vacans, ex hoc tamen non dicitur
dari vacatio, ad effectum, ut Coadjutoria com-
prehendatur ſub diſpoſitione loquente de Reſigna-
34 tione, ſed propter clauſulam *ex nunc* prout *ex
tunc*, Papa tempus futurum ita retrotrahit ad præ-
teritum, ut in eodem temporis inſtanti, quo vacat
Beneficium per obitum Coadjuti, illa vacatio dica-
tur conſumta favore Coadjutoris ex præventione
ipſius Papæ, itaut nulla detur Beneficii vacatio,
*Piton. dict. diſcept. 129. num. 3. Gonzal. ad Regul.
8. Gloſſ. 5. §. 9. numer. 58. Rota dec. 1. num. 11.
& 12. poſt Remocamp. & deciſ. 1148. n. 2. cor. Se-
raph. & dec. 12. num. 1. cor. Durano.*

Secundo differunt, quia Reſignatio admittitur
35 intuitu particularis Perſonæ; Coadjutoria vero da-
tur etiam favore Eccleſiæ, cujus ſervitium defi-
ciens ob impedimentum Coadjuti, reparatur me-
diante Perſona Coadjutoris. Et licet futura ſuc-
ceſſio tendat in illius favorem, eſt tamen remu-
neratio antecedentis ſervitii, & præmium peracti
laboris, qui conſideratur, & involvitur ſub utili-
tate Eccleſiæ, & ſic diſpoſitio loquens de Reſigna-
tione non poteſt extendi ad Coadjutoriam, *Piton.
dict. diſcept. 129. num. 5. §. Ulterius, Rot. dict. de-
ciſ. 1. ſub num. 13. verſic. Præterea, & num. 14.
cum ſeqq. poſt Remocamp. de Coadjutor.*

Tertio. Quia Reſignatio pendet ex voluntate
36 Reſignantis, ſine cujus conſenſu expleri non poteſt.
Coadjutoria vero, ſeu futura ſucceſſio pendet ſo-
lum ex voluntate Papæ, *Card. de Luc. de Regul.
diſcurſ. 53. num. 16. verſic. Eſt tamen, Rot. deciſ.
340. num. 11. coram Emerix, Piton. dict. diſcept.
129. num. 6.*

Quarto, quia inveroſimile eſt, quod Papa lo-
37 quendo de Reſignatione non admittenda ſine con-
ſenſu Reſignantis, aut cum aliis formalitatibus,
quæ privatum favorem reſpiciunt, ſub hac diſpoſi-
tione, includere voluerit caſum favoris publici,
providendi nempe ſervitio Eccleſiæ, ligando ſibi
manus, & totaliter dependendo ab arbitrio parti-
cularium, nam tali caſu ſimilis diſpoſitio extendi
non debet ad Coadjutoriam, ubi intercedit læſio
Eccleſiæ, & daretur ſupradictum abſurdum, *Rot.
dict. deciſ. 1. num. 13. & 16. poſt Remocamp. de
Coadjutor.*

Concludendum igitur, quod ſtricte, & proprie
38 loquendo, ſub Reſignationis appellatione non com-
prehenditur Coadjutoria, venit tamen minus pro-
prie, & ex identitate rationis ad effectum, ut re-
quiratur conſenſus Coadjuti, itaut ex hac rationis
identitate implicare videatur eundem effectum in
Coadjutoria, quæ in ordine ad conſenſum Coad-
juti habet quandam ſimilitudinem cum Reſignatio-
ne, ut ſe explicat *Gonzal. dict. gloſſ. 5. §. 9. nu. 68.
& 69. Giovagnon. conſ. 88. n. 9. lib. 1.* & advertit *Rot.
dec. 369. n. 15. & 16. coram. Priolo.*

Verum Dementibus etiam, & mentecaptis Bene-
ficia reſidentialia obtinentibus, ne Divinus Cultus 39
detrimentum patiatur, conſueverunt Pontifices
Coadjutores cum futura ſucceſſione deputare, vel
prævio conſenſu Curatoris eis aſſignati, vel *Motu
proprio*, Coadjutoribus ipſis Congrua ſuper Be-
neficii fructibus aſſignata. Sic Sanctus *Pius V.* de-
putavit *Motu proprio* Coadjutorem in Canonica-
tu Sancti Joannis in Laterano obtento per *Ste-
phanum Piccardi*, qui in amentiam inciderat,
Horatium Muti ſub datum *Nono Kalendas Au-
guſti Pontificatus anno Primo.* San. mem. *Urba-
nus VIII.* ſub datum 12. *Januarii Pontificatus an-
no Octavo Motu proprio* deputavit *Octavianum Ar-
rigonium* in Coadjutorem cum futura ſucceſſione
Franciſco Corradino Canonico Baſilicæ Sanctæ
Mariæ in Tranſtyberim Dementi; Et in Pontifica-
tu ſan. mem. *Alexandri VIII.* præmortuo Coadjuto
dicto Coadjutori, deputatus fuit *Motu proprio* no-
vus Coadjutor *N. Martellini* Anno 1692. Abbas
Petronius Motu proprio ſan. mem. *Innocentii XII.*
deputatus fuit Coadjutor in Canonicatu Baſilicæ
Vaticanæ Canonico *Muti* dementi, de quo caſu
*Rot. in Romana Coadjutoria 14. Maii 1696. co-
ram bon. mem. Muto.* Idemque Pontifex anno
1695. deputavit Abbatem *Buſſi* in Coadjutorem
Canonici *de Rubeis* dementis, qui Canonicatum
obtinebat in Baſilica S. Mariæ Majoris. Sub eo-
dem Pontifice anno 1696. datus fuit Coadjutor
Archipresbytero Arboren. qui in dementiam in-
ciderat, prævio conſenſu Curatoris, aſſignata
congrua ducatorum quinquaginta favore Coad-
jutoris. Similiter, cum *Antonio Alvarez della Val-
le* Archidiacono, & Canonico Cathedralis Eccle-
ſiæ *Lucen.* datus fuiſſet Coadjutor *Joſeph Domini-
cus Rubinus*, & iſte in amentiam incidiſſet abſque
ſpe recuperandi ſalutem, datus ei fuit novus Coad-
jutor *Marcellus Antonius de Moya* cum Decre-
to, quod redeunte ad priſtinum ſtatum ſalutis di-
cto *Joſepho Dominico*, vivente *Antonio* Coadju-
to, non autem illo mortuo, hujuſmodi gratia ceſ-
ſaret eo ipſo, ut ex Literis Apoſtolicis expeditis
ſub Datum *anno* 1697. *ſexto decimo Kalendas
Octobris Pontificatus ſan. mem. Innocentii XII.* an-
no ſeptimo. Et ſan. mem. *Clemens XI. Motu
proprio* deputavit *Joannem Heeuman* in Coad-
jutorem cum futura ſucceſſione *Joanni Jacobo
Cammenden* Canonico Collegiatæ Eccleſiæ Sancti
Severini *Colonien.* qui in inſaniam cum pauca ſpe
recuperandi ſalutem inciderat, reſervatis eidem
Joanni Jacobo omnibus Canonicatus fructibus, &
redditibus, etiam diſtributionibus quotidianis, ut ex
Literis Apoſtolicis ſub Datum *anno* 1706. *quarto
Kalendas Aprilis Pontificatus anno ſexto.* Idemque
Pontifex die 7. *Octobris* 1714. *Antonio Felici* Ca-
nonico Eccleſiæ *Gerunden.* ob continuam Demen-
tiam, qua laborabat, deputavit *Motu proprio* in
Coadjutorem *Petrum Paulum Moyol.* ut ex *deciſ.
858. coram Lancetta.*

Quandoque tamen juſtis, & rationibus ex cau-
ſis Pontifices eorum uſi ſunt poteſtate deputandi 40
Motu proprio Coadjutores, invitis etiam Coadjutis
ſanæ mentis, per ea, quæ late tradunt *Fagnan.
in Cap. Rectoribus cum duobus ſeqq. de Cleric. æ-
grotant. & in Cap. Nulla, de Conceſſ. Præbend. Card.
de Luca de Canon. diſc. 32. num. 5. in Supplem.*

Et pluro hac de re proſtent exempla ; San. mem.
Paulus V. anno 1611. *Motu ſuo proprio* deputo-
vit *Joanni Lignario* abſque ejus conſenſu Coadju-
torem perpetuum , & irrevocobilem in Monaſte-
rio *S. Petri* Ordinis S. Benedicti Nullius , ſeu Tul-
len. *Franciſcum Torellum* Monachum,nondum Pro-
feſſum Monaſterii *S. Martini* ejuſdem Ordinis ,
cum hoc , quod *Franciſcus* omnes , & ſingulos fru-
ctus præſati Monoſterii exigere , ac de illis diſponere
poſſet , ac eidem *Joanni* congruam,& compeientem
annuam Penſionem orbitrio Ordioarii ſuppeditare
teneretur , qua Penſione dictus *Joannes* abſque con-
trodictione , & oppoſitione contentus eſſe tenere-
tur. San. mem. *Urbanus VIII.* deputavit in Coad-
jutorem Magni Prioratus Alemaniæ Ordinis S.
Joannis Hieruſolymitani *Fridericum Landgravium
Haſſiæ* ſine conſenſu Prioris , Magni Mogiſtri , &
Conventus , ut ex Brevi ſub *Anulo Piſcatoris* 15.
Januarii 1635. *Pontificatus ejuſdem Urbani anno
Decimo octavo.* San. mem. *Innocentius XI. Simo-
ni Antonio Baglioni* Canonico Baſilicæ Princi-
pis Apoſtolorum deputavit *Motu proprio* in Coad-
jutorem *Honuphrium de Anna* abſque ejuſdem
Simonis Antonii conſenſu , ut ex Supplicatione
apud Sanctam Mariam Majorem *Quarto Nonas
Aprilis Pontificatus annó Nono* , cujus Summa-
riolum ita conceptum legebatur -- *Sanctitas Ve-
ſtra attendens quod Simon Antonius Baglione ob
ætatem ſeptuaginta annorum & ultra Baſilicæ
Principis Apoſtolorum ratione Canonicatus per
eum obtenti deſervire non valeat. Ideo ne Divi-
nus cultus in præfata Baſilica minuatur Motu pro-
prio etiam abſque conſenſu dicti Simonis Antonii
deputat illi in Coadjutorem cum futura ſucceſ-
ſione in Canonicatu præfato &c. Honuphrium de
de Anna &c. cum Regularum Cancellariæ &
præſertim de præſtando conſenſu & de jure quæ-
ſito non tollendo &c. aliiſque derogationibus oppor-
tunis &c.* -- San. mem. *Clemens XI.* commenda-
vit Monaſterium *Paradiſienſe* Ordinis *Ciſtercien.
N.* ſeu *Poſnanien.* Diœceſis *Petro Canto* Epiſco-
po *Claudiopolitan.* & Suffraganeo *Poſnanien.*
cum Decreto revertendi in titulum , quodque di-
ctus *Petrus* Epiſcopus , juxta præſcriptum Concilii
Tridentini , ac *Innocentii X.* & *Alexandri VII.* De-
creta , nullam Juriſdictionem habere deberet in Mo-
nachos , *eidemque Petro Epiſcopo Coadjutor Regula-
ris cum futura ſucceſſione abſque prævio dicti Pe-
tri conſenſu deputetur , ac tot dicto Petro Epiſcopo
Coadjutores a Monachis proponantur , quot eidem
Petro Epiſcopo prædecedere contingeret* , ut ex Li-
teris Apoſtolicis ſub *Datum apud Sanctam Mariam
Majorem* 1718. *Quarto Nonas Julii Pontificatus
anno Decimo octavo.*

Quinimo , ubi Eccleſiarum Cathedralium utili-
tas , & neceſſitas expoſcit , etiam Epiſcopis invitis
41 conſuevit Sedes Apoſtolica Coadjutores cum futu-
ra ſucceſſione deputare. Hinc Sacra Congrega-
tio Propagandæ Fidei *die* 12. *Novembris* 1657.
cenſuit , *Bernardo* Epiſcopo *Babylonien.* ob diu-
turnam ejus abſentiam , & infirmitates , dan-
dum eſſe Coadjutorem *Placidum Duchemin* Or-
dinis S. Benedicti Congregationis *S. Mauri* cum
futura ſucceſſione , & in Literis Coadjutoriæ poſt-
modum ſub *Alexandro VII.* expeditis , adjecta
fuit hæc clauſula -- *Te eidem Bernardo , etiam ſi
ejus ad hoc non accedat aſſenſus , atque etiam ipſo
invito , in Coadjutorem perpetuum &c. conſtitui-
mus , & deputamus &c.* -- Et ſan. mem. *Clemens
XI.* anno 1714. *Alexandro Sigiſmundo Epiſcopo
Auguſtano Provinciæ Moguntinæ* adverſæ nimium
valetudini aſſidue obnoxio , ad evertenda pericula ,
& detrimenta , quæ ob gravem , atque diuturnam
ejus ægritudinem in Eccleſiam *Auguſtanam* pro-
manare potuiſſent , de conſenſu Capituli , & Ca-
nonicorum , *ſed ſine expreſſione conſenſus ejuſdem
Epiſcopi* deputavit Coadjutorem cum futura ſuc-
ceſſione *Joannem Franciſcum Epiſcopum Conſtan-
tien.* cui per Breve apud *Sanctam Mariam Ma-
jorem ſub Anulo Piſcatoris die* 24. *Septembris*
1714. *Pontificatus anno Decimo quarto* , imperti-
tus fuit facultatem ad ejuſdem Pontificis , & Se-
dis Apoſtolicæ beneplacitum *omnia , & ſingula
munia Epiſcopalia , tam in temporalibus , quam in
ſpiritualibus in Civitate , & Diœceſi Auguſtan. ge-
rendi , & exercendi , etiam ad hoc deficiente ipſius
Alexandri Sigiſmundi conſenſu.*

Ceterum in Reſignationibus Beneficiorum ad fa-
vorem , præter conſenſum Reſignantis intervenire
debet etiam juramentum , ut moris eſt , ſcilicet , 42
quod in Reſignatione non interceſſerit fraus , dolus
&c. Simoniæ labes , aut alia illicita pactio &c.
hæc enim duo ſunt neceſſaria pro expeditione Li-
terarum Reſignationis Beneficii ad favorem , Ju-
ramentum , & Conſenſus , & iis deficientibus ac-
tus redditur fruſtratorius , & inanis. Cum enim
forma in hac Regula præſcripta reſpiciat mo- 43
dum , & ordinem perficiendi actum , exigitur il-
lius adimplementum præciſum in omnibus , & ſic
factum poſitivum , & ſolemnitas extrinſeca per ta-
ctum Scripturarum , *Pariſ. de Reſignat. lib.* 8. *quæſt.*
8. *num.* 21. & 22. & *lib.* 9. *quæſt.* 6. *num.* 12. &
ſeqq. bon. mem. Piton. diſcept. 119. *num.* 3. & *ſeqq.*
& late *Rot. dict. deciſ.* 21. *nu.* 18. *verſic. Præmiſſo
cum ſeqq. part.* 19. *Recent.* & in Literis Apoſtoli-
cis opponitur clauſula -- *Ceterum ne dum prodeſſe 44
ſtudemus aliqua forte irrepat iniquitas in exitium
Animarum tu iſtic attente circumſpicias an ex par-
te N. & N. præfatorum ſuper dicta Reſignatione ut
fieret quas Nos nullo hucuſque vitio laborare depre-
hendimus interceſſeris Simoniæ labes aut aliqua alia
illicita pactio ſeu etiam corruptela &c.* Quæ clau-
ſula depromta eſt ex *Conſtitutione XXXII. S. Pii V.* 45
ubi traditur modus expediendi Literas Reſignatio-
num , præſertim Eccleſiarum Parochialium , in for-
ma *Dignum.*

In terminis autem hujuſmodi conſenſus , & Ju-
ramenti plures cadunt inſpectiones nempe quo-
modo , ubi , & quando præſtatur. Et quantum at-
tinet ad modum , duo caſus ponuntur in Regula.
Primus eſt , quando Reſignans eſt præſens in
Curia , & tali caſu conſenſus eſt præſtandus per 46
ſe ipſum præciſe , nec ſufficit , quod detur per Pro-
curatorem , *Sot. hic num.* 1. *Kochier num.* 39. *Pa-
riſ. de Reſign. lib.* 8. *quæſtion.* 8. *num.* 23. & *lib.*
9. *quæſt.* 12. *Burſat. conſil.* 395. *num.* 8. *Rot. de-
ciſ.* 203. *num.* 1. *part.* 3. *cor. Ubaldo.* Niſi agatur 47
de Cardinali reſignante , qui poteſt conſentire per
Schedulam , quam mittit Notario , ut tradunt
Kochier ubi ſupra , & Pariſ. quæſt. 12. *Tondut. de
Penſion. cap.* 41. *n.* 27. & paſſim ſervatur , quod
DD. Cardinales conſenſum præſtant Reſignationi-
bus Beneficiorum , quas ad aliorum favorem ex-
plent cum Chirographis per ipſos ſubſcriptis , & eo-
rum ſigillo munitis.

Regula tamen in hac parte , qua decernit Reſi-
gnantem præſentem in Curia debere per ſe ipſum 48
præſtare conſenſum eſt exorbitans a jure communi ,
ad cujus tramites Reſignatio fieri poteſt etiam
per Procuratorem *Clement. unic. de Renunciat.
ibique Vitalin. num.* 7. *Petr. Gregor. Syntagm.
Jur. lib.* 17. *num.* 37. *Pirhing. in Jus Canon.
lib.* 1. *tit.* 9. *num.* 94. *Pariſ. de Reſignat. lib.* 9. *in
Proœm. num.* 1. & *ſeqq. Tondut. de Penſion. cap.* 41.
nu. 28.

*num.*28. *& Reſolut. Beneſic. cap.* 26. *num.* 22. *Rot.*
deciſ. 396. *num.* 9. *part.* 1. *diverſ. & deciſ.*106.*n.*10.
part. 18. Proindeque non ſavorabilis, ſed odioſa
49 reputatur, & per conſequens ſtricte eſt intelligen-
da, nec ultra id, quod ſonat, amplianda, *Rot.*
*deciſ.*396.*num.* 1.*part.* 1. *diverſ. & in Salisburgen.*
Canonicatus 6. *Aprilis* 1693. §. *Cum verſemur*, *co-*
ram clar. mem. Cardinali Priolo.

Alter caſus eſt, quando Reſignans, ſeu Cedens
50 eſt abſens, & tunc conſenſus præſtari debet per
Procuratorem ſpecialiter ad illum præſtandum
conſtitutum, de qua Reſignatione facta per Be-
neficiarium abſentem, late *Caſtropal. tom.*2.*tractat.*
13. *diſputat.* 6. *punct.* 2. §. 4. *Murga de Beneficiis*
quæſt. 3. *num.* 1069. *& ſequen. Paſtor eodem tract.*
lib. 3. *tit.* 6. *Bouchel. in Biblioth. Canoniq. verſic.*
Reſignations, *Bauny de Beneſic. diſputat.* 9. *fere*
per tot. ubi quæſt. 28. ubi ponit requiſita Inſtru-
menti procuræ.

Sed præter geminos caſus, quos Regula præ-
ſcribit, tres alii, qui *mixti* nuncupari poſſunt, a Do-
51 ctoribus perpenduntur. Primus, quando Reſignans
præſens in Curia Procuratorem ad reſignandum
conſtituit, & poſtea recedit; Non enim ambigi-
tur, poſſe Procuratorem boc caſu Conſenſum præ-
ſtare, cum nulla lex adſit, quæ interdicat Reſignan-
ti in Curia præſenti Procuratorem pro dicto Con-
ſenſu præſtando conſtituere intuitu futuræ abſen-
tiæ, cum tali caſu illum, tanquam futurus ab-
ſens, pro tempore abſentiæ, conſtituere videa-
tur, *Piton. diſceptat.* 130. *num.* 20. *&* 23. §. *Ad-*
buc in fine, *Adden. ad Pamphil. deciſ.* 287. *num.*
16. *Rot. deciſ.* 510. *num.* 11. *& ſeqq. part.* 14. ubi
52 explicat *Pariſ.* & alios Doctores firmantes, quod
præſens in Curia non poſſit conſtituere Procu-
ratorem ad reſignandum, ut ſcilicet intelligi debeant
ad effectum, ut durante ſucceſſiva illius præſentia
in Urbe, Conſenſus per Procuratorem Reſignatio-
ni præſtitus non ſuſtineatur, ſecus quando poſt
conſtitutum Procuratorem, Reſignans ab Urbe re-
cedit, hoc enim caſu tum per verba Regulæ, tum
propter ſtylum Datariæ poteſt per Procuratorem
præſtari conſenſus; & in ejus confirmatoria *dec.*39.
part. 16. *recent.*

Atque alleganti nullitatem Reſignationis, ex quo
53 tempore Conſenſus per Procuratorem præſtiti, Re-
ſignans eſſet etiam in Curia præſens, incumbit o-
nus plene probandi præſentiam tanquam ſuæ inten-
tionis fundamentum, *Piton. diſceptat.* 130. *num.*
18. *Adden. ad Pamphil. deciſ.* 287. *num.* 15. *Rot.*
54 *dict. deciſ.* 39. *num.* 2. *part.* 16. *Recent.* Et proba-
tiones non ſolum debent pernecеſſe concludere,
non autem præſumtive, ſed ulterius debent per-
cutere tempus præciſum, & ipſummet diem præ-
ſtiti conſenſus, *Rot. dict. deciſ.* 510. *per tot. part.*
14. *& deciſ.* 39. *part.* 16. *Recent.* Unde, cum quis
præſens in Curia dederit ſub *die* 7. *Januarii* Man-
datum ad reſignandum, & ſub *die* 14. extenſus
fuerit Conſenſus, cenſuit *Rota* in mox laudatis
Deciſionibus Reſignationem ſuſtineri, quia non
demonſtrabatur præſentia in *die* 14. & in illis die-
bus intermediis potuit Reſignans ab Urbe recedere;
Nec ad probandam præſentiam Reſignantis in Cu-
55 ria die præſtiti a Procuratore conſenſus, admiſit
Rota probationem, quod ipſe per totum menſem
Januarii non appareret punctatus in libris Capitu-
laribus Baſilicæ S. Petri, in qua erat Beneficiatus,
cum potuerit ab abſentia excuſari ob aliquam ju-
ſtam Cauſam, quia nempe abfuiſſet pro intereſſe
ſuæ Eccleſiæ, quo caſu non erat punctandus; quæ
ſola poſſibilitas exuberabat ad effectum, ut ſupra-
dicta probatio neceſſario non concluderet.

Secundus caſus mixtus eſt in oppoſitum, quan-
do nempe Reſignans abſens Mandatum procuræ
ad reſignandum exaravit, ſed tempore præſtiti 56
Conſenſus per Procuratorem, reperitur præſens in
Curia. Et hoc caſu d'ſtinguendum eſt, quod,
aut Reſignans ſuperve.uit in Urbe re integra, an-
tequam ſcilicet Procurator mandato uti incœperit,
præſentando nempe Supplicationem, illiuſque Si-
gnaturam obtinendo, & in bis terminis conſenſus
per Procuratorem præſtitus, ipſo Principali jam 57
præſente, eſt nullus, quia præſtitus contra for-
mam Regulæ. Aut Reſignans ad Urbem ſuper-
venit re non amplius integra, quia videlicet Pro-
curator uti incœperit Mandato, obtinendo præ- 58
ſentatam, & Supplicationis Signaturam, & ac-
cidit hic caſus diſputandus coram clar. mem. Car-
dinali Sacripantes Pro Datario in *Cauſa Pader-*
bonen. Canonicatus. Caſus erat, quod *Gotſchalchus*
de Nichauſen. Vindobonæ exiſtens conſtituit in Ur-
be Procuratorem ad reſignandum in manibus Pon-
tificis ſavore *Maximiliani Ferdinandi de Harſt*
Canonicatum, quem obtinebat in Eccleſia Cathe-
drali *Paderbonen.* Procurator ſolitam Præſentatam
die 12. *Decembris anni* 1704. obtinuit, deindeque
Supplicationem a Papa ſignari curavit *die* 17. ejuſ-
dem menſis, & poſtremo *die* 30. conſenſum
præſtitit. Verum, quia Reſignans ad Urbem ac-
ceſſerat *die* 24. *menſis Decembris*, & die prima ſe-
quentis *Januarii* Mandatum procuræ revocave-
rat cum ſubſequuta appoſitione *Nihil tranſeat*
in Dataria, hinc ſcribens ſavore Reſignatarii
pro validitate Reſignationis, & remotione dicti
obſtaculi.

Dicebam, locum eſſe relaxationi Supplicationis
Reſignationis non obſtante revocatione Mandati 59
procuræ facta a Reſignante, quæ cum ſuperve-
nerit, poſt conſenſum formalem præſtitum in
Cancellaria, & ſic re non amplius integra, nullo
modo attendenda erat, nec impedire poterat exe-
quutionem Gratiæ jam perfectæ, juxta auctoritates
infra laudandas.

Unicæ vero objectioni, quod dictus conſenſus
fuerit nullus, uti præſtitus a Procuratore, tempo- 60
re, quo principalis ipſe præſens erat in Urbe, qui-
que conſenſum præfatum per ſe ipſum præſtare
tenebatur ad formam præſentis Regulæ, plures
adaptabam reſponſiones. Prima erat, quod Re- 61
gula intelligi debet non materialiter, & judaice
de præſentia accidentali, & tranſeunti, ſed ju-
ridice de præſentia fixa, & permanenti, eo mo-
do, quo dicimus de Cardinali a Curia abſente,
ad effectum collationis Beneficiorum Eccleſiæ ſui 62
Tituli, quod, ſi abſens ſit accidentaliter cito re-
verſurus, non habetur pro abſente, ſed pro præ-
ſente, neque illius reſpectu vindicat ſibi locum *Re-*
gula VIII. ſuper abſentia Cardinalium a Curia,
Card. de Luca de Benef. diſc. 21. *num.*4. & diximus
in *Comment. in eandem Regulam.* Qui enim per 63
accidens, & caſualiter adeſt, adeſſe non videtur,
leg. Quæſitum 78. §. *final. ff. de Legat.*3. *leg. Genera-*
li §. *Uxor ff. de Uſufruct.* Neque Romæ præſens
dici poterat Reſignans, qui inibi non perſiſtebat, 64
& inhabitabat, ſed veluti hoſpes morabatur, ad
text. in leg. Primam §. *Habitare ff. de His, qui*
dejecer. vel effuder. ibi: *Quia non ibi inhabitat*,
ſed tantiſper hoſpitatur.

Secunda, quia Regula loquitur de caſu ſimpli-
ci, de eo nempe, qui in Urbe exiſtens conſtituat 65
Procuratorem ad reſignandum, qui porrigat Sup-
plicationem, Signaturam, & Datam obtineat, ac
præſtet conſenſum, ſemper tamen perdurante ea-
dem præſentia Reſignantis in Urbe, *Azor. Inſtitut.*

in Regula appoſitum; ut in terminis Procuratoris
non habentis Mandatum, tradunt *Amayden. de
Styla Datar. lib. 1. cap. 10. quæſt. 9. n. 21. in fine. Pa-
ſtor. de Beneſ. lib. 3. tit. 6. in princip. Manzaned. dec.
550. a num. 7. uſque ad finem.*

Nec relevat, quod Mandatum etiam ex conjec-
103 turis elici poſſit. Quia, cum Regula requirat, quod
conſenſus a Reſignante præſtetur per *Procuratorem
ſuum ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum*, ſola tranſ-
miſſio publici documenti non importat ſpeciale
Mandatum, nec quod quis ſit Procurator ſpecia-
liter deputatus. Et quando etiam elici poſſet Man-
datum ad conſentiendum, nunquam intelligi poſſet
104 data legitima facultas ad jurandum, quæ indiget
ſpeciali nota, & mentione.

Minuſque obſtat, quod, cum agatur de Reſigna-
105 tione jam facta in partibus per publicum Inſtru-
mentum coram Notario, & Teſtibus, hic ſit caſus
mixtus, non comprehenſus ſub diſpoſitione Regu-
læ, quæ tantummodo loquitur de Reſignationibus
faciendis; Maxime quia per hujuſmodi reſignandi
formam, aut pinguius, aut ſaltem per æquipol-
lens fini Regulæ ſatisfactum remaneat.

Siquidem ad primam objectionis partem reſpon-
106 debatur, quod publicum Reſignationis Inſtrumen-
tum coram Notario, & Teſtibus exaratum nil aliud
importat, quam ſimplicem promiſſionem de reſignan-
do in manibus Papæ, ſicque actum præparatorium
ad reſignandum, non autem puram, & validam Re-
ſignationem, quæ profecto expleri non poteſt, niſi
auctorizetur per Pontificem prævio conſenſu, non
utcumque, & ubicumque dato, ſed per Procura-
torem ſpecialiter deputatum, & in Cancellaria,
vel Camera Apoſtolica præſtando ad tramites Re-
gulæ. Sicque Reſignatio iſta vigore Inſtrumenti
in partibus exarati, ſemper remanet in ſtatu Re-
ſignationis non pure, & ſimpliciter factæ, ſed fa-
ciendæ, de qua Regula loquitur, & revocari po-
teſt per Reſignantem, donec, & quouſque Ponti-
ficis auctoritas non ſuperveniat.

Quinimo, etiam caſus mixtus comprehenditur
107 ſub Regula, quando militat eadem ratio, prout
in præſenti; nam finis evitandi fraudes verificatur
etiam in publico Inſtrumento, carente juramen-
to, ad quod perveniri non ſolet, niſi magna cum
maturitate. Et ſi alias caſus hujuſmodi, veluti
mixtus, obnoxius non eſſet cenſuræ Regulæ, ſe-
queretur, quod etiam præſens in Curia poſſet re-
ſignare per publicum documentum, quod tamen
nunquam fuit admiſſum.

Ad alteram vero objectionis partem, quod per
108 hujuſmodi publicum Inſtrumentum præſeferens ex-
preſſum, ac determinatum Reſignantis conſenſum,
vel pinguius, vel ſaltem per æquipollens, imple-
ta remanebat ratio, & finis Regulæ, reſpondeba-
tur, quod, cum Regula præſcribat certam formam
ſubſtantialem, & certum modum perficiendi actum,
forma, & modus ille præciſe ſervandus eſt, nec
adimpleri poteſt per æquipollens, ad *text. in leg. 3.
§. final. leg. Qui per ſalutem ff. de Jurejur. Surd.
conſ. 318. num. 10. Scacc. de Commerc. Gloſſ. 5.
num. 22. Rot. dec. 225. num. 12. uſque ad fin. cor.
Duran.* & in noſtris terminis eadem *Rota deciſ.
21. num. 5. 19. & ſeqq. part. 19. Rec.* Exemplo
Matrimonii, cujus ſolemnitas circa præſentiam
109 Parochi, ultra duos Teſtes pro evitandis frau-
dibus, a Concilio Tridentino præſcripta, adim-
pleri non poteſt per æquipollens, ita ut, etiamſi
Matrimonium coram mille Teſtibus abſque Paro-
chi præſentia celebretur, adhuc nullum erit. Exem-
110 plo itidem formæ a lege præſcriptæ in Teſtamen-
tis condendis, quæ nec per æquipollens ſuppleri
poteſt, alias enim plana ſterneretur ſemita eluden-
di leges ſub motivo, quod finis ab ipſis principa-
liter volitus non amplius vigeat, cum ad hunc effe-
ctum neceſſe ſit, quod finis ceſſet in univerſum,
non in caſibus particularibus.

Maxime, quia, ut dictum eſt, Literæ Apoſtoli-
cæ *nullatenus* expediri debent, niſi interveniat 111
conſenſus Reſignantis per ſeipſum, *alioquin* per
Procuratorem, ſi abſens ſit, cum ſpeciali Manda-
to conſtitutum, quæ dictio *Alioquin*, juncta cum
alia *Nullatenus*, quemcumque alium modum ex-
cludunt, præter illum expreſſum in Regula. Ul- 112
traquamquod finis Regulæ, nedum reſpicit indem-
nitatem Reſignantis, ne abſque ejus conſenſu Re-
ſignationis prætextu Beneficio privetur, verum &
principaliter ſinceritatem actus, ad effectum ut ſit
immunis ab omni fraude, & labe confidentiæ,
vel ſimoniæ, aut finis conſtituendi ſibi ſucceſſorem
in Beneficio. Unde, ſi documentum caret jura-
mento, & conſtitutione Procuratoris ad jurandum,
eſto, quod ab eo reſultet voluntas Reſignantis ſe
abdicandi a Beneficio alterius favore, ab eadem ta-
men voluntate ſuppleri non valet actuale, & poſi-
tivum juramentum tam eſſentialiter requiſitum a
Regula pro expianda Reſignatione a fraudibus, ac
pro tutiori animi conſillo.

Stylo vero Notariorum admittendi hujuſmodi 113
publica documenta, & extendendi eorum vigore
Conſenſum multipliciter reſpondebatur. Et primo,
quia ſi Actus, quorum vigore Conſenſus exten-
ditur, dignoſcuntur inſufficientes, non debet atten-
di, quod geſtum fuerit per Notarios, qui ſæpe
errant in jure, præſertim propter aliquod lucrum,
ut advertit *Amayden. loc. ſupra citat.* Et Notarii
extendunt quidem Conſenſus, ſed relinquunt ju-
dicandum iis, ad quos pertinet, an literæ fue-
rint bene expeditæ, *Rot. dec. 471. num. 13. part.
1. diverſ.* Secundo, quia ſtante clara diſpoſitione 114
Regulæ decreto *irritanti* munitæ, non debet at-
tendi ſtylus, vel conſuetudo in contrarium, niſi
ſaltem de eis conſtet cum præſcriptione, & uni-
formi obſervantia, ceteriſque requiſitis, ubi agitur
de ſtylo contra jus. Tertio, quia ſi deficit Manda-
tum ſpeciale ad jurandum, non poteſt Notarius 115
admittere prætenſum Procuratorem ad præſtan-
dum Juramentum, nam deficiente legitima fa-
cultate, actus ille, quo Notarius *Juravit &c.* impor-
tat ſimulationem, & Mendacium, *Rot. deciſ. 21.
num. 22. part. 19.* Et quarto, quia magnum vide- 116
tur abſurdum, quod eſſe debeat in poteſtate No-
tariorum admittere hujuſmodi Conſenſus, ac ina-
nem, & ſuperfluam reddere regulam, adeo ſolli-
citis ſtudiis a quolibet Pontifice innovari ſolitam,
inducendo modum diverſum ab illo, qui in ea præ-
cribitur, unde in proximis terminis merito *Rota* at-
tendere noluit ſtylum contra jus a Collegio Curſo- 117
rum inductum ut in *Romana Caſalium* 21. *Junii
1688. coram Caccia.*

Poſtremo pro ſuſtinenda validitate Reſignatio- 118
nis opitulari non poterat clauſula in Literis Reſi-
gnationis adjecta -- *Sive præmiſſo, ſive alio quovis
modo, ſeu per ſimilem, vel aliam liberam Reſigna-
tionem dicti Henrici, vel cujuſvis alterius de illis in
Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Nota-
rio publico, & Teſtibus ſponte factam &c. non ta-
men per obitum vacent &c.* Tum quia, cum
clauſula præfata de ſtylo apponi ſoleat in om-
nibus Literis Reſignationum, juxta formulam
relatam apud *Pariſ. de Reſignat. lib. 8. quæſt. 7.
num. 31. Corrad. in Prax. Beneficial. lib. 5. cap.
1. num. 1.* Actum eſſet de Regula præfata ſuper
Conſenſibus, quæ tanto ſtudio condita, in quolibet
Ponti-

Pontificatus initio renovari ſolet, ſi vitium intrin-
ſecum non ſervatæ dictæ Regulæ per clauſulam
119 præfatam ſalvari poſſet. Tum quia præfata clauſula
dependet a Gratia principali, quæ illam in ventre
habet, unde, ſi hæc non ſervatam formam Regu-
læ eſt nulla, & irrita, neceſſe eſt, quod nullius
quoque roboris ſit clauſula in ea contenta, *Rot.
dec.* 223. *num.* 4. *& ſeqq. part.* 13. *Rec.*

Quibus rationibus pro utraque parte perpenſis,
120 *Rot. in Salisburgen. Canonicatus* prima vice incli-
navit pro validitate Reſignationis factæ vigore pu-
blici Inſtrumenti, ut ex Deciſione edita 6. *April.*
1693. *cor. Priolo*; At repropoſita Cauſa *cor. eod.* ſub
121 *die* 8. *Februarii* 1694. receſſit a Deciſis. Mihi autem
ad veritatem reflectenti videtur, quod poſtrema hæc
reſolutio magis conſona ſit Regulæ, cujus, ſi ver-
borum contextus perpendatur omnino requiri vi-
detur ſpeciale mandatum, caſu, quo abſens reſi-
gnet, cum inibi præſcribatur certus modus, qui,
& non alius obſervandus venit, & ſic omni alio
122 modo, etiam mixto excluſo. Prior vero reſolutio
eſt innixa ſtylo, & inconcuſſæ praxi Cameræ, &
Cancellariæ ſuſtinenti Reſignationes tali modo fa-
ctas per publicum documentum ratione bonæ fi-
dei, & erroris diu tolerati, *Rot. deciſ.* 356. *num.* 9.
part. 1. *Recent.* Hinc etiam poſt editam laudatam
Deciſionem *in Salisburgen. Canonicatus* ſub *die* 8.
Februarii 1694. continuatus fuit, & modo obſer-
vatur antiquus ſtylus admittendi hujuſmodi Re-
ſignationes.

Verum juxta ſtylum præfatum non aliter per
123 Cancellariam admitti ſolet Inſtrumentum Reſigna-
tionis in partibus expletæ abſque ſpecialis Procura-
toris conſtitutione, niſi prævia obligatione ejus,
qui prædictum Inſtrumentum exhibet, & ejus vigo-
re conſenſum præſtat, producendi novum ipſius
Reſignantis mandatum intra certum terminum,
qui regulariter eſſe ſolet ſex menſium, cum ratifi-
124 catione omnium jam geſtorum. Ita quidem, ut ſi
hujuſmodi ratificatio intra præfixum tempus non
exhibeatur, actus Reſignationis remanet nullus, nec
a Reſignante Jus, quod in Beneficio habebat, re-
manet abdicatum, perinde ac ſi Reſignatio ſequuta
non fuiſſet, ut diximus ſupra *num.* 109.

Poſt hæc ſcripta magis acriter reaſſumta fuit in
Rota de annis 1716. 1718. & 1727. diſputatio ſu-
per validitate hujuſmodi Reſignationis in Cauſa *Mo-
naſterien. Canonicatus.* Cum enim *Henricus Re-
ding.* per publicum Inſtrumentum coram Notario,
& Teſtibus in partibus exaratum, reſignaſſet in
manibus Papæ favore *Matthiæ Bernardi* Cano-
nicatum, quem obtinebat in *Collegiata Eccleſia S.
Felicitatis utriuſque ſexus* Oppidi *Uredena.* A-
gens in Curia vigore dicti Inſtrumenti deſtituti
ſpeciali mandato ad conſentiendum, & jurandum,
Conſenſum præſtitit cum obligatione producendi
infra ſex menſes Mandatum ratificatorium omnium
per eum geſtorum. Caſus dedit, quod *Henricus*
Reſignans deceſſit de menſe ſequentis *Februarii*,
unde Abbatiſſa ſupradictæ Collegiatæ Eccleſiæ or-
dinaria collatrix, Canonicatum ab *Henrico* poſſeſ-
ſum, tanquam vacatum per ejus obitum contulit cui-
dam *Hunning*, inter quem, & *Matthiam* Reſigna-
tarium introducta Cauſa in Rota; hæc præviis dua-
125 bus Deciſionibus 5. *Junii*, *& 7. Septembris* 1716.
coram bon. mem. Gamaches, reſpondit pro exe-
quutione Literarum Reſignationis favore *Matthiæ.*
Eumdemque ſenſum pandi lit in ulteriori inſtan-
tia *coram bon. memor. Foſcaro*, ut ex Deci-
ſione edita *die* 28. *Aprilis* 1718. Verum impe-
trata per *Hunning* nova audientia adverſus po-
ſtremam hanc Deciſionem, Cauſæque reſolutio-
ne pluries ob ſuffragiorum ſciſſuram dilata, tan-
dem adictis ad ſuffragandum omnibus Patribus
receſſum fuit a *Deciſis*, & reſponſum pro nulli-
tate Reſignationis, ut ex Deciſione emanata 126
ſub *die* 3. *Martii* 1727. *coram R. P. D. Cor-
nelio*, quæ innixa fuit iiſdem propemodum ratio-
nibus per Nos ſupra *num.* 102. *& ſeqq.* expoſitis, &
latius reaſſumtis per *Pitan. diſceptat.* 119. *per tot.*
qui in eadem Cauſa pro nullitate Reſignationis
ſcripſit, eo inſuper addito fundamento, ex parti-
culari circumſtantia in dicta cauſa concurrente eru-
to, quod Agens, qui Inſtrumentum Reſignationis 127
in Cancellaria exhibuerat, ejus obligationem non
adimpleverat, producendo intra præfixum tempus
Mandatum ſpeciale ratificatorium omnium per eum
geſtorum, unde nullum jus abdicatum remanſerat
ab ipſo Reſignante, & per conſequens dici non
poterat, Canonicatum vacaſſe per Reſignationem,
ſed per illius obitum, ut proſequitur laudata De-
ciſio *cor. Cornelio* §. *finali.*

Ceterum Procurator ab abſente ad reſignandum 128
conſtitutus debet eſſe certus, & ſpecialiter in In-
ſtrumento nominatus, ad *Text. in leg.* 2. *ff. de Pro-
curat.* Hinc *Rebuff. ad Concordat. Tit. de Regul. ad
Prælat. Nominat.* §. 1. *verb. Etiam per ceſſionem*,
firmat, nullum eſſe Mandatum, ſi nemo ſit in eo
certus conſtitutus Procurator, ſed in albo relictus, 129
alias fere tolleretur facultas revocandi, quia neſciri
poſſet, cui Procuratori intimari deberet revocatio,
& *Rebuff.* ſequitur *Bauny de Benefic. diſput.* 9.
quæſt. 38. *verſic. Sexta pag. mihi* 312.

At de ſtylo Curiæ Romanæ paſſim admittun- 130
tur Mandata ad Reſignandum Beneficia, relicto
in albo nomine Procuratoris, qui poſtea in eo
deſcribitur, *Boer. deciſ.* 274. *num.* 5. *verſic. Sed
Nos loquimur*, idem *Rebuff. loco ſupra cit. Paſtor de
Benefic. lib.* 3. *tit.* 6. *verſic. Quinto.* Idemque ſer-
vari in Gallia teſtatur *Bouchel. in Biblioth. Canon.
verb. Reſignation.* §. *C'eſt donc*, *pag. mihi* 503. Et
generaliter quod de ſtylo omnium Curiarum 131
tam Eccleſiaſticarum, quam ſecularium, hujuſ-
modi Mandata procuræ admittantur, cum dicatur
certus, & ſpecialiter conſtitutus Procurator, etiam
ſi in Mandato fuerit relictum vacuum, ſeu album,
in quo poſſit illius Nomen deſcribi, teſtantur *Boer.
dict. deciſ.* 274. *num.* 5. *Rovit. in Rubric. Prag-
mat. de Procurat. num.* 53. *de Luc. ad Golin. de
Procurat. part.* 2. *cap.* 3. *ſub num.* 6. *verſic. Procu-
ratoris*, *Altimar. de Nullit. tom.* 2. *rubric.* 11. *quæſt.*
32. *num.* 29.

Et hujuſmodi ſtylo inhærendo, Sacra Congre- 132
gatio Concilii die 7. Maii 1701. validum declaravit
Matrimonium contractum per *Joannem Baptiſtam
Piccino* cum *Anna Rolla* mediante Mandato procu-
ræ ſpecialiter exarato ad Matrimonium contrahen-
dum cum ipſa *Anna*, ſed relicto nomine Procu-
ratoris in albo, quod poſtea a Patre ipſius *Annæ*
fuerat repletum; & in fortioribus terminis alterius 133
Matrimonii contracti cum Mandato procuræ ex-
tenſo in folio albo, cui ſolum Vir ſubſcripſerat ſub
illis verbis, *conſtituo ut ſupra*, quod valide vigore
dicti Mandati poſtea repleti fuerit contractum,
reſpondit *Rot. in Neapolitana Matrimonii* 18. *Junii*
1703. *coram Anſaldo.*

Et quamvis in utraque Cauſa opponeretur con- 134
ſideratio, quam facit *Rebuff.* loco ſupra laudato,
quod ſcilicet, ſi admitterentur hujuſmodi Procu-
rationes in albo, non poſſet poſtmodum revocari
Mandatum, cum ſciri nequeat quis ibi ſit de-
ſcribendus Procurator. Reſponſum nihilominus
fuit, quod ratio præfata non adaptatur Matrimo-
nio, in quo ſpeciale eſt, ut contra juris regulas, ſub-

ſiſtat

135 ſiſtat revocatio Mandati, etiam ſi Procuratori non
ſit intimata, ut per *Text. in Cap. final. de Procu-
rat. in 6.* docent communiter Canoniſtæ, quos re-
ferunt, & ſequuntur *Paſſerin. dict. Cap. final. num.
17. Pontius de Matrim. lib. 2. cap. 15. num. 9. San-
chez eodem tractat. lib. 2. diſput. 11. num. 6. Molin.
de Rit. Nupt. lib. 1. Compar. 25. nu. 10. & ſeqq.* Et
136 in omnem caſum intimatio fieri poterit, vel Paro-
cho, vel Perſonæ certæ, cum qua eſt contrahen-
dum Matrimonium, vel coram Ordinario.

Debet autem ipſemet Procurator præſens, & per-
ſonaliter conſtitutus in manibus Notarii conſenti-
137 re, & jurare. Unde, ſi Procurator ſit abſens, aut
infirmus, non poteſt per Inſtrumentum, vel Epi-
ſtolam conſentire, *Rot. deciſ. 106. num. 3. & ſeqq.
& deciſ. 198. part. 18. & deciſ. 21. part. 19. Recent.*
in quibus adducuntur Expeditorum atteſtationes
circa ſtylum, qui in hoc materia ſervatur.

138 An vero poſſit Reſignans ipſe dare Mandatum
per Epiſtolam, & Notarius poſſit illius vigore
conſenſum extendere. Negat *Pariſ. lib. 9. quæſt. 6.
per tot. & quæſt. 24. num. 38. Tondut. de Penſ. cap.
41. num. 26. verſic. Cetera, Bauny Prax. Bene-
ficiar. diſput. 9. quæſt. 28. pag. 312. Marga de Be-
nefic. quæſt. 3. num. 1073. Paſtor eod. tract. lib. 3.
tit. 6. num. 5. verſic. 4. cetera Bouchel. in Biblioth.
Gallic. verb. Reſignat. pag. mihi 503. verſ. Auſſi,*
139 ubi quod Epiſtola cum ſit ſcriptura privata, non
poteſt reddere Collatorem perfecte certum de ve-
ritate Reſignationis, addita etiam ſuſpicione
falſitatis, & antidatæ, *Rot. deciſ. 198. num. 9.
& ſeqq. part. 18. & deciſ. 21. num. 4. & 5. part.*
140 *19. Recent.* Et ea videtur eſſe ratio principalis,
quod Regula de conſenſu præſtando in Benefi-
ciorum Reſignationibus præſcribit certam formam
a Reſignantibus ſervandam, ut ſcilicet ſi præſen-
tes ipſi ſint in Curia, perſonaliter illum præſtent,
ſi abſentes per Procuratorem ſpecialiter conſtitu-
tum, unde excludit quemcumque alium æquipol-
lentem modum conſenſum eundem præſtandi, *Rot.
dict. deciſ. 21. num. 5. part. 19. Recent.*

141 Contrarium tamen, quod nempe in terminis
hujus Regulæ poſſit a Reſignante dari mandatum
per epiſtolam ad conſenſum Reſignationi præſtan-
dum, firmant *Lotter. de Re Benef. lib. 3. qu. 16.
ſub num. 39. Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloſſ. 47.
num. 36. Rot. dec. 110. num. 5. & ſeqq. part. 19.
Rec.* ubi, declarando Deciſiones contrarias, dici-
142 tur, quod Regula nullam præſcribit formam dan-
di mandatum, quod proinde nihil intereſt, an de-
tur per Inſtrumentum, an per Epiſtolam, dummo-
do Procurator ſit ſpecialiter conſtitutus, ſolumque
Regola dat formam præſtandi conſenſum, quem
vult præſtari cum Juramento in Camera, vel Can-
cellaria Apoſtolica per principalem præſentem,
aut eo abſente, per Procuratorem pariter præſen-
143 tem. Imo quoad probationem mandati hujuſmodi
ſufficere conjecturas, tradunt *Lotter. d. qu. 19. n. 35.
Rot. deciſ. 396. part. 1. diverſ. & in Salisbur-
gen. Canonicatus 6. Aprilis 1693. §. Quia coram
Priolo.*

Extra vero controverſiæ aleam eſt, Mandatum
per Epiſtolam ſufficere ad effectum porrigendi
Supplicationem Pontifici pro Gratia Reſignationis
144 Beneficii ad favorem obtinenda, *Pariſ. de Reſignat.
lib. 8. quæſt. 6. num. 6. & ſeqq. Gonzalez in Regul.
8. Cancell. gloſſ. 47. num. 36. & gloſſ. 63. num. 20.
Rot. coram Seraphin. deciſ. 1193. num. 6. & 7. & in
Tridentina Parochialis 4. Aprilis 1729. §. At re-
vera, coram R. P. D. Millino.*

145 Quod ſi initio prorſus Reſignante, quis Sup-
plicationem Reſignationis præſentet, & poſtea ſu-
perveniat legitimum procuræ Mandatum tribuens
facultatem præſtandi conſenſum ſuper futura reſi-
gnatione, licet facultas hæc non videatur amplecti
reſignationem jam factam, nihilominus conſen-
ſus poſtea præſtitus vigore dicti Mandati con-
gruo tempore ſupervenienti omnia antea geſta con-
firmat, quia Reſignatio ſpiritum, & robur ſu-
mit a conſenſu, *Rot. in dicta Tridentina Parochia-
lis §. Minuſque.*

Ad evitandas fraudes non admittebantur priſcis 146
temporibus Literæ miſſivæ, ſed erat neceſſarium
publicum Inſtrumentum, ut ait *Pariſ. dicta quæ-
ſtion. 6. in fine*, & Literæ præfatæ ſolum deſervire
poterant pro conſenſu cauſali, non autem formali,
ut proſequitur *Pariſius.* Hodie tamen ſtylus eſt, 147
quod admittantur per Notarios Literæ miſſivæ
cum obligatione de rato, juxta plura exempla
adducta per *Rot. in dicta Salisburgen. Canonica-
tus cor. Priolo*, & in caſu ſupra relato *num. 13.*
Reſignationis Canonicatus Baſilicæ SS. Lauren-
tii, & Damaſi, ex ſolo conſenſu dato a Poſſeſſo-
re per Literas Summo Pontifici directas, fuit de-
rogatum huic Regulæ, cum dictæ Literæ pro con-
ſenſu cauſali interveniſſent. Supradicta autem obli-
gatio de rato operatur, quod uſquequo non eſt 148
productum Mandatum ratificatorium, non eſt ab-
dicatum Jus a Reſignante, *Rota deciſ. 11. num. 6.
cor. Otthobon. deciſ. 92. num. 12. coram Pentinger,
deciſ. 302. num. 4. coram Durana, in Corduben.
Beneficii 22. Februarii 1693. §. Denique, coram
Muto, & in Monaſterien. Canonicatus 3. Martii
1727. §. finali cor. R. P. D. Cornelio.*

Ceterum conſenſus per Procuratorem præſtan- 149
dus, & Literarum Apoſtolicarum expeditio in il-
lius exequutionem facienda, debet eſſe conformis
Mandato, quod ad unguem ſervari debet, adeout
reſignatio ſit nulla, ſi conditiones in mandato
præſcriptæ, in Literis omittantur, nec a Reſignan-
te jus aliquod abdicatur, ad *Text. in leg. Si Pro-
curator Cod. de Procuratoribus, Piton. diſcept. 48.
num. 1. & ſeqq. Roſ. de Exequutor. cap. 15. num.
17. & ſeqq. Murga de Benefic. quæſt. 3. nu. 1079.
Caſtropal. Oper. moral. tom. 2. tractat. 13. diſpu-
tat. 6. punct. 2. §. 4. num. 6. & ſeqq.* ubi plura
ad materiam, *Rot. deciſ. 92. num. 1. & ſeqq. co-
ram Pentinger. confir. deciſ. 132. coram eodem,
deciſ. 11. cor. Otthobon.* & late *dec. 125. & 146.
fere per tot. coram Cerro, & deciſ. 534. coram
Coccino*, ubi de eo, qui dederat Mandatum ad re- 150
ſignandum cum reſervatione fructuum, & Procu-
rator conſenſum Reſignationi præſtiterat cum reſer-
vatione Penſionis in quantitate, & in *Mediolanen.
Beneficii 5. Martii 1703. coram Caffarella*, confir-
mata 15. *Februarii cor. cl. me. Card. Scotto*, ubi
de eo, qui expreſſerat, quod Beneficium non erat 151
reſervatum, quando Reſignans dixerat in Mandato,
illud eſſe duplici reſervationi obnoxium.

Quod ſi conditiones per Reſignantem requiſi- 152
tæ ſint inſolitæ, & a Pontifice admitti non conſue-
verint, tenetur Procurator, aut diligentias, ut
admittantur, reiterare, aut a Literarum exequu-
tione ſe abſtinere, & certiorem reddere Reſignan-
tem in partibus, *Roſ. dict. cap. 15. num. 21. &
& pluribus ſeqq.* ubi poſt expoſitas DD. & Ro-
tæ contrarias Sententias ſuper hoc articulo, tan-
dem concludit pro nullitate Reſignationis, quan-
do Literæ non ſunt uniformes mandato, etiam
ſi conditiones eſſent inſolitæ, *Piton. diſceptat. 48.
num. 6. Rot. deciſ. 92. num. 13. coram Pentinger.
& dec. 125. & 146. coram Cerro*, a quibus licet
receſſum fuerit *coram eodem Cerro deciſ. 158. &
202.* tamen id evenit, quia in Mandato aderat 153
clauſula,

clauſula, ſi Sanctiſſimo placuerit, & non aliter,
ut advertit idem *Roſ. in addit. ad cap.*15. *nu.* 43.
Quando enim Partes ſe referunt ad Beneplacitum
Pontificis, *& non alias*, tunc Reſignans iotel-
ligitur nolle, ſi Sanctiſſimus annuere noluerit,
nec per Procuratorem aliæ faciendæ ſunt diligen-
tiæ, quam exprimere in Supplicatione conditio-
nes a Principali volitas, quas, ſi Officiales dele-
verint, Reſignatio valida erit, *Gonzal. ad Regul.*
8. *gloſſ.* 12. *num.* 87. *Cæſar de Graſſis deciſ.* 10. *&*
21. *de Præbend.* cum aliis in laudatis Deciſioni-
bus *coram Cerro*, ubi ſive conditiones ſint ſolitæ,
ſive non.

154 Sed licet Procurator fines Mandati exceſſerit,
nihilominus, ſi Mandans exceſſum hujuſmodi ap-
probaverit, & ratificaverit, tunc Reſignatio ſuum
obtinebit vigorem, perinde ac ſi adeſſet a principio
Mandatum uniforme facto Procuratoris, ut quid-
quid dicat *Bauny de Benefic. diſputat.* 9. *quæſt.* 31.
verſic. Quid ſi eam pag. 313. plene tradit *Piton. dict.*
diſcept. 48. *num.* 7. *Rot. deciſ.* 93. *num.* 7. *cum ſeqq.*
deciſ. 82. *num.* 3. *& ſeqq. & deciſ.* 100. *part.* 6. *Rec.*
155 *& dec.* 11. *num.* 22. *cor. Otthobono.* Et Officiales
Datariæ ſemper in his caſibus apponere ſolent onus
Procuratori exhibendi intra certum tempus publi-
cum ratificationis Inſtrumentum, qua ſtante obli-
gatione Procuratori injuncta, non ſufficeret, ſi
Principalis per Literas miſſivas geſta per Procura-
torem ratificaret, ut dixit *Rota dicta deciſ.* 11. *n.* 5.
& ſeqq. coram Otthobono, ubi explicatur *deciſ.* 100.
part. 6. *Recent.*

Sed in terminis hujuſmodi ratificationis fuit alias
quæſitum io Congregatione Datariæ in una *Com-*
156 *poſtellana Parochialis*, an illa debeat produci, &
exhiberi in Actis in vita Reſignantis, & an ulte-
rius debeat Reſignans ipſe ſupervivere per viginti
dies a die exhibitæ ratificationis. Caſus erat, quod
Titius dederat Mandatum ad reſignandum favore
Caii Parochialem Eccleſiam, quam obtinebat cum
reſervatione certæ Penſionis, ſed cum de menſe
Novembris 1692. a cl. me. Card. *Panciatico* Pro-
Datario de Mandato ſa. me. *Innocentii XII.* pu-
blicatum fuiſſet Edictum, quod Parochiales Ec-
cleſiæ nullatenus Penſione gravari poſſent, Procu-
rator Reſignationem liberam fecit cum promiſſione
de exhibendo novum Mandatum ratificatorium in-
tra quatuor Menſes. Cumque perveniſſet ad partes
notitia Edicti præfati, idem Mandans novum exa-
ravit Mandatum ad reſignandam Parochialem libere
ad favorem *e*juſdem, quod antequam produceretur,
obiit; Unde re in judicium delata, quærebatur, an
Parochialis præfata vacaret per Reſignationem, vel
per obitum.

Pro ſuſtinenda Reſignatione perpendebatur,
157 quod ea fuerat admiſſa cum obligatione a Procu-
ratore facta producendi novum Mandatum Reſi-
gnantis ad conſentiendum Reſignationi Parochialis
libere, & abſque Penſione intra quatuor Menſes.
Quæ ſane obligatio jam adimpleta remanſerat
mediante exhibitione dicti novi Mandati, cujus
exhibitio ſufficere videbatur, cum ad hunc effe-
ctum ſat eſſet ratificatio etiam per Literas miſſi-
vas, juxta ſenſum *Rot. dec.* 82. *num.* 5. *& dec.* 100.
num. 9. *& ſeqq. part.* 6. *Rec.*

158 Nec obſtare dicebatur, quod novum Maodatum
productum non fuerat in vita Reſignantis, quod-
que nec ipſe per viginti dies ſupervixerit. Quia,
cum in ratificatiooe nulla requiratur auctoritas Su-
perioris, *Rot. d. dec.* 82. *nu.* 18. *&* 19. *part.* 6. nil
aliud pro validitate Reſignationis remanebat agen-
dum, quam, quod Principalis ratum haberet, quod
ſuo nomine a Procuratore geſtum fuerat; Eo ipſo
enim, quod ſequutum fuit adimplementum condi-
tionis, ſublata penitus remanſit Reſignanti pœni-
tendi facultas, *Rot. deciſ.* 82. *num.* 4. *part.* 6. *Rec.*
Et ex eadem ratione non debet ſupervivere per 20. 159
dies, quia hæc temporis computatio fieri debet a
die præſtiti conſenſus per Procuratorem, non au-
tem a die ratificationis, ſeu illius productionis,
ut in *dict. deciſ.* 100. *num.* 12. *&* 13. *part.* 6.

Fortius, quia præcedens actus Conſenſus Reſi- 160
gnationi præſtiti per Procuratorem, omiſſa reſerva-
tione Penſionis, non fuerat omnino nullus, ſed
habebat implicitum ſtatum validitatis pendentis a
voluntate Reſignantis, quo annuente, Reſignatio
per ſubſequutam ratificationem, ſuum, *prout ex*
tunc ſortitur effectum, ut in *dicta deciſ.* 82. *num.* 8.
& ſeqq. Et confert eadem *Rot. cor. Durano dict. de-*
ciſ. 265. *num.* 18. *& ſeqq.* Unde nec exhibitio Ra-
tificationis in vita Mandantis, nec illius ſupervi-
ventia per 20. dies requiritur.

E contra dicebatur, quod aut attendendus erat 161
primus conſenſus præſtitus per Procuratorem,
& iſte fuit nullus, quia contra formam Man-
dati præſtitus, *Pariſ. de Reſignat. lib.* 9. *quæſt.* 17.
num. 77. *cum aliis ſupra relatis.* Aut attendendum
erat ſecundum Mandatum ratificatorium, & 162
iſtud ſuffragari non poterat, quia noo produc-
tum in vita Reſignantis, nec admiſſum a Papa,
cujus auctoritas ſemper requiritur, ut ex ratifica-
tione inducatur Reſignationis ab initio nullæ, va-
liditas, unde non poterat retrotrahi ad actum,
qui a principio fuit oullus, *Pariſ. dict. quæſt.* 17.
num. 78. *& ſeq.* & quod Reſignatio contra for-
mam Mandati expleta, ſit nulla ipſo jure, *Roſ.*
cap. 15. *n.* 18. *& ſeq.*

Deciſionibus vero 82. *&* 100. *part.* 6. *Recent.*
reſpondebatur, quod in earum themate non ageba- 163
tur de actu nullo a principio, ſed de actu aut va-
lido, aut qui ſaltem erat in implicito ſtatu vali-
ditatis, nam Mandatum conceptum erat ad reſi-
gnandum cum Penſione imponenda ſuper fructi-
bus certis, & incertis Beneficii, Procurator vero
conſenſum Reſignationi præſtiterat ſub reſervatione
Penſionis ſuper fructibus certis tantum, obliga-
tione emiſſa producendi novum Mandatum juxta
hujuſmodi tenorem. Cumque Principalis decla-
raverit, verbum illud, *ſuper incertis*, appoſitum
fuiſſe a Notario, ipſo non advertente, hinc ſtan-
te hac declaratione, bene reſpondit *Rota*, nec
novum conſenſum requiri, nec novum Manda-
tum, nec auctoritatem Superioris, nec etiam
ſuperviventiam per viginti dies. Et redditur ratio, 164
quia, ſtante Mandato, quo valide, & juxta inten-
tionem ſui Principalis uſus fuit Procurator in vita
ipſius Reſignantis, ceſſat ratio inductiva nova Con-
ſtitutionis Procuratoris, aut Juris de novo tri-
buendi, aut conſenſus iterum præſtandi, ut in dicta
deciſ. 100. *in fine part.* 6. & prius *deciſ.* 63. *num.*
7. *& ſequent.* At, quando agitur de ratificatione 165
actus omnino nulli, tunc novus requiritur conſen-
ſus, & nova auctoritas Superioris, ſine qua, quod
fuit ab initio nullum, reconvalidari non poteſt,
ut diſtinguendo firmatur *dict. dec.* 82. *num.* 15. *&*
ſeqq. part. 6. ubi declaratur Doctrina *Pariſii*, quod
procedat in terminis conſenſus omnino nulli, prout
eſt in caſu noſtro.

Sed adhuc ioſurgit dubitatio, ex quo in caſu *Pa-*
riſii deducebatur ratificatio ex actibus tacitis, & 166
deerat auctoritas Papæ. In præſenti vero caſu Reſi-
gnans expreſſe ratum habuerat factum Procuratoris,
& Reſignatarius petebat, expreſſe admitti per Sum-
mum Pontificem, ejuſque Officiales Ratificationis
Actum; Et quamvis replicaretur, quod admit-

tenda

tenda non erat ratificatio, cum ob mortem Reſi-
gnantis res non eſſet amplius integra, nihilomi-
nus reſponderi poſſe videbatur, nil proponi, quin
poſt obitum Reſignantis produci non poſſit ratifi-
catio, quæ ad alium effectum non requiritur, niſi
ad oſtendendam ipſius voluntatem, quod etiam
modo, quo conſenſum præſtitit Procurator reſi-
gnaſſet, & ideo in his terminis adhærerem opinio-
ni pro validitate Reſignationis. Incertum eſt ta-
men quid reſolutum fuerit.

Altera ſuccedit inſpectio, ubi nempe, & quo lo-
167 co conſenſus Reſignationi præſtari debeat? & con-
veniunt omnes, quod alibi præſtari non poſſit,
quam in Cancellaria, vel Camera, *Sarnen. in Reg.
de Publ. Reſignat. quæſt. 7. ſub n. 4. verſ. Et ideo,
Pariſ. de Reſignat. lib. 8. quæſt. 8. num. 11. & plurib.
ſeqq. Kochier. ad hanc Regul. num. 41. Rot. cor.*
168 *Puteo dec.* 100. *lib.* 3. Et ibi in libris ſolitis ex-
tenditur *Kochier. numer.* 10. *Rot. dec.* 198. *ſub num.*
7. *part.* 18. *Recent. & in Monaſterien. Canonicatus*
3. *Martii* 1727. §. *Qua retenta, cor. bon. mem.
Cornelia*, ubi, quod conſenſus non ſuffragatur, ſi
fuerit præſtitus in partibus.

Fuit tamen in dubium revocatum, an diſpoſitio
Regulæ procedat in *Cancellaria* tantum, vel etiam
169 in *Camera*? Et eſſe demandatam tantum Officia-
libus *Cancellariæ*, dixit *Rot. in Salisburgen. Cano-
nicatus* 6. *Aprilis* 1693. §. *Ulterius, cor. Priolo*;
Hinc nonnulli Doctores ajunt; quod, ubi conſen-
170 ſus præſtatur in *Camera*, Notarii ſolent eſſe lar-
giores in illo admittendo, etiam non ſervata ad
unguem forma præſcripta in dicta Regula, *Pariſ.
de Reſignat. lib. 9. quæſt. 7. nu. 54. & ſeqq. Amayden.
de Stylo Datar. lib. 1. cap. 10. num. 24. in fine, Ko-
chier. hic num. 39. Rot. in dict. Salisburgen. Canoni-
catus coram Priolo §. Ulterius.*

Sed opinio hæc, quod Regula non habeat locum
in Camera, minus vera eſt, ſi generaliter ſuma-
171 tur; Licet enim in litera de *Cancellaria* tantum lo-
quatur, tamen ex identitate rationis procedit e-
tiam in Officialibus *Cameræ*, qui eam ad unguem
ſervare tenentur, ut late, diſcuſſo articulo, reſ-
pondit *Rota dec.* 106. *part.* 18. *Rec. fere per tot.
confirmat. dec.* 198. *ead. parte, & dec.* 21. *part.* 19.
& in Salisburgen. Canonicatus 8. *Februarii* 1694.
§. *Præcipit, cor. Priolo.* Et ſi quæ adeſt diſcrepan-
tia inter *Cameram*, & *Cancellariam* ea eſt circa
nonnulla accidentalia.

Plures vero ſunt differentiæ, quæ circa ſtylum
172 admittendi Reſignationes ad favorem inter *Came-
ram*, & *Cancellariam* notari ſolent, Et primo di-
xit *Rota in dicta Salisburgen.* 6. *Aprilis* 1693.
quod Camera paſſim admittit conſenſus præſtatio-
nem vigore publici documenti facti ab abſente,
licet deficiat ſpeciale Mandatum. Sed hic non eſt
ſtylus particularis Cameræ, quandoquidem etiam
Notarius Cancellariæ hujuſmodi publica documen-
ta admittere ſolet.

Rurſus Camera admittit præſentem ad conſen-
173 tiendum per Procuratorem ad id ſpecialiter depu-
tatum, quem reſpuit Cancellaria, *Sot. hic num.* 3.
& ibidem *Kochier. num.* 39. *Pariſ. de Reſignat. lib.*
8. *quæſt.* 8. *num.* 23. *& lib.* 9. *quæſt.* 12. *ſub num.* 7.
& admittitur in dicta *Salisburgen.* Sed etiam in
hoc contrarium ſervatur, ut ſcilicet in Camera
quoque præſtari debeat conſenſus per ipſum Re-
ſignantem, ſi ſit præſens in Curia, *Rot. in dictis
Deciſionibus* 106. *&* 109. *part.* 18. *& dec.* 21. *part.*
19. *Recent.*

Tertia differentia eſt, quod Cancellaria non ſo-
174 let admittere Procuratorem ad conſentiendum poſt
annum a die exarati Mandati, Camera autem
ſic, *Sot. ad hanc Regulam num.* 4. *verſ. Et Cancel-
lariæ, Rebuff. in Prax. Beneſ. tit. de Procur. reſignan.
num.* 18. Quod an ſit verum infra patebit.

Quarto demum, in Camera admittitur conſen-
ſus per Procuratorem habentem minus validum, 175
& inſufficiens Mandatum Procuræ, facta tamen
obligatione exhibendi aliud ſufficiens, & validum,
quod non ſervatur in Cancellaria, *Pariſius lib.* 9.
quæſt. 7. *num.* 54. *&* 55.

Quando autem, & quo tempore præſtandus ſit
per Procuratorem conſenſus Reſignationi Benefi- 176
cii, examinatur itidem a DD. Et juxta ſtylum
Cancellariæ mox expoſitum, conſenſus intra an-
num a die confecti Mandati præſtari debet. Et in
Reſignationibus Beneficiorum Regni *Franciæ* ſer- 177
vatur, ut elapſo anno non recipiantur Mandata ad
reſignandum, *Pariſ. lib.* 9. *qu.* 13. *num.* 5. *& quæſt.*
24. *num.* 40. *Bouchel. in Biblioth. Gallic. verb. Re-
ſignation.* §. *Il echet, & ſeqq.* ubi reddit rationem,
quia nempe ex temporis longinquitate cenſetur
mutata voluntas, *Cabaſut. in Prax. & Theor. Jur.
Can. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 18. *& cap.* 12. *num.* 7. *Pa-
ſtor. de Beneſ. lib.* 3. *tit.* 6. *num.* 15. *Bauny in
prax. Beneficial. diſput.* 9. *quæſt.* 14. *verſ.* 2. *pag.
mihi* 301. *& quæſt.* 20. *pag.* 305. *Kochier. de
Permut. Beneſ. part.* 3. *cap.* 25. Et de Mandato
Procuræ ad reſignandum exarato in Regnis *Hi-* 178
ſpaniarum, quod Officiales Cancellariæ poſt quin-
quennium admittere noluerunt, teſtatur *Rota in
Corduben. Beneficii* 21. *Februarii* 1693. *in princi-
pio cor. Muto.*

Alii e contra exiſtimarunt, nullum eſſe præfi-
xum tempus Procuratori ad præſtandum Reſigna- 179
tioni conſenſum, *Pariſ. de Reſig. lib.* 9. *qu.* 13. *Ca-
ſtropal. tom.* 2. *tract.* 13. *diſput.* 6. *punct.* 2. §. 4. *Murga
de Beneſ. quæſt.* 3. *num.* 1076. Hinc conſenſum præ-
ſtari poſſe etiam poſt quatuor annos a die confecti 180
Mandati, quia Reſignantis voluntas ſemper cenſe-
tur durare, donec de mutatione non appareat,
ad *text. in Cap. Majores, de Baptiſ. leg. Sancimus* 181
Cod. de Teſtam. tradunt *Kochier. hic n.* 44. *Murga
de Beneſic. dict. quæſt.* 3. *n.* 1076. *Pariſ. dict. lib.* 9.
quæſtion. 13. *num.* 4. *& ſeqq. Rota dec.* 31. *de Re-
nunciat. cor. Mohedan. & deciſ.* 106. *num.* 20. *part.*
18. *Recent.* Prout etiam Conſtitutionem *Clementis* 182
VII. diſponentem, quod conſenſus extendatur in-
tra quindecim dies a die miſſæ Supplicationis ad
Regeſtrum, nunquam fuiſſe ſervatam, dixit *Rota in
Concben. Beneficii coram Sacrato*, quam refert
per extenſum *Kochier. ad hanc Regulam num.* 42.
Lotter. de Re Beneſ. lib. 3. *quæſt.* 16. *num.* 25. *Piton.
diſcept.* 5. *n.* 22.

An autem poſt obitum Reſignantis poſſit præ-
ſtari conſenſus, examinandum ſupereſt. Et quidem 183
poſſe hujuſmodi conſenſum a Procuratore, qui,
Reſignante in humanis adhuc degente, Mandato
uti cæpit, præſtari etiam poſt illius obitum, de-
clararunt *Alexander VI.* & *Leo X.* in eorum par-
ticularibus Conſtitutionibus, de quibus *Pariſ. de
Reſign. lib.* 1. *quæſt.* 12. *num.* 39. *& lib.* 9. *quæſt.*
24. *num.* 14. ubi regiſtrat dictas Conſtitutiones,
quas etiam refert *Baer. deciſ.* 348. *num.* 7. *& lib.*
12. *quæſtion.* 5. *num.* 38. *Gratian. diſcept.* 191. *ſub
num.* 3. *& num.* 21. *Lotter. de Re Beneſ. lib.* 2.
quæſt. 23. *num.* 24. *& quæſt.* 25. *num.* 49. *&* 50.
Tondut. de Penſ. cap. 41. *num.* 22. *Azor. Inſti-
tut. moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 22. *quæſt.* 13. *Ca-
ſtropal. Oper. moral. tom.* 2. *tract.* 13. *diſputat.* 6.
punct. 2. §. 4. *num.* 9. *Roſa de Execut. Litterar. Apo-
ſtolic. cap.* 14. *num.* 65. *Rec. dec.* 487. *parte* 2. *Coc-
cin. adnot.* 259. *num.* 1. *&* 11. ubi reddit rationem,
Rot. dec. 7. *num.* 2. *de Renunciat. cor. Creſcent.*

&

& dec. 9. num. 1. de Procur. cor. eodem, & dec.
1. n. 2. & deciſ. 3. n. 3. cor. Caſſador. & dec. 93. n. 5.
lib. 2. in antiqu. cor. Puteo, cum aliis in *Tridentina*
Parochialis 4. Aprilis 1729. §. Inutiliter, cor. R.
P. D. Millino, & in confirmatoria 13. *Januarii*
1730. *§. Præmiſſo, & §. Atque hinc, cor. Reve-*
rendiſſ. Aldrovando.
Quod tamen locum ſibi vindicare, quando Sup-
184 plicatio, vivo Reſignante, nedum fuerit ſignata,
ſed etiam datata parva Data, juxta terminos di-
ctarum Conſtitutionum, firmant *Pariſ. dict. lib.*
19. *quæſtion.* 24. *Lotter. lib. 2. quæſt. 25. num. 49.*
& 50. Kochier. ad hanc Regul. num. 12. de Luc.
de Beneſ. diſc. 42. numer. 9. ubi, quod totus pun-
ctus ſtat in Data, *Rota cor. Caſſador. deciſ. 1. de*
Renunc. num. 1. & 2. dec. 490. nu. 15. & ſeqq. cor.
Manzaned. & dec. 281. a num. 15. uſque ad finem
cor. Merlin. ubi, quod non ſufficit Signatura, ſed
quod requiratur Data, repetit. *dec. 68. n. 15. part.*
5. *Recent.*
Sed, cum in Dataria, & deinde in Rota in *A-*
ſtoricen. Theſaurariæ coram Emerix de hac materia
actum fuiſſet, dicebatur, mox laudatas Doctrinas
185 procedere de ſtylo antiquo, ad cujus tramites in
Reſignationibus prius apponebatur Supplicationi
parva Data, ſeu parvus conſenſus, & poſtea
186 extendebatur conſenſus formalis. At, cum hodie
juxta modernam praxim prius extendatur con-
ſenſus formalis, & poſtea Supplicatio datetur,
ſatis eſſe videtur, quod, vivente Reſignante, fue-
rit porrecta a Procuratore Supplicatio, & in il-
lius margine appoſita *Præſentata*, cui virtualiter
ineſt Data, quæ ad illam retrotrahitur, & ſub ea-
dem die extenditur conſenſus, *Rota in Nerito-*
nen. Beneficii 8. Junii 1682. §. Et proinde, coram
Urſino. Cum alias nunquam hodie poſſet dari
caſus de præſtando conſenſu poſt obitum Reſi-
gnantis, dum conſenſus ipſe, quippe qui Datam
præcedit, ſemper præſtari deberet tempore, quo
viveret Reſignans.
187 Præterea, ſicuti antiquitus, ſtante ſolo parvo
conſenſu, poterat poſt mortem Reſignantis ex-
tendi conſenſus formalis, *Gratian. diſceptat.* 191.
num. 3. Ita modo præſtari poteſt, ſtante ſola *Præ-*
188 *ſentata*, quæ ſucceſſit in locum conſenſus parvi,
& quæ, ſive ſpectato effectu, ſive modo, &
tempore appoſitionis, fraternizat cum eodem par-
vo conſenſu, qui, eo prorſus modo, quo nunc
189 *Præſentata*, adnotabatur cum die, Menſe, Anno,
& nomine Procuratoris, vel Principalis, ut de
Præſentata eſt ſtylus notorius, & de antiquo par-
vo conſenſu dixit *Rota dec. 471. ſub num. 3. part. 1.*
diverſor.
Fortius, quia ratio, propter quam ſupradicti
190 Doctores requirunt Datam, vivo Reſignante, ea
eſt, quia tunc exiſtit extremum habile, ad quod
conſenſus formalis retrotrahi poteſt, unde non exi-
ſtente Data de tempore, quo vivebat Reſignans,
conſenſus non poſſet retrotrahi ex defectu extre-
mi habilis, ad quod facienda eſſet retrotractio,
& ideo, veluti re integra, Mandatum expirat,
Pariſ. de Reſignat. dict. lib. 9. quæſt. 24. num. 21.
Lotter. dicta quæſt. 45. num. 49. & 50. Rot. dec.
490. *num. 16. & ſeqq. cor. Manzaned.* Ratio
191 autem retrotractionis militat etiam ſtante *Præſen-*
tata, quæ deſignat diem, quo vivebat Reſi-
gnans, & ad quam conſenſus retrotrahitur, unde,
cum reperiat extremum habile, & res non ſit am-
plius integra, durat Mandatum etiam poſt obi-
tum Mandantis. Attento præſertim, quod conſen-
192 ſus reſpicit meram exequutionem Gratiæ, quæ
perfecta dicitur eo ipſo, quod mediante *Præſentata*

Supplicationis, Procurator implicite, & virtualiter
præſtitit conſenſum, & Papa Supplicationem ean-
dem ſignavit, itaut Gratia dicatur a principio per-
fecta, ſed revocabiliter, donec conſenſus præſtetur,
Rota dec. 42. n. 4. part. 3. lib. 3. diverſor.
Verum, his non obſtantibus, *Rota in dicta A-*
ſtoricen. Theſaurariæ 10. Februarii 1694. cor. Eme-
rix, inter impreſſas *dec.* 1149. cenſuit in caſu, de
quo a Dataria conſulta fuerat, præſentatæ ſcili- 193
cet, & ſolum ſignatæ Supplicationis, vivente
Reſignante, non fuiſſe locum extenſioni conſen-
ſus poſt illius obitum. Admittitur enim in lau-
data Deciſione, quod de ſtylo antiquo extendi
poterat conſenſus Procuratoris poſt obitum Re-
ſignantis, quia, dum exhibebatur Supplicatio, No-
tarius adnotabat diem exhibitionis, quæ adnotatio
vocabatur *parvus conſenſus*, vel *parva Data*, ſic-
que cum in vita Reſignantis Gratia per Signatu-
ram, & Datam eſſet perfecta, conſenſus formalis,
licet præſtitus poſt obitum Reſignantis, retrotra-
hi poterat ad diem Datæ. Sed, cum hodie ex re-
centi ſtylo conſenſus præſtetur ante *Datam*, non
eſt amplius applicabilis præfata Concluſio, quia ſi-
cut antiquitus Gratia ante parvam Datam non di-
cebatur perfecta, ita hodie perfecta non eſt ante
conſenſum, a quo ſimul, & a Data, tanquam a
cauſa formali recipit perfectionem.
Nec relevare dicebatur, quod in locum anti-
quæ parvæ Datæ, ſive parvi conſenſus hodie ſuc- 194
ceſſerit *Præſentata*, ad quam tam moderna parva
Data, quam Magna, necnon Conſenſus retro-
trahuntur; Quia ſubrogatio hæc *Præſentatæ* loco
antiquæ parvæ Datæ, juxta ſenſum Rotæ non
verificatur, ſed plurimæ inter utramque inter-
cedunt differentiæ, tum reſpectu Officialium,
cum Parva Data antiquitus extenderetur per Of- 195
ficialem ad id deputatum; tum ex quo antiqui-
tus cum Parva Data accedebat etiam, ut dixi- 196
mus, conſenſus parvus, ex quo ſaltem ſemiplene
conſtabat de voluntate Reſignantis; hodierna vero
Præſentata eſt actus mere præparatorius, nullum
habens adnexum conſenſum, ad quem poſſit fieri
retrotractio.
Prout etiam nil obſtare cenſuit Rota, quod ſi- 197
gnatura, conſenſus, & Data retrotrahantur ad diem
Præſentatæ: Quia, licet id plerumque fieri ſoleat,
tamen tales actus poſſunt etiam extendi, & poni
ſub aliis diebus, prout de facto extenduntur in
pluribus caſibus, cum id ſit poſitum in arbitrio
Datarii, & eo magis hæc procedere dicebatur, 198
quia parva Data non fuit per modernum ſtylum
ſublata, ſed ſolum immutata ratione temporis, dum
prius extendebatur ante conſenſum formalem, ho-
die vero poſt illum.
Ad exempla vero, quæ dicebantur adeſſe, quod
etiam poſt obitum Reſignantis fuerit præſtitus con-
ſenſus formalis, reſpondit Rota, quod id evenire 199
potuit, ſtante bona fide Officialium Datariæ, &
non habita per eos ſcientia obitus, quæ ſuperven-
ta poſt jam perfectam Gratiam, nihil officit,
dum attenta retrotractione conſenſus ad diem præ-
ſentatæ Supplicationis ſequutæ tempore, quo Re-
ſignans adhuc in humanis degebat, probari non
poteſt, eam fuiſſe expletam poſt obitum. At, quan-
do Officiales habent ſcientiam obitus, cum in illis 200
inducatur mala fides, non poſſunt amplius admit-
tere conſenſus extenſionem. Et ita reſolutum fuit,
Cauſa poſtmodum cum hac unica Deciſione expe-
dita *ſub die 4. Auguſti* 1694.
In hac controverſia, opinio *Rotæ*, quæ gene-
raliter firmat, non poſſe hodie præſtari conſenſum 201
poſt obitum Reſignantis, ita generaliter ſumta,

aliquibus ex Officialibus Datariæ non placuit;
Cum enim poſſit conſenſus retrotrahi ad diem *Præ-*
ſentata, nulla videtur adeſſe repugnantia, quin
præſtari poſſit poſt Reſignantis obitum, & ideo
exiſtimabant, repoſitam eſſe materiam arbitrio
Datarii, qui, penſatis ſingulorum caſuum cir-
cumſtantiis, id ſtatuat, quod expedire cenſue-
202 rit; Neque enim ullum præbere valet obſtacu-
lum mala fides, quæ reſultat a ſcientia obitus
Reſignantis, cum nulli adſint Canones, qui
conſenſus extenſionem poſt mortem Reſignantis
203 improbent, quinimo e contra Apoſtolicæ Conſti-
tutiones *Alexandri VI.* & *Leonis X.* id expreſſe
demandant, unde nulla contrahitur mala fides
204 Procuratoris, ſi expletur id, quod in Conſtitutioni-
bus Apoſtolicis alias fuit ſancitum, quod ponderat
etiam *Piton. diſceptat. 5. n. 45. §. Hinc poteſt cum*
ſeqq. qui in eadem Cauſa *Aſtaricen.* ſcripſit, & ſuc-
cubuit. Sed Dataria dictæ Deciſioni conſuevit ſe
205 uniformare, nec illius Officiales admittunt con-
ſenſum Procuratoris poſt obitum Reſignantis, præ-
ſertim ubi adeſt tertii præjudicium.

Sed an in Coadjutoriis poſſit admitti Procura-
206 toris conſenſus poſt obitum Coadjuti? non inele-
gans quæſtio eſt. Pro illius reſolutione prænotan-
dum eſt, quod diverſus eſt modus expediendi
Coadjutorias ab illo, quo expediuntur Beneficio-
rum Reſignationes. Nam in Reſignationibus,
prius extenditur conſenſus, & poſtea datatur Sup-
207 plicatio. At in Coadjutoriis, prius apponitur Da-
ta, & poſtea extenditur conſenſus; Imo de ſty-
208 lo Datariæ in Coadjutoriis, quæ expediuntur
ultra Montes, Data apponitur per duos Men-
ſes ante diem ſolutionis Componendæ, & per
Menſem in illis, quæ expediuntur per Italiam, &
merito, cum enim in earum expeditione fiant con-
ſiderabiles expenſæ, æquum non eſt, ut illæ amit-
tantur, ſi interim mors Coadjuti ſuperveniret,
quem ſtylum laudant *Pariſ. de Reſignation. tom. 2.*
lib. 11. quæſtion. 11. num. 64. Piton. Diſceptat. Ec-
cleſiaſtic. 5. num. 26. Cardinalis de Luca de Bene-
ficiis diſc. 42. Rota in Seguntina Archidiaconatus 4.
Februaris 1729. §. Hoc tamen, coram Reverendiſſ.
Aldrovando.

His præmiſſis, plores poſſunt conſiderari caſus.
209 Primus eſt, quando ſignata tantum Supplicatio-
ne Coadjutoriæ, ſed nec ſoluta Componenda,
nec Gratia datata, ſoperveniat notitia obitus Coad-
juti, qui diem clauſerit extremum in menſe Or-
dinarii. Et hoc caſu non eſſe amplius datandam
Supplicationem cum Data anteriori, & per con-
ſequens, nec conſenſum extendendum, firmat
Card. de Benefic. diſc. 42. num. 6. ubi, quod ſty-
lus Datariæ apponendi *Antidatam* procedit ſtante
bona fide, & ignorantia obitus Coadjuti, *Amay-*
den. de Stylo Dataria cap. 31. in fine, *Rot. in*
dicta Aſtoricen. Theſauraria coram Emerix §. fi-
nal. Sicque pluries reſolutum fuit a Congrega-
tione Datariæ, ut in *Majoricen. Coadjutoria* 1.
Junii 1696. in *Barcinonen.* 7. Maii 1698. in *Eyſtet-*
ten. de menſe Februarii 1709. in *Oſcen.* de anno 1711.
& in *Hiſpalen.* 2. Januarii 1717. & licet quandoque
210 etiam in his terminis ſervatum audiverim, quod,
non obſtante notitia obitus Coadjuti, in Menſe Or-
dinarii fuerit ſoluta Componenda, datata Suppli-
catio, & extenſus conſenſus, tamen non quo itum
eſt, ſed quo eundum erat, inſpiciendum, nec adeo
facile admittenda hujoſmodi *Antidata* in præjudi-
cium Ordinarii, in cujus Menſe Coadjutus deceſ-
ſit, ejuſque proviſi, jus eis quæſitum tollendo.

Verum, quod diximus poſt obitum Coadjuti in
Menſe Ordinarii permittendum non eſſe, ut exten-
datur Conſenſus in præjudicium ejuſdem Ordina-
rii, ac ab eo proviſi, ita intelligendum eſt, ut locum
ſibi vindicet, quando Gratia Coadjutoriæ eſt condi- 211
tionalis, & relativa ad eundem conſenſum. Aſt,
ubi Gratia præfata expeditur ſine conſenſu Coad-
juti, quia nempe Dementi, aut mentecapto, ſive
etiam ex aliqua juſta cauſa ſanæ mentis Benefi-
ciato detur a Papa *Motu proprio* Coadjutor, tunc,
quamvis Coadjutus ſtatim poſt ſignatam Supplica-
tionem, & antequam ei Data apponatur, diem
claudat extremum, adhuc Beneficium remanet af-
fectum ex appoſitione manus Papæ, quæ oritur
ex ſola ſupplicatione ſignata, quemadmodum ex
Rot. deciſ. 851. coram Lancetta diximus *in Com-*
mentario in Regulam I. Cumque ceſſet hoc caſu
præjudicium Ordinarii, hinc remanet in libertate
Pontificis, vel de eodem Beneficio libere diſpone-
re, vel demandare, ut ad ulteriora in expeditione
Coadjutoriæ procedatur.

Secundus caſus eſt, quando iiſdem retentis ter- 212
minis ſignatæ tantum Supplicationis, ſed nec ſolu-
tæ Componendæ, nec Gratiæ Datatæ, habetur
in Urbe notitia obitus Coadjuti ſequuti in Menſe
Apoſtolico, & tunc, quamvis juris rigor expoſ-
cat, quod procedi non debeat ad ulteriora in ex-
peditione Coadjutoriæ, nihilominus plurimum in-
dulgere poteſt Datarii arbitrium. Cum enim hoc
caſu non adſit Ordinarii præjudicium, nec alte-
rius; qui jus ad Beneficium acquiſierit, quem-
admodum eſſet in facultate Pontificis illud, uti per
obitum vacans eidem Coadjuto conferre, ita non
eſt, qui rite conqueri poſſit, ſi Procuratorem ad-
mittat ad præſtandum conſenſum. Sicque anno 213
1712. de menſe Julii clar. mem. Card. *Sacri-*
pantes relaxari mandavit Supplicationem Coadju-
toriæ Canonicatus *Majoricen.* favore *Jacobi Me-*
runges, & Cutherer, non obſtante notitia ad Ur-
bem ſuperventa de obitu Coadjuti in Menſe Apo-
ſtolico. Et ſic etiam ſervari mandavit Eminentiſſi-
mus D. Cardinalis *Gentili* Sanctiſſimi Domini No-
ſtri CLEMENTIS XII. Pro-Datarius occaſione
alterius Coadjutoriæ ſuper Canonicatu *Oveten.* re
mature in Congregatione Datariæ prius diſcuſſa.

Tertius caſus eſt, quando ſoluta jam Componen- 214
da, & Gratia Datata, ſupervenit notitia obitus
Coadjuti, nondum tamen extenſo conſenſu, & in
hiſce circumſtantiis, cum Gratia per Datationem
ſit jam perfecta, nil prohibet, quin conſenſus
præſtari poſſit poſt obitum, cum retrotrahatur ad
diem Datæ, juxta auctoritates ſupra laudatas, &
confert *Gutierez conſil. 9. num. 6. Rot. apud Giova-*
gnon. lib. 1. conſil. 88. num. 33. & in Seguntina Ar-
chidiaconatus 6. Maii 1726. §. Neque demum,
coram R. P. D. Cornelia. Quibus non obſtat lau- 215
data Deciſio *in Aſtoricen. Theſauraria cor.*
Emerix, quia procedit in terminis Reſignatio-
nis, in qua, cum conſenſus, ut diximus, præſte-
tur ante Datam, non poteſt amplius præſtari poſt
obitum Reſignantis, quia non adeſt extremum ha-
bile, ad quod fieri poſſit retrotractio, nempe *Data*.
At vero aliter res ſe habet in Coadjutoriis, in qui-
bus prius apponitur Data, & deinde præſtatur con-
ſenſus, unde ſi appareat datata Supplicatio vi-
vente Coadjuto, conſenſus poteſt præſtari poſt illius
obitum, cum retrotrahatur ad diem Datæ, ut in ter-
minis Coadjutoriæ firmat *Card. de Luc. dict. diſc.*
42. de Benefic.

Quartus caſus eſt, quando Literis Coadjutoriæ 216
jam expeditis, probari velit actus ſolutionis
Componendæ, Datationis, & Conſenſus, præſti-
tos fuiſſe poſt obitum Coadjuti juxta caſum, de
quo *Rot. in Seguntina Archidiaconatus*, in cujus
[illegible] themate,

themate, cum Procurator inſcius mortis Coadjuti
ſequutæ die octava menſis Octobris, Componen-
dam ſolviſſet die 18. ejuſdem menſis, deveniun-
do ſubinde ad Literarum expeditionem, ac exor-
ta fuiſſet Quæſtio ſuper validitate dictæ Coadju-
toriæ, *Rota*, recedendo a Deciſis ſub *die* 11. *Junii*
1725. *coram bon. mem. Gentilotto*, eam invalidam
declaravit *die* 6. *Maii* 1726. *coram bon. mem.*
Cornelio ſub fundamento, quod, cum juxta ſty-
217 lum Datariæ prius ſolvatur Componenda, &
deinde datetur Supplicatio cum Data anteriori,
eo ipſo, quod Supplicatio datata fuerat octo diebus
ante obitum Coadjuti, jam non amplius verifica-
bilis erat unio illa Conſenſuum Coadjuti, & Coad-
jutoris, quæ juſtificari, & concurrere debet in actu
datatæ Supplicationis, ex qua ſubſtantiam recipit
Gratia Coadjutoriæ.

218 Verum repropoſita Cauſa ſub *die* 4. *Februarii*
1729. *coram Reverendiſſimo Aldrovando*, quam-
vis Rota perſtiterit in deciſis *coram bon. mem. Cor-*
nelio ex fundamento, quod Coadjutoria, de qua
agebatur expedita fuerat contra formam Capitula-
tionum, quæ anno 1717. initæ fuerunt inter Re-
verendiſſimum *Aldrovandum* tunc Hiſpaniarum
Nuncium nomine Sedis Apoſtolicæ, & Comi-
tem *Julium Alberonum* nunc *S. R. E. Cardina-*
lem nomine Regis Hiſpaniarum, in quarum *Cap.*
5. legitur -- *Non ſi ammetteranno dalla Sede Apo-*
ſtolica le Coadjutorie, ſe non quando il Coadjuta
paſſi li 60. anni d'età, o che lo ſteſſo ſia incommo-
dato da malatie abituali, e gravi, che l'inabiliti-
no a ſervire alla Chieſa, ne dette Coadjutorie ſi
ammetteranno, ſe prima non precedono l'atte-
ſtazioni degl' Ordinarj, o de' Capitoli &c. --
219 Nihilominus non approbavit motivum ſolutionis
Componendæ factæ poſt obitum Coadjuti, & me-
rito, nam, quando Supplicatio ſignata fuit a
Pontifice vivente Coadjuto, Literæ legitime ex-
peditæ dicuntur, quamvis Compoſitio ſoluta ſit
poſt illius obitum, eodemque tempore conſen-
220 ſus extenſus, ac Data appoſita, cum attento in-
veterato, & inconcuſſo ſtylo Datariæ, de quo
ſupra *numero* 228. apponendi in Gratiis Coad-
jutoriarum, quæ expediuntur ultra Montes Da-
tam per duos menſes ante diem ſolutionis Com-
ponendæ, & in iis expeditis intra Italiam Da-
tam anteriorem per menſem, Supplicatio ſemper
apparet datata de tempore, quo vivebat Coadjutus,
& ſub eodem tempore apparent etiam actus ſolu-
tionis Componendæ, & extenſio conſenſus, nec
poteſt probari contrarium, quia contra factum
221 Datarii non admittitur ulla probatio, & per con-
ſequens, nec probari poteſt *Antidata*, præſertim,
ubi jam Literæ ſunt expeditæ, *Gabriel. conſil.* 193.
num. 3. *&* 4. *lib.* 2. *Gratian. Diſceptat. forenſ.*
191. *num.* 1. *& ſeqq. Amayden. de Styl. Datar.*
lib. 1. *cap.* 31. *ſub num.* 11. *Lotter. de Re Beneſic.*
lib. 2. *quæſt.* 23. *a num.* 14. *Corrad. in Prax. Be-*
neſic. lib. 2. *cap.* 8. *num.* 47. *& ſeqq. Roſ. de Exe-*
quutor. lib. 1. *cap.* 2. *num.* 56. cum aliis apud
Rot. deciſ. 281. *num.* 15. *& ſeqq. coram Mer-*
lino, & deciſ. 230. *num.* 3. *&* 4. *coram Caril-*
lo, & deciſ. 1149. *coram Emerix*, & in termi-
nis Coadjutoriæ *Card. de Luc. de Beneſic. diſcurſ.*
42. *num.* 7. *&* 8.

Major eſt difficultas, quando actus ſolutionis
222 Componendæ, Datationis, & Conſenſus, ſequuti
fuerunt, poſtquam Procurator notitiam habebat
de obitu Coadjuti. Actum fuit de hoc caſu anno
1699. in quadam *Majoricen. Decanatus.* Cum enim
Joannes N. N. ab Ordinario proviſus de prædicto
Decanatu, qui vacaverat in fine menſis Decembris,
probare clariſſime prætenderet, quod Procurator
Componendam persolverat de menſe Februarii,
quodque eodem menſe fuerat Supplicationi appo-
ſita Data, & præſtitus conſenſus, poſt habitam
notitiam obitus Decani; rejecta fuit inſtantia a
Congregatione Datariæ, & reſolutum pro vali-
ditate Coadjutoriæ, ex ſupra recenſita ratione,
quod ſemel ac Supplicatio appareat datata ſub 223
principio menſis Decembris, quo tempore Coad-
jutus in humanis degebat, non poterat per *Joan-*
nem probari contrarium, & Officiales Datariæ de
falſo redarguere.

Nec placuit reſponſio, quod non intendebatur 224
redargui de falſo Datarius Supremus Officialis,
ſed ſolum probari, conſenſum fuiſſe a Procura-
tore præſtitum poſt obitum Coadjuti, imo, dum
jam habebat notitiam obitus præfati, & ſic mala
fide, & doloſe, qui ſane dolus, nemini patroci-
nari debet, *Leg. Nec dolo ff. de dolo leg.* 3. *ff. de*
Tranſact. Cap. Audivimus, de Colluſ. deteg. Tum
quia, cum conſenſus per Officialem ad id expreſ- 225
ſe deputatum appareret extenſus ſub eadem die,
ſub qua appoſita erat Data Supplicationi, arduam
ſane ſuſciperet Provinciam, qui contrarium pro-
bare vellet, redarguendo Officialem de falſitate,
cum ad hunc effectum, nec Partita extracta ex 226
libris Componendæ, nec Regiſtratio ſufficerent,
utpote quia differri poſſunt, *Rot. deciſ.* 155. *num.*
19. *& ſeqq. & deciſ.* 161. *num.* 2. *coram Celſo, &*
deciſ. 34. *num.* 29. *coram Zaratt.* Eoque magis,
quia non proprio marte Officialium, ſed de ſtylo
Datariæ extenditur Conſenſus ſub die *Datæ*, unde 227
eſſet redarguere non Officialem, ſed ſtylum a Sum-
mo Pontifice approbatum, *Lotter. de Re Beneſic.*
lib. 2. *quæſt.* 23. *num.* 21. & admittitur in *dict. deciſ.*
1149. *§. finali coram Emerix.* Tum quia, etiam ſi
probaretur, conſenſum fuiſſe poſt obitum Coad-
juti præſtitum, probatio hæc nil proficere poterat,
quia, ut ſupradictum eſt, vis ſtat in *Data*, unde
dum hæc, quæ de falſo redargui non poteſt, appa- 228
rebat appoſita in principio menſis Decembris, &
ſic vivente Coadjuto, conſenſus Procuratoris po-
terat intervenire, etiam poſt obitum, cum jam Gra-
tia per Dationem eſſet perfecta.

Atque ex his etiam ceſſabat motivum, quod Pro-
curator mala fide conſenſum præſtiterat, cum jam 229
ſciret obitum Coadjuti, quia ex ſola notitia obitus
non inducitur mala fides apta ad excludendum
Procuratorem a præſtando Conſenſu, dum etiam
poſt obitum Coadjuti permittere poteſt Datarius,
ut illum præſtet. Et ulterius, cum Gratia Coadju-
toriæ jam eſſet expedita, & conſenſus admiſſus,
præſumitur admiſſus bona fide, dum factum con- 230
ſumatum, cenſetur bona fide expletum, ut diſtin-
guit *Rot. coram Emerix dict. deciſ.* 1149. *§. final.*
Card. de Luc. dict. diſc. 42. *num.* 6.

Ceterum, ſive agatur de Coadjutoriis, ſive de
Reſignationibus, tunc videtur poſt obitum Coad- 231
juti, aut Reſignantis admittendus conſenſus, vel
quando notitia obitus eſt vaga, & incerta, nec
adhuc ad aures Officialium Datariæ pervenit.
Si enim notitia fuerit certa, & conſtans, ipſiſ-
que Officialibus nota, tunc nullo modo admit-
ti debet conſenſus, & admiſſus non reddit Gra-
tiam Coadjutoriæ, aut Reſignationis validam, cum
Officiales non poſſint, nec debeant Juribus tertii
præjudicare *Card. de Luc. de Beneſic. diſcurſ.* 42.
num. 6. *juncto num.* 2. & inhærendo teſtimonio Of-
ficialium Datariæ, & Cancellariæ Apoſtolicæ, di-
xit *Rot. in dicta Seguntina Archidiaconatus* 4. *Fe-*
bruarii 1729. *§. Qui ſane circa finem, coram Reve-*
rendiſſimo Aldrovando. Vel quando abeſt omnis 232

ſuſpicio fraudis, & colluſionis. Solent enim pleri-
que Supplicationem præſentare, eaque ſignata non
233 amplius præſtant conſenſum, & ſic, ut fert Itali-
cum adagium *ſtanna a Cavalla al faſſa*, ut nempe,
ſi præmoriatur Reſignatarius, Beneficium rema-
neat penes Reſignantem, ſi vero præmoriatur Re-
ſignans, præſtetur poſt illius obitum conſenſus, &
234 ſic non vacet per obitum, quæ fraus per Leodien-
ſes Expeditores ſæpe ſæpius committebatur, un-
de, cum in *Leodien. Canonicatus S. Martini*,
quem *Walterius del Cauſt* reſignaverat *Paſcaſia del
Camps* de hujuſmodi fraude appareret, dum Ex-
peditor ſucceſſive plures porrexerat Supplicatio-
nes, ut ſi interim ſuperveniret mors Reſignan-
tis, poſſet Reſignationis Gratiam expedire, clar.
mem. Cardinalis *Panciaticus* Pro-Datarius anno
1698. noluit, quod poſt illius obitum *Data Ma-
gna* extenderetur, ſed decrevit, Canonicatum vaca-
re per obitum, & ex tali vacatione fuit alteri col-
latus, licet in Supplicatione adeſſet *parva Data*:
Hinc ad hujuſmodi fraudibus occurrendum in Re-
235 ſignationibus Beneficiorum *Leodien. Diœceſis* priſ-
cis temporibus apponebatur clauſula -- *Quodſi ap-
paruerit, aliam Supplicationem ſignatam fuiſſe &c.* --
Et pariter in ſæpelaudata *Deciſione* 1149. *coram
Emerix*, dicebatur non eſſe poſt obitum Reſignan-
tis admittendum Procuratoris conſenſum, eo quia
per duos annos ante fuerat præſentata, & ſignata
Supplicatio, & ſic ſtante affectata dilatione ad
236 conſenſum præſtandum, videbatur adeſſe dolus,
licet ex facti circumſtantiis prætenderetur in ea
Cauſa, omnem fraudis ſuſpicionem excludi prop-
ter impedimenta, quæ probabantur, ſed *Rota* noluit
hanc Concluſionem admittere, & cenſuit, ut etiam
ſi concurreret legitimum impedimentum, non eſſet
poſt obitum Reſignantis admittendus Procuratoris
conſenſus.

Sed illud prætereundum non eſt, quod ſi juxta
recenſitos caſus locus eſſe debeat extenſioni con-
ſenſus poſt obitum Reſignantis, ille non aliter
237 præſtari poteſt a Procuratore, quam ſi Manda-
tum acceptaverit, eoque uti incœperit in vita Re-
ſignantis, unde parum refert, quod eo vivente
porrexerit Supplicationem, ſi tunc temporis non
habuerit, neque acceptaverit mandatum, *Coccin.
adnot.* 259. *num.* 3. & late idem *Coccin. deciſ.* 1316.
a num. 3. uſque ad finem, in cujus Deciſionis
themate Reſignans Mandatum exaraverat *die* 23.
Julii, Procurator die 1. *Auguſti* dederat Conſen-
ſum, & die 2. ejuſdem menſis Mandans obierat.
Reſolutumque fuit, Conſenſum fuiſſe nullum,
quia ſpatio octo dierum per Curſorem ordinarium
non poterat a Civitate *Leodien.* pervenire Man-
datum ad Urbem, quodque fuerit per Procurato-
rem acceptatum.

Quid vero dicendum, ſi quis ad favorem plu-
238 rium Perſonarum ſuper Beneficii ſui Reſignatione
conſenſum præſtiterit? Decernit hoc caſu Regu-
la, quod primus conſenſus attendi debeat, itaut
tam alii poſteriores, quam Literæ Apoſtolicæ il-
239 lorum vigore expeditæ, etiam ſub priori *Data*,
nullius ſint roboris. Et hujuſmodi diſpoſitionis
rationes ponderant *Kochier in hanc Regul. num.*
21. *& ſeqq. Queſada* ibidem *verſic. Et ſi ipſum*,
Pariſ. de Reſignat. lib. 8. *num.* 109. *& ſeqq. & lib.* 1.
qu. 12. *num.* 35. *Creſcent. deciſ.* 1. *de Conceſſ.
Prœbend.* Unde inter clauſulas generales Suppli-
cationis ſuper Reſignatione Beneficii ad favo-
240 rem, hæc apponi ſolet -- *Et cum Decreto, quod
ſi apparuerit, ſuper Reſignatione dicta Parochia-
lis Eccleſiæ antea per dictum N. N. alium con-
ſenſum præſtitum, & extenſum fuiſſe, præſens
Gratia nulla ſit eo ipſo.*

Hæc tamen clauſula -- *dummodo non fuerit alter
conſenſus antecedenter præſtitus* -- intelligitur de acto 241
effectuato, & valido; nam ſi alias primus conſen-
ſus eſſet nulliter præſtitus, nec habuerit effectum,
habetur, ac ſi in prima Reſignatione datus non
fuiſſet, adeoque, cum jus a Reſignante abdica-
tum non remanſerit, recte poterit pro alia Reſi-
gnatione novum præſtare conſenſum, *Pariſ. de
Reſignat. lib. 1. quæſt. 3. num. 47. Rot. deciſ.* 354.
num. 1. *& deciſ.* 634. *num. 1. part. 2. Recent. & in
Oveten. Beneficii* 25. *Junii* 1696. *§. Inſubſiſtens, &
§. Nec præfuit, coram clar. mem. Card. Prialo,
& in Carpentoraten. Parochialis de Mazan ſuper
Negocio principali* 28. *Junii* 1700. *§. finali, coram
Muto.*

Atque hinc oritur Quæſtio, an Reſignanti li- 242
ceat pœnitere? Et *Rot. in Salisburgen. Canonica-
tus* 6. *Aprilis* 1693. *§. Et eo facilius, coram Prio-
lo*, duos diſtinguit caſus. Primus eſt, quando
quis in partibus exiſtens per publicum documen-
tum coram Notario, & Teſtibus exaratum, di-
mittit, & reſignat Beneficium in manibus Pontifi-
cis, de quo reſignandi modo plene ſupra diſſerui-
mus, & tunc ait, non eſſe amplius locum pœni-
tentiæ. Quæ Concluſio non videtur tranſire ſi- 243
ne magna difficultate. Quidquid enim ſit in Re-
ſignatione Beneficii libere facta in manibus Ordi-
narii, nam tunc ſtatim ac fuit admiſſa, vacat Be-
neficium, & res non dicitur amplius integra, ad
tradita per *Pariſ. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 15. Profecto,
ubi agitur de Reſignatione Beneficii in manibus
Pontificis, præſertim ad alterius favorem exple- 244
ta, tunc nec publicum documentum, neque ſigna-
tura Papæ, nec ſolutio Componendæ, nec Regi-
ſtratio Supplicationis faciunt deſinere rem eſſe inte-
gram, ſed ſemper requiritur conſenſus formalis in
Cancellaria, vel Camera præſtandus, quia omnes
ſupradicti actus habent tacitam conditionem, qua-
tenus Reſignans in eadem voluntate permanſerit
uſque ad tempus præſtiti Conſenſus, *Pariſ. libr.*
1. *quæſtion.* 10. *a num.* 6. *& ſeqq. Barboſ. de Jur.
Eccleſ. univerſal. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 24. *Carrad.
in Prax. Benefic. lib* 2. *cap.* 1. *num.* 26. *& ſeqq.
Gratian. diſcept.* 191. *num.* 7. *& pluribus ſeqq. Coc-
cin. adnotat.* 259. *num.* 7. *& ſeqq. Rot. deciſ.* 578.
num. 5. *&* 6. *& deciſ.* 1316. *num.* 1. *&* 2. *coram
eodem, & deciſ.* 471. *part.* 1. *diverſor. & in Salis-
burgen. Canonicatus* 8. *Februarii* 1704. *§. Verum,
& ſeqq. coram eodem Prialo.*

Et de facto videmus, quod etiam ſtante publico
documento, præſtatur per Agentem, ſeu Procura- 245
torem conſenſus formalis, & expreſſus, qui a ter-
go Literarum notatur, unde præter publicum do-
cumentum requiritur aliquid aliud, nempe conſen-
ſus diverſus ab illo, qui in Reſignatione præſtatur.
Imo ipſamet Regula contradiſtinguit actum Re-
ſignationis in manibus Papæ, & in Cancellaria, 246
tanquam per prius, & actum Conſenſus, & Jura-
menti, tanquam per ſubſequens, ad hoc, ut poſ-
ſint Literæ expediri.

Idque comprobatur etiam ex firmatis per Do-
ctores illos, qui autumant, poſſe Conſenſum præ- 247
ſtari a Procuratore poſt obitum Reſignantis, ſi
eo vivente Supplicatio ſignata fuerit. Ajunt e-
nim, quod ſi Reſignans ipſe porrexit Supplicatio-
nem, eamque ſignari curavit, & poſtea conſtituit
Procuratorem ad reſignandum, deindeque moria-
tur, talis Procurator non poteſt amplius præſta-
re conſenſum, cum quoad ipſum res ſit adhuc
integra, & per obitum Mandantis expiravit man-
datum, *Pariſ. de Reſignat. lib.* 9. *quæſt.* 34. *num.* 48.

Kochier in hanc Regul. num. 13. Caſtropal. Oper.
moral. tom. 2. tractat. 13. diſput. 6. punct. 2. §. 4.
Coccin. adnotat. 259. num. 3. Quod ſane evincit,
adeſſe contradiſtinctionem inter Supplicationem a
principali præſtitam, & Reſignationem in manibus
Papæ ab eo factam, ac inter Conſenſum, dum iſte
ab illa ſuppleri non poteſt.

248 Nec obſtat, quod Regula emanavit ad occurren-
dum fraudibus, ne inſcius Poſſeſſoribus Beneficio-
rum porrigantur Supplicationes Reſignationum,
quibus ſane fraudibus plene conſultum remanet
per declarationem, quod in publico Inſtrumento
omittit Beneficiarius ipſe, quod Beneficium in ma-
nibus Pontificis alterius favore reſignat, unde vi-
detur, quod poſt illud exaratum locus amplius
249 pœnitentiæ eſſe non poſſit. Siquidem, licet hæc
ſit una ex rationibus Regulæ, nihilominus juxta
naturam, & qualitatem negotii, debet aliquid
aliud concurrere, nempe perſeverantia volunta-
tis uſque ad legitimam extenſionem Conſenſus,
adeout pro perfectione actus requiratur, ne-
dum voluntas primordialis in reſignando, quæ
ex publico documento deducitur, ſed etiam perſe-
verantia in conſentiendo; exemplo donationis, pro
250 cujus perfectione neceſſe eſt, quod Donans perſe-
veret in eadem voluntate donandi, donec fiat In-
ſinuatio, ita quidem, ut donec ea ſequatur, poſſit
a Donatione reſilire, *Imola in leg. Aquilius ff. de Do-*
nat. Bartol. in leg. Modeſtinus eodem Tit. Surd. con-
ſil. 361. num. 10. Gratian. diſceptat. 483. num.
24. Rot. decif. 261. part. 13. Recent & in Romana
Donationis 15. Junii 1698. §. Atque ex his, co-
ram bon. mem. Muto. Concludendum itaque,
251 quod etiam in Reſignatione Beneficii per publi-
cum Inſtrumentum ab abſente in manibus Ponti-
ficis exarata, locus ſit pœnitentiæ ante conſenſum
formalem præſtandum in Camera, ſeu Cancellaria.
Quod poſt hæc ſcripta firmavit etiam *Rota in di-*
cta Monaſterien. Canonicatus 3. Martii 1727. §.
Quandoquidem, & ſeqq. coram R. P. D. Cornelio,
Pitonius, qui in eadem Cauſa ſcripſit *diſcept.* 119.
num. 16. *& ſeqq.*

Alter caſus eſt, quando quis conſtituit Procu-
252 ratorem ad reſignandum, & tunc regula eſt cer-
ta, quod re integra, antequam nempe a Procura-
tore præſtetur conſenſus formalis in Cancellaria,
vel Camera, poteſt pœnitere, & Mandatum revo-
care, ſed poſt præſtitum conſenſum, a quo tanquam
253 a Cauſa formali Gratia ſuum recipit complemen-
tum, res deſinit eſſe integra, nec eſt amplius pœ-
nitentiæ locus, ad *Text. in Clement. Unic. de Re-*
nunciat. Parif. lib. 1. quaſt. 12. & lib. 9. quaſt.
15. per tot. Kochier hic num. 22. & 24. Guttie-
rez. conſult. 9. num. 12. Gratian. diſcept. 191.
num. 20. Tondut. Quaſt. Benefic. cap. 26. num. 4. &
254 *5. cum ſeqq. Piton. Diſcept. 119. num. 17. Spad.*
conſil. 52. lib. 3. ubi in terminis Coadjutoriæ
Card. de Luc. de Benefic. diſc. 48. num. 2. ubi
255 ampliat ad Permutationem, *Rot. decif. 191. num.*
9. coram Celſo, & decif. 578. num. 5. & 6. & de-
cif. 583. a num. 4. coram Coccin. decif. 471. part.
1. diverſ. decif. 130. part. 6. Recent. & in Corduben.
Beneficii 22. Februarii 1693. §. De Nullitate, co-
ram Muto, & in Salisburgen. Canonicatus 6. Apri-
lis 1693. coram Priolo, & in Corduben. Canonica-
tus, & Ferculi 20. Aprilis 1711. §. Hinc Domi-
ni, confirmat. 3. Junii 1712. §. His prænotatis,
coram clar. mem. Card. Falconeria. inter impreſſ.
decif. 3. & 4. tom. 1. titul. de Beneficiis, & in
Monaſterien. Canonicatus 3. Martii 1727. §. At
256 *neutra, coram bon. mem. Cornelio.* Et revoca-
tio re integra poteſt fieri, etiam ſi fuerit Pro-
curator conſtitutus cum Juramento de non revo-
cando, ut de communi teſtatur *Parif. de Reſignat.*
lib. 9. quaſt. 31. per tot. Kochier. de Permutat. Be-
nefic. lib. 3. cap. 24. Mohedan. decif. 28. num. 1.
de Renunc.

Debet tamen hujuſmodi revocatio intimari Pro-
curatori, adeout, ſi ipſe revocationis inſcius pro- 257
cedat ad Reſignationem, & conſenſum præſtet,
Gratia ſuam obtinet firmitatem, nec Reſignatio
prætextu revocati Mandati annullari poteſt, ut in
dicta *Clement. Unic. de Renunciat. Parif. de Reſi-*
gnat. dict. libr. 9. quaſt. 25. num. 12. & ſeqq.
Bauny Prax. Beneficial. diſput. 9. quaſt. 14. pag.
302. verſic. Die ſecunda, & quaſt. 19. pagin. 304.
Gratian. diſceptat. 191. numer. 21. Rebuff. in
Prax. tit. de Revocat. Procurat. ad Reſignat.
num. 2. & ſeqq. & magis ex profeſſo in *tractat.*
de Nominat. quaſt. 14. num. 118. Cabaſſut. in
Theor. & Prax. Juris Canon. lib. 2. cap. 12. nu.
6. Tondut. dict. quaſt. 26. nu. 5. & 15. cum ſequ.
late *Rot. decif. 130. num. 4. & ſeqq. part. 18.*
Recent. & coram Emerix decif. 1029. num. 5.
ubi de Reſignatione facta ante intimationem Re-
vocationis, & in dicta *Salisburgen. Canonicatus*
6. Aprilis §. final. coram Priolo, & in Seguntina
Archidiaconatus 11. Junii 1725. §. finali, coram
bon. mem. Gentilotta. Niſi per Procuratorem ſteterit, 258
quominus ad eum ante conſenſum, potuerit Re-
vocatio pervenire, juxta claram Literam dictæ *Cle-*
mentinæ, & tradunt *Murga de Benef. dict. quaſt. 3.*
n. 1086. Cabaſſut. dict. lib. 2. cap. 12. num. 6. Ca-
ſtropal. Oper. moral. dict. §. 4. nu. 11. verſic. Ad-
verto, Rot. decif. 881. num. 11. cor. Dunoz. & dec.
106. num. 18. part. 18. Rec.

Poteſt autem revocatio Mandati intimari tam 259
in Actis Cameræ, quam Cancellariæ, & in utro-
que loco copulative; Cum enim Literæ Apoſto-
licæ expediantur, vel per Cameram, vel per Can-
cellariam, intimatio revocationis fieri debet non
ſolum in uno loco, ſed etiam in alio; Quinimo
ſtylus eſt, quod in Actis tam Notarii Cameræ, 260
quam Cancellariæ exhibeatur Mandatum ipſum
Revocationis, & tam Notarius Cameræ, quam
Cancellariæ extendunt, & notant in libris Came-
ræ, & Cancellariæ reſpective ipſam revocatio-
nem, & intimationem, ut de jure, & de ſtylo
tradunt *Parif. de Reſignat. lib. 8. quaſt. 26. num. 8.*
& 11. Tondut. quaſt. Benefic. tom. 1. cap. 26. num.
11. Rot. decif. 130. ſub num. 26. part. 6. Recen-
tior. Hinc, ſi Reſignans actum revocationis Man-
dati exhibeat tantum in Camera, & non curet il- 261
lum regiſtrari in Cancellaria, ſi conſenſus in iſta
præſtetur, & Literæ Reſignationis expediantur,
Reſignatio ſuſtinetur, non obſtante Mandati revo-
catione, *Rebuff. conſil. 90. paula ante finem*, ibi —
Prima quaſtio, an valeat collatio facta in Cancel-
laria poſt revocationem intimatam Cameræ, dic
quod ſic quia unius revocatio non extenditur ad
aliam — *Parif. de Reſig. lib. 9. quaſt. 26. num. 8.* &
ſic fuiſſe a *Rota* deciſum, teſtatur *Creſcentius decif.*
5. in princip. tit. de Procurator.

Inſuper ſufficit, quod revocatio Mandati ſit in- 262
timata ſoli principali, ad cujus favorem præordi-
nata erat Reſignatio, ſive hæc demandata fuiſ-
ſet cum reſervatione Penſionis, aut fructum, ſive
abſque tali reſervatione, late *Parif. de Reſignat.*
lib. 9. quaſt. 27. per tot. ubi late quæſtionem
examinat *Selva de Benefic. part. 3. quaſt. 16.*
nu. 6. Paſtor de Benefic. lib. 3. tit. 6. num. 9. &
10. Card. de Luc. de Benefic. diſcurſ. 38. num. 7.
& diſc. 42. num. 10. Tondut. dict. quaſt. 26. num.
14. Bauny in Prax. Benefic. diſput. 9. quaſt. 16. pag.

mihi 303. *Gratian. diſcept.* 190. *num.* 23. *Murga*
de Beneſic. dict. quaſt. 3. *num.* 1084. *Caſtropal. ubi*
ſupra num. 11. *Rot. in Recent. deciſ.* 130. *num.* 23.
part. 6. *& deciſ.* 106. *num.* 18. *part.* 18. *Mohe-*
dan. deciſ. 26. *verſic. Secundo*, *& deciſ.* 27.
Put. lib. 1. *deciſ.* 418. & in *Addit. marginal.* de-
claratur, in quibus terminis procedat *Clement. I.*
de Renunciat. & deciſ. 881. *num.* 6. *coram Du-*
nozet.

263 Nec deſunt, qui exiſtimant, ſat eſſe, quod e-
tiam abſque ulla intimatione, Principalis, vel Pro-
curator ſciat Mandatum fuiſſe revocatum, dummo-
do ſcientia ſit certa, expreſſa, & indubitata, ut
tradunt *Card. de Luc. dict. diſcurſ.* 38. *num.* 7.
dict. part. 26. *num.* 13. *Rot. deciſ.* 881. *num.* 10.
coram Dunoz. & deciſ. 130. *num.* 21. *cum ſeqq.*
part. 6. *Recent.*

264 Recte tamen advertit *Tondut. dict. quæſtion.* 26.
num. 7. *& ſeqq.* quem laudat, & ſequitur *Card.*
de Luc. dict. diſc. 38. *num.* 8. quod ſi Principalis,
cui revocatio conſenſus intimata fuit, non potue-
rit commode certiorem reddere Procuratorem, ut
a Mandati uſu abſtineret, unde propterea Procu-
rator ad formam Mandati feciſſet expenſas Expe-
ditionis, quod tali caſu Mandans teneatur erga
Mandatarium, ſive erga eum, in cujus Gratiam
datum eſt Mandatum, ad refectionem omnium
expenſarum, quas pro expeditione Literarum ero-
gare potuit.

An vero revocatio Mandati fieri debeat per-
265 ſonaliter Reſignatario, vel Procuratori, vel ſuffi-
ciat, quod intimatio exequuta fuerit Domi dimiſ-
ſa Copia? & cenſeo reſpondendum fieri debere
perſonaliter. Cum enim hujuſmodi Intimationes
Domi exequutæ, quandoque relinquantur in o-
ſtio, vel Domi vicini, aliaque patiuntur infortunia,
ita ut ad notitiam citati, vel intimati non perve-
niant, ut animadvertunt *Ridolphin. in Prax. Part.*
1. *cap.* 1. *num.* 141. *cum ſeqq. Scacc. de Appellat.*
quæſt. 12. *num.* 13. *verſic. Adverte hic obiter.* Hinc
266 ſequitur, quod ex intimatione tali modo ſequuta
non oritur in Principali, vel Procuratore illa cer-
ta, & indubitata ſcientia revocationis Mandati,
quæ, ut diximus neceſſaria eſt, ſed tantum præſum-
267 tiva, quæ in præjudicialibus non ſufficit, ut in ſpe-
cie tradit *Lotter. de Re Beneſic. quæſt.* 16. *n.* 40. &
268 42. Niſi tamen aliunde doceatur, quod pervenerit
ad notitiam Principalis, vel Procuratoris, aut ipſi
269 abſentes eſſent, vel latitarent, *Vitalin. in Clement.*
Cauſam, de Elect. num. 11. & 12.

270 At quid dicendum, ſi poſt intimatam Mandati
revocationem ante præſtitum conſenſum, ſed poſt-
quam Procurator *Præſentatam* obtinuerat, deveniat
ipſe ad actum præſtationis conſenſus, & Literas
Reſignationis expedire curet ſub Data correſpon-
dente diei *Præſentata*, an tali caſu Reſignatio ſub-
ſiſtat? Negative reſpondit *Rota in Colonien. Cano-*
nicatus, *& Fereuli* 20. *Aprilis* 1711. §. *Neque*
efficacia cum ſeqq. cor. cl. me. Card. Falconerio,
inter impreſſ. *deciſ.* 3. *tit. de Beneſic.* quæ tamen
cum aliqua terminorum confuſione procedit, dum
ait, quod poſt parvam Datam Reſignans poteſt
pœnitere, quodque Notarius non poterat retro-
trahere conſenſum ad diem parvæ Datæ, quod ad-
verſatur ſtylo, ad cujus tramites prius extenditur
conſenſus, & poſtea apponitur parva Data. Ve-
rum, quæ ibi dicuntur procedere poſſunt in ter-
minis ſolius *Præſentatæ*, poſt quam locus eſt pœni-
tentiæ, & revocari valet Mandatum, & ſtante hu-
juſmodi revocatione, Notarius non poteſt extendere
conſenſum ſub die *Præſentata.*

Melius itaque in ſubſequenti Deciſione 3. *Junii*
1712. inter impreſſ. *dict. Tit. de Beneſic. deciſ.* 4.
poſt expoſitum ſtylum Datariæ hoc ordine, nempe 271
porrectæ Supplicationis, Præſentatæ, Signaturæ,
Tranſmiſſionis ad Notarium pro extendendo con-
ſenſu, parvæ Datæ, & Magnæ, ut latius diximus
ſupra, concluditur, quod intimatio revocationis 272
facta extiterat *die* 17. *Auguſti* 1703. quo tempore
nondum fuerat tranſmiſſa Supplicatio ad Nota-
rium pro extendendo conſenſu, nec illa relaxata,
niſi ſub *die* 18. *Maii* 1706. proindeque conſenſus
poſt revocatum Mandatum extenſus.

Adhuc tamen ſupereſt pro eo caſu difficultas,
ex quo agebatur de Literis Reſignationis jam ex- 273
peditis, in quibus apparebat Conſenſus, & Data
ante revocationem Mandati, Literis vero expedi-
tis, arduum eſt probare Antidatam, redarguendo
Officialem, & ſtylum de falſitate, ut diximus in
terminis Coadjutoriæ. Et quamvis in dicta *Co-*
lonien. 3. *Junii* 1712. §. *Neque*, reſpondeatur,
quod hoc non eſt redarguere ſtylum Datariæ,
ſed potius probatio, quod ſi illius Officialibus
innotuiſſet revocatio conſenſus, utique non per-
miſiſſent retrotractionem Datæ ad diem *Præſentata.*
Nihilominus vis ſtat in eo, quod poſita expedi-
tione Literarum cum adnotatione Conſenſus, &
Datæ ſub die *Præſentatæ*, hæc Data redargui 274
non poteſt de falſo, & de antidata, cum illa præ-
feratur cuicumque alteri probationi, ut ſupra di-
ctum eſt.

Hæc quoad conſenſum præſtandum in Reſigna- 275
tionibus Beneficiorum vigore Regulæ, quæ in ordi-
ne ad conſenſum per ſe ipſum præſtandum a præſen-
te in Curia locum ſibi non vindicat in Reſignatio-
nibus Officiorum vacabilium, quæ ex uno Capite
in aliud transferuntur, *Rota* penes *Giovagnon. lib.*
1. *reſp.* 88. *nu.* 37. licet quoad alia, a Reſignatio-
nibus Beneficiorum valeat argumentum ad Reſi- 276
gnationes Officiorum, *Salgad. in Labyrint. Credit.*
part. 1. *cap.* 45. *n.* 45. *Card. de Luc. de Regalib. diſ-*
curſ. 2. *n.* 10. Et in praxi in Reſignationibus hujuſ- 277
modi Officiorum, eodem prorſus modo ſignatur
Supplicatio, excipitur, & extenditur Conſenſus,
ac in Beneficiorum Reſignationibus.

Sed illud alias in controverſiam venit, an poſt 278
expletam a Miniſtro Datariæ Viſitationem Officia-
lis ſuper ſtatu ejus valetudinis, & ſignatam Sup-
plicationem pro tranſlatione Officii ab illius Capite
in aliud, ſi Officialis ipſe poſtea decedat ante Datam
Supplicationis, & Conſenſum præſtitum ab ejuſ-
dem Officii Proprietario, illud vacet per obitum,
ſeu potius procedi debeat ad ulteriora in Reſigna-
tione? Et Congregatio particularis a ſan. mem.
Clemente XI. deputata in Cauſa *Romana Officio-*
rum inter Datariam Apoſtolicam, & DD. de *Ber-*
ninis, cui interfuerunt clar. mem. Cardinales *Sa-*
cripantes Pro-Datarius, & RR. PP. DD. *Petra*,
Celleſius, *Dandinus*, *Cincius*, *Gentili*, & *Becchet-*
tus Sub-Datarius, die 15. Aprilis 1714. reſpondit,
vacare per obitum. Scripſi in Cauſa præfata favore
Datariæ, & ſic dicebam.

„ In capite, & ſub periculo vitæ bon. mem.
„ *Joannis Laurentii Bernini*, deſcripta reperieban-
„ tur Officia vacabilia nonnulla, reſervato tamen
„ ad favorem *DD. Pauli*, aliorumque *de Berni-*
„ *nis* decreto, quod de dictis Officiis diſpone-
„ re poſſet *quandocumque ſibi placuerit*, *præ-*
„ *terquam in caſu infirmitatis dicti Joannis Lau-*
„ *rentii.*

„ Cupientes DD. Reſervatarii Officia prædicta
„ reſignare, & vitæ periculum immutare, acceſ-
„ ſiverunt Datariæ Officialem, ut viſitaret di-
„ ctum quondam *Joannem Laurentium*; Et is Offi-
cialis,

„ cislit, facta ſub die 29. *Decembris* mox elapſi anni 1713. viſitatione, retulit, illum reperiſſe in tali ſtatu ſalutis, ut poſſet dicta Reſignatio admitti, & ſucceſſive a Sanctiſſ. Dño Noſtro ſignata fuit Supplicatio *die* 11. *Januarii* horâ circiter *decima ſeptima*.

„ At quia in illo temporis ſpatio, quod interceſſit inter viſitationem, & ſignaturam Supplicationis, rerum ſtatus fuerat immutatus, ideo ulteriorem progreſſum Reſignatio non habuit, nam nec conſenſus fuit receptus, & extenſus, nec datata fuit, & regiſtrata Supplicatio.

„ Rerum autem immutatio in hoc conſiſtit, quod poſt viſitationem, & ante ſignaturam Supplicationis ſequutam, ut diximus, *die* 11. *Januarii*, *D. Joannes Laurentius* in graviſſimum incidit morbum, cujus ratione *die* 6. *Januarii hora decima tertia* (& ſic non illuceſcente adhuc die) per modum Viatici fuit Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento refectus, & *die* 10. ejuſdem Menſis in hora ſecunda noctis fuit extrema unctione munitus, & *die* 11. *Januarii*, *hora decima quarta* loquela amiſſa, tandem *hora decima ſeptima* circiter Animam Deo reddidit; Et circa horam mortis, habetur ex Teſtibus ex adverſo inductis, quod ſtatim ac *Joannes Laurentius* expiravit, ipſi a Cubiculo diſceſſerunt, & audierunt pulſari horam decimam ſeptimam ex Horologio S. Sylveſtri, ita ut fere contemporanea fuerit mors *Joannes Laurentii*, & ſignatura Supplicationis.

„ Contendentibus autem DD. *de Berninis*, quod non obſtante hac rerum immutatione, procedendum ſit ad ulteriora in Reſignatione Officiorum; & ex adverſo replicantibus Datariæ Officialibus, illa vacaſſe per obitum *Joannis Laurentii*; Placuit Sanctiſſimo deputare Sacram hanc Congregationem particularem, a qua reſpondendum eſſe confidimus, Officia, de quibus agitur, vacaviſſe per obitum dicti *Joannis Laurentii*, nec procedendum eſſe ad ulteriora in Reſignatione, ex duplici æque validiſſimo fundamento, nempe quia Gratia Reſignationis non fuit perfecta, & quatenus etiam perfecta fuiſſet, fuit nulla, & irrita, ob ſtatum in quo *Joannes Laurentius* reperiebatur.

„ Et quidem Gratia non fuit perfecta; nam in
279 Reſignationibus Officiorum plures Actus concurrere debent, ſcilicet porrectio Supplicationis, ejuſque ſignatura; Conſenſus receptio coram teſtibus, ejuſque extenſio; Solutio Componendæ, Datæ appoſitio, & inteſtario, hoc eſt deletio nominis titularis ex libris publicis, & ſubrogatio novi Officialis. Ad perficiendam autem gratiam, ſola ſignatura Supplicationis non ſufficit, ſed requiritur omnino conſenſus receptio, & extenſio; Nam iſte conſenſus eſt ille, qui abdicat jus a Reſignante, & ante iſtum conſenſum Gratia non dicitur perfecta, nam a conſenſu ſimul, & a Data, tanquam a cauſa formali, recipit perfectionem, ut latiſſimè, materia examinata, reſolutum fuit in *deciſ.* 1149. *per tot. cor. Emerix*, & ſignanter *nu.* 1. & 2. *ac num.* 7. 8. & 22. & bene *Lotterius lib.* 2. *quæſt.* 23. *nu.* 33. & 34. *Roſa de Execut. part.* 1. *cap.* 1. *n.* 44. *Ubertus de Citation. cap.* 10. *num.* 330. & *pluribus ſeqq. Rota coram Seraph. deciſ.* 341. *num.* 10. *coram Merlino dec.* 281. *fere per tot. coram Carillo dec.* 250. *num.* 2. & 3. & *cor. Dunoz. jun. dec.* 319. *num.*
280 2. & 3. Et in terminis Officiorum vacabilium, quod requiratur Supplicatio ſignata, & conſenſus Reſervatariorum, *Rota deciſ.* 71. *num.* 8. *verſ. Hinc etiam part.* 11. *Recent. Coccin. dec.* 865. *num.* 1.

„ Quidquid enim ſit in aliis materiis, in quibus Gratia perficitur ſolo verbo Principis, certe in Beneficialibus, aliiſque materiis, quæ tranſeunt per organum Datariæ, & præſertim in
Reſignationibus, ſola ſignatura Supplicatio- 281
nis perfectionem non operatur, eo quia Papa ſignat Supplicationes, ea conditione, ut accedat conſenſus Reſignantis, & datentur; tuncque ſolum, hoc eſt a die Datæ, & conſenſus extenſi, non antea, Gratiam facere intendit, *Lotterius de Re Benef. lib.* 2. *quæſt.* 33. *a num.* 29. *Corrad. in Prax. Benef. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 46. *Roſa de Execut. Liter. Apoſtol. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 47. *Ubert. de Citat. cap.* 10. *num.* 330. & 332. *verſ. Papa, quando facit gratiam, Merlin. dict. dec.* 281. ubi agebatur de Supplicatione ſignata ante diem obitus, & tamen fuit judicata imperfecta, itaut admitti amplius non poſſet extenſio conſenſus; *Emerix*, & alii ſupra allegati.

„ Idque etiam ſuadetur ex tribus circumſtantiis, quæ aperte demonſtrant in his materiis ex ſola ſignatura Supplicationis, gratiam non perfici; Prima eſt, quod per ſolam ſignaturam non
eſt quæſitum impetranti jus conſiderabile; ita 282
ut ſit in poteſtate Papæ, & Officialium Supplicationem lacerare, ut communiter firmant *Pariſius de Reſign. lib.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 70. *Gonzalez ad Regul.* 8. *Cancellar. Gloſ.* 15. §. 2. *num.* 33. *Garc. de Benef. part.* 4. *cap.* 2. *n.* 16. *Ubert. de Citat. dicto cap.* 10. *num.* 332. *Roſa de Execut. dict. cap.* 1. *num.* 62. *cum ſeqq. Cardinalis de Luca de Benefic. diſc.* 42. *num.* 3. *diſc.* 51. *num.* 10. & *diſc.* 86. *num.* 2. *Rota cor. Merlin. dict. dec.* 281. *num.* 6. *cor. Celſo dec.* 155. *num.* 15. Si autem per ſolam ſignaturam Supplicationis Gratia eſſet perfecta, non foret in poteſtate Officialium eam lacerare; Et ſi in ullo unquam caſu Officiales Datariæ hac facultate uti debent, certe eſt ille, de quo in præſenti agitur, attenta maxima rerum immutatione, quæ evenit, ipſis inſciis, antequam Supplicatio ſignaretur.

„ Secundo, in terminis Reſignationum, ante præſtitum, & extenſum conſenſum, ille, qui reſignat, poteſt recedere a Reſignatione, & pœnitentia ſemper admittitur, etiam Supplicatione ſignata, juxta communem ſententiam, de qua *Rot. dec.* 471. *per tot. part.* 1. *diverſor. Coccin. dec.* 578. *n.* 5. & 6. & *dec.* 583. *n nu.* 4. *Tondut. reſolut. Benef. cap.* 26. *ſub num.* 19. Ergo Gratia Reſignationis non eſt perfecta per ſolam ſignaturam; Nam ſi perfecta eſſet, non eſſet in poteſtate Partium ab ea recedere; Et ex hoc etiam ſequitur, quod, ſicuti poſitum eſt in poteſtate Reſignantis a Reſignatione reſilire ante extenſum conſenſum, ita ad æqualitatem ſervandam, licitum debet eſſe Principi, ab ea recedere, præſertim, concurrente, prout hic, juſta cauſa profluente ex adeo inſigni rerum mutatione, tam ante, quam tempore ſignatæ Supplicationis ſuperventa.

„ Tertio, deciſum jam eſt, quod ſi poſt ſigna-
tam Supplicationem, & ante extenſum conſen- 284
ſum ſupervenerit mors Reſignantis, ille extendi amplius non poteſt, & Beneficium vacat per obitum, & non per Reſignationem, ex rationibus luculenter expoſitis in *d. dec.* 281. *cor.*

„ *Merlino*, & in magiſtrali *dec.* 1149. *cor. Emerix.*
„ Si autem conſenſua requireretur pro ſimplici ex-
„ trinſeca ſollennitate, & Gratia eſſet in momen-
„ to ſignaturæ Supplicationis perſecta, conſenſus
„ poſſet præſtari etiam poſt obitum Reſignantis,
„ veluti in ſequelam gratiæ perſectæ. Dum ita-
„ que non poteſt conſenſus præſtari poſt Reſi-
„ gnantis obitum; clare ſequitur, quod Gratia
„ non eſt perſecta ex ſola ſignatura, & conſe-
„ quenter conſenſus amplius extendi non poſſit
„ in præſenti caſu ob ſuperventam mortem *Joan-*
„ *nis Laurentii* Titularis fere in ipſo momento,
„ quo Gratia ſignabatur.
„ Nec in minimo refragatur *Conſtitutio* ſanctæ
„ memoriæ *Julii II.* la *XV.* §. 16. ubi agens
285 „ Summus Pontifex de Inſtitutione Collegii Scrip-
„ torum Archivii, decernit, ut ii *ad hujuſmodi*
„ *Officia per ſolam Supplicationem ſignatam, abſ-*
„ *que aliarum Literarum Apoſtolicarum expe-*
„ *ditione, ſi illas expedire noluerint, admittan-*
„ *tur.* Quia licet iis indulgeat, ut non tenean-
„ tur expedire Literas, ſed admittantur ad Of-
„ ficia ex vi ſolius Supplicationis, tamen intel-
286 „ ligi non poteſt, niſi de Supplicatione inte-
„ graliter expedita, nempe prævio conſenſu Re-
„ ſignantis datata; non autem, quod ſola Sup-
„ plicatio ſignata a Pontifice ſine Data, quam
„ conſenſus præcedit, ſufficiat, cum cæteroquin
287 „ ſine Data, & ſine regiſtratione Supplica-
„ tionis nemo admittatur ad poſſeſſionem Offi-
„ ciorum, eo quia Scriptura, & Reſcripta Prin-
288 „ cipum *ſine die, & Conſule* non ſubſiſtunt, *leg.*
„ *Si qua* 4. *ff. de diverſ. reſcript. & Can. Si qua*
„ 25. *quæſt.* 2. exemplo Decreti, quod *ſola ſi-*
„ *gnatura ſufficiat*, frequentiſſimi in Dataria,
„ cujus reſpectu nemo umquam ſomniavit dice-
289 „ re, quod ſufficiat ſola Supplicatio manu San-
„ ctiſſimi ſignata ſine appoſitione Datæ, a qua
„ Gratia perficitur.
„ Multoque minus relevant quæ olim deduce-
„ bant Scribentes pro Equite *Acciajolo* in Cauſa
„ *Romana pretii Secretariatus*, in eorum infor-
„ mationibus impreſſis apud *Cardin. de Luca de*
290 „ *Offic. pag.* 102. 117. & 136. quod ſcilicet Reſi-
„ gnatio perficiatur per *ſolam ſignaturam Pontifi-*
„ *cis.* Quia ibi quæſtio tantummodo erat ſuper
„ non facta regiſtratione, & expeditione Lite-
„ rarum ante ſuppreſſionem, nec ulla verſabatur
„ controverſia ſuper præſtatione conſenſus cl.
„ mem. *Cardinalis Chiſii* Reſignantis, qui tunc
„ temporis adhuc vivebat; Et tamen etiam in
„ eo caſu Signatura illa habita fuit pro irrelevan-
„ ti, & imperfecta, & Eques *Acciajolus ſolum*
„ *recuperavit a Camera ſcuta* 15. *mill. ſub eo*
„ *fundamento, quod nunquam expedita fuerat Sup-*
„ *plicatio, ſeu tranſlatio ex perſona ejuſdem Car-*
„ *dinalis ad illam Equitis*, ut ſunt verba *R. P.*
„ *D. Anſaldi de Commerc. diſc.* 60. *num.* 45. *verſ.*
„ *Exempla.*
„ Ultraquamquod propoſitio illa, quod *Gra-*
291 „ *tia perficitur per ſolam Signaturam Pontificis*,
„ ita a DD. paſſim explicatur, ut ſignatura hæc
„ tunc perficiatur, quando datatur Supplicatio.
„ Ea hoc enim tempore Gratia ſumit ſuum ini-
„ tium, vires, & efficaciam, *& idea non ſequi-*
„ *tur: Papa Supplicationem ſignavit, ergo ſignata-*
„ *ra fuit perſecta pra ſuſtantianda Gratia; Signa-*
„ *tura enim perficitur in Data, non in ſimplici*
„ *appoſitione manus Papa, quamvis ea bene con-*
„ *cladat ad perſectionem Supplicationis, quæ nul-*
„ *lo modo attenditur; perſectia enim cenſetur di-*
„ *lata in aliud tempus, quo videlicet appoſita*
„ *fuit Data*, ita rem declarat inſignis Beneficiali-
„ ſta *Lotter. libr.* 2. *quæſt* 33. *a num.* 29. *Rota de*
„ *Execut. Liter. Apoſt. lib.* 1. *cap.* 3. *a num.* 43. &
„ alii paſſim.
„ Hinc tritum eſt axioma, quod ante Datam
„ Gratia non eſt in rerum natura, & id ex vo- 292
„ luntate ipſius Summi Pnntificis, qui ſcit, Da-
„ tam a ſuo Datario eſſe apponendam: & Sup-
„ plicationem, utcunque ab ipſo ſignatam, poſſe
„ juſtis de cauſis ab ejus Datario lacerari. Et li-
„ cet de facto Supplicatio, de qua agitur, non ſit
„ lacerata, nihilominus facultas lacerandi, exiſtente
„ juſta cauſa, bene concludit, Gratiam non eſſe
„ perfectam, nec eſſe in rerum natura, *Rota dec.*
„ 281. *numer.* 6. *coram Merlino.*
„ Pari reſponſione eliditur altera objectio,
„ quod Gratia ſaltem ſit perſecta quoad Princi- 293
„ pem, qui eo ipſo, quod ſignando Supplicatio-
„ nem ſuper Reſignatione Officii, ſubrogavit no-
„ vum Officialem, antiquus habetur pro mortuo:
„ maxime quia Supplicatio jam pervenerat ad
„ Officium Componendarum. Primo, quia quan-
„ do actus depeodet a duorum conſenſu, tunc 294
„ dicitur perfectus, quando uterque conſenſus
„ conjungitur. Et ſecundo, quia Papa, ſignan-
„ do Supplicationem, eam ſignat conditionali- 295
„ ter, dummodo ſcilicet accedat conſenſus il-
„ lorum, quorum intereſt, ac datetur, & ex
„ tunc incipit operari, *Rota dict. dec.* 28. *per tot.*
„ *cor. Merlino.* Etſi admitteretur hæc abſurda 296
„ propoſitio, quod Gratia ſit perſecta quoad Prin-
„ cipem ex ſola ſignatura, nulla amplius daretur
„ vacatio Officiorum in Dataria. Etenim unuſ-
„ quiſque poſſet obtinere ſignaturam Supplicatio-
„ nis, & ita rem in ſuſpenſo retinere, ut ſi mo-
„ riatur Reſignans, poſſet dici, Reſignationem
„ fuiſſe jam perſectam quoad Principem, ſi vero
„ moriatur Reſignatarius, allegari poſſet, quod
„ Gratia non eſt perſecta quoad Reſignantem,
„ quod eſſet grande abſurdum.
„ Eſtque mera vanitas velle elicere perfectio-
„ nem Gratiæ in Officiorum Reſignatione, ex quo 297
„ Supplicatio pervenerit ad Officium Componen-
„ darum; Quia materiæ Officiorum vacabilium
„ tranſeunt unice per manus D. Præfecti earun-
„ dem Componendarum; ipſe conficit Suppli-
„ cationes, eaſque conſignat Emo Prodatario, qui
„ poſt ſignaturam eidem Officiali illas remittit;
„ ipſe viſitat Titulares, recipit conſenſum coram
„ Teſtibus, adnotat in libro Conſenſuum, exten-
„ ditque a tergo Supplicationis; Ideoque, cum
„ Officialis Componendarum unice apud ſe reti-
„ neat Gratias omnes, & Supplicationes Officio-
„ rum, etiam imperfectas, eſt prorſus erronea il-
„ latio — *Supplicatio eſt in Officio Componendarum,*
„ *ergo Gratia fuit perfecta.*
„ Nec ſubſiſtit, quod conſenſus fuit jam præ-
„ ſtitus, dum DD. *de Berninis* proprietarii inſte- 298
„ terunt pro admiſſione Reſignationis, cura-
„ runt viſitari *D. Joannem Laurentium*, exhi-
„ buerunt antiquas Supplicationes, & inſteterunt
„ pro ſignatura Supplicationis; Quia omnes hi 299
„ actus ſunt actus præambuli, & præparatorii
„ ad obtinendam ſignaturam Supplicationis,
„ & nihil commune habent cum eo conſenſu
„ formali, qui producit abdicationem juris a Re-
„ ſignante, & poſt quem non eſt amplius locus
„ pœnitentiæ. In hac enim materia abdicatio ju- 300
„ ris a Reſignante non fit, niſi per receptionem,
„ & extenſionem conſenſus coram Teſtibus; &
„ donec iſte conſenſus non eſt præſtitus, atque ex-
„ tenſus, ſemper licitum eſt reſilire, ut explicat *Rota*

in

„ *in Firmana Jurispatronatus coram Ghiſlerio*,
„ *apud Pacion. allegat. 26. nu. 36. & ſeqq.*
„ Et ad ſummum, illi Actus importare poſſent
„ conſenſum tacitum, qui non ſufficit, cum requi-
301 „ ratur conſenſus expreſſus, attergandus coram
„ Teſtibus in Supplicatione jam ſignata poſt fa-
„ ctam viſitationem Titularis, *Rota dec. 471. num.*
„ *3. & ſeqq. part. 1. diverſor. coram Ottbabon. de-*
„ *ciſ. 11. num. 4. cor. Peutinger. dec. 92. num. 14.*
„ *& ſeqq. & dec. 132. in fine, coram Emerix dict.*
„ *deciſ. 1149. num. 15. & ſeqq.* & optime *Card.*
„ *de Luca de Regal. diſc. 18. num. 3.* Idque etiam
„ corroboratur ex facto DD. *de Berninis*, qui hos
„ actus inſufficientes pro inducendo conſenſu ad
„ hunc effectum neceſſario, merito agnoſcentes,
„ poſt ſignatam Supplicationem requiſiverunt
„ Præfectum Componendarum, ut conſenſum re-
„ ciperet.
„ Minuſque conſenſus debet haberi pro præſti-
„ to, ex quo per Officialem ſtetit, ne præſtaretur,
„ quia nempe poſt ſignatam Supplicationem re-
„ quiſitus a D. Comite *Dominica de Berninis* (qui
„ in tribus ex ſeptem Officiis controverſis habet
„ dumtaxat intereſſe in tertia parte circiter) ut
„ reciperet conſenſum, diſtulit illum recipere, &
„ noluit ob proprium commodum accedere ad
„ Domum eorundem DD. *de Berninis* ad reci-
„ piendum conſenſum *D. Pauli*, aliorumque ma-
„ jus intereſſe habentium, reſpondendo -- *faremo*
„ *oggi alle 21. ore in Caſa Bernini* -- Etenim, præ-
„ termiſſa inſpectione, an Officialis obligatus eſ-
„ ſet illico ac requiſitus fuit recipere conſenſum
„ *D. Dominici* habentis, ut diximus, minimam
„ partem in proprietate Officiorum; Et an pa-
„ riter obligatus eſſet, nulla interpoſita mora,
„ accedere ad Domum Titularis, ad effectum ex-
„ plorandi ſtatum ejus valetudinis, & recipiendi
„ conſenſum aliorum majus intereſſe habentium;
„ Hoc inquam prætermiſſo, conſideremus tem-
„ pora, & omnia fient plana. Supplicatio fuit ſigna-
„ ta a Sanctiſſimo hora decima ſeptima circiter,
„ poſt hanc ſignaturam fuit Officialis requiſitus,
„ ut reciperet conſenſum, quod fieri non pote-
„ rat, niſi accedendo ad Domum *de Berninis*;
„ Sed eo tempore *Joannes Laurentius* aut defun-
„ ctus fuerat, aut ſaltem ſenſibus deſtitutus cum
„ morte colluctabatur; Ergo ea inſtantia facta fuit
„ tempore protius incongruo, & inhabili, ac fru-
„ ſtraneus, & inutilis fuiſſet, tum acceſſus Of-
„ ficialis ad explorandam ſanitatem mortui, aut
„ jam jam morituri, tum receptio conſenſus: Un-
„ de renitentia Officialis in nihilo nocuit DD. *de*
„ *Berninis*, qui ſciebant ſtatum, in quo die 6.
„ 10. & 11. Januarii (quà ſignata fuit Supplica-
„ tio) repetiebatur dictus *D. Jo. Laurentius.*
„ Hodie autem præſtari amplius non poteſt con-
302 „ ſenſus, dum per obitum Titularis, jus quæſitum
„ eſt Datariæ, & dum deficiunt extrema habilia ad
„ hujuſmodi retrotractionem; Si enim in Reſigna-
303 „ tionibus Beneficiorum, non obſtante quod in ſup-
„ plicatione apponatur *Præſentata*, adhuc non ad-
„ mittitur conſenſus, & Data poſt obitum Reſi-
„ gnantis, juxta *dec. 1149. cor. Emerix*, multo
„ minus extenſio conſenſus, & Data ad praxim
304 „ reduci poterunt in Reſignationibus Officiorum,
„ in quibus non apponitur *Præſentata*; Et Cardi-
„ nalis *de Luca* ex adverſo allegatus *diſc. 42. n. 8.*
„ intantum admittit, in Coadjutoriis poſſe præſta-
305 „ ri conſenſum poſt obitum, in quantum ſupponit,
„ fuiſſe, vivo Coadjuto, ſignatam, & *datatam*
„ Supplicationem, ad quam Datam deinde retrotra-
„ hitur conſenſus. Quod in caſu præſenti ſervari non
„ poteſt, cum Supplicatio, *Joanne Laurentio* vi-
„ vente, nec fuerit datata, nec datari potuerit.
„ Et rem ad praxim reducendo, ſub qua die
„ excipiendus erit, & extendendus hic conſenſus?
„ ſub Data currenti recipi, & extendi non poteſt
„ quia jam dictus *Joannes Laurentius* obiit, &
„ poſt mortem Titularis, & quando vacarunt
„ Officia, conſenſus non poteſt recipi, & exten-
„ di. Sub die ſignatæ Supplicationis, die nem-
„ pe 11. *Januarii*, nec etiam recipi, & extendi
„ poteſt, quia *Joannes Laurentius* obiit contem-
„ poranee ad ſignaturam. Si enim poſt ſigna-
„ tam Supplicationem Officialis illico acceſſiſſet
„ ad Domum DD. *de Berninis* ad excipiendum
„ conſenſum omnium Fratrum intereſſe haben-
„ tium, jam inveniſſet mortuum *Joannem Lau-*
„ *rentium*, aut ad omne pejus inveniſſet agoni-
„ zantem, ergo amplius recipere non poterat
„ conſenſum, eumque extendere, cum de proxi- 306
„ mo moriturus habeatur pro mortuo, *Tuſch. lit.*
„ *A. Concluſ. 83. num. 3.* Et in terminis Societa-
„ tis Officii, quod ſolus ſtatus deſperatæ ſalutis 307
„ faciat, rem non eſſe integram, dixit *Rota cor.*
„ *Carilla deciſ. 30. ſub num. 6. & dec. 34. num. 4.*
„ *& 5.* Et in terminis Officii vacabilis ead. *Rot.* 308
„ *dec. 605. n. 16. & dec. 615. num. 11. cum ſeqq.*
„ *part. 5. tom. 2. Recent.*
„ Atque hæc omnia ſavore Datariæ magis ur-
„ gent, atteoto ſtylo, quod etiam Supplicatione
„ ſignata, adhuc Reſignationes Officiorum ulte- 309
„ riorem non habuerunt progreſſum, ſive quia de-
„ tecta eſt infirmitas Titularis; ſive quia iſte obiit
„ ante extenſum conſenſum; ſive quia Partes pœ-
„ nituit, ut ex atteſtatione Officialium, & exem- 310
„ plis, quæ exhibentur. Cumque agatur de ſty-
„ lo, & obſervantia interpretativa, ſufficeret, ita 311
„ ſemel ſervatum fuiſſe, *Card. de Luca de Benef.*
„ *diſc. 1. num. 13. & diſc. 27. num. 17. Rota poſt*
„ *Tondut. de Penſion. dec. 49. num. 9. &* 10. cum
„ aliis penes *Rot.* in *Auguſtana Canonicatus 12. Ja-*
„ *nuarii 1703. coram Reverendiſſimo Molines §. Ex*
„ *prædictis.*
„ Sed quando per ſolam ſignaturam Gratia fuiſ-
„ ſet perfecta, adhuc, accedendo ad ſecundum Da-
„ tariæ fundamentum, dicta Gratia fuit nulla, &
„ quidem evidentiſſime; Nam, reaſſumendo Fa-
„ cti ſeriem ſupra expoſitam, viſitatio *D. Joan-*
„ *nis Laurentii* facta fuit 29. *Decembris: Die*
„ *6. Januarii* recepit Sanctiſſimum Viaticum, die
„ 10. extremam unctionem, & die 11. hora de-
„ cima quinta amiſerat loquelam, & circa ho-
„ ram 17. obiit. Itaque hæc Gratia contempo-
„ ranee ad obitum ſignata, quatenus etiam fuiſ-
„ ſet perfecta, nullum jus tribuere poteſt *DD.*
„ *de Berninis*, ob claram legem, ſeu pactum in
„ reſervatione Decreti appoſitum, quod illi poſ- 312
„ ſent *quandocumque diſponere de Officiis, præ-*
„ *terquam in caſu infirmitatis D. Joannis Lauren-*
„ *tii.* Poſita autem ejuſdem infirmitate, de dictis
„ Officiis diſponere nullo modo poterant, quia ver-
„ ba illa, *præterquam &c.* ſunt exceptiva, & im- 313
„ portant contrarium ejus, quod in Regula con-
„ tinetur ad *text. in leg. Quæſitum §. Denique de*
„ *Fund. inſtruct. Dec. in Cap. Cum Dilecta num. 6.*
„ *& 7. de Confirm. Util. Rota coram Pama dec.*
„ *994. num. 5.*
„ Et ſtante tam gravi infirmitate cum proximo,
„ imo contemporaneo periculo mortis, actus di-
„ citur continere manifeſtam fraudem in præjudi-
„ cium imminentis vacationis, ita ut etiam ſeclu-
„ ſo pacto, ſeu conditione expreſſa in Decreto Re-
„ ſervationis, in vim ſolius juris communis, ſit

nul-

314 „ nullus, & irritua, juxta text. punctualem in
„ *Cap. 2. de Renunc. in 6.* & in terminis Offi-
315 „ ciorum *Card. de Luca de Regal. diſc. 16. num.*
„ *3. verſ. Et ſecundo clarius, Rota dec. 605. num.*
„ *15. part. 5. Recent.* Et in terminis mutationis
„ periculi vitæ factæ, *quando quis Animam ex-*
316 „ *halabat, Rota dec. 192. per tot. part. 2. diver-*
„ *ſor.* Et conferunt quæ in caſu valde ſimili ad-
„ notavit idem *Cardinalis de Luca de Societate*
„ *Officii diſcurſ. 1. per totum, & diſcurſ. 12. n. 24.*
„ Hinc non obeſt, quod prævia viſitatione per
317 „ Officialem ad id deſtinatum, & examine facto
„ in Congregatione Datariæ, ſignata fuerit Sup-
„ plicatio, & Reſignatio (ut prætenditur) admiſ-
„ ſa; Quia, cum ignotum eſſet Datariæ Officiali-
„ bus, & multo magis Summo Pontifici, qui aſ-
„ ſenſum huic Reſignationi præſtitit, infirmitas
„ periculoſa, & ſtatus deſperatus ſalutis, in quo
„ reperiebatur *Joannes Laurentius*, Actus dicitur
„ geſtus ex falſo præſuppoſito; Si enim tunc ſci-
„ viſſet, aut excogitaſſet, illum eſſe agonizan-
„ tem; ſi ſciviſſet, de die antecedenti fuiſſe ex-
„ tremæ unctionis Sacramento munitum, omneſ-
„ que alias ſupra relatas circumſtantias, utique
„ S. P. non conſenſiſſet, & Supplicatio ſignata
318 „ non fuiſſet; & Animus nunquam trahi poteſt
„ ad ea ignorata, quæ cognita, geſta non fuiſſent,
„ ut bene perpendit *Card. de Luca de Soc. Offic.*
„ *diſc. 1. num. 3. & ſeqq.*
„ Si enim aderat expreſſa lex, ſive Pactum,
„ quod in caſu Infirmitatis Officia reſignari non poſ-
319 „ ſent; Si de ſtylo Datariæ, etiam ſecluſo pacto,
„ ſimiles Reſignationes non admittuntur; Clare
„ emergit, quod res reducitur ad caſum, a quo
„ incipere non poterat, nec S. P. in tali caſu in-
„ tentionem habuit derogandi dicto Pacto, ſeu
„ conditioni appoſitæ in ipſo Decreto Reſervatio-
„ nis, & concedendi jus ſuum, hoc eſt proxi-
„ mam, & imminentem vacationem; & iniquum
„ eſſet, quod privaretur jure ſuo, quod non co-
320 „ gitavit; ut in terminis Regii aſſenſus præſtiti
„ reſutationi Feudi, bene declarat *Aponte de Po-*
„ *teſt. Proreg. tit. 8. §. 5. num. 18. & plurib. ſeqq.*
„ *ac conſil. 2. num. 1. & ſeqq.*
„ Attento præſertim, quod per duas horas ante
„ ſignatam Supplicationem, *Joannes Laurentius*
„ amiſerat loquelam; & in ipſo tempore ſignatu-
„ ræ, ſi non expiraverat, certe Animam agebat;
„ ſicuti autem inutilis eſſet dicta ſignatura, ſi fa-
„ cta fuiſſet *Jo. Laurentio* jam mortuo, ita dicen-
„ dum eſt, dum facta fuit, cum ipſe eſſet in ex-
321 „ tremo vitæ momento, cum moribundus mortuo
„ aſſimiletur; ut proſequitur *Card. de Luca dicto*
„ *diſcurſ. 1. num. 4. de Soc. Offic.*
„ Atque ex iiſdem rationibus quidquam non rele-
„ vat præcedens viſitatio facta ſub die 29. Decem-
„ bris, quodque ſibi imputet Dataria ſui Officia-
„ lis negligentiam, & inadvertentiam; Quia Offi-
„ cialis, qui viſitavit, muneri ſuo non defuit; Vi-
„ ſitavit enim, & retulit, *Joannem Laurentium*
„ eſſe in tali ſtatu, quod Reſignatio admitti poſ-
322 „ ſet; Sed vis ſtat in eo, quod, cum inter viſita-
„ tionem, & ſignaturam Supplicationis, inter-
„ ceſſiſſent duodecim dies, rerum ſtatus hoc me-
„ dio tempore, & poſt factam viſitationem im-
„ mutatus fuit, & conſequenter non ſuffragatur
„ aſſenſus Reſignationi præſtitus a S. P. quia in-
„ telligitur præſtitus, ſi res in eodem ſtatu eſſet,
„ etſi in eadem habilitate, & ſtatu Conceſſio-
323 „ narius permanſerit, ut in conſimilibus termi-
„ nis aſſenſu a Principe præſtiti reſutationi Feudi
„ *A Ponte de Poteſtat. Proreg. tit. 8. quaſt. 5.*
„ *num. 20. & ſeqq. Card. de Luca de Feud. diſc. 1.*
„ *num. 22. & de Regalib. diſcurſ. 16. num. 3. verſ.*
„ *Et ſecundo, Marcian. conſ. 38. num. 12. §. Am-*
„ *plius.*
„ Inde eſt, quod ad præcavendum quodcum-
„ que præjudicium, merito ſtylus Datariæ indu- 324
„ xit, ut, ſi poſt factam viſitationem ſtatim non
„ ſignetur Supplicatio, ſed ad octo, vel decem
„ dies differatur, tunc poſt ſignatam Supplicatio-
„ nem fit nova viſitatio, & recognoſcitur ite-
„ rum ſtatus Perſonæ, ad effectum inſpiciendi,
„ an hoc medio tempore ulla ſequuta fuerit mu-
„ tatio; & an tempore ſignaturæ, & præſtandi
„ conſenſus ſit in ſtatu perfecto ſanitatis. Et in
„ ſequelam hujus ſtyli, in caſu, de quo agitur, in
„ ipſo die ſignatæ Supplicationis Officialis Com-
„ ponendæ deſtinaverat *hora* 21. iterum viſitare
„ dict. *Joannem Laurentium*, ut Pars adverſa
„ etiam fatetur, quod non fuit poſtmodum exe-
„ quutus, quia notitiam habuit, jam *hora deci-*
„ *ma ſeptima* expiraſſe. Adeoque præcedens il-
„ la viſitatio nil confert ad effectum excluden-
„ di vacationem, cum rerum immutatio evene-
„ rit poſt factam viſitationem, & ipſi *DD. de*
„ *Berninis* non ſolum hæc retiouerunt, ſed pro
„ conſenſus præſtatione inſteterutt, tanquam ſi
„ eſſet *D. Joannes Laurentius* in ſtatu perfectæ
„ valetudinis.
„ Patet ex his, quantum diſtet a præſenti, Ca-
„ ſus, ſuper quo ſcripſit *Card. de Luca diſc. 6. de* 325
„ *Regal.* quique etiam non fuit deciſus, ſed per
„ concordiam, ut idem refert, ſopitus; Fuerat ibi-
„ dem facta duplex Viſitatio, & in utraque Mu-
„ lier poſſidens Officium reperta fuit in ſtatu bo-
„ næ valetudinis, ſed poſt perfectam Reſignatio-
„ nem ſuperventa febri acuta, inde ad paucos
„ dies deceſſit. In præſenti, ante ipſam ſigna-
„ turam, nova cauſa ſupervenit, ob quam non erat
„ amplius locus Reſignationi, & mutationi peri-
„ culi in aliud Caput.
„ Præterea advertendum erit ad duplicem ca-
„ ſum, & duplicem formulam diverſam, qua in
„ materia Officiorum utitur Dataria; Primus ca-
„ ſus eſt, quando agitur de Officio, cujus proprie- 326
„ tas, & periculum reſidet in eadem perſona; &
„ tunc, cum in proviſione Officii nulla apponatur
„ cauthela, nullum pactum, aut conditio, ex ſolo
„ ſtylo introductum eſt, ne Reſignationes admit-
„ tantur in infirmitate, ideoque, ſi tali caſu re-
„ periatur admiſſa alienatio Officii, tunc locum ſibi
„ vindicat quæſtio, an negligentia Officialis ob- 327
„ ſtet Datariæ; & de hac quæſtione hactenus *in-*
„ *deciſa* agit *Card. de Luca dict. diſc. 6. de Rega-*
„ *libus.*
„ Secundus caſus eſt, ubi Officium reſidet pe-
„ nes unam Perſonam, & reſervatur alteri Decre- 328
„ tum; & in hoc caſu in ipſa conceſſione Officii
„ apponitur lex, & conditio, ut non poſſit Pro-
„ prietarius de illo diſponere in caſu infirmitatis
„ Titularis; Quamobrem, poſita infirmitate, defi-
„ cit poteſtas in radice reſignandi, & diſponendi
„ de Officio, adeoque nihil intereſt, an Officia-
„ lis Datariæ fecerit, necne, debitas diligentias,
„ quia ſemper Reſervatario, & Domino Officii,
„ opponi poteſt, quod in ipſa conceſſione Of-
„ ficii denegatur ei facultas reſignandi in caſu
„ infirmitatis, ſed neceſſaria eſt gratia ſpecia- 329
„ lis, & inſolita, per quam S. P. expreſſe deroget
„ præcedenti legi expreſſæ, aut ſaltem ei exprima-
„ tur in Supplicatione, quod ille, in cujus capi- 330
„ te Officium reſidet, ſit in gravi infirmitate po-
„ ſitus; Cum ceteroquin ſimplex aſſenſus datus

Reſi-

„ Reſignationi duplicem effectum operari non
331 „ poſſit, reſignandi ſcilicet Officium, (quod ſine
„ aſſenſu non eſt in commercio,) & reſignandi,
„ etiam quod Titularis reperiatur in ſtatu deſpera-
„ to ſalutis; ut bene probat *A Ponte* locis ſupra
„ allegatis,

„ Ex quibus Jura Datariæ clariſſima videntur,
„ ſive primum, ſive ſecundum fundamentum, &
„ multo magis, ſi utrumque inſimul expendatur.
Hactenus *Diſcurſus.*

At quoniam ſermo eſt de Officiis vacabilibus, re-
ferre lubet caſum ſingularem, qui in Congregatio-
ne itidem particulari diſcuſſus fuit inter Datariam
Apoſtolicam, & *Joannem Paulum Andreotium.*
332 Obtinuit *Joannes Paulus* præfatus proprietarius
cujuſdam Officii, quod exiſtebat ſub periculo vi-
tæ *Alexandri Piotti*, ut ſupponebatur, ab Urbe
abſentis, ejuſdem periculi tranſlationem in aliam
Perſonam, præſtita cautione de ſuperviventia
Piotti per quadraginta dies, & de reſtituendo
pretium Officii caſu, quo decederet ille intra
tempus præfatum. Vix ſequuta Reſignatione, in-
notuit *Andreotio*, quod *Piottus* nunquam ab Ur-
be diſceſſerat, unde de illius præſentia certio-
rem reddidit D. Præfectum Componendarum,
inſtetitque pro reſtitutione Apochæ cautionis, &
obligationis præfatarum; Accidit caſus, quod *Piot-*
tus non adhuc quadraginta diebus elapſis, e vivis
deceſſit, unde laceſſitus *Andreotius* a Dataria ad
reſtituendum pretium Officii ad tramites emiſſæ
obligationis, illud reſtituere detractabat; eo præ-
ſertim fundamento, quod cautio de ſuperviventia
Piotti per quadraginta dies poſt ſequutam Reſi-
gnationem, & ſucceſſiva obligatio reſtituendi pre-
tium in caſu illius obitus intra tempus præfatum,
emiſſa fuerat ſub erroneo ſuppoſito abſentiæ *Piotti*
ab Urbe, unde ſemel ac ille tempore Reſignatio-
nis Officii præſens erat in Urbe, & quidem in
ſtatu perfectæ valetudinis, cautio, & obligatio
ſupradictæ evanuerant. Hinc deputata Congrega-
333 tione particulari, tribus doctis Viris compoſita,
nempe *Corradino*, *de Cavaleriis*, & *Turchio*, die
11. *Martii* 1708. unanimi voto reſponſum fuit --
teneri Andreotium reſtituere Datariæ pretium Officii
ex rationibus per me favore Datariæ in ſequenti
Diſcurſu expoſitis.

„ Antiquus, & notorius Datariæ ſtylus eſt,
334 „ quod, quando petitur licentia reſignandi Officia
„ venalia, ſeu transferendi periculum vitæ de una
„ in aliam perſonam, adhiberi ſolent a Miniſtro
„ Datariæ ad hoc deputato plurimæ diligentiæ in
„ explorando ætatem, & valetudinem Officialis,
„ qui reſignare intendit, ne admiſſio ſequatur in
„ fraudem futuræ vacationis, & in Principis præ-
„ judicium, ut coram *Seraphino deciſ.* 1294. *n.* 5.
„ *& deciſ.* 615. *n.* 9. *part.* 5. *Recent.*

„ Et ea adhiberi ſolet diſtinctio, quod ſi poſſeſ-
335 „ ſor Officii eſt abſens, tunc ad probandam bonam
„ ejus valetudinem, non attenduntur Teſtium, aut
„ Notariorum depoſitiones, ſed ipſius Ordinarii
„ requiruntur Literæ Teſtimoniales; & inſuper
„ in hoc caſu præſtanda eſt fidejuſſio de ſupervi-
„ ventia per 40. dies, de qua *Rot. cor. Seraphin.*
336 „ *dict. dec.* 1294. *num.* 5. Si vero eſt præſens in
„ Urbe, Præfectus Componendarum explorat ſta-
„ tum Reſignaotis, ipſumque viſitat, & facta per
„ illum relatione, licentia conceditur, vel reſpe-
„ ctive denegatur, *Card. de Luc. de Regal. diſc.* 6.
„ *num.* 3. *& per tot. & in Supplem. in addit. ad di-*
„ *ctum diſc.* 6. §. *Et tertio*, ac in *ſumma* ejuſdem
„ *Tituli de Regal. num.* 22.
337 „ Conſuevitque adeo accurate procedi in hac
„ materis, ut in quolibet levi dubio perfectæ va-
„ letudinis in volente reſignare, differtur ad ali-
„ quod tempus reſignationis admiſſio, & ſecunda,
„ vel pluribus vicibus fit exploratio per Datariæ
„ Officialem, ut tradit *Card. de Luc. locis mox al-*
„ *legatis.* Imo, etiam, ſi quis ſtet ſanus, & adſit
„ probabilis ſuſpicio, quod poſſit infirmari, adhuc 338
„ denegatur admiſſio reſignationis, ut in caſu il-
„ lius, qui acceſſerat ad Urbem in Menſe Augu-
„ ſti, & ſteterat ſanus per 20. dies, quod fuit
„ juſte denegata licentia reſignandi Officium prop-
„ ter periculum mutationis aeris, reſolutum fuit
„ in *deciſ.* 605. *num.* 15. *& ſeq. & deciſ.* 615. *nu.* 9.
„ *& ſeqq. part.* 5. *Recent.* adeout ex his verifice-
„ tur propoſitio alias per Rotam firmata, quod
„ non ita de facili obtineri ſoleat licentia reſignan-
„ di Officia, ut *coram Seraphino dicta deciſ.* 1294.
„ *num.* 5.

„ Opportunum viſum fuit hanc praxim præ-
„ mittere, ut exinde facilior ſternatur via ad reſolu-
„ tionem præſentis caſus; Cum enim Officium,
„ de quo agitur, eſſet ſub periculo vitæ *Alexan-*
„ *dri Piotti*, & tale periculum fuiſſet in aliam per-
„ ſonam tranſlatum, præſtita cautione per *D. An-*
„ *dreotium* de ſuperviventia per 40. dies, & de
„ reſtituendo pretium Officii in eventum, in
„ quem dictus *Piottus* intra dictos 40. dies dece-
„ deret; hinc eſt, quod ſequuta interim morte
„ *Piotti* intra tempus conventum, Officium va-
„ caverit favore Datariæ, & factus fuerit locus
„ obligationi *D. Andreotii* de ſolvendo pretium;
„ nam promittens aliquid ſub conditione, ea pu- 339
„ rificata ſolvere tenetur, perinde ac ſi ab initio
„ pure ſe obligaſſet, *Leg. Cedere diem ff. de Verb.*
„ *ſignific. leg. Si decem ff. de Solut. Surd. conſil.* 179.
„ *num.* 11. *Rot. coram Coccin. deciſ.* 84. *nu.* 1. *co-*
„ *ram Martino Andrea deciſ.* 50. *n.* 2. *coram Mer-*
„ *lino deciſ.* 762. *n.* 1. *coram Card. Celſo deciſ.* 238.
„ *num.* 1.

„ Non obſtat, quod dicta obligatio emanaverit
„ ex erroneo ſuppoſito, quod *Piottus* ſub *die* 6.
„ & 8. *Julii* 1707. eſſet abſens ab Urbe, adeo-
„ que, detecto errore, perinde eſt, ac ſi obliga-
„ tio præfata facta non fuiſſet; Quia eodem mo-
„ do nulla, & invalida, ac pro non facta repu-
„ tari debet, reſignatio per Datariam admiſſa, 340
„ adeout ſtante reſignationis nullitate, cum adhuc
„ periculum vitæ in perſona *Piotti* curreret, ſe-
„ quuta interim illius morte, Officium per ejus
„ obitum vacavit, *Gratian. Diſceptat.* 276. *n.* 63.
„ *Rota deciſ.* 615. *num.* 1. *&* 2. *part.* 5. *Rec. dec.*
„ 1294. *num.* 5. *coram Seraphin.*

„ Et quidem admiſſa fuit per Datariam reſi-
„ gnatio ſub hoc eodem ſibi narrato ſuppoſito,
„ quod *Piottus* eſſet abſens, & correſpective ad
„ cautionem de ſuperviventia datam a *D. Andreo-*
„ *tio*; Si autem hujuſmodi error nocere non de-
„ bet *D. Andreotio*, qui illum commiſit, multo
„ minus nocere poteſt Datariæ, quæ cauſam er-
„ rori non dedit, quæque fidem *D. Andreotii* ſe-
„ quendo, dedit licentiam reſignandi, eo quia il-
„ le ſuppoſuit, *Piottum* eſſe abſentem, & ex ſeipſo
„ obtulit, ac præſtitit cautionem præfatam; Ex quo
„ fit, quod ſicuti corruit obligatio ex parte *D.*
„ *Andreotii*; ita corruere debet ex parte Datariæ
„ reſignationis admiſſio, quia deficit ſuppoſitum,
„ ſuper quo illa fundata fuit *Rota dec.* 27. *nu.* 11. 341
„ *part.* 17. *Recent. in Calaritana Juriſdictionis ſu-*
„ *per Negocio principali* 10. *Junii* 1704. §. *De-*
„ *monſtrata cor. Eminentiſſimo de la Tremoille*, *&*
„ *in Fanen. Juriſdictionis* 16. *Junii* 1704. §. *Nul-*
„ *lus*, *coram R. P. D. Scotto*, & quia in correſpe-

„ ctivis

342 „ ctivis uno ceſſante, ceſſare debet, & alterum
„ *Leg. Etiam §. Is cauſa ff. de Minor. leg. final.*
„ *Cod. de acceptilat. Cravett. conſil.* 949. *num.* 18.
„ *& ſeqq. Rota deciſ.* 604. *num.* 3. *part.* 18. *Recent.*
„ *& in Romana Exequutionis Apoca* 17. *Maii*
„ 1697. §. *Et ſane, ac* 24. *Januarii* 1698. §. *Con-*
„ *currente, coram Illuſtriſſ. Olmo.*
„ Dubitari autem in facto non poteſt de hujuſ-
„ modi correſpectivitate, nam in memoriali por-
„ recto Eminentiſſimo Pro - Datario expoſuit *D.*
„ *Andreotius*, dictum *Piottum* ex juvenili levi-
„ tate e Domo paterna aufugiſſe, & Neapolim
„ diſceſſiſſe, ſupplicavitque pro admiſſione reſigna-
„ tionis, *Eſibendoſi di far pervenire la Fede della*
„ *ſopravivenza, ed aſſicurare la Dataria in e-*
„ *venta di qual che ſiniſtra &c.* Et Emus Pro-Da-
„ tarius precibus annuens, petitam reſignationem
„ mandavit admitti *præſtita Cedula Bancaria*
„ *ad favorem Datariæ*, in cujus reſcripti ſeque-
„ lam, præſtita cautione ſub *die* 8. *Julii*, ſub ea-
„ dem die fuit admiſſa, & datata Gratia Reſi-
„ gnationis, quæ proinde, uti ſacta prævia con-
„ ditione de præſtando cautionem, dici debet cor-
„ reſpectiva ad eandem; cum enim verba Decreti
343 „ *præſtita Cedula* ſint ablativi abſoluti, ac condi-
„ tionem, & formam importent, ſive a lege, ſive
„ ab homine prolata fuerint, *Bartol. in leg.* 1. *in*
„ 7. *quæſt. ff. de Condit. & demonſtrat. Alexand.*
„ *conſil.* 119. *num.* 1. *verſic. Quia lib.* 3. *Pariſ.*
„ *conſil.* 34. *num.* 6. *& conſil.* 59. *num.* 3. *lib.* 3.
„ cum aliis apud *Manſ. tom.* 2. *conſult.* 170. *num.*
„ 44. *&* 45. operantur, quod, non præſtita tali
„ Cedula, reſignatio admiſſa non fuiſſet, cum
344 „ datum ſub una conditione, ſub contraria cenſea-
„ tur ademtum, ad *Text. in leg. Pecuniam ff. Si*
„ *cert. petat. leg. Item quia ff. de Pact. leg. Neceſ-*
„ *ſario ff. de Peric. & Commod. Rei vendit.* &
„ proſequitur, allegatis concordantibus, *Manſ.*
„ *dict. conſult.* 170. *num.* 46.
„ Hinc ceſſat objectio, quod Gratia tranſlatio-
„ nis fuerit conceſſa abſque conditione ſupervi-
„ ventiæ, quia, cum in Memoriali *D. Andreotius*
„ promiſiſſet *di fare pervenire la Fede della ſo-*
„ *pravivenza*, & de aſſecurando Datariam, at-
„ que Eminentiſſimus Pro - Datarius hanc cauthe-
„ lam pro forma voluerit, eamque in forma ſpe-
„ cifica *D. Andreotius* jam adimpleverit, cum ef-
„ fectu ſe obligando, alia expreſſio neceſſaria non
„ erat in corpore Supplicationis (ſub eadem die
„ emiſſæ obligationis) datatæ, cum abunde meos
345 „ Eminentiſſimi Pro - Datarii declarata fuiſſet in
„ ejus decreto, ut advertit *Rota in Bononien. Hoſ-*
„ *pitalis* 16. *Decembris* 1707. §. *Nec mens, co-*
„ *ram R.P.D. Omaña.*
346 „ Cumque generaliter ex ſtylo Datariæ in caſu
„ cujuſlibet abſentis Reſignantis præſtetur fide-
„ juſſio de ſuperviventia, abſque eo quod de ea
347 „ ulla fiat mentio in Supplicatione, dicendum
„ eſt, quod talis conditio tacite, & virtualiter
„ ineſſe cenſeatur io ipſa Supplicatione, quam
348 „ Papa ſignando, cenſetur velle, ut ſerventur
„ omnia, quæ de ſtylo ſervari ſolent; Multo
„ igitur fortius, dum ultra ſtylum concurrit in
„ præſenti expreſſa declaratio Supremi Datariæ
„ Adminiſtri, quod non aliter admitteretur re-
„ ſignatio, quam præſtita cautione; In his
„ namque circumſtantiis hæſitandum oon eſt,
„ quio hæc conditio cenſeatur repetita in ipſa
„ Supplicatioue habente datam ejuſdem obligatio-
„ nis, & ſignata in exequutionem dicti reſcripti, a
„ quo non poteſt, oec debet eſſe difformis; actus
349 „ enim factus in exequutionem alterius regulatur
„ ab eo, in cujus exequutionem fit, *Alexand. con-*
„ *ſil.* 156. *per tot. lib.* 6. *Rota coram Dunoz. Jun.*
„ *deciſ.* 869. *num.* 7.
„ Nec momenti eſt, quod *D. Andreotius* notifi-
„ cavit Præfecto Componendarum præſentiam
„ *Piotti* io Urbe, quodque mediante plurium
„ Perſonarum opera omnem adhibuit diligentiam
„ ad effectum adducendi ipſum *Piottum* ad Præ-
„ fectum præfatum. Tum quia hæc notificatio
„ ſupponitur facta ſub die 9. aut 10. *Julii*, &
„ ſic poſt reſignationem admiſſam ſub die 8.
„ ejuſdem menſis. Tum quia ſola hæc notificatio
„ ſatis non fuiſſet ad obtioendam reſignationis
„ admiſſionem; Supponamus enim, quod res ſit
„ adhuc integra, & quod *D. Andreotius* acce-
„ dat ad Officiales Datariæ, & eis exponat, quod
„ intendat transferre periculum a capite *Piotti* in
„ aliam Perſonam, & dicat, *Piottus* eſt quidem in
„ Urbe, non vult ad Datariam accedere, eſt ta-
„ men in perfecta valetudine, & ecce fides Teſtium
„ affirmantium, *che ſecondo l'apparenza moſtra di*
„ *ſtar con buona ſalute*; Quæro, an in his termi-
„ nis, & cum ſolis his atteſtationibus Eminentiſſi-
„ mus Pro-Datarius, aut quicumque alius Offi-
„ cialis mandaret cum his ſolis fidibus, & ſub
„ hac ſola aſſertione fieri tranſlationem periculi
„ vitæ? Profecto quod non, neque etiam ſub ob- 350
„ ligatione dandi cautionem de ſuperviventia,
„ & illi reſponderetur, quod ſerventur ſolita ſer-
„ vari in his circumſtantiis, nempe, quod reco-
„ gnoſcatur ſtatus Perſonæ, quodque aut *Piottus*
„ accedat ad Præfectum Componendarum, aut
„ quod iſte accedat ad viſitandum *Piottum*.
„ Si itaque ſola notificatio præſentiæ in Ur-
„ be facta Officialibus Datariæ, & exhibitio at-
„ teſtationum Teſtium non ſuiſſet ſatis ad obtinen-
„ dam Reſignationis admiſſionem *re integra*, a
„ fortiori ſufficere non poſſunt hodie, quod reſi-
„ gnatio admiſſa reperitur ſub præciſa forma præ-
„ ſtitæ cautionis, & cum iis Cauthelis, quæ ad-
„ hiberi ſolent cum abſentibus. Reſignatio nam-
„ que ſub una forma admiſſa trahi non poteſt
„ ad caſum diverſum, qui expoſcebat aliam
„ formam, quæ ſervata non fuit.
„ Diligentiæ vero factæ a *D. Andreotio* addu-
„ cendi *Piottum* ad D. Adminiſtratorem Compo-
„ nendarum, quodque ſuarum virium non erat eum
„ abducere ab Aſylo, ad quem ſe contulerat, noo
„ relevant; Sive quia in facto non apparet, quod
„ *Piottus* (qui ceteroquin uti nullius criminis
„ Reus per Urbem libere incedebat, ut præ cete-
„ ris refert *Vincentius de Ramanis* exadverſo in-
„ ductus, ibi - *Avendolo viſto più volte caminar*
„ *per Roma*) ullam unquam repugnaotiam ha-
„ buerit accedendi ad Domum Præfecti Compo-
„ nendarum, ſi requiſitus fuiſſet, & totæ diligen-
„ tiæ, quas adhibuiſſe fatetur *D. Andreotius*, in eo
„ conſiſtunt, quod ſub die 11. *Julii* miſit *Bernar-*
„ *dum Valerium* ad reperiendum *Piottum*, ut ad-
„ duceret ad Præfectum Componendarum, quod-
„ que non potuit eum reperire, aut quia fortaſſe
„ jam ex Urbe receſſerat, referentibus Teſtibus
„ exadverſo inductis, quod eadem die 11. diſceſſe-
„ rat, aut quia colligebat ſarcinulas pro diſceſſu.
„ Sive quia, admiſſo etiam ad ſuperabundan- 351
„ tiam, quod *Piottus*, oon obſtantibus quibuſcum-
„ que diligentiis, adduci non potuiſſet ad Præfe-
„ ctum Componendarum, noo exinde ſequitur,
„ quod admitti debuiſſet reſignatio Officii ſine
„ ulla cautione; ſed ad ſummum prætendi po-
„ tuiſſet, quod facta æquiparatione de caſu abſen-
„ tiæ ad caſum latitationis, & non repertionis,
expe-

„ diretur negocium, ac ſi *Piottus* eſſet abſens;
„ cum ceteroquin ſola latitatio, ex culpa ipſius
„ *Piotti* proveniens, non fuiſſet cauſa ſufficiens,
„ ut *D. Andreotius* cenſeretur liberatus ab obli-
„ gatione illum exhibendi perſonaliter; ut in
352 „ fortioribus terminis deciſum eſt, quod Fidejuſ-
„ ſor de repræſentando Debitorem, non libera-
„ tur a pœna, ſi Debitor fuit abbi ex ſua culpa
„ carceratus, ex relatis in *deciſ. 350. num. 7. co-
„ ram Dunoz.* & contrariæ auctoritates procedunt,
353 „ quando Reus præſentari non poteſt, quia ſine
„ culpa ſua a Magiſtratu detinetur, ut explicat
„ *Dunozet. loco mox allegato*; aut quando factum
354 „ Judicis eſt in cauſa, propter quam Reus aufu-
„ git, prout in his terminis loquitur *Rocca diſput.
„ 103. num. 10.*

„ Sive demum, quia remedium in promptu
„ erat, & facillimum, rogando D. Adminiſtrato-
„ rem Componendarum, ut ad *Piottum* accederet;
355 „ Sæpe enim evenire ſolet, quod ſi ille, ſub cu-
„ jus vitæ periculo reperitur Officium, in Eccle-
„ ſia, vel in Carceribus detinetur, aut quia ſit
„ Mulier, ſive perſona qualificata, tunc Admi-
„ niſtrator ipſe accedat ad locum illum, ad eff-
„ ectum recognoſcendi ſtatum perſonæ, quæ vult
„ Officium reſignare, cum id inter emolumenta
„ ſui Officii computetur; & quatenus accedere
„ renuiſſet, compelli potuiſſet ab Eminentiſſi-
„ mo Pro-Datario, cujus præcipuum ſtudium eſt
„ reddere unicuique ſuum; Et qui facile impe-
„ dimentum removere poterat, non dicitur impe-
„ ditus, *Cravett. conſil. 270. num. 3. Sperell. de-
„ ciſ. 85. ſub num. 26. Rot. coram Seraphin. de-
„ ciſ. 1206. num. 1.*

„ Pariter non officit, quod, ne quis ſentiat
„ damnum ex occultatione, ſufficit, quod ad Præ-
„ ſidem, vel Magiſtratum recurrat; Quia in præ-
„ ſenti caſu nil aliud peregit *D. Andreotius*, quam
„ certiorem reddere D. Adminiſtratorem Compo-
„ nendarum, quod *Piottus* erat in Urbe, *e che
„ però ſtava procurando di condurlo alla ſua pre-
„ ſenza, volendo ritirare l'obligazione da lui fatta.*
„ Cui propoſitioni ab eodem Adminiſtratore
„ reſponſum fuit -- *portatelo da me, che riconoſ-
„ ciutolo, reſtituirò l'obligazione.* Et jure qui-
„ dem merito, quia partis aſſertioni credere non
„ tenebatur, *de Luca dict. diſc. 6. num. 9. de Re-
„ gal. & in annot. ad eumdem diſcurſ. 6. §. 3.
„ in ſupplemento.* Ex hoc autem deduci non
„ poteſt, quod habitus fuerit recurſus ad Magi-
„ ſtratum, ut *Piottum* fugitivum requireret, &
„ cogeret ad ſe præſentandum; aut, quod rogatus
„ fuerit Datariæ Officialis, ut accederet ad locum,
„ ubi *Piottus* morabatur; ſed e converſo bene elı-
„ citur, quod agnita fuit per *D. Andreottum* ne-
„ ceſſitas adducendi *Piottum* ad Officialem, ut ejus
„ ſtatum recognoſceret; & quod, nonniſi hujuſ-
„ modi recognitione facta, ſuæ obligationis Apoca
„ reſtitui potuiſſet.

„ Minus refragatur, quod, cum recognitio re-
„ quiratur, ad effectum, ut conſtet de bona va-
„ letudine Titularis, id poſſit adimpleri etiam ex
„ poſt, & per æquipollens, mediantibus extraju-
„ dicialibus Depoſitionibus Teſtium affirman-
„ tium, *che ſecondo l'apparenza moſtrava de ſtar
„ con buona ſalute*, prout ſunt verba fere om-
„ nium atteſtationum exadverſo exhibitarum;
356 „ Hoc enim eſſet evertere firmum, & inconcuſ-
„ ſum ſtylum Datariæ, juxta quem in ſubjecta
„ materia non ſtatur aſſertionibus partium, nec
„ fidebus Teſtium, imo nec Medicorum, e-
„ tiam ſi re integra, & ante factam reſignatio-
„ nem exhibeantur; ſed antequam reſignatio
„ admittatur, recognitio, & viſitatio fit per ipſos
„ Officiales ad id deputatos, in quibus nec fraus,
„ nec colluſio, nec ineptia præſumitur, ne alias 357
„ teneantur de proprio ad reintegrandam Data-
„ riam, ut conſiderat *Card. de Luc diſcurſ. 6 nu.
„ 4. & 9. de Regalib. & in annotat. ad eumdem
„ diſcurſ. §. 3.* Et proinde Officialis prædictus Da-
„ tariæ ante reſignationis admiſſionem, propriis
„ oculis, non autem alienis credit, quia imbecil- 358
„ litas eſt intellectus, quærere alterius viſum, ubi
„ proprium habemus, *Caſtrenſ. conſil. 141. num. 3.
„ lib. 2 Sperell. deciſ. 178. num. 32.*

„ Et juxta terminos legales, quando in con-
„ troverſiam venit, an quis ſit infirmus, valetu- 359
„ dinarius, an ſit recuperata valetudo, an ex vul-
„ nere ſit remanſura cicatrix, & ſimilia, non at-
„ tenduntur ſolæ Teſtium depoſitiones, quamvis
„ eſſent in arte periti, ſed copulative requiritur
„ diligens inſpectio, & examinatio Judicis, ad
„ *Tex. in leg. Semel la 6. Cod. de Re milit. lib.
„ 12.* ibi -- *Quos conſtet Medicis denuncianti-
„ bus, & Judice competenti diligenter examinan-
„ te vitium contraxiſſe* -- ibique *Bartol. num. 1.
„ & ſeqq.* appellat hunc *Textum* ſingularem ad
„ probandum, quod debet *præcedere* diligens Ju-
„ dicis inquiſitio, *Bald. in Cap. Propoſuiſti,
„ de Probation.* & ibidem bene *Felin. ſub num. 6.*
„ ibi -- *Et ſis cautus, quia non ſufficit, quod
„ pars conducat Medicum per viam Teſtimonii,
„ ſed opus eſt ut Judex imponat relationem, & ip-
„ ſemet Medicum, vel alium peritum examinet,
„ & examinatus reddat cauſam ſui dicti* - Unde 360
„ multo minus ad effectum probationis bonæ va-
„ letudinis poteſt dici ſatisfactum Judicis, & Of-
„ ficialis inſpectioni, & inquiſitioni, per informes
„ Teſtium depoſitiones, poſt admiſſam reſignatio-
„ nem cum cautione, & poſt Officii vacationem
„ procuratas.

„ Exemplum in ſubjecta materia habemus in
„ fortioribus terminis, quo ad abſentes reſignan- 361
„ tes Officia, quorum reſpectu non ſufficit, quod
„ Loci Ordinarii teſtentur de bona valetudine,
„ quodque eos deambulantes viderint, ſed ulterius
„ requiritur ſuperviventia per 40. dies; quod ex
„ ea ratione introductum fuit, quia cum in caſu
„ abſentiæ, Officiales Datariæ propriis oculis non
„ poſſint recognoſcere ſtatum poſſidentis Officium,
„ ad præcavendum omne præjudicium, utuntur
„ cumulative atteſtationibus Ordinariorum quoad
„ bonam valetudinem, & praxi, ac cauthela ſu-
„ perviventiæ. Si igitur reſpectu abſentis non
„ ſufficit atteſtatio proprii Epiſcopi de perfecta
„ illius valetudine deponentis, a fortiori reſpectu
„ latitantis in Urbe ſufficere non poſſunt pro in-
„ demnitate Datariæ hujuſmodi informes Teſtium 362
„ depoſitiones exhibitæ poſt obitum illius, ſub
„ cujus vitæ periculo erat Officium; Quæ eſſet
„ praxis nova, ex qua infinitæ fraudes, & maxi-
„ ma præjudicia evenire poſſent.

„ Concluſio vero, quod inducta ad certum fi- 363
„ nem, poſſint adimpleri per æquipollens, plures
„ recipit limitationes caſui noſtro applicabiles;
„ quarum *prima* eſt, quod illa non procedit, 364
„ quando datus eſt certus modus adimplendi ac-
„ tum; nam ſi præſcriptus eſt modus adimplen-
„ di, tunc in forma ſpecifica, & non per æqui-
„ pollens modus ille debet adimpleri, *Mareſcott.
„ var. reſolut. lib. 1. cap. 68. num. 4. Rota cor.
„ Duran. deciſ. 225. num. 15. & 17. deciſ 275.
„ nu. 5 part. 14. deciſ. 21. n. 20. part. 19 Recent.
„ & in Romana Reintegrationis 2. Julii 1723.*

„ *§. Perperam, coram R. P. D. Kaunitz.* Quamob-
365 „ rem, cum ſit præſcriptus certus modus reſignan-
„ di Officia, quando Titularis eſt præſens in Urbe,
„ nempe, quod fiat prius recognitio per Officia-
„ les Datariæ, hic modus debet ſpecifice, & non
„ per æquipollens, ac ante admiſſionem reſigna-
„ tionis adimpleri.
366 „ Altera limitatio eſt, quod attenditur imple-
„ mentum per æquipollens, in caſu, quo Parti
„ pinguius providetur per illam æquipollentiam,
„ ſed quando Parti pinguius non providetur, non
„ poteſt admitti implementum per æquipollens,
„ *Rocca diſput.* 194. *num.* 148. *Rota in Romana*
„ *Reintegrationis* 26. *Martii* 1703. *§. Non obſtan-*
367 „ *te in fine coram R. P. D. Kaunitz.* Nullo autem
„ modo poteſt dici pinguius conſultum Datariæ
„ per hoc genus probationis reſultantis ex alie-
„ nis oculis, & ex alieno aſpectu Teſtium per
„ tranſitum aliquem inſpicientium, & factæ,
„ poſtquam Officium vacavit, quam ex ocula-
„ ri, & accurata inſpectione, quam ante admiſ-
„ ſam reſignationem facit Officialis ad hoc ſpe-
„ cialiter deputatus, qui ex profeſſo recognoſcit
„ ſtatum Reſignantis, omnibus adhibitis probabi-
„ libus cauthelis.
368 „ Accedit, quod ex dictis depoſitionibus Te-
„ ſtium poſt jam ad miſſam reſignationem cum cau-
„ tione procuratis, non reſultat idem effectus pro-
„ videndi indemnitati Datariæ, qui reſultat ex
„ præambula inſpectione Officialis; in iſto enim
„ nec colluſio, nec ineptia, nec affectio erga Re-
„ ſignantem præſumi poteſt, ut ait *Cardinalis de*
369 „ *Luca ſupra allegatus*; In Teſtibus autem dari
„ poteſt, aut oſcitantia, aut colluſio, aut affectio,
„ *Menoch. conſ.* 695. *ſub num.* 16. adeoque hæc
„ probatio per aſpectum Teſtium, quæ eſt valde
„ incerta, & fallax, non producit eundem effe-
„ ctum pro indemnitate Principis; & quando non
„ reſultat idem effectus, non admittitur adimple-
370 „ mentum per æquipollens, ex relatis in *deciſ.*
„ 215. *num.* 11. *cor. Card. Cerra deciſ.* 363. *nu.*
„ 18. *part.* 10. *Recent. & in Romana Fideicommiſ-*
„ *ſi* 12. *Februarii* 1700. *§. Et licet in fine coram*
„ *D. dell'Olmo.*
„ Atque in hac Theorica non diſcordant au-
„ ctoritates exadverſo allegatæ, & ſignanter *Rota*
„ *deciſ.* 416. *num.* 16. *&* 18. *part.* 18. *Recent.*
„ ibi enim aderat obligatio de inveſtiendo pecu-
„ niam in tot Locis Montium *Cameræ Apoſtolicæ*,
371 „ cumque factum fuiſſet inveſtimentum in tot
„ Locis Communitatis ſecundæ Erectionis, *Rota*
„ reſpondit, bene fuiſſe adimpletam eam obliga-
„ tionem, tum quia etiam Loca Montium Com-
„ munitatis dicuntur *Cameræ Apoſtolicæ*, tum
„ quia æque tutum eſt unum, ac alterum in-
„ veſtimentum. Hic autem non poteſt dici æque
„ tuta probatio per fides Teſtium, uti multis in-
„ convenientibus obnoxia, & probatio per exactam
„ recognitionem ab Officiali faciendam præviis
„ debitis diligentiis, & cauthelis.
„ In iiſdem terminis loquitur *R. P. D. Anſaldis*
„ in extenſione Deciſionis *Mediolanen. Beneficii*
„ 7. *Aprilis* 1707. *§. Et idipſum*, nam admittit
372 „ æquipollentiam, quando correſpondet effectui
„ volito, & demandato per Statutum; Ideoque,
„ ubi idem effectus non ſequitur, prout hic in
„ noſtro themate, hæc æquipollentia admitti non
„ poteſt, etiam ſi res eſſet integra.
373 „ Inutiliter vero exadverſo controvertitur,
„ quod iſte modus recognoſcendi per Officia-
„ lem Datariæ ante reſignationem admiſſam ſta-
„ tum perſonæ reſignare volentis, non ſit de
„ forma, ex quo perſonæ Nobiles non adducan-
„ tur ad D. Adminiſtratorem Componendarum,
„ ſed ſatis eſt, quod ab ipſo quælibet informatio
„ extrajudicialis ſumatur de bona valetudine il-
„ larum; Quandoquidem, cum actus reſignatio-
„ nis Officiorum, quæ per præſentes in Urbe ob-
„ tinentur, fieri non poſſit, niſi recognitis prius
„ per dictum Officialem ſtatu, & bona valetudi-
„ ne reſignare volentis, hic modus dicitur indu-
„ ctus pro forma, & quidem ſubſtantiali, cum
„ ex illius omiſſione facillime Dataria lædi poſſet,
„ *Mareſcott. lib.* 1. *cap.* 68. *n.* 4. *Menoch. conſil.* 695.
„ *nu.* 8. *& ſeqq.* ubi præcipue, quando modus ille
„ requiritur ad effectum evitandi fraudes, *Fenzon.* 374
„ *ad Statut. Urbis cap.* 168. *num.* 19. *Rota deciſ.*
„ 167. *num.* 6. *verſic. Sed ſic, part.* 2. *Recent. deciſ.*
„ 639. *num.* 62. *part.* 4. *tom.* 3. & de verbis, *re-*
„ *cognita prius perſona*, quod formam ſpecifice 375
„ adimplendam importent, *Menoch. dict. conſil.*
„ 695. *num.* 15. Neque in facto ſubſiſtit id,
„ quod dicitur de perſonis nobilibus, quippe 376
„ quia in hoc caſu non ſumuntur, ut exadverſo
„ ſupponitur, extrajudiciales informationes ab
„ Officiali Datariæ, ſed iſte (ut diximus, & uni-
„ cuique notum eſt) accedit ad domum illius
„ perſonæ nobilis ſemel, bis, & tot vicibus, quot
„ oportet, & propriis oculis illius ſtatum reco-
„ gnoſcit; quod magis convincit, quod hujuſmo-
„ di probatio habenda eſt ab Officiali, de cujus
„ diligentia Dataria confidit, & quidem ante ad-
„ miſſam reſignationem; non autem pendere de-
„ bet ex oculis alienis.
„ Superfluum quoque eſt diſputare, an, & ex
„ qua Cauſa *Piottus* obierit, quia pro vacatione
„ Officii ſatis eſt, quod obierit intra 40. dies ad
„ formam cautionis præſtitæ, nec de cauſa mor-
„ tis inquirimus. Quatenus vero exinde inſertur
„ exadverſo, quod *Piottus*, dum erat præſens in
„ Urbe, erat in ſtatu bonæ valetudinis, & quod
„ obitus evenit, quia ad loca inſalubris aeris ſe
„ contulit, jam illatio ex hactenus deductis elidi-
„ tur, quia *D. Andreotius* non obtinuit reſigna-
„ tionis admiſſionem, niſi præſtita Cautione de
„ ſupervivendia, ſine qua Gratiam hujuſmodi non
„ obtinuiſſet, etiam quod *Piottus* eſſet in Urbe
„ præſens, & ſanus, neceſſaria enim hoc caſu 377
„ fuiſſet prævia illius recognitio ab Officiali, jux-
„ ta ſtylum facienda, quæ eſt conditio, ſine qua
„ non admittuntur reſignationes Officiorum, quæ
„ præſentes obtinent.
„ Neque eſt ullius ponderis conſideratio, quod,
„ ſi *D. Andreotius* tunc adduxiſſet *Piottum* ad
„ D. Adminiſtratorem Componendarum, facta per
„ eundem recognitione, obligatio de ſupervivem-
„ tia reſtituta fuiſſet, ergo idem ſervari debet ho-
„ die, dum poſt obitum *Piotti* docetur per fides
„ Teſtium, quod ille in bona valetudine tunc
„ temporis erat; Quandoquidem, ſi recognitio
„ perſonæ *Piotti* facta fuiſſet per Officialem, quan-
„ do res erat integra, & ante relaxatam Suppli-
„ cationem, tunc cumulatiſſime ſatisfactum fuiſ- 378
„ ſet ſtylo Datariæ aliud non requirentis, quam,
„ ut recognitio fiat per Officialem, a quo rela-
„ tione facta, & Supplicatione ſignata, & relaxa-
„ ta, officium amplius non vacat per obitum pri-
„ mi Titularis, juxta caſum diſputatum a *Card.*
„ *de Luca diſcurſ.* 6. *de Regalib.* At, cum in præ-
„ ſenti hæc forma nec ſervata fuerit, nec res ſit in-
„ tegra, informis probatio, quod tunc *Piottus* eſ-
„ ſet ſanus, & in Urbe præſens, admitti non po-
„ teſt ad ſuperlucrandum pretium Officii, cujus
„ reſignatio admiſſa fuit ob præſuppoſitam abſen-
„ tiam

„ tiam ſub cautione de ſuperviventia; ex certo,
„ & indubitato principio ſupra expoſito, quod re-
379 „ ſignatio in uno caſu, & ſub certis conditioni-
„ bus admiſſa, extendi non poteſt ad alium caſum
„ diverſum, in quo diverſa forma ſervanda erat,
„ quæque ſervata non fuit.
„ Fortius, quia *D. Andreotius* jam plene infor-
„ matus de diſceſſu *Piotti* ab Urbe, ut prætendi-
„ tur ſequuti ſub die 11. Julii, adhuc firma re-
„ manente obligatione de ſuperviventia, & Apo-
„ ca non recuperata, ſub die 19. ejuſdem men-
„ ſis ſolvit Componendam, & Supplicationem
„ cum data diei 8. Julii relaxari obtinuit; Ergo
„ receſſit a prætenſione recuperandi Apocam
„ ſuæ obligationis, ſub obtentu, quod *Piottus*
„ ſanus permanſerit in Urbe uſque ad diem 11.
„ Julii, & agnovit, quod reſignatio expediri, &
„ ſuum effectum habere non poterat, niſi firma
„ remanente obligatione præfata, ad tenorem
„ reſcripti Eminentiſſimi Pro-Datarii, cujus vigo-
„ re reſignatio admiſſa fuerat; Ideoque, dum di-
„ ctam conditionem acceptavit, & in illius ſeque-
„ lam cautionem dedit, & poſt diſceſſum ab Urbe
„ *Piotti* ſolvit Componendam, & reſignationem
380 „ eo modo factam acceptavit, applicatur vulgata
„ Regula, *quod ſemel placuit, amplius diſplicere*
„ *non poteſt*, ut in terminis fidejuſſoris de repræ-
„ ſentando, qui poſtmodum debitum agnoverat,
„ reſpondit *Rota cor. Dunoz. deciſ. 350. num.* 10.
Hactenus *Diſcurſus*.

§. II.

De Conſenſu in Reſervatione Penſionum præſtando.

ARGUMENTUM.

Mandat Regula in ſecunda ſui parte, quod Litteræ Apoſtolicæ ſuper reſervatione Penſionum expediri non poſſint ſine conſenſu Titularis. At ſi nullum ei jus competat ſuper Beneficio, adhuc Penſio in actu illius proviſionis, dummodo non ſit per Reſignationem, reſervata, ſuſtinetur, cum Beneficii proviſio, & Penſionis reſervatio ſint duæ Gratiæ diſtinctæ, & ſeparatæ. Præter vero conſenſum Titularis non requiritur conſenſus Patroni, ſi Penſio ſuper fructibus Beneficii de ſuo Jurepatronatus reſervetur, ſed ſufficit, quod illud Pontifici exprimatur; & an neceſſarius ſit Titularis conſenſus in Reſignatione Beneficii cum reſervatione fructuum, aut in caſſatione Penſionis? Conſenſus reſervationi Penſionis præſtari poteſt à Titulari in Curia præſente, etiam per Procuratorem, cui tamen permiſſum non eſt poſt illius obitum conſentire, eo prorſus modo, quo nequit Reſignatarius conſenſum præſtare reſervationi Penſionis poſt obitum Reſignantis, qui in actu Reſignationis illam ſibi reſervaverat. Regulæ de præſtando conſenſu Reſervationi Penſionis, quibus in caſibus Pontifices derogare conſueverunt? Conceditur paſſim hæc derogatio in Reſignationibus Beneficiorum Galliæ, quæ cum reſervatione Penſionis explentur favore abſentium, & an illa concedi debeat, ſi Reſignans ſit infirmus, & Beneficium Apoſtolicæ Sedi reſervatum? Reſpicit tamen derogatio præfata tantummodo conſenſum formalem pro expeditione Litterarum Apoſtolicarum requiſitum, cum de cetero conſenſui formali Titularium, Pontifices derogare non ſoleant, & referuntur exempla denegatæ hujuſmodi derogationis. Indulta transferendi Penſiones olim regulariter non concedebantur abſque conſenſu Titularium, at hodie paſſim ſine conſenſu præfato conceduntur; Verum ea, nec ſuffragantur pro tranſlatione Penſionum alias tranſlatarum, niſi Titularium accedat aſſenſus, qui tamen tranſlationem ipſam & præcedere, & ſubſequi poteſt; nec pro tranſlatione Penſionum quæ impoſitæ reperiuntur ſuper Beneficiis obtentis à S. R. E. Cardinalibus, niſi in Indulto, de eorundem Cardinalium, aut de corpore ipſorum Beneficiorum, mentio facta fuerit, vel ipſorum expreſſus acceſſerit aſſenſus. Penſiones vero ex Conſtitutione S. M. Innocentii XI. ſolum pro dimidia parte transferri poſſunt, etiam ſi fructus Beneficiorum ultra eorum medietatem, adhuc gravati remanerent, revocata in hac parte Conſtitutione S. M. Urbani VIII. Sed Penſione nulliter tranſlata, aut nulliter ab initio reſervata favore Perſonæ incapacis, ſeu, poſtea extincta, an, & quando indulgeri ſoleat à Pontifice illius revalidatio cum derogatione Regulæ de conſenſu, plenè differitur. Conclaviſtæ vigore Brevis, quod illis à Pontifice noviter electo concedi ſolet, ab irregularitate quomodolibet contracta, diſpenſantur, unde licite ad Sacros Ordines abſque alia diſpenſatione Apoſtolica promoventur, ac in illis antea ſuſceptis rite miniſtrant, proindeque capaces ſunt obtinendi Penſiones, & an hujuſmodi

capacitas adſit etiam in Irregularibus, etſi ex homicidio voluntario, quamvis incapaces illi ſint obtinendi Beneficia? Regula de conſenſu à Titulari præſtando reſervationi Penſionis recepta eſt etiam in Gallia, & reprobatur ratio expoſita per *Richard* Auctorem Gallum circa neceſſitatem conſenſus præfati. Non admittuntur tamen in Gallia Penſionum reſervationes, accedente etiam conſenſu Titularium, niſi ex tribus cauſis, quæ enumerantur, licet præter illas, paſſim à Sede Apoſtolica reſerventur Penſiones ſuper Beneficiis Conſiſtorialibus ad Regis nominationem ſpectantibus, dummodo ejuſdem Regis accedat aſſenſus, qui tamen non requiritur pro Indulto eas transferendi, aut in ſtatu Conjugali retinendi, minuſque pro Gratia retinendi eaſdem Penſiones, quæ Promotis ad Eccleſias Epiſcopales regulariter ſolet concedi. Examinatur demum, an Fœminæ, præſertim ſi Perſonæ Eccleſiaſticæ ſint, Moniales nempe, aut Abatiſſæ, capaces exiſtant obtinendi Penſiones ſuper Beneficiis Secularibus, vel Regularibus Virorum, & an expediat ut Sedes Apoſtolica nominationes Principum ad Penſiones favore dictarum Fœminarum admittat.

SUMMARIUM.

1 *De origine Penſionum, primiſque illius exemplis.* Remiſſive.

2 *Literæ Reſervationis Penſionis expediri non poſſunt, niſi de conſenſu Titularis, qui eam perſolvere debebit.*

3 *In Reſignatione Beneficii cum reſervatione Penſionis duplex requiritur conſenſus, & Reſignantis, qui Reſignationi, & Reſignatarii, qui reſervationi Penſionis conſentiat.*

4 *Neceſſe tamen non eſt, quod conſenſus præfati eodem tempore interveniant, ſed intercedere poſſunt ex intervallo.*

5 *Et donec interveniant, reſignatio non dicitur perfecta, & locus eſt pœnitentiæ.*

6 *Regula de præſtando conſenſu in reſervatione Penſionis non procedit, ſi Titularis nullum jus habeat in Beneficio, quod Penſione gravatur.*

7 *Expleta a Pontifice proviſione Beneficii per obitum vacantis cum reſervatione Penſionis, hæc adhuc ſuſtinetur, quamvis proviſio ſit nulla, & quare?* num. 8.

9 *Penſio tamen favore Reſignantis, aut Perſonæ ab ipſo deſtinatæ reſervata, non ſubſiſtit, ſi Reſignans nullum jus habeat in Beneficio reſignato. Et traditur ratio.*

10 *Pro valida reſervatione Penſionis ſuper Beneficio de Jurepatronatus, neceſſe non eſt, quod intercedat Patroni conſenſus, ſed ſufficit, quod Juriſpatronatus mentio Pontifici fiat.*

Et facienda eſt etiam mentio Juriſpatronatus paſſivi, ſi illud adſit. num. 11.

12 *Redditur ratio, quia Pontifex, imponendo Penſionem ſuper Beneficio Juriſpatronatus, nullum infert Patrono præjudicium in jure præſentandi, quod unice ei competit.*

Potiſſimum, ſi non agatur de Penſione perpetua, ſed de temporali ad vitam Penſionarii. ibidem.

13 *Explicatur Deciſio* coram clar. mem. Card. Falconerio, *qua exiſtimat, neceſſarium eſſe Patroni conſenſum in reſervatione Penſionis ſuper Beneficio Juriſpatronatus ob præjudicium, quod ei obvenire poſſet in jure petendi alimenta ex Beneficii fructibus in caſu egeſtatis.*

14 *Regula conſenſum requirens in reſervatione Penſionis, locum non habet in Reſignatione Beneficii cum reſervatione fructuum. Et redditur ratio.*

Quemadmodum non requiritur Reſignatarii conſenſus in reſervatione regreſſus ad Beneficium reſignatum, quod in certis caſibus ſibi pepigit Reſignans. num. 15.

16 *Contrarium, quod Reſignatarii conſenſus ſit neceſſarius, etiam in Reſignatione Beneficii cum reſervatione fructuum. Et quare?* numer. 18. & 19.

17 *Penſionis appellatione venit etiam reſervatio fructuum, quando fit ſine reſervatione Stalli in Choro, aut alterius Præheminentiæ.*

20 *Reſignationes Beneficiorum cum reſervatione fructuum, Pontifices in Gallia admittere non conſueverunt.*

Eaque a Clemente XI. *denegata fuit filio naturali Ducis Aurelianenſis Regni Regentis.* num. 21.

22 *Sed favore Cardinalis reſignantis Eccleſiam Epiſcopalem, aut Monaſterium, admittitur reſervatio fructuum, & facultas conferendi Beneficia ab Eccleſia, & Monaſterio dependentia.*

23 *Abuſum olim in Italia vigentem, ut paſſim admitterentur Beneficiorum reſignationes, cum reſervatione omnium fructuum improbavit* Alexander VI. *necnon Congregatio deputata* a Paulo III. *& altera particularis Congregatio, anno* 1704. *a ſan. mem.* Clemente XV. *deputata.* & num. 24. & 26.

27 *In caſſatione Penſionis, non requiritur conſenſus formalis, ſed ſufficit cauſalis Titularis.*

Limita, ubi agitur de caſſatione Penſionis ad effectum, ut nova Penſio ſuper ejuſdem Beneficii fructibus reſervetur. num. 31.

28 *Et pro caſſatione præfata Literæ Apoſtolicæ expediri non ſolent.*

29 *Conſenſus formalis in reſervatione Penſionis requiritur pro expeditione Literarum Apoſtolicarum, non pro ſubſtantia Gratiæ.*

30 *Regula hæc XLV. eſt odioſa, & exorbitans,* & num. 5.

32 *Commoditas percipiendi Penſionem libere cedi, transferri, & alienari poteſt abſque conſenſu Titularis, & ſine Apoſtolico Beneplacito.*

33 *Sed citra Simoniæ labem, abſque Beneplacito præfato, Penſio ipſa alienari non poteſt.*

34 *Ex quibus conſeatur fuiſſe potius ceſſam commoditatem percipiendi Penſionem, quam diſtractum jus ipſum univerſale Penſionis?* Remiſſive.

35 *Con-*

35 *Conſenſus reſervationi Penſionis præſtari poteſt ab illo, qui eam ſolvere debebit, tam per ſe ipſum, quam per Procuratorem.*

37 *Ampliа, etiamſi fuerit præſens in Curia.*

39 *Præſtari tamen debet re integra, ante ſcilicet obitum Titularis.* & num. 43.

40 *Si Titularis, Beneficio pleno, ſupplicet pro reſervatione Penſionis ſuper illius fructibus, & poſt ſignatam Supplicationem decedat, non poteſt amplius Procurator conſenſum præſtare. Et de ratione.* Remiſſive. num. 41.

43 *Regulæ diſpoſitioni aliquando derogari conſuevit in reſervatione Penſionis ſuper fructibus Beneficii vacantis.* & num. 60.

44 *Si contingat ex aliqua juſta Cauſa Sede Epiſcopali vacante deputari Suffraganeum, tunc adhuc ei aſſignatur congrua ſuper fructibus Menſæ Epiſcopalis, quamvis non adſit, qui gravamini præfato conſenſum præſtare valeat. Congrua, quæ Suffraganeo aſſignatur, aliud non eſt, niſi Penſio ſuper fructibus Menſæ Epiſcopalis.* & num. 62.

45 *Conſuevit itidem conſenſui per Regulam requiſito in reſervatione Penſionis derogari in caſu reſignationis Beneficiis ſavore abſentis. Et de ratione.* num. 72.

Et quomodo concipitur Decretum hujuſmodi derogationis. num. 46.

47 *Hæc derogatio paſſim conceditur in Galliæ.*

Et nedum a Pontifice, ſed etiam a Vice-Legato Avenionenſi. num. 49.

Et, an concedi debeat in reſignatione Beneficii cum Penſione facta ab Infirmo, præſertim ſi Beneficium ob aliquam reſervationem ei inſixam certo ſpectet ad Sedis Apoſtolicæ collationem? num. 70. & pluribus ſeqq.

48 *Derogatio conſenſui formali Reſignatarii Penſionem ſolvere debentis, raro, & cum difficultate in aliis Regionibus præter Galliam conceditur.*

Difficultas tamen hæc adeſſe non deberet, & quare? ibidem.

50 *Derogatione Regulæ non obſtante, adhuc probandus eſt in Penſionum impoſitione Conſenſus cauſalis Titularis, cui per Papam derogari non conſuevit.* & num. 65.

54 *Quemadmodum nec conſenſui cauſali Titularis pro imponenda Penſione Beneficio pleno.* n. 61.

Et quomodo conſenſus præfatus cauſalis probari valeat. num. 51. 52. & 167.

Sed fuit aliquando ex juſtis cauſis derogatum conſenſus Epiſcopi pro Congrua favore Suffraganei ſuper fructibus ejus Menſæ Epiſcopalis aſſignanda. numer. 62.

55 *Epiſcopos Corſicæ renuentes perſolvere Penſionem, quam ſuper eorum Menſis Epiſcopalibus, dummodo ipſorum accederet conſenſus, impoſuerat* Alexander VII. *pro manutentione Miſſionariorum in eadem Inſula, ſuprema ſua auctoritate compellere noluit Pontifex.*

56 *Et reſpondetur rationibus expoſitis per Adminiſtrum Reipublicæ Januenſis inſtantis, ut Pontifex eorum conſenſui cauſali derogaret.* & num. 54. & ſeqq.

Quemadmodum nec Clemens X. *Penſionem ab Anteceſſore ad certum tempus impoſitam ſuper fructibus Menſæ Epiſcopalis Gandaven. & expiratam, prorogare voluit diſſentiente Epiſcopo Gandaven.* num. 61.

58 *Penſio tranſlata, non eſt nova Penſio, nec novum gravamen, ſed præcedentis continuatio.* & num. 59. & 162.

60 *Penſiones eventuales Beneficio pleno reſervare non ſolet Dataria, niſi de conſenſu Titularis.*

63 *Indultum transferendi Penſiones olim a Dataria non concedebatur, niſi de conſenſu Titularis, & a Secretaria Brevium favore ſolum Cardinalium, & Perſonarum valde privilegiatarum.*

Sed hodie quibuſcumque petentibus conceditur, nullo requiſito Titularium conſenſu. ibidem.

64 *Indultum transferendi Penſionem, quæ alias tranſlata fuit, poſt Conſtitutionem CXLIV.* Urbani VIII. *non conceditur ſine conſenſu Titularis, & abſque eo conceſſum, nullum eſt.*

Neceſſe tamen non eſt, quod conſenſus præfatus interveniat in actu ipſo novæ tranſlationis, ſed poteſt illum præcedere, vel ſubſequi. ibidem.

65 *Penſionis tranſlatio, cui Titularis ab initio diſſenſit, ſuſtinendo litem ſuper illius nullitate, non validatur per conſenſum ab eo poſtea præſtitum. Et redditur ratio.*

66 *Conclaviſtæ, & Dapiferi Indulto gaudent Apoſtolico transferendi uſque ad certam ſummam Penſiones, etiam alias pluries tranſlatas.*

Sed Indultum transferendi, quo fruuntur Epiſcopi Pontificio Solio aſſiſtentes, ad hujuſmodi generis Penſiones non ſe protendit. ibidem.

67 *Indultum transferendi Penſionem impoſitam ſuper Beneficio, quod a Cardinali poſſidetur ex Conſtitutione ejuſdem* Urbani *non ſuffragatur, niſi de ipſo Cardinali expreſſa mentio fiat, vel ipſius accedat aſſenſus, vel individua mentio de corpore Beneficii, ſuper quo impoſita reperitur Penſio, facta fuerit.*

Quamvis Cardinalis Beneficium reſignaſſet cum reſervatione fructuum. ibidem.

68 *Ex Conſtitutione* Urbani VIII. *tranſlatio Penſionis ſolum ſuſtinetur pro ſumma, quæ medietatem veri valoris Beneficii (attento tempore tranſlationis) non excedit.*

69 *Sed ex Conſtitutione* Innocentii XI. *Penſiones hodie ſolum transferri poſſunt pro earum dimidia parte, etiamſi hæc excederet medietatem valoris Beneficii.*

71 *Supplicationes Apoſtolicarum Reviſores facultatem habent aliquid addendi, & caſſandi in iiſdem Supplicationibus a Papa ſignatis.*

73 *Stylus extendi non debet de caſu ad caſum.* & num. 75.

76 *Pro revalidanda Penſione nulliter reſervata, novus Titularis conſenſus requiritur, nec ei, niſi raro derogari debet.* & num. 101.

77 *Enumerantur quatuor caſus, in quibus de ſtylo Datariæ derogari ſolet conſenſui a Titulari præſtando in Penſionis impoſitione.* & num. 78. 79. & 80.

82 *Conſenſui Coadjutoris derogare noluit ſ. m.* Innocentius XII. *in revalidatoria Penſionis nullæ, ex quo tempore præſtiti per ipſum conſenſus, Penſionarius non erat Clericus, quamvis accederet conſenſus Coadjuti.* & num. 98.

83 *Referuntur quamplurima exempla derogationis conſenſui Titularium in revalidationibus Penſionum, quæ nulliter reſervatæ, vel tranſlatæ fuerunt in Perſonas incapaces.* & num. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 93. 94. 95. & 105.

90 *Nec non alia revalidationis Penſionum, quæ*

nulliter tranſlata prætendebantur, ex quo Literæ facultatis transferendi Exequutori exbibita non fuerunt, & quia Exequutor contra illarum formam per viam ſimplicis tranſlationis, non autem caſſationis, & extinctionis, ac novæ reſervationis proceſſit.

91 *Quemadmodum, & exempla revalidationis Penſionum ob terminos exactos a Penſionariis ante expeditionem Literarum ſuper earum reſervatione.* & num. 92.

96 *Reſervata per Ordinarium ſub Pontificis Beneplacito in collatione Beneficii Penſione, ſi Titularis eidem conſenſum præſtare nolit, illius conſenſui per Datariam derogari ſolet,* & num. 98.

Et in hoc caſu Dataria procedit non per viam revalidationis Penſionis nullæ, ſed per viam reſervationis Penſionis ex integro. num. 100.

99 *Exempla ſunt ad inſtar vultus hominum, qui licet habeat os, oculos, aures, frontem, aliaque membra, non autem hac ſimilia ſunt inter ſe.*

102 *Penſionis revalidatio juxta ſenſum Congregationis Concilii regulariter denegatur, quando certo conſtat, fuiſſe nulliter ab initio reſervatam, vel poſtea certo extinctam.*

103 *Maxime, ſi nullitas Penſionis fuerit a Titulari judicialiter acceptata.*

104 *Denegata fuit revalidatio Penſionis extinctæ, ex quo Penſionarius Matrimonium contraxit ante obtentum Officium Militis Lauretani, cujus vigore retineri poſſunt Penſiones uſque ad certam ſummam, etiam in ſtatu conjugali.*

106 *Conceditur vero revalidatio præfata, vel ſimpliciter, vel ad Cauthelam, ſi dubia ſit, vel nullitas Penſionis ab initio reſervata, vel ejus ſucceſſiva extinctio.* & num. 141.

Hinc eadem Sacra Congregatio cenſuit, locum eſſe ſanatoria Penſionis, quæ prætendebatur extincta, ex quo Penſionarius inter Milites levis Armaturæ deſcriptus fuerat, num. 107. & 111.

Quamvis contrarium prius decreverit. num. 110.

109 *Per aſſumtionem Militiæ, ſive Principis Secularis, ſive Pontificis extinguitur ipſo jure Penſio, etiamſi Miles ſævis ſe non immiſcueris, & licet nulla præceſſerit monitio.* & num. 112.

113 *Dubium tamen eſt, an extinguatur Penſio per admiſſionem inter Milites levis Armaturæ, qui cuſtodiæ Corporis Pontificis deſtinantur.*

114 *Maxime, ſi nulla præceſſerit monitio.*

115 *Sanandam eſſe ad cauthelam cenſuit Sacra Congregatio Concilii Penſionem tranſlatam favore Eunuchi, qui fuerat Conclaviſta, & antea tranſlationem Clericali Tonſura abſque diſpenſatione Apoſtolica inſigniri ſe fecerat.*

116 *Qui cauſa conſervandi vocem evirari ſe faciunt, ſunt irregulares.*

117 *Maxime, ſi eviratio ſequatur in ea ætate, in qua irregularitas contrahi poteſt.*

118 *In Brevi, quod a Pontifice noviter electo Conclaviſtis elargiri ſolet, conceditur diſpenſatio ab irregularitate per ipſos quomodolibet contracta.* & n. 119. & 128.

120 *Irregularis valide, ſed illicite ordinatur.*

121 *Etiam ad primam Tonſuram, quæ juxta Canoniſtarum ſententiam, eſt vere, & proprie Ordo.*

122 *Irregularis primam Tonſuram, ac reliquos Ordines ſuſcipiendo, non contrahit novam irregularitatem.*

123 *Irregularis, ſicuti eſt incapax Beneficii, ita & Penſionis. Et de ratione.* num. 124. & 133.

125 *Contrarium, quod ſit capax obtinendi Penſiones.*

Sive irregularitas ſit nativa propter Ordines non rite ſuſceptos, ſive ſuperventa, poſtquam iis rite inſignitus fuerat. num. 130. & ſeqq. & num. 136. & 138.

126 *Penſio in materia odioſa non venit ſub nomine Beneficii.* & num. 130.

127 *Homicida voluntarius non eſt incapax Penſionis, licet incapax ſit ad Beneficia obtinendum.* & num. 135. & 137.

132 *Diſpenſatio obtenta ſuper uno impedimento, non tollit aliud, ſed tot requiruntur diſpenſationes, quot ſunt impedimenta.*

134 *Homicida voluntarius, an capax ſit abſque Apoſtolica Diſpenſatione obtinendi Penſiones?* & num. 137.

139 *Tranſlatio Penſionis a Cardinali habente Indultum transferendi* in eos, qui Clericali Caractere ſaltem ſunt inſigniti, aut aliarum Penſionum hujuſmodi capaces, *expleta favore Clerici irregularis, & minime diſpenſati, valida eſt.*

140 *Et per verba illa* -- aut aliarum Penſionum capacibus -- *Pontifex ſolum includere voluit Laicos, qui ex Militia Lauretana, aut aliarum, ſunt Penſionum capaces.*

142 *Ubi certo conſtat, Penſionem fuiſſe nulliter tranſlatam, tunc in concedenda illius ſanatione, magis rigide procedi debet, quam in ſananda Penſione nulliter ab initio reſervata.* & num. 143.

144 *Tranſlatio Penſionis, quippe quæ ſervitutem Eccleſiæ proroget, exorbitans eſt, & odioſa.*

145 *Regula hæc XLV. ſervatur etiam in Gallia, ubi reſervatio Penſionis nulla eſt, ſi non accedat conſenſus Titularis.*

146 *Reprobatur ratio, quam tradit* Richard. de Penſ. *quod Conſenſus hujuſmodi fundetur ſuper Regula Canonica præſcribente, Eccleſiaſtica Beneficia ſine diminutione conferri.*

Et aſſignatur vera ratio. num. 151.

147 *Per reſervationem Penſionis, Beneficium non diminuitur.*

Etiamſi contra Datariæ ſtylum, non in quantitate, ſed in fructibus reſervetur. num. 149. & 150.

148 *Cauſa materialis Penſionis ſuper quo conſiſtat?*

152 *In Gallia, Penſiones, accedente etiam conſenſu Titularis, non admittuntur, niſi ex triplici capite, nempe cauſa Tranſactionis pro bono pacis, ſi lis exiſtat ſuper Beneficio: Permutationis, ad effectum exequendi impares fructus Beneficiorum permutatorum: & ex cauſa Reſignationis.*

Et de Edicto Ludovici XIV. Galliarum Regis ſuper modo gravandi Penſionibus Præbendas Eccleſiarum Cathedralium, & Collegiatarum, necnon Beneficia Curata. num. 153.

154 *Admittuntur tamen in Gallia extra cauſas prædictas Penſiones Apoſtolica Auctoritate reſervatæ de conſenſu Regis ſuper Beneficiis ad ipſius nominationem ſpectantibus. & num.* 156.

155 *De*

Digitized by Google

155 *De Supplicatione a Clero Gallicano exhibita Regi, ne Penſionibus Eccleſias Archiepiſcopales, & Epiſcopales gravare permitteret; & de Reſponſione Regis.*

157 *Penſiones ſuper Beneficiis ad Regum, aliorumque Principum nominationem ſpectantibus, reſervari non ſolent a Sede Apoſtolica abſque eorum conſenſu.*

Conſenſus tamen hujuſmodi de jure non requiritur. num. 159.

158 *Et reſervantur favore Perſonarum, quæ ſunt iiſdem Regibus, & Principibus grata, & accepta.*

160 *Nec itidem ſuper Beneficio pleno ad Regis nominationem pertinente, reſervare conſueverunt Pontifices Penſiones, ſine illius conſenſu.*

161 *Regis conſenſus requiritur quoque in Tranſlatione Penſionis impoſitæ ſuper Beneficio ad illius nominationem pertinente.*

162 *Contrarium. Et redditur ratio.* num. 55.

Et ita alias ſervatum. num. 163.

164 *Non requiritur Regis conſenſus in Indulto retinendi in ſtatu conjugali Penſionem ſuper Beneficio Regiæ nominationis, & quare?*

165 *Multoque minus pro gratia retentionis Penſionis conceſſa promoto ad Eccleſiam Epiſcopalem.*

166 *In Penſionibus, quæ ad Regis Galliarum inſtantiam a Papa reſervantur ſuper Beneficiis ad ejus nominationem ſpectantibus, duplici modo præſtatur a Titularibus conſenſus, & quomodo?*

De nominatione Superiorissæ Generalis Ordinis Fontis Eberaldi *in Gallia expleta a Ludovico XIII. ad Penſionem ſuper fructibus cujuſdam Monaſterii Virorum.* n. 172.

Et de reclamationibus Clerici Gallicani ad Pontificem, ne præfatam Nominationem admitteret. num. 180.

Refertur Reſolutio Congregationis particularis ſuper hoc puncto edita. numer. 181. & ſeqq.

Nec non Epiſtola Cardinalis Corradi *Pro-Datarii ſan. mem.* Alexandri VII. *ad Epiſcopum Montis Peſſulani ſcripta.* num. 184.

168 *Principis Reſcriptum, veluti quid individuum non poteſt pro parte acceptari, & pro parte non.*

169 *Regis conſenſum intereeſſiſſe in reſervatione Penſionis ſuper Beneficio ad ejus nominationem ſpectante, ſatis probatur ex illa aſſertiva in Literis Apoſtolicis a Papa emitti ſolita,* quod expreſſus Regis acceſſit aſſenſus.

170 *Et quomodo probetur, interceſſiſſe conſenſum Patroni in impoſitione Penſionis ſuper Beneficio de ejus Patronatu?* Remiſſive.

171 *In Gallia juxta aſſertionem* Richard. *reluctante etiam Titulari, reſervantur a Papa Penſiones ad inſtantiam Regis Chriſtianiſſimi ſuper Beneficiis ad ejus nominationem ſpectantibus.*

Sed aſſertio hæc rejicitur. num. 172. & ſeqq.

173 *Referuntur nonnulla exempla Penſionum, quæ a Sede Apoſtolica reſervata fuerunt favore Fœminarum in Gallia.*

174 *Quemadmodum & in Luſitania.*

175 *Laici, etiam Mulieres, capaces ſunt obtinendi Penſiones, quæ non reſervantur in titulum, ſed ſolum ob merita Perſonarum. Et de ratione.* num. 176.

177 *Mulieres eo magis ſunt capaces obtinendi Penſiones ſuper Beneficiis, ſi Perſonæ Eccleſiaſtica ſint, puta Abbatiſſæ, Superiorissæ &c.* & num. 182.

Et juſta aliqua cauſa id ſuadeat. num. 178.

Sed non expedire, ut Penſiones in Gallia ad Regis inſtantiam reſerventur favore dictarum Mulierum reſpondit anno 1656. Congregatio particularis. num. 183. & 184.

179 *Inſtitutum Ordinis* Fontis Eberaldi *in Gallia approbatum fuit a Sede Apoſtolica.*

186 *Referuntur exempla nonnullarum Penſionum, quæ ſuper Beneficiis Conſiſtorialibus reſervata fuerunt a Sede Apoſtolica favore Monaſteriorum ad vitam particularium Monialium pro ipſarum alimentis, vel religioſis uſibus.*

HActenus diſſeruimus de conſenſu, qui in Reſignationibus Beneficiorum præſtari de- 1
bet, nunc tranſit Regula ad Penſiones, de quarum origine, primiſque exemplis ediſſerunt, *Van Eſpen in Jus Eccleſ. univerſ. part. 2. tit. 28. cap. 1. P. Pag. in Brev. Geſtor. Roman. Pontif. in Vita S. Leonis num. 28. & 29. P. Lupus in Can. tom. 2. in Diſſert. de Synodo Calcedonenſi pagin. 128. §. Decima Actio, & §. Actio circa finem, & in Appendic. pag. 286. & 293. Altaſer. de Juriſdict. lib. 3. cap. 11. Thomaſſin. de Benef. tom. 3. lib. 2. cap. 29.* & in ultima ſui parte diſponit, quod Literæ Reſervationis, ſeu aſſignationis Penſionis expediri non poſſint, niſi de con- 2
ſenſu illius, qui eam perſolvere debebit: Unde ſi fiat Beneficii Reſignatio cum reſervatione Penſionis, duo requiruntur conſenſus, unus ex parte Reſignantis, ut conſentiat Reſignationi, & ex- 3
peditioni Literarum, alter ex parte Reſignatarii, ut conſenſum præſtet Reſervationi Penſionis, & Literarum expeditioni, *Pariſ. de Reſignat. libr. 8. quæſt. 8. num. 87. verſ. Decimo dubitatur, & lib. 3. quæſt. 9. num. 32.* unde uterque ſupplicare debet, *Corrad. in prax. Benef. lib. 5. cap. 1. nu. 50.*

Sufficit tamen, quod hujuſmodi conſenſus præ- 4
ſtentur per Reſignantem, & Reſignatarium ex intervallo, non enim requiritur, ut ambo uno, eodemque tempore interveniant, *Pariſ. d. 4. quæſt. 8. nu. 87. Koebier. hic num. 45.* & donec ambo non ſint 5
perfecte extenſi, actus non dicitur completus, quia pro unico habentur, ita ut ſit locus pœnitentiæ, & utrique parti liceat ab eo reſilire, *Rota dec. 471. per tot. part. 1. diverſ.*

Conſenſus vero Titularis pro valida Penſionis reſervatione non aliter videtur ad tramites Regu- 6
læ neceſſarius, quam ſi ei ſuper Beneficio jus competat. Hinc, ſi proviſio Beneficii per obitum vacantis a Pontifice expleta cum reſervatione Penſionis ſit ſubreptitia, aut ex vitio incapacitatis proviſi, ſeu alias evaneſcat, non ideo redditur nulla Gratia Penſionis, quia tempore illius reſerva- 7
tionis nemo aderat, qui conſenſum præſtare poterat, *Rota decis. 213. num. 11. part. 6. Recent. & in Cuſentina Penſionis coram Lista apud Marcheſ. de Commiſ. part. 1. pag. 621.* Cumque Beneficii proviſio, & Penſionis reſervatio ſint 8
ſint duæ Gratiæ diſtinctæ, & ſeparatæ, pro quibus diſtinctæ Literæ Apoſtolicæ expediuntur; hinc nullitas Proviſionis Beneficii, non influit in Penſionis nullitatem, *Card. de Luca de Penſion. diſc. 33. num. 13. Gratian. Diſceptat. 138. num. 50. Gonzal. in Regulam 8. Cancellar. Gloſſ. 5. §. 9. num. 60. D. Urſayæ Diſceptat. Eccleſ. tom. 5. part. 2. pag. 164. num. 33. Nicol. in Addit. ad Floſcul. verb.*

..ſio num. 2. poſt Inſtit. Canon. pag. mihi 364.
Rot. dec. 658. num. 7. & ſeq. cor. Dunoz. Jun. &
dec. 161. num. 11. coram Peutinger. & dec. 46.
num. 18. cor. Otthobon. & in dicta Cuſentina Pen-
ſionis cor. Litta.

Hæc tamen Juris theorica locum ſibi non vindi-
9 cat in reſervatione Penſionis facta occaſione Reſi-
gnationis in favorem expletæ ab illo, cui nullum
jus ſuper Beneficio Reſignato competebat, quia
tunc, cum Reſignatio ſit conditionalis, eo ipſo,
quod ipſa non ſubſiſtit, nec ſubſiſtere poteſt reſer-
vatio Penſionis ſuper ea fundata, *Gonzal. dict.*
Gloſſ. 5. §. 9. num. 60. verſic. Et poſt primam, &
Gloſſ. 14. n. 20. Pariſ. de Reſign. lib. 6. quaſt. 2. n. 76.
Rota in dicta Cuſentina Penſionis in fine.

In Penſione vero, quæ reſervatur ſuper Benefi-
10 cio de Jurepatronatus laicali, præter conſenſum
Titularis, non requiritur conſenſus Patroni, ſed
pro valida Penſionis impoſitione ſofficit, quod
Pontifici qualitas Beneficii innoteſcat, ut firmant
communiter *Gigas de Penſion. quaſt. 23. num. 9.*
in fine, Rebuff. in prax. tert. part. Signat. num.
28. Pariſ. de Reſign. lib. 2. quaſt. 4. n 14. Tondut.
de Penſ. cap. 25. num. 1. Piton. de Contr. Patron.
allegat. 56. num. 1. Engel. in Ius Canon. lib. 3.
tit. 5. numer. 69. Piring. eod. lib. tit. 12. §. 2.
num. 16, Valenzuel. conſ. 51. num. 30. Lotter.
de Re Beneſ. lib. 1. quaſt. 35. num. 89. Rocc. tom.
2. diſput. 192. num. 22. Leſſ. de Juſtit. & Jur.
lib. 2. cap. 34. dubit. 38. num. 207. Capon. diſcept.
253. num. 22 & diſceptat. 193. num. 4. Ventri-
gl. in Prax. part. 1. reſalut. 194. num. 1. Pilaja de-
eiſ. Pontific. lib. 3. n. 4. tit. de Penſ. Rot. dec. 186.
num. 4. & dec. 213. num. 10. & 19. part. 6. Rec.
& dec. 1264. num. 1. coram Seraphin. & dec. 1.
11 *num. 3. cor. Herrera.* Quod ſi Beneficium, ne-
dum Juripatronatus activo ſit ſubjectum, ſed e-
tiam paſſivo favore certi generis Perſonarum,
tunc, ut valida ſit Penſio ſuper illius fructibus
imponenda, neceſſariam quoque eſſe mentionem
Jurispatronatus paſſivi, poſt *Rot. dict. dec. 1. num.*
3. cor. Herrera tradit *Piton. de Controv. Patr. alleg.*
56. num. 2.

Ratio autem, cur in reſervatione Penſionis ſu-
12 per Beneficio de Jurepatronatus non requiratur
Patroni conſenſus, illa eſt, quia nullum exinde ei
infertur præjudicium in Jurepræſentandi unice
competente Patrono, qui in perceptione fru-
ctuum ingerere ſe non poteſt; & præjudicium
infertur ſolum Rectori, cui per Penſionem Bene-
ficii fructus diminuuntur; Potiſſimum, ſi non aga-
tur de Penſione perpetua, ſed temporali, ad vitam
ſcilicet Penſionarii, quo caſu ceſſat motivum,
quod Patrono interſit, ne Eccleſiæ de ſuo Jure-
patronatus perpetuum gravamen imponatur, ut
perpendunt *Gigas de Penſion. quaſt. 23. num.*
10. & ſeqq. Leſſ. de Juſtit. dict. cap. 34. num.
205. Vivian. de Jurepatr. lib. 13. cap. 9. num. 24.
& ſeqq. Marant. Reſponſ. 41. num 50. part. 3. Gam-
bar. de Offic. & Anctor. Legat. lib. 6. num. 95. &
ſeqq. Lotter. lib. 1. quaſt. 11. num. 64. & ſeqq. Fran-
ces var. reſolut. cap. 16. num. 58. & 108. Et licet
13 quandoque conſiderari poſſit præjudicium Patroni,
ſi ad egeſtatem reducatur, in jure petendi ex
fructibus Beneficii alimenta, quæ attento grava-
mine Penſionis, vel conſequi non poſſet, vel non
ita congrue, quemadmodum perciperet, ſi Bene-
ficii fructus oneri præfato obnoxii non eſſent,
qua ratione *Rota in Salernitana Alimentorum*
cor. clar. mem. Cardinali Falconerio tom. 1. tit.
de Aliment. dec. 6. num. 8. neceſſarium exiſti-
mat conſenſum Patroni in reſervatione Penſionis
ſuper Beneficio de Jurepatronatus; Nihilominus,
ut rite advertit *Lotter. de Re Beneſ. lib. 1. quaſt.*
35. numer. 90. & 91. ab ipſa *Rota* laudatus, de-
fectus conſenſus Patroni non operatur nullitatem
Gratiæ ab initio, ſed impedit ſolum illius duratio-
nem, nam ſi Patronus ad egeſtatem devenerit, ita ut
alimentis indigeat ex fructibus Beneficii, debeat ad
illius inſtantiam ab iis proportionabiliter removeri
gravamen Penſionis, quia, cum jus alimentorum ſit
unus ex fructibus Jurispatronatus, utique Patrono,
qui Penſionis impoſitioni ab initio non conſentit,
non potuit in jure præfato præjudicium aliquod in-
ferri, juxta doctrinam *Abbatis in cap. Poſtulaſti*
30. num. 2. circa finem, & num. 1. de Jurepatron.
Et in hunc ſenſum intelligenda eſt laudata *Deciſio*
in Salernitana Alimentorum.

Fuit quandoque revocatum in dubium, an ſicu-
ti Regula conſenſum requirit in Penſionibus, ita
illum quoque expoſcat in Reſignatione Beneficii 14
cum reſervatione fructuum? Pro negativa urgebat
ratio, quod reſervatio fructuum eſt diverſa a re-
ſervatione Penſionis, ut teſtatur *Mandoſ. in*
Tract. de Signat. Grat. tit. de fructuum Reſer-
vat. verſ. Clauſula exprimens Penſionem, Gigas
de Reſervat. quaſtion. 7. num. 3. Lotter. de Re
Benefic. libr. 1. quaſt. 35. num. 55. & ſeqq.
Rot. dec. 1. part. 9. Recent. & dec. 318. num.
8. car. Royas. Solet enim reſervatio fructuum
concedi cum facultate eos percipiendi propria au-
thoritate, quaſi Reſervatarius eſſet verus Domi-
nus, ut in dicta *dec. 1. num. 4. part. 9. Recent.* un-
de non videtur conſenſus Reſignatarii, adeo neceſ-
ſarius, ſicuti in Reſervatione Penſionis. Et in ſimili-
bus terminis reſervationis *Regreſſus* ad Beneficium 15
reſignatum, quod non ſit lege cautum, ut pro ejus
validitate requiratur conſenſus Reſignatarii, nec
ejus reſpectu locum habeat Regula Cancellariæ,
quæ loquitur de Penſionibus, dixit *Rota penes*
Verall. dec. 11. part. 3.

Sed his non obſtantibus, Curiæ praxis invaluit,
quod etiam reſervationi fructuum favore Reſignan- 16
tis Beneficium præſtari debeat a Reſignatario con-
ſenſus eodem modo, quo præſtatur reſervationi
Penſionis, ut teſtatur *Pariſius de Reſignat. lib. 6.*
quaſt. 1. num. 22. cum duobus ſeqq. & lib. 8.
quaſt. 8. num. 87. & ſeqq. Idque ſive ex eo, quod 17
appellatione *Penſionis* continetur reſervatio fru-
ctuum, quando fit ſine reſervatione Stalli in Cho-
ro, ſeu alterius prærogativæ, cum tunc fructus
reſervati habeantur loco Penſionis, ut poſt *Sar-*
nen. ad Regul. de Annal. quaſt. 60. inquiunt *Pa-*
riſ. de Reſignat. lib. 6. quaſt. 1. num. 43. Andreas
Vallen. de Beneſ. lib. 3. tit. 29. num. 8. in fine;
Sive quia Regula loquitur de Reſervatione cu- 18
juſvis Penſionis annuæ, & ſic per verba univer-
ſalia adaptabilia etiam reſervationi fructuum, quæ
dici poteſt Penſio impropria; Sive demum quia
ratio finalis Regulæ, quæ emanavit ad evitandas 19
fraudes, potiori jure militare videtur in Reſigna-
tione Beneficii expleta cum fructuum reſervatione,
ex qua infertur majus gravamen Beneficio, *Rot.*
dict. dec. 1. num. 8. part. 9. Recent. & deciſ. 318.
num. 7. coram Royas.

Sed quod attinet ad Reſignationes Beneficiorum
cum reſervatione fructuum, illud ſilentio præte- 20
reundum non eſt, quod Pontifices eas admittere
non conſueverunt in Gallia, quemadmodum te-
ſtantur *Rebuff. in Prax. tit. de Reſervat. tam ge-*
neral. quam ſpecial. num. 15. & ſeqq. Boer. dec.
11. num. 56. Papon. lib. 2. tit. 8. Arreſt. 3. Pa-
riſ. de Reſignat. lib. 6. quaſtion. 1. num. 42. Pa-
ſtor de Beneſ. pag. 269. Bouchel. Bibliothec. Cano-
nic.

nic. tom. 1. *pag.* 266. §. *Neſcire*, *Thomaſſin. de*
Beneſ. part. 3. *lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 15. *verſic. Nec*
21 *video.* Hinc, cum Dux *Aurelianenſis* Galliarum
Regens ſa. mem. *Clementi XI.* ſecreto ſupplicaſſet,
ut admittere dignaretur Monaſterii Reſignationem
ad favorem ſui filii naturalis, cum reſervatione
omnium fructuum, & juris conferendi favore
Reſignantis, & exhibuiſſet exemplum ſimilis
Reſignationis expletæ *anno* 1657. *die* 13. *Aprilis* a
Franciſco *Foquet* in *Agathen.* Laudatus Pontifex,
prævio Voto Congregationis particularis, Gratiam
denegavit.

Admittitur tamen in Gallia a Sede Apoſtolica
favore Cardinalis Reſignantis Eccleſiam Epiſco-
22 palem, ſeu Abbatiam reſervatio fructuum, & fa-
cultatis conferendi Beneficia ab iis dependentia,
ut de reſervatione facultatis conferendi *Tondut. de
Penſ. cap.* 2. *n.* 6. *& ſeqq. & n.* 14. 18. 21. *&* 22. &
de fructuum reſervatione idem *Tondut. de Penſ. cap.*
5. *n.* 17. *& reſol. Beneſ. tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 3. §. 2. *n.* 6.
& 7. *&* §. 5. *n.* 35. Et Nos alibi diximus.

Vigebat priſcis temporibus in Italia abuſus, ut
23 paſſim admitterentur Beneficiorum Reſignationes
cum omnium fructuum reſervatione favore Reſi-
gnantium contra omnia Jura, de quibus *Pariſ.*
24 *loco cit. num.* 36. At eas nemini concedendas eſ-
ſe, niſi favore Cardinalium, ſtatuit *Alexander*
25 *VI.* ut refert *Pariſ. lib.* 6. *quæſt.* 1. *num.* 35. Et
ceteroquin abuſum præfatum eliminandum eſſe,
fuit ſenſus illius celebris Congregationis novem
ſapientiſſimis Viris compoſitæ, & a *Paulo III.*
deputatæ pro colligendis, reparandiſque abuſibus,
qui tunc temporis in materia præſertim Benefi-
ciali vigebant -- *alius Abuſus irrepſit* (ſunt eo-
rum verba) *quandoque cedens Beneficio omnes
ſibi fructus reſervat. Qua in re animadvertendum
eſt, nulla alia de cauſa, nullo alio jure Penſio-
nes conſtitui poſſe, niſi, ut quaſdam Eleemoſynas,
quæ in pios uſus, indigentibus concedi debent. Nam
reditus ſunt adnexi Beneficio, ut Corpus Animæ.
Ideo ſua natura pertinent ad eum, qui Benefi-
cium habet, ut poſſit ex iis vivere honeſte pro ſui
ordine, ſimulque queat ſuſtinere impenſas pro Divi-
no cultu, & Templis, Sacrarumque rerum repara-
tione, ut quod reliquum eſt impendat in pios uſus.
Hæc eſt natura eorum redituum &c. Ideo om-
nes fructus reſervari, adimique id omne, quod Di-
vino cultui, ſuſtentationique habentis Beneficium
tribui debet, magnus eſt abuſus. Itemque Penſiones
dari Clericis divitibus, qui commode, & honeſte
vivere queunt ex reditibus, quos habent, ma-
gnus certe abuſus. Tollendus uterque.* ut apud
Thomaſſin. de Beneſ. part. 3. *lib.* 2. *cap.* 31. *num.*
15. Et ſucceſſive Congregatio particularis a
26 ſan. mem. *Clemente XI.* deputata anno 1704. eaſ-
dem Beneficiorum Reſignationes cum reſervatio-
ne fructuum favore Reſignantis admittendas non
eſſe cenſuit.

Quid vero dicendum in caſſatione Penſionis,
num pariter in ea requiratur conſenſus formalis Ti- 27
tularis, ſicuti in reſervatione? Noluit articulum
decidere *Rota dec.* 578. *cor. Coccino*; Sed reſpon-
dendum videtur, ſufficere ſolum conſenſum cau-
ſalem partium; Cum enim ſuper caſſatione Pen-
ſionis Literæ Apoſtolicæ non expediantur, *Coc-* 28
cin. dict. dec. 578. *num.* 1. *& dec.* 801. *num.* 11.
& 12. *part.* 1. *diverſ.* hinc neceſſarius non eſt con-
ſenſus formalis, qui non pro ſubſtantia Gratiæ,
ſed pro ſola Literarum expeditione requiritur;
Maxime quia, ut diximus, hæc Regula eſt odio- 29
ſa, & exorbitans, unde, dum loquitur de reſerva-
tione Penſionis, trahi nequit ad illius caſſationem, 30
Rota coram Emerix dec. 1204. *num* 16. *&* 17 con-
firmata *cor. clar. mem. Card. Scotto, ut in dec.* 3.
num. 8. *& ſeqq. poſt de Luc. de Penſion.*

Niſi tamen ageretur de caſſatione Penſionis, ad
effectum, ut ſuper eodem Beneficio nova Penſio 31
reſervetur, tunc enim requiritur conſenſus ad for-
mam Regulæ, cum nova hæc Penſionis reſervatio
eo prorſus modo reguletur, quo regulantur
Reſignationes Beneficiorum cum reſervatione
Penſionis, *Rota dict. dec.* 471. *n.* 4. *& duobus ſeqq.
& num.* 20. *cum ſeqq. part.* 1. *diverſ.*

Quemadmodum commoditas percipiendi Penſio-
nem, quæ nil ſpirituale, vel ſpiritualitati adne- 32
xum habet, libere cedi, transferri, & alienari po-
teſt abſque conſenſu Titularis, & ſine Apoſtoli-
co beneplacito, ad differentiam ceſſionis, ſeu alie-
nationis ipſius Penſionis, quæ ſaltem ſpirituali eſt
adnexa, quæque citra labem ſimoniæ abſque Pon- 33
tificis auctoritate alienari non poteſt, ut plene di-
ſtinguunt *Fagnan. in Cap. Ad audientiam* il 2.
de Reſcript. num. 82. *& ſeqq. Card. de Luca de
Regular. diſc.* 37. *num.* 9. *in fine*, *& de Penſion.
diſc.* 68. *num.* 6. *Tondut. eod. Tractat. cap.*
17. *num.* 13. *Rocc. diſput. Jur.* 409. *num* 101.
Garc. de Beneſic. part. 1. *cap.* 5. *num.* 29. *Lotter.
de Re Beneſic. lib.* 1. *cap.* 5. *quæſt.* 42. *num* 15. *Pi-
ring. in Jus Canon. lib.* 5. *tit.* 3. *ſect.* 4. §. 8. *Ventrigl.
in Prax. part.* 2. *tit. de Penſion. Adnotat.* 11. §. 3.
num. 38. *&* 42. *Piton. diſceptat.* 11. *nu.* 9. *& ſeqq.
Rota dec.* 400. *num* 1. *part.* 1. *diverſ. & in Roma-
na Penſionis* 28. *Junii* 1686. §. *Poſita*, *coram Pan-
luccio*, *& in Romana Penſionis* 13. *Maii* 1683. *&*
4. *Decembris* 1684. *&* 14. *Maii* 1686. *cor. clar.
mem. Card. Matthejo.* Ex quibus vero circum-
ſtantiis dignoſcatur, fuiſſe potius ceſſam, vel 34
alienatam commoditatem percipiendi Penſionem,
quam jus ipſum univerſale Penſionis diſtractum,
conſule *Piton. dict. diſcept.* 11. *per tot. Rot. in
dictis Deciſionibus cor. clar. mem. Card. Mat-
thejo*, *& in Romana Penſionis* 31. *Martii* 1727.
cor. bon. mem. Gamaches, *& in Romana Caduci-
tatis* 6. *Maii* 1729. §. *Pari cum ſeqq. cor. bon.
mem. de Valentibus.* (a)

At vero hujuſmodi conſenſus in Penſionum
reſer-

(a) Maximum, qui irrepſerat abuſum reſignandi Beneficia ad favorem cum reſervatione Penſionis, & cum arcano, & clandeſtino pacto eam caſſandi, & extinguendi, certa conventa pecuniæ quantitate, poſteaque obtinendi ſignari a Pontifice Supplicationem pro caſſatione, atque extinctione ejuſdem Penſionis per anticipatas ſolutiones facienda, præcedenti reticita conventione, Paſtorali ſollicitudine tollere, & penitus abolere cupiens Sſmus D. N. BENEDICTUS XIV. Conſtitutione edita apud *Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ* 1741. *Quarto Kalendas Septembris Pontificatus anno ſecundo*, pactum hujuſmodi, veluti ſimoniacam labem redolens, improbavit, & Gratiam caſſationis, ſeu extinctionis Penſionis per anticipatas ſolutiones, nulla facta de præcedenti pacto mentione, a Pontifice reportatam, tanquam ſubreptitiam, ab doloſa calliditate obtentam, nullam, irritam, & inanem declaravit, nonnullis præſcriptis pœnis contra Reſignantem, & Reſignatarium. Omnes itidem caſſationes, & extinctiones Penſionum, etiam vigore Supplicationis manu Pontificis ſignatas, quas in poſterum intra ſex Menſes a die captæ poſſeſſionis Beneficii per Reſignatarium computandos fieri contigerit, etiamſi nullum præcedens pactum interveniſſe inter partes probari poſſit, tanquam per ſubreptionem, & fraudes obtentas, revocavit, & abolevit, decernendo inſuper, quod ſub laudata Conſtitutione comprehendantur ceſſiones omnes, ſeu tranſlationes in ipſum Reſignatarium,
aliſ

Digitized by Google

35 reſervatione præſtari poteſt a Titulari tam per ſe
ipſum, quam per Procuratorem. Quinimo etſi Re-
gula in Beneficiorum Reſignationibus diſponat,
36 quod Reſignans, ſi præſens in Curia ſit, debeat
per ſe ipſum conſenſum præſtare, nihilominus
hæc ultima pars, in qua agitur de Reſervatione
Penſionum, nihil tale expoſcit, adeout, etiamſi
37 Titularis fuerit in Curia præſens, adhuc præſtare
poterit conſenſum per Procuratorem. Cum enim
utraque diſpoſitio facta ſit in ſeparata oratione,
de una ad aliam inferri non poteſt, *Sot. hic circa*
38 *fin.* ubi dicit, hoc paſſim admitti in Camera,
licet dubitet de Cancellaria, ſequitur *Tondut. de
Penſion. cap.* 41. *num.* 5. *Rot. dec.* 203. *per tot.
part.* 3. *cor. Ubald. Jun.*

Debet autem conſenſus præfatus re integra a
39 Procuratore præſtari, ſcilicet ante mortem Titula-
ris. Hinc, ſi Beneficii Poſſeſſor ſupplicet, ſuper
40 illius fructibus reſervari Penſionem ſine cauſa ad
favorem Titii, & ſignata ſupplicatione, ſed ante
præſtitum conſenſum, Poſſeſſor ipſe decedat; hoc
caſu non poterit amplius præſtari conſenſus per
Procuratorem, ut late reſpondit *Coccin.* in Voto
dato Cardinali *Pro-Dataria*, regiſtrato in ejus
adnot. 259. *per tot.* ubi ſubtiliter aſſignat diverſi-
41 tatis rationem inter conſenſum Reſignationi, &
conſenſum Reſervationi Penſionis præſtandum.
Quemadmodum expleta Reſignatione Beneficii
ad favorem cum reſervatione Penſionis, tenetur
42 Reſignatarius conſenſum præſtare re integra, ideſt
ante obitum Reſignantis, adeout, ſi tali tempore
conſenſus non intercedat, Beneficium per obitum
ejuſdem Reſignantis vacare dicitur, *Pariſ. de Re-
ſignat. lib.* 1. *quæſt.* 24. *num.* 44. *& ſeqq. & lib.* 8.
quæſt. 8. *num.* 96. *& ſeqq. Creſcent. dec.* 8. *num.* 3.
quidquid in contrarium dixerit *Murga de Benef.
quæſt.* 3. *num.* 1083.

Conſuevere quandoque Pontifices derogare huic
43 Regulæ in Penſionibus, quæ vacante Beneficio
ſuper illius fructibus imponuntur. Etſi enim nun-
quam id contigiſſe teſtetur *Lotter. lib.* 1. *quæſt.* 35.
n. 86. *& ſeqq.* Attamen ſæpeſæpius in hujuſmodi
generis Penſionum reſervatione vidi Regulæ de-
rogatum cum clauſula -- *non obſtan. noſtra, &
Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de præſtando con-
ſenſu in Penſionibus* -- Neque enim hoc caſu lo-
cus eſſe poteſt conſenſui formali per Regulam
requiſito, quia nullus adeſt, qui illum præſtare
poſſit, *Tondut. de Penſion. cap.* 62. *num.* 31. *Rot.
deciſ.* 213. *num.* 11. *part.* 6. *Recentior.* & apud
Marcheſ. part. 1. *pag.* 621. At conſenſum cauſa-
lem, vel ſupplet ipſe Papa, vel tantiſper ſuſpen-
dit, quia, ut mox providet de Beneficio, & proviſus
illud acceptat Penſione gravatum, dicitur de facto
conſentire, & quaſi contrahere, ac contra eum,
acſi poſitive ſe obligaſſet, datur actio perſonalis,
Lott. dict. lib. 1. *quæſt.* 35. *num.* 87. *& ſeqq.* Eo
prorſus modo, quo, ſi ex juſta aliqua, & ratio-
nabili cauſa contingat, Sede Epiſcopali vacante,
deputari *Suffraganeum*, tunc ſolet Congregatio
Conſiſtorialis decernere ei Congruam, quæ aliud 44
non eſt, niſi Penſio ſuper fructibus Menſæ Epi-
ſcopalis, nulla habita ratione, quod gravamen
imponatur Eccleſiæ abſque conſenſu Epiſcopi,
quia nullum irrogatur præjudicium Succeſſori,
qui tunc, cum promovetur, jam ſcit Eccleſiam
hoc onere gravatam, & eam acceptando, oneri
præfato conſenſum præſtat, ut reſolvit Sacra Con-
gregatio Conſiſtorialis in *Cracovien.* 6. *Auguſti*
1706.

Similiter conſenſui per Regulam requiſito in
Penſionum reſervatione, ſolent aliquando Pontifi- 45
ces derogare in caſu Reſignationis expletæ ad favo-
rem abſentis, ut apud *Pariſ. dict. lib.* 8. *quæſt.* 8.
num. 118. *Gig. de Penſ. quæſt.* 10. *n.* 8. *verſ. Niſi in
tali, Mandoſ. in praxi ſignat. verb. Derogationes
Regularum verſ. Regula de præſtan. conſenſ. Bur-
ſat. conſ.* 411. *num.* 16. *verſ. Conſidero, Kochier. ad
hanc Regul. num.* 47. *Spad. conſ.* 106. *num.* 1. *lib.*
2. *Tondut. de Penſion. cap.* 41. *num.* 8. *& ſeqq.
& reſolut. Beneficial.* 26. *num.* 18. *Rot. dec.* 396.
num. 9. *par.* 1. *diverſ.* Et Decretum hoc modo
extenditur, videlicet -- *Et cum derogatione Regu-* 46
*læ de præſtando conſenſu in Penſionibus, attento,
quod Reſignatio ſit in favorem abſentis, & dict.
N qui dictum Beneficium vere, realiter, & pa-
cifice poſſidet, aliter reſignare non intendit* -- idque
paſſim in Beneficiis *Galliæ* ſervatur; quamvis in 47
aliis Regionibus derogatio hujuſmodi non conce-
datur, niſi cum aliqua difficultate, quæ tamen dif- 48
ficultas judicio meo fieri non deberet, cum ſit re-
poſitum in Reſignatarii arbitrio acceptare Renun-
ciationem ita qualificatam. Et hæc derogatio 49
conſenſus in Penſionum reſervatione occaſione Re-
ſignationum, nedum a Pontifice, ſed etiam a Vi-
ce-Legato *Avenionen.* fieri poteſt, ut dixit *Rot. in
Carpentoraten. Canonicatus* 5. *Decembris* 1698. §.
Quia tollitur cor. clar. mem. Card. Caprara, inter
ejus impreſſ. *dec.* 418.

Verum, quod diximus de derogatione conſenſui
Titularis in reſervatione Penſionis, locum tantum- 50
modo ſibi vindicat reſpectu conſenſus formalis re-
quiſiti in expeditione Literarum, ſecus vero quoad
conſenſum cauſalem, ſuper quo radicatur Gra-
tia, & cui nunquam ſolet per Pontificem deroga-
ri, unde etiam ſi adeſſet Pontificia derogatio
huic Regulæ, adhuc conſenſus cauſalis probandus
erit, *Lotter. dict. quæſt.* 35. *num.* 69. *& ſeqq. lib.*
1. *Tondut. dict. cap.* 41. *num.* 7. *& ſeqq. Coccin.
adnot.* 196. *num.* 7. *Rot. dec.* 452. *numer.* 45.
part.

aut in aliam Perſonam, commodi, ſeu utilitatis percipiendi fructus Penſionum hujuſmodi, nec non alias quaſcumque Ceſſiones, Tranſlationes, Reſignationes, Extinctiones, Abolitiones quovis modo, titulo, nomine, colore, & auctoritate per anticipatas ſolutiones, ſeu repræſentata pecunia factas intra dictum tempus ſex Menſium, & etiam ultra id temporis ſpatium, dummodo reprobum illud, & deteſtabile pactum præceſſiſſe conſiterit.

Perpendens itidem idem Sanctiſſimus D. N. quam improba, ac quamplurium malorum ſeminarium ſit conſuetudo, quod nonnulli Clerici Eccleſiaſticorum Beneficiorum ſive ſimplicium, ſive reſidentialium, quæ obtinent, annuos reditus unico actu, certa pecuniarum ſumma recepta, quoad vixerint, alienant ſub nomine cedendi commoditatem, ſeu utilitatem percipiendi fructus eorumdem Beneficiorum, Hinc ſaluberrima alia ſua Conſtitutione ſub Datum apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1741. Quinto Kalendas Septembris, Pontificatus Anno ſecundo, Clericis omnibus quacumque Dignitate, præheminentia, honore, & Privilegio inſignitis interdixit, & prohibuit, ne in poſterum audeant ſub nomine alienandi utilitatem, & commodum percipiendi fructus, vel alio quovis titulo, prætextu & colore, vendere, ac diſtrahere ſuorum reſpective Beneficiorum reditus, & proventus, vel ad vitam, vel ad longum tempus, recepta ab Emptore per unam, vel plures ſolutiones pecuniarum quantitate, quam ipſi Beneficiati per ejuſdem temporis, vel vitæ ſpatium probabiliter conſequi potuiſſent, ſub pœna excommunicationis, & nullitatis actus, ſeu contractus, & omnium inde ſecutorum, aliiſque pœnis inflictis contra alienantes Bona Eccleſiæ, quas curſus contra eoſdem Clericos ſic contrahentes renovavit. Utramque Sanctiſſimi D. N. Conſtitutionem exſcribemus in calce hujus Regulæ.

by Google

part. 5. Recent. & deciſ. 26. num. 3. cor. Cavaler.

Quomodo autem conſenſus cauſalis probetur,
51 tradit *Rot. dec. 26. cor. Cavaler. & deciſ. 396. part.
1. diverſ.* Sed evincitur præſertim hujuſmodi conſenſus, ſi Reſignatarius approbavit, & ratificavit
52 reſervationem Penſinnis, utendo, vivente Reſignante, Literis ſuæ Proviſionis, in quibus fit mentio Penſinnis. Ex iſto enim uſu Literarum ſuppleri conſenſum cauſalem, firmant *Lotter. de Re Benefic. lib. 1. quæſt. 35. nu. 76. Tondut. de Penſ. cap. 41. num. 35. & ſeqq. Card. de Luca eodem Tract. diſc. 35. num. 4. & 5. Rota dec. 418. §. Secunda, cor. clar. mem. Card. Caprara.*

Ut etiam quid operetur clauſula illa in Literis
53 Apoſtolicis reſervationis Penſionis adjici ſolita *Cujus ad hoc accedit aſſenſus* -- & quando ſtet conditionaliter, quando vero cauſative, tradunt *Mart. de Clauſ. lib. 1. clauſ. 3. Viviau. de Jurepatr. part. 2. lib. 13. cap. 8. num. 122. Mareſcott. var. Reſolut. lib. 2. cap. 1. num. 137. Amayd. de Stylo Datar. lib. 1. cap. 10. quæſt. 9. Mandoſ. conſ. 55. num. 36. & 37.* late *Coccin. adnot. 196. per tot. Rota coram Caputaqueu. deciſ. 120. lib. 1. coram Cavaler. dec. 561. num. 4. & 5. & in Recent. deciſ. 20. nu. 4. part. 6. dec. 512. num. 12. part. 12.*

At quemadmodum Pontifices conſenſui cauſali Reſignatarii in reſervatione Penſionis favore Reſignantis derogare non conſueverunt, ita nec derogationem hanc indulgent conſenſui cauſali Titularis
54 pro imponenda Penſione Beneficio pleno. Impoſuit ſan. mem. *Alexander VII.* pro ſuſtentandis in Inſula Corſicæ Miſſionariis nonnullas Penſiones ſuper Menſis Epiſcopalibus illius Inſulæ, facta tamen expreſſa præſervatione conſenſus Epiſcoporum, quos per Literas Cardinalis Pro-Datarii hortatus fuit ad contribuendam ratam ipſis tangentem; Cum vero nonnulli Epiſcopi variis ex cauſis hoc onus ſubire detrectarent, hinc inſtante Januenſis Reipublicæ Miniſtro, ut Sum-
55 mus Pontifex ſua ſuprema authuritate eos compelleret, renuit Pontifex id in praxim deducere, & ab eodem Cardinali Pro-Datario ad Reipublicæ Miniſtrum datæ fuerunt hujuſmodi Literæ ſub die 18. Novembris 1662.-- Illmo Signore -- *Avenda queſta mattina rapprefentato a Noſtro Signore l'iſtanza della Republica per gli aſſegnamenti già fatti alli Miſſionarj ſopra li Veſcovadi della Corſica, acciocchè, maucando alcune delle Penſioni già impoſte ſopra quelli d'Aleria, e di Mariana, ſiano queſti ipſo facto ſurrogati in luogo loro, e gl' altri due di Sagona, e di Nebbia liberi da Penſioni, ne ſiano di preſente gravati: Sua Santità ha conſiderata la difficoltà di farla ſenza il conſenſo de' Veſcovi, li quali anzi s'oppongano, convenendo perciò d'uſar la pieneza dell' Autorità Apoſtolica con derogara al ſudetto conſenſo neceſſario, che non ha fin'ora praticato Sua Beatitudine per tutto il tempo del Pontificato, anzi nella precedente Bolla, ſpedita in queſta iſteſſa materia, ordinò, che foſſe eſpreſſamente riſervato: Però m'ha commandato di darne a VS. Illma queſto cenno, perchè ſi compiaccia di farvi quella rifleſſione, che ſtimerà opportuna con la ſingolar ſua prudenza, ſecondo la quale potrà, parendole, tenerne nella prima Udienza nuovo diſcorſo con la Santità Sua, & io intanto, confermando la mia oſſervanza &c.*

Et quamvis ex parte Adminiſtri Reipublicæ reſ-
56 ponſum fuiſſet, quod ſi datur paſſim Penſionariis facultas transferendi Penſiones abſque conſenſu Titularium, quodque ſi inventus eſt itidem uſus Penſionum eventualium, poſſet etiam Summus Pontifex loco Penſionum, quæ ſuper eiſdem Menſis Epiſcopalibus ceſſarent, alias ſubrogare favore Miſſionariorum, haud requiſito Epiſcoporum ſolvere debentium conſenſu. Et quatenus etiam plenitudine poteſtatis Apoſtolicæ opus eſſet in derogando conſenſui præfato, nulla in re poterat ea melius, ac magis religioſe Pontifex uti, quam pro ſuſtentatione Operis tam pii, & tam neceſſarii.

Nihilominus reponebatur, quod Dataria concedere non ſolet Indulta transferendi Penſiones, ni 57
ſi de conſenſu Titularis, & Secretaria Brevium illa concedit aut Cardinalibus, aut Perſonis valde
privilegiatis. Ulterius, translatio Penſionis non 58
eſt nova Penſio, nec novum gravamen, ſed præcedentis gravaminis continuatio, *Lotter. de Re Benef. libr. 1. quæſt. 36. num. 66. & ſeqq* ubi rationem aſſignat *Rota dec. 327. num. 4. & ſeqq. part. 1. deciſ. 562. num. 1. part. 4. Recent. tom. 3. dec. 628. num. 5. cor. Cerro, dec. 243. num. 11. & ſeqq. coram Merlino, dec. 768. num. 18. cor. Dunoz. deciſ. 638 num. 3. & ſeqq. & deciſ. 670. num. 4. cor. Burat. & in Romana, ſeu Mantuana Penſionis 9. Aprilis 1731. §. Qua de cauſa, coram Reverendiſſ. Calcagnino*; & inſuper in
tranſlatione Penſionis non involvitur præjudicium 59
certum Titularis, ſed eventuale tantummodo, quippe quia poteſt Tranſlatarii mors contingere ante illam Transferentis, & hoc pacto citius ab onere Penſionis Titularis liberatur, *Rota dec. 67. a num. 1. & 4. cor. Duran. dec. 243. cor. Merlino, dec. 768. num. 17. cor. Dunoz. Jun. Adden. ad Burat. dec. 368. num. 9.* At in caſu agebatur de imponenda Penſione, & quidem perpetua abſque conſenſu Titularium, quorum præjudicium erat certum, & perpetuum, nec in toto illo Pontificatu tale unquam aderat exemplum.

Penſiones etiam eventuales, quæ male vocabantur ab illo Adminiſtro -- *future ſucceſſioni alle Pen-
ſioni* --, Beneficio pleno, imponi non ſolent, niſi 60
de conſenſu Titularis; ſolumque reſervantur, Beneficio vacante, quia tunc non adeſt Titularis, cujus conſenſus ſit neceſſarius, nec qui talem poſſit præſtare conſenſum, ut ſupra dictum eſt. Facti hujus Hiſtoriam depromſimus ex celeberrima Bibliotheca D. Card. *Ottboboni to. 61. Mater. Datar. pag. 301. & ſeqq.*

Similiter, cum ſan. mem. *Alexander VII.* ſu- 61
per fructibus Menſæ Epiſcopalis *Gandaven.* Penſionem ſex mille florenorum illarum partium reſervaſſet favore *Eugenii Alberti* Epiſcopi *Ruremonden.* ad decennium tantum, & *interim ad noſtrum, & Sedis Apoſtolicæ Beneplacitum duraturam &c.* & completo decennio, tam ex parte Epiſcopi *Ruremonden.* quam Miniſtrorum Regis Catholici ſan. mem. *Clementi X.* ſupplicatum fuiſſet, vel pro ejuſdem Penſionis prorogatione, vel pro impoſitione novæ Penſionis; Hujuſmodi inſtantiæ ſe oppoſuit Epiſcopus *Gandavenſis*, qui contendebat, abſque ſui conſenſu novum non eſſe Menſæ ſuæ Epiſcopali gravamen imponendum, & Pontifices hac in re haud conſueviſſe plenitudine eorum poteſtatis uti, derogando Prælatorum conſenſui. Hinc negocio mature examinato in Congregatione Conſiſtoriali ſub *diebus 22. Aprilis, 11. Junii, & 17. Decembris* 1671. reſolutum fuit -- *Penſionem expiraſſe, & non eſſe denuo imponendam.*

Vidi tamen anno 1706. *die* 18. *Novembris* præ-
vio Voto ejuſdem S. Congregationis juſtiſſimis 62
de cauſis derogatum conſenſui cauſali Epiſcopi

Came-

Camenacen. pro aſſignatione Congruæ ſuper fructibus ejus Menſæ Epiſcopalis, quæ in ſubſtantia nihil aliud eſt, ut ſupra diximus, quam Penſio, favore Suffraganei, quem Pontifex illius Diœceſi deputavit. Erat enim Epiſcopus præfatus S. Sedi Refractarius, & jam ſuſpenſus ab exercitio Pontificalium, nec non interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ; cumque perampla Diœceſis *Camenacenſis*, maxime indigeret opera Suffraganei ob ſuſpenſionem proprii Epiſcopi, nec in iis Regionibus facile eſſet advocare Epiſcopum exterum, qui ea, quæ ſunt Ordinis, adminiſtraret; hinc aſſignatus fuit Suffraganeus cum ſolita Congrua, & derogatione Regulæ de præſtando conſenſu.

63 Quod vero ſupra diximus Indulta transferendi Penſiones non concedi a Dataria, niſi de conſenſu Titularis, & à Secretaria Brevium non aliorum favore, quam Cardinalium, & Perſonarum, quæ ſint valde privilegiatæ, hodie locum ſibi non amplius vindicat. Invaluit enim ſtylus, quod Penſionariis omnibus Indultum præfatum paſſim concedatur nullo requiſito conſenſu Titularis, duobus exceptis caſibus, quorum primus eſt, ubi agitur
64 de transferenda Penſione quæ alias tranſlata fuerit, tunc enim ex *Conſtitut. CXLIV. Urbani VIII.* requiritur Titularis conſenſus, nec eo deficiente conceditur Indultum, quod alias conceſſum abſque expreſſa derogatione eidem Conſtitutioni, nullum eſſet, ex plene firmatis per *Rotam in Romana, ſeu Mantuana Penſionis 9. Aprilis* 1731. *coram Reverendiſſimo Calcagnino.* Bene verum eſt, quod Conſenſus Titularis poteſt præcedere, & ſubſequi ipſam Tranſlationem, nec neceſſe eſt, quod interveniat in ipſo actu novæ Tranſlationis, cum non requiratur pro forma, vel ad auctorizandam Perſonam, ſed pro ſolo intereſſe, & præjudicio Titularis, *Card. de Luc. de Penſion. diſcurſ.* 51. *num.* 15. *&* 16. *& diſcurſ.* 53. *num.* 4. & admittitur *in dec.* 36. *num.* 5. *poſt Torr. de Pactis futur. ſucceſſ. confirmat. deciſ.* 299. *num.* 6.
65 *part.* 13. *Recent.* Niſi Titularis a principio diſſenſum præſtitiſſet ſuſtinendo itam ſuper nullitate Tranſlationis, tunc enim cum ex hujuſmodi primo diſſenſu jus quaſitum dicatur Eccleſiæ, & Succeſſoribus, non prodeſt ſubſequens illius conſenſus *Card. de Luc. dict. diſc.* 51. *num.* 16. *& ſeqq. Rot. dec.* 142. *num.* 6. *& ſeqq. & deciſ.* 299. *num.* 8. *part.* 13. *Recent. & dict. deciſ.* 36. *nu.* 7. *poſt Torr. de Pact. futur. ſucceſſ.*

66 Conclaviſtis tamen, & Dapipheris, qui Conclavi intervierunt, a longiſſimo tempore conſueverunt Pontifices inter cetera Privilegia, Indultum quoque elargiri transferendi Penſiones uſque ad ſummam centum Ducatorum auri de Camera, etiamſi illæ ſemel, aut pluries tranſlatæ fuerint. De quo Indulto meminit *Rota in dicta Romana, ſeu Mantuana Penſionis coram Reverendiſſ. Calcagnino*, in qua plene itidem firmatum fuit, Indultum transferendi Penſiones, quo gaudent Epiſcopi Pontificio Solio aſſiſtentes, non ſe protendere ad Penſiones alias tranſlatas.

Et alter caſus eſt, ubi agitur de Indulto transfe-
67 rendi Penſiones impoſitas ſuper Beneficiis obtentis per Cardinales. Indultum enim hujuſmodi non conceditur, & conceſſum non ſuffragatur, niſi in eo de *eorundem Cardinalium Beneficia prædicta obtinentium, vel individua de corpore ipſorum Beneficiorum mentio facta fuerit, aut eorum, qui tempore conceſſionis facultatum, Indultorum, & Privilegiorum prædictorum Beneficia obtinerent, expreſſus ad hoc acceſſerit aſſenſus*, ut ſancivit idem *Urbanus VIII.* in altera ſua Conſtitutione, quæ impreſſa reperitur penes *Corrad. in Prax. Beneſic. lib.* 5. *cap.* 5. *pag.* 341. locumque ſibi vindicat præfata Conſtitutio, etiam ſi Cardinalis non poſſideret amplius Beneficium, ſed illud reſignaſſet cum fructuum reſervatione, ut exiſtimat *Card. de Luc. de Penſ. diſc.* 63. *& in Tract. de Penſ. cap.* 15. *num.* 21.

Sanciverat itidem laudatus *Urbanus VIII.* ut
quæcumque transferendi facultates tam conceſſæ, 68
quam in poſterum concedendæ ſuffragari non poſſint, nec debeant, niſi pro ſumma, quæ medietatem veri valoris Beneficii (attento tempore tranſlationis) non excedat, injuncto tamen onere Titularibus, qui ſub hoc prætextu exceſſus, tranſlationem impugnare velint probandi exceſſum cum juſtificatione valoris, interim non retardato Proceſſu exequutivo Tranſlatario competente pro integra Penſione tranſlata, ut ex *Conſtitutione XX. Bullar. novo*, de qua Conſtitutione agitur in *deciſ.* 169. 184. *&* 217. *coram Roxas, & deciſ.* 213. *coram Bichio.* Verum ſan. mem. *Innocentius XI.*
Conſtitutione edita 7. Februarii 1688. Pontificatus 69
anno Secundo, probe agnoſcens, *Urbanam* Conſtitutionem Eccleſiis, & Beneficiis hujuſmodi Penſionum onere gravatis parum eſſe proficuam, & e converſo tam transferentibus, quam Tranſlatariis Penſionum earundem, non modicum adferre incommodum, ex ratione expreſſa in eadem Conſtitutione §. *Verum*, quam late reaſſumit *Card. de Luca in Tract. de Penſion. cap.* 1. *num.* 7. *& ſeqq.* Hinc laudatam *Urbanam* Conſtitutionem revocavit, ac *Motu proprio* ſancivit, ut omnes, & ſinguli, etiam S. R. E. Cardinales Indulto gaudentes transferendi Penſiones, dimidiam dumtaxat, ſeu dimidia minorem partem ipſarum Penſionum transferre valeant, tametſi fructus Beneficiorum ultra eorum medietatem adhuc gravati remanerent, ut latius legitur in dicta *Conſtitutione* §. *Hinc eſt.*

Sed ad ſemitam, unde non inopportune digreſſi ſumus, revertentes, in terminis ſtyli, qui in Reſignationibus Beneficiorum Galliæ viget derogandi conſenſui formali Reſignatarii abſentis, in contro-
verſiam venit, an ille procedere etiam debeat, 70
quando fit reſignatio cum Penſione ab infirmo. Caſus erat, quo *Amatus Duzonetus* Rotæ Decanus reſignaverat Prioratum *Redonen.* ejus Nepoti abſenti cum reſervatione fructuum, & poſt ſignatam Supplicationem primus Reviſor Datariæ addiderat clauſulam derogatoriam Regulæ *de Præſtando conſenſu in Reſignationibus*, attento quod Beneficium erat in *Gallia*, & reſignabatur in favorem abſentis, ſed, cum Reſignans paulo poſt præſtitum conſenſum obiiſſet ante conſenſum Reſignatarii, quæſitum fuit, an Prioratus vacaret per obitum, vel per Reſignationem? Et pro Reſignatario dicebatur, quod Gratia erat perfecta ex ſola ſignatura Papæ, nec opus erat aſſenſu formali Reſignatarii, quia erat et derogatum per clauſulas ap-
poſitas a primo Reviſore, cum ipſe, & alii Officia- 71
les habeant facultatem addendi, & caſſandi in Supplicationibus a Papa ſignatis, juxta ſtylum Datariæ, de quo *Amayd. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 9. *& ſeqq.*

Conſiderabatur e contra, quod ratio hujuſmodi
ſtyli derogandi conſenſui Reſignatarii abſentis ea 72
eſſe videtur, quod derogatio hæc regulariter nonniſi Reſignanti, qui illam petit præjudicare poteſt, & ideo nil mirum ſi concedatur; ſed quando præjudicium inferri poteſt Datariæ, quia nempe petatur a Reſignante infirmo, & in periculo vitæ
conſtituto, tunc ſtylus præfatus admitti non de- 73
bet, nec extendi ad caſum Reſignantis infirmi, in

quo

quo contingere poteſt præjudicium Datariæ. Sicu-
ti non admitteretur Reſignatio Beneficii ab infir-
mo obtenti, ſi ante Reſignationem Supplicationis
haberetur notitia de infirmitate, ne præjudicium
74 patiatur Dataria in collationis libertate, prout
etiam non admitteretur Reſignatio, quando Be-
neficium reſignandum eſſet Sedi Apoſtolicæ af-
fectum.

Et in omnem caſum dicebatur, quod, ſtante
dubio, an præfata clauſula derogativa poſſet præ-
judicare Datariæ, poterat utique Pontifex, abſque
læſione juſtitiæ mandare, ut ea deleretur, tum
propter infirmitatem Reſignantis tunc incognitam
75 Primo Reviſori, tum propter prohibitam exten-
ſionem ſtyli de caſu ad caſum, tum denique,
quia adhuc res erat integra cum Supplicatio non
eſſet regiſtrata. Cauſa diſcuſſa fuit in Congre-
gatione Datariæ, ſed placuit Pontifici ob meri-
ta defuncti Patrui, de Prioratu ex integro pro-
videre Nepotem.

Rurſus, in controverſiam venit, an Deroga-
tio Regulæ de Conſenſu indulgeri debeat, quan-
76 do agitur de revalidanda Penſione nulliter reſer-
vata? Et regula ſit, quod ſemper requiratur no-
vus Titularis conſenſus, cui derogari non debet,
niſi raro, & ad gratificandum alicui bene meri-
tæ Perſonæ, *Amayden. de Stylo Datariæ cap.
14. quæſt. 7. num. 40. & ſeqq.* ubi tamen enume-
77 rat quatuor caſus, in quibus per Datariam indiſ-
ferenter derogatur Regulæ. Primo nempe, quando
78 nullitas provenit ex defectu conſentientis. Secundo,
quando agitur de Penſione impoſita per Ordinarium,
& dum petitur nova Proviſio a Dataria, titu-
79 laris renuit conſentire. Tertio in Penſione ex cau-
ſa Reſignationis ad favorem abſentis. Et quarto
80 in reſtitutione ad expediendas literas proviſionis
pro eo, qui infra ſex menſes non expedivit in quo
caſu, licet non ſoleat derogari Regulæ, tamen cen-
ſet idem *Amayden.* præfatam derogationem eſſe
apponendam ad Cautelam.

81 His vero caſibus ſecluſis, cum totum pendeat
a prudenti arbitrio Datarii, non poteſt certa re-
gula conſtitui, cum juxta temporum, & circum-
ſtantiarum varietatem derogatio hujuſmodi modo
concedatur, modo denegetur. Actum fuit de hac
82 materia in Congregatione Datariæ de anno 1694.
in una *Rhegien.* Cum enim *Hyacinthus* obtinuiſ-
ſet deputari ſibi in Coadjutorem in Canonicatu
Alphonſum cum reſervatione Penſionis ad favo-
rem ſui Nepotis, caſus præbuit, quod dictus Pen-
ſionarius de tempore conſenſus a Coadjutore præ-
ſtiti, non adhuc erat Clericali Charactere inſigni-
tus, unde petentibus, tam Patruo Coadjuto,
quam Nepote revalidatoriam Penſionis cum dero-
gatione Regulæ de conſenſu, eorum favore per-
pendebatur, quod Summi Pontifices ſæpe ſæpius
conſimiles Gratias elargiti fuerunt. Sic in *Avenio-
83 nen.* apud *S. Marcum ſeptima Kalendas Martii
Pontificatus Pauli V. anno XII.* fuerunt revali-
datæ duæ Penſiones tranſlatæ ad favorem *Fran-
ciſci Benigni*, & *Nicolai Baucheli*, qui tempore
tranſlationis in ſtatu laicali reperiebantur, ſuper
fructibus Menſæ Epiſcopalis, & Præpoſituræ *Ca-
vallicen.* & *Avenionen.* nec non Eccleſiæ Sancto-
rum Jacobi, & Philippi loci Caſtighonis Cre-
84 monen. Diœceſis. Sub Pontificatu *Urbani VIII.*
revalidata fuit Penſio ad favorem alterius Tranſ-
latorii, qui defectum Natalium patiebatur, nul-
la, tempore tranſlationis reportata diſpenſatione
ſuper hujuſmodi defectu, ut ex Brevi relato per
*Amayden. de Stylo Datariæ lib. 2. cap. 14. quæſtion.
85 7. nu. 42.* Idemque Pontifex *die 20. Auguſti* 1623.

revalidavit alteram Penſionem tranſlatam *Alexan-
dro Urigo Spoletan. Diœceſis* tempore Tranſlatio-
nis Clericali Charactere nondum inſignito, nec ſu-
per defectu Natalium diſpenſato. Similiter in *Be-
neventan.* ſub *Datum apud S. Mariam Majorem* 86
ſub Annulo Piſcatoris die 29. Aprilis 1637. ab
eodem *Urbano VIII.* revalidata fuit Penſio, quia
Penſionarius non erat Clericus, ſuper fructibus S.
Mariæ de Sriato *Beneventan. Diœceſis* cum dero-
gatione *Regulæ de Jure quæſito non tollen. ac Con-
ſtitutionibus Apoſtolicis &c.* Item in alia *Avenio-* 87
nen. ſub *Datum apud S. Mariam Majorem ſub
datum 14. Martii* 1659. fuit revalidata Penſio ex
defectu Clericatus a ſa. me. *Alexandro VII.* Prout
etiam de anno 1670. die 6. Decembris ſan. me- 88
mor. *Clemens X.* revalidavit Penſionem alias re-
ſervatam non Clerico, qui etiam duxerat Uxo-
rem, & cum clauſula, *licet conſenſus moderni
Titularis, ſeu Poſſeſſoris prædicti minime interve-
niat*, extinguendo inſuper litem, qui ſuper Pen-
ſionis nullitate aderat; Idemque ſervatum in *Agri-
gentina* de anno 1672. decimo Kalendas Aprilis 89
anno Tertio Pontificatus ſan. mem. *Clementis X.*
Laudatuſque Pontifex *die 14. Januarii* 1671. re-
validavit favore *Franciſci*, & *Octavii de Falco-
neriis* nonnullas Penſiones eorum favore tranſla- 90
tas a clar. me. Cardinali *Lælio Falconerio*, &
quarum tranſlatio nulla contendebatur, ex eo
quod *facultatis transferendi Penſiones Literæ co-
ram Exequutore exhibitæ non fuerunt, aut quia
idem Exequutor contra illarum formam per viam
ſimplicis Tranſlationis, non autem caſſationis,
& extinctionis, ac novæ Reſervationis proceſſit,
& ſeu propter alias Cauſas, & defectus &c.* An-
no 1683. ſan. mem. *Innocentius XI.* ſub *datum* 91
7. Idus Junii in *Nullius Provinciæ Ravennaten.*
revalidavit nonnullas Penſiones reſervatas favore
*Curtii Trenta, Ambroſii Lancelloni, Nicolai Gu-
lielmi*, & *Jacobi Vaſelli familiarium* claræ mem.
Cardinalis *Roſpiglioſi*, quæ extinctæ prætendeban-
tur, ex quo ipſi exegerunt a Titulari primum ter-
minum prædictarum Penſionum ante expeditio-
nem Literarum Apoſtolicarum, cum derogatione
Regularum *de præſtando conſenſu in Penſionibus,
& de jure quæſito non tollendo.* Pariterque in *Roſ-* 92
ſanen. 24. Januarii 1684. revalidavit favore Ar-
chiepiſcopi *Roſſanen.* Penſionem ſcut. 850. cu-
jus primum terminum, & forſan etiam ſecun-
dum ante expeditionem Literarum exegerat, cum
derogatione Regularum *de præſtando conſenſu, &
de jure quæſito non tollendo.* Sub eodem quoque
Pontifice revalidatæ fuerunt duæ aliæ Penſiones 93
reſervatæ favore *Joannis Baptiſtæ Mazarini* Cle-
rici familiaris clar. mem. *Cardinalis Cibo*, ex
eo quod poſtquam artem Chirurgiæ exercuerat,
bona fide Clericatum ſuſcepit, nulla ſibi ſuffra-
gante Apoſtolica diſpenſatione &c. abſque con-
ſenſu Titularis, ac cum condonatione terminorum
perceptorum, ac derogationibus opportunis. ut
in *Ariminen. apud Sanctam Mariam Majorem
quarta nonas Julii*, & in *Imolen. pridie Nonas
Julii Pontificatus ejuſdem ſa. me. Innocentii XI.
anno Nono.* Favore quoque *Joannis de Nirez* 94
familiaris ejuſdem clar. mem. *Cardinalis Cibo*, qui
tres Penſiones obtinuit, poſtquam Medicinæ ar-
tem exercuerat, & Clericali Charactere, abſque
diſpenſatione Apoſtolica inſignitus, in exercitio
ejuſdem Medicinæ continuaverat, eaſdem Penſio-
nes revalidavit idem ſan. mem. *Innocentius XI. ut
in Leodien. quarta Nonas Junii anno Nono.* Et in
Æſina pridie Nonas Junii anno Decimo. Et de-
mum favore *Franciſci Ciceri* Mediolanen. cujus 95

Penſio per Bigamiam erat extincta, *ut in Mediolanen. de anno* 1689. *Kalendis Martii.*

Ultra prædicta exempla, ponderabatur, mentem Coadjuti eam fuiſſe, ut valide Penſionis reſervationi conſenſus præſtaretur, cum alias deputationi Coadjutoris non conſenſiſſet, ſi opinari valuiſſet, quod Penſio non fuiſſet valide reſervata; Hinc in affinibus terminis, ne eludatur mens Or-
96 dinarii, qui contulit Beneficium cum expreſſa
conditione, quod ſuper eo Penſio a Sede Apoſtolica, reſervetur, ſi ex poſt Titularis nolit reſervationi conſentire, adhuc Pontifex Penſionem reſervat cum derogatione Regulæ, ut ſupra dictum eſt ex teſtimonio *Amayden. dict. cap.* 14. *num.* 41. *verſic. Secundus caſus.*

Et demum dicebatur, quod in caſu præfato eo facilius indulgendum erat Penſionis ſanationi, quia
97 intercedebat Conſenſus Coadjuti, qui uti Domi-
nus fructuum poterat conſentire cuicumque oneri, ac proinde illius tantum præjudicium conſiderari debebat, non autem Coadjutoris, qui non habet jus quæſitum de præſenti ſuper actuali fructuum perceptione, ſed tantum de futuro.

Sed adhuc his non obſtan. fuit in dicta Cauſa *Rhegien.* de qua ſupra *num.* 82. Canonico Coadju-
98 to, ejuſque Nepoti Penſionario per Congregatio-
nem Datariæ denegata Gratia derogationis Regulæ *de præſtando conſenſu*, & ſub *die* 3. *Aprilis* 1694. reſcriptum, *Sanctiſſimus non inclinat.* Non enim placuit allegatis adhærere exemplis, cum in illorum themate concurrere poterant circumſtantiæ tales, quæ conceſſionem Gratiæ, & gratificationem Perſonarum ſuadere valuiſſent, juxta monitum *Amayden. dict. cap.* 14. *num.* 40. *Marcheſ. de Commiſſ. part.* 2. *tit. de Judic. ſuſpicione*
99 *§.* 2. *num.* 20. *fol. mihi* 392. ubi bene animadver-
tit, quod exempla ſunt ad inſtar vultus hominum, qui licet habeant os, oculos, nares, frontem, & alia membra, non tamen hæc ſimilia ſunt inter ſe, ſed diverſa. Prout etiam nec relevare viſum
100 fuit exemplum Penſionis impoſitæ ab Ordinario,
quia tunc non proceditur per viam revalidationis Penſionis nullæ, ſed per viam reſervationis Penſionis ex integro, *Amayden. lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 56 *& num.* 73. *Gonzal. in Regul.* 8. *gloſſ.* 5. *§.* 5. *num.* 31. *&* 32. *Antonell. de Regim. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 2. *Capon. diſcept.* 253. *num.* 29. *verſic. Et hoc caſu*, *Lotter. de Re Beneſic. lib.* 1. *quæſt.* 35. *ſub num.* 39. *& ſeqq.* quo caſu, exiſtente a principio conſenſu Cauſali, dum proviſus ab Ordinario ſub onere penſionis Beneficium acceptavit, ſolum derogatur conſenſui formali ex hac Regula requiſito. At in Gratia revali-
101 datoria Penſionis nullæ, novus ex integro re-
quiritur Conſenſus, cum ille, qui fuit in principio præſtitus jam evanuerit, & ideo novo Conſenſui derogari non debet abſque urgenti, & neceſſaria Cauſa.

Pluries quoque ſucceſſivis temporibus actum fuit in Sacra Congregatione Concilii de ſimilibus Penſionum revalidationibus ad eam pro Voto a
102 Pontificibus remiſſis; habitaque fuit præ oculis
duorum caſuum diſtinctio. Primus eſt, quando certo conſtitit, Penſionem fuiſſe nulliter ab initio reſervatam, vel poſtea certo extinctam, & hoc caſu cenſuit, concedendam non eſſe revalidationem, quia alias non eſſet ſanare ægrotum, ſed mortuum reſuſcitare, & ſic non ſanare Penſionem, ſed gravare Eccleſiam onere novæ Penſio-
103 nis, tollendo jus libertati Eccleſiæ, ac Titulari
certo quæſitum. Præſertim, ſi nullitas Penſionis fuiſſet ab eodem Titulari judicialiter acceptata, per ea, quæ firmant *Card. de Luc. de Cenſib. diſc.* 3. *num.* 10. *Rot. deciſ.* 91. *n.* 10. *part.* 4. *tom.* 2. *& deciſ.* 14. *n.* 33. *& ſeqq. part.* 10. *Recent.* Hinc in *Rhegien.*
Penſionis ſub die 29. Decembris 1722. eadem Sa- 104
cra Congregatio fuit in voto; non eſſe locum Sanatoriæ, ſeu Gratiæ *Perinde valere*, pro qua ſupplicabat Comes *Alexander de Marſciano*, qui Penſionem obtinens ſcutorum 500. ſuper fructibus Menſæ Epiſcopalis *Rhegien.* Matrimonium contraxerat *die* 27. *Julii* 1718. antequam Officium Militis Lauretani, quod indulget Privilegium retinendi Penſiones Eccleſiaſticas in ſtatu Conjugali uſque ad ſummam ſcutor. 350. & Indultum Apoſtolicum retinendi reſidualem ſummam ſcutor. 150. in eodem ſtatu Conjugali obtinuiſſet, non obſtante, quod ante contractum Matrimonium certioratus fuiſſet ab ejus Agente in Urbe mediante Epiſtola ſub datum 8. *Julii* ejuſdem anni, quod in ſequenti hebdomada Officii, & Indulti expeditio ſequi debebat, ſicque juſte credere poterat, quod tempore contracti Matrimonii expeditio præfata ſequuta fuiſſet, juxta late deducta per *bon. mem. Piton. diſcept.* 144. *tom.* 4. qui pro eodem Comite *Alexandro* ſcripſit, & ſuccubuit.

Vidi tamen exemplum ſub ſan. mem. *Clemente* 105
XI. revalidationis Penſionis ducat. 300. favore *Joſephi Paſqualis de Bovadilla* reſervatæ ſuper fructibus Menſæ Epiſcopalis *Oveten. ex quo tempore Reſervationis non erat Clericus non obſtante, quod in partibus coram Judice de nullitate Penſionis oppoſitum fuiſſet, attento conſenſu alias dato per Epiſcopum in primæva Reſervatione cum avocatione Cauſæ, ac impoſitione perpetui ſilentii, & non obſtante, quod intereſſe habentes, ſeu habere prætendentes auditi non fuiſſent, cum clauſula ſublata &c. & non obſtan. quatenus opus ſit, Regula Cancellariæ de præſtando Conſenſu in Penſionibus &c.* ut ex Literis Apoſtolicis ſub Datum *apud S. Mariam Majorem* 1703. *nono Kalendas Novembris Pontificatus anno Tertio.*

Secundus caſus eſt, quando legale aliquod ori-
tur dubium ſuper nullitate Penſionis ab initio re- 106
ſervatæ, vel poſtea extinctæ, & in his terminis, cum non militet illa aſperitas, quæ conſideratur in derogando juri certo Titulari quæſito, facilius Sacra Congregatio reſpondere ſolet pro revalidatione Penſionis, vel ſimpliciter, vel ad cautelam.
Sic, cum anno 1693. *Jacobus Sorbolongus* nonnul- 107
las Penſiones Apoſtolica ſibi authoritate reſervatas, ſeu in eum legitime tranſlatas ex Apoſtolica diſpenſatione in ſtatu Conjugali perciperet, dubitans eas extinctas remanſiſſe, poſtquam in Vexilliferum Equitum *levis Armaturæ* vulgo *Cornetta* deputatus fuerat, hinc pro Conſcientiæ ſuæ indemnitate ſupplicavit declarari -- *An dictas Penſiones valide retinere, & percipere poſſit, ita ut per exercitium ſupra dicti Officii non poſſint dici extinctæ*, & Sacra Congregatio in *Romana* 20. *Junii* 1693. cenſuit, *Oratorem eſſe diſpenſandum facto verbo cum Sanctiſſimo.* Et facta per Secretarium relatione ſub *die* 24. ejuſdem menſis *Junii*, Sanctitas Sua Congregationis Sententiam benigne approbavit, Oratorem abſolvit ad cautelam, in præteritum Penſiones uſque tunc perceptas condonavit, ac in futurum cum eo diſpenſavit, ita ut durante ſervitio inter Cohortes, & ad cuſtodiam Summi Pontificis, Indultum in ſtatu Clerici Conjugati ampliandum, & extendendum ſit ad hujuſmodi ſtatum Militarem, ac proinde Penſiones præfatas percipere, & retinere valeat, perinde ac Militiæ adſcriptus non eſſet.

Sic etiam, licet alias Epiſcopus *Volaterranus* con-

contenderet, Penſionem translatam anno 1717.
a clar. mem. Card. *Mareſcotto* favore *Galeatii*
Turſi ſuper fructibus ejus Menſæ Epiſcopalis ex-
tinctam remanſiſſe, ex quo idem *Turſius*, dum
anno 1718. Indultum Apoſtolicum obtinuit reti-
nendi Penſionem præfatam, etiamſi Caſtra ſe-
queretur, & non incederet in habitu, & Ton-
ſura, nullam Pontifici mentionem fecerat, quod
tempore intermedio, hoc eſt a translatione Penſio-
nis, ad dicti Indulti conceſſionem, fuerat ad-
ſcriptus inter Equites *levis Armaturæ*, cum per
109 aſſumtionem Militiæ, ſive Principum ſecularium,
ſive Summi Pontificis, ipſo jure Penſio extincta
remaneat, licet Miles ſævis non ſe immiſcuerit,
& quamvis nulla præceſſerit monitio, ut repro-
bata contraria opinione, *Card. de Luc. de Penſion.
diſcurſ. 46. num. 8. & ſeqq.* firmant *Rocc. diſputat.
Jur. cap. 191. num. 5. & ſeqq. Piton. diſcept. 144.
num. 17. Rot. deciſ. 69. & deciſ. 216. coram Celſo, &
in ejus confirmat. prima Julii 1665. coram Alber-
gato, & in Peruſina Penſionis* 11. *Maii* 1716. *co-
ram bon. mem. Herrera inter impreſſ. deciſ.* 1. *& in
Ferrarien. Penſionis* 16. *Februarii* 1725. *§. Quam-
vis, coram bon. mem. Cerro.*
110 Nihilo minus Sacra Congregatio, licet ſub die
7. Decembris 1720. Dubio tunc propoſito, II.
*An Indultum ſuffragetur Galeatio, ſeu potius ſit
locus Sanatoriæ, ſeu Gratiæ perinde valere in caſu?*
Reſponderit *Negative*: Repropoſita tamen Cauſa
die 31. *Maii* 1721. prævio receſſu a deciſis,
111 cenſuit, *locum eſſe Sanatoriæ*, & in eodem ſenſu
perſtitit *die* 20. *Decembris* ejuſdem anni; Reſo-
lutionis autem fundamentum, ut legitur in folio
Cauſarum, quæ eidem Sacræ Congregationi de-
finiendæ proponuntur, diſtributo in præcedenti
112 *Congregatione* 6. *Decembris* in eo repoſitum fuit,
quod, *licet hodie* (ſunt verba ab eodem folio
exſcripta) *pacifica ſit opinio, quod per aſſumtio-
nem Militiæ, etiam Summi Pontificis, vacet ipſo
Jure Penſio abſque ulla monitione, juxta laudatas
authoritates, non eſt tamen adeo clarum in Jure,
quod id, quod admittitur in vera Militia Summi*
113 *Pontificis, ampliari debeat ad Equites* levis Ar-
maturæ, *qui non ſunt inſtituti ad pugnandum,
ſed ad ſimplicem Cuſtodiam Corporis Pontificii,
qui idcirco appellantur* Gentil uomini delle Guar-
die di Noſtro Signore. *In quorum themate, ſicuti*
114 *pro inducenda vacatione Penſionis erat neceſſaria
monitio, juxta Deciſionem* 270. *num.* 3. *& ſeqq.
part.* 16. *Recent. & in Romana Penſionis* 21. *Junii*
1685. *coram Rondanino. Sic ſtatim, ac monitio
fuit omiſſa, extranei remanent termini extinctio-
nis Penſionis, ita ut via aperta remaneat Sanato-
riæ, vel Gratiæ, perinde valere.*

Actum quoque fuit anno 1702. in eadem
115 Congregatione Concilii de alia Penſionis Revali-
datoria. Caſus erat, quod *Blaſius de Clementibus*,
qui ex cauſa conſervandi vocem evirari ſe fece-
rat, autumans, ab irregularitate ob dictam Cau-
ſam incurſa abſolutum remanſiſſe vigore Brevis
Conclaviſtis indulti, & per conſequens rite fuiſſe
ad primam Tonſuram abſque Apoſtolica diſpen-
ſatione promotum, contendebat proinde, valide
ſui favore translatam fuiſſe Penſionem ſcutorum
50. ſuper fructibus Menſæ Epiſcopalis *Æſin.* a
clar. mem. Cardinali *Petruccio*, cujus extiterat
Concläviſta in Conclavi, in quo ad Pontificatus
apicem evectus fuit glorioſæ, & nunquam inte-
rituræ memoriæ *Clemens XI.* Cumque Penſionis
translationem acriter impugnaret Epiſcopus, qui ju-
dicialiter quoque illius nullitatem acceptaverat,
hinc *Blaſius* eidem Pontifici ſupplicavit pro reva-
lidatione *Motu proprio* prædicta Penſionis, etiam
abſque conſenſu Epiſcopi *Æſini*; Remiſſiſque pre-
cibus pro voto ad clar. mem. Cardinalem *Panciati-
cum*, tunc Sacræ Congregationis Præfectum, &
ad bon. mem. R. P. D. *Thomatum* Secretarium,
cenſuit laudatus Cardinalis, exquirendum eſſe Vo-
tum totius Congregationis, quæ *die* 13. *Maii*
1702. Dubiis tunc propoſitis I. *An Blaſius de
Clementibus indigeat diſpenſatione, ſeu Revalida-
tione nova Penſionis?* Et quatenus Affirmative.
II. *An ſit indulgendum ex Gratia?* reſpondit —
*Si Sanctiſſimo placuerit, poſſe ſupra dictam Penſio-
nem revalidari ad Cautelam.* Quam reſolutionem
Pontifex benigne approbavit, ac Penſionem ean-
dem etiam cum terminis decurſis revalidavit *ſub
die* 29. *ejuſdem menſis Maii.*

Antequam hæc Cauſa in Sacra Congregatione
Concilii proponeretur, requiſitus de meo ſenſu a
Magnatum Ordinis Viro dicti *Blaſii* Patrono, val-
de turbidam, ac dubiam reſpondi eſſe prætenſam
Translationis nullitatem, unde probabiliter illius
revalidatio ſperari poterat, prout exitus compro-
bavit. Etſi enim ambigi non poſſet, quod *Bla-
ſius*, qui ex cauſa conſervandi vocem evirari ſe
fecerat, in irregularitatem incidiſſet, juxta magis 116
receptam opinionem, ſtylo etiam Secretariæ Bre-
vium comprobatam, de qua *Fermoſin. de Offic.
& Sacr. Eccleſ. ad cap.* 3. *de Corpor. vitiat. quæ-
ſtion.* 2. *num.* 32. *Bonacin. de Irregular. quæſtion.*
2. *punct.* 2. *num.* 34. *Leander de Irregular. tract.* 2.
diſput. 1. *quæſt.* 57. *Capon. diſceptat.* 226. *num.* 7.
Pignatell. tom. 7. *conſult.* 66. potiſſimum quia 117
tunc temporis duodecimum ætatis annum age-
bat, & per conſequens capax erat contrahendi
irregularitatem, ad quem effectum ſufficit ætas
decem annorum cum dimidio, *Narbon. de Ætat.
ad annum* 10. *cum dimidio quæſt.* 8. *Capon. diſ-
cept.* 222. *num.* 227. *in fine*, ubi refert ita reſo-
lutum.

Nihilo minus exiſtimabam ab hac irregularita-
te fuiſſe cum ipſo diſpenſatum, etiam ad effectum
ſuſcipiendi Ordines, vigore Brevis Conclaviſtis 118
a ſan. mem. *Clemente XI.* elargiri. Illud enim
tres diſpoſitiones quoad irregularitatem continet.
In prima Summus Pontifex ſanat proviſiones Be-
neficiorum per eoſdem Conclaviſtas nulliter ob-
tentorum, etiam ex capite irregularitatis; In ſe-
cunda ſanat Penſiones nulliter reſervatas tam ex
ante dictis, quam ex aliis defectibus, & diſpen-
ſat ſuper irregularitate, & inhabilitate per eos
propterea quomodolibet contracta; Et demum in
tertia diſponit, & diſpenſat, *quod, illa* (id eſt
irregularitate) *& præmiſſis non obſtantibus ad om-
nes, etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines pro-
moveri, & in illis, & in ſuſceptis per eos antea re-
cte Ordinibus miniſtrare, libere, & licite valeant.*
Cum ergo in hac tertia oratione diſpenſaverit Pon-
tifex, ut Conclaviſtæ, irregularitate non obſtante,
poſſent promoveri, & in Ordinibus antea ſuſcep-
tis miniſtrare, planum eſt intelligere, ipſum diſ-
penſaſſe tam cum promotis, quam cum promo-
vendis, & iſtos ad Ordines ſuſcipiendos habilitaſſe.

Nec ſubſiſtebat, quod mox recenſitæ orationes 119
non ſint diverſæ, ſed exſcripta verba, quæ con-
tinentur in tertia oratione, ſint poſita continua-
tive ad condonationem fructuum male percepto-
rum ob non promotionem ad Ordines. Quia dum
Summus Pontifex diſponit, quod irregularitate
non obſtante, poſſent promoveri, jam exinde de-
ducitur, quod non poterant ſtare continuative,
& dependenter a mala perceptione fructuum,
cum per iſtam nulla inducatur irregularitas,

& per conſequens nulla prorſus aderat neceſſitas
diſponendi, quod, irregularitate non obſtante,
poſſent promoveri.

Retento hoc themate, ex facto corruebant om-
nia ea, quæ pro parte Epiſcopi deducebantur ad
oſtendendam invaliditatem translationis Penſionis
ad favorem *Blaſii*, qui male fuerat ordinatus,
& contraxerat ſuſpenſionem nativam propter Or-
dines non rite ſuſceptos; Et nihilo minus inſpe-
ctionem hanc ad examen etiam revocando, exiſti-
mabam translationem fuiſſe validam; Præmiſſo
120 enim, quod irregularis valide, ſed illicite ordina-
tur, quodque etiam prima Tonſura, quæ juxta
conſtantem *Canoniſtarum* opinionem eſt vere, &
proprie Ordo, per irregularitatem non irritatur,
121 ſed tantum illicite ſuſcipitur *Caſtropal. Oper. moral.
tom. 6. de Cenſur. diſputat. 6. punct. 5. num. 1. &
ſeqq. Bonacin. de Irregular. diſputat. 6. quæſt. 1.
punct. 4. num. 1. Pax Jordan. variar. lucubrat.
tom. 1. lib. 3. tit. 6. num.* 394. Et præmiſſo itidem,
quod Irregularis primam Tonſuram, ac reliquos
122 Ordines ſuſcipiendo, non contrahit novam irregu-
laritatem, cum talis duplex irregularitas in jure ex-
preſſa non reperiatur, *Bonacin. dicto punct. 4. n. 4.
Pax Jordan. dict. lib. 3. tit. 6. n.* 393.

Agnoſcebam, communem eſſe DD. Senten-
123 tiam, quod illicite promotus, ſicuti eſt incapax
Beneficii, ita eſt incapax Penſionis, ea ratione,
quod illicite ordinatus, licet recipiat Characterem,
attamen iſte remanet inefficax, atque inutilis,
& taliter promotus, perinde habetur, ac ſi eſſet
purus laicus, juxta celebre Conſilium 189. *Ga-
briel. num. 7. & ſeqq. lib. 1. & conſil.* 181. *num.
5. & ſeqq. & conſil.* 189. *num. 5. & ſeqq. lib. 2.* &
communiter tradunt *Pariſ. de Reſign. lib. 6. quæſt.
4. num. 23. in fine, Garc. de Benefic. part. 1. cap. 5.
num. 145. & ſeqq. Gratian. diſcept.* 181. *num. 11.
Rot. deciſ.* 371. *part. 1. diverſor.* & apud *Vi-
vian. part. 1. lib. 6. cap. 1. num.* 30. quos ſequu-
124 tus eſt Inſignis Jur. Conſ. ſan. memor. Cardina-
lis *Othobonus*, poſtea Summus Pontifex ſub nomi-
ne *Alexandri VIII.* in Voto edito in Cauſa *Co-
limbrien. Penſionum* per manus *anno* 1674. tranſ-
miſſo.

Sed nihilo minus, re mature examinata, Sacra
Congregatio Concilii in dicta Cauſa *Colimbrien.*
contrariam amplexa fuit Sententiam, & cenſuit
illicite promotum, non eſſe incapacem Penſionis,
125 quia, licet ſit incapax Beneficiorum, attamen in
materia odioſa, appellatione *Beneficiorum* Penſio-
126 nes non veniunt, *Fagnan. in Cap. Ad audien-
tiam il 2. num. 97. & ſeqq. de Reſcript. Gonzal. in
Cap. Niſi num. 6. in fine, de Præbend. Paſſerin.
in Cap. 1. quæſt. 2. artic. 2. num. 374. de Conſue-
tud. in 6. Tondut. Reſolut. Beneficial. part. 2. cap.
1. §. 4. num. 8. & ſeqq. & de Penſ. cap. 64. num. 8.
Creſcent. deciſ. 14. per tot. tit. de Sent. & Re Judi-
cat.* Et quamvis non habeat illicite promotus Or-
dinis exequutionem, attamen ſufficit, quod ha-
beat Characterem, & de facto ſit ordinatus, cum
Penſio eas non ſoleat habere obligationes, quas
habent Beneficia. Innixa quoque fuit Sacra Con-
gregatio antiquis Reſolutionibus, de quibus in-
127 fra, quod, licet Homicida voluntarius ſit incapax
Beneficii, attamen non eſt incapax Penſionis. Et
huic Sententiæ adhæſit etiam clar. mem. *Card. de
Luc.* de ſuo Voto in dicta Cauſa *Colimbrien.* re-
quiſitus, ut patet ex *Diſcurſ.* 81. *de Penſion.* unde
his ſtantibus, non venit recedendum ab opinione,
quam mature, fundamentis diſcuſſis, Sac. Con-
gregatio recepit.

Et quamvis in caſu dictæ Reſolutionis *Co-
limbrien.* adeſſet bona fides tam ex parte Abbatum
promoventium, quam promotorum, in eadem
itidem bona fide, & quidem majori verſatum
fuiſſe dici poterat *Blaſium*, qui ſummo jure cre- 128
dere potuit, ſe ad Ordines habilitatum fuiſſe vi-
gore Indulti Conclaviſtis conceſſi, quod doctiſſi-
mos etiam Viros fallere potuiſſet, & cujus vi-
gore alii quoque Urbis Advocati a *Blaſio* conſul-
ti, fuerunt in ſenſu, valide, & licite ipſum fuiſſe
promotum.

Diſtinctio vero quæ proponebatur inter ſuſpen-
ſionem nativam, & ſuſpenſionem ſupervenientem 129
poſt Ordines rite, & legitime ſuſceptos ſubſiſtere
non poterat. Primo, quia fundamentalis ratio,
quod in odioſis appellatione *Beneficii* non veniat 130
Penſio, militat in utroque caſu. *Card. de Luc.
dict. diſcurſ.* 81. *num. 24. de Penſion.* Secundo, quia 131
effectus in utroque caſu eſt idem, nam ſicut ſuſ-
penſio nativa impedit exequutionem Ordinis ille-
gitime ſuſcepti, ita eadem exequutio impeditur
per ſupervenientem ſuſpenſionem, & in utroque
caſu, quando fit reſervatio, aut translatio Penſio-
nis invenitur Character ſuſpenſus, & inefficax, &
propterea merito talis diſtinctio in præfata Cauſa
Colimbrien. approbata non fuit.

Ejuſdemque irrelevantiæ mihi videbatur altera
Epiſcopi objectio, quod nempe ultro admiſſa va-
lida, & legitima *Blaſii* promotione quoad Ordi-
nes, nihilo minus remanſerat ipſe, ut prius irre- 132
gularis quoad Beneficia, & Penſiones, cum ex
diſpenſatione obtenta reſpectu unius impedimenti,
non tollatur aliud impedimentum, ſed tot requi-
runtur diſpenſationes, quot ſunt impedimenta.
Etenim quamvis de ſtylo Curiæ irregularis ſit in- 133
capax Penſionis, *Tondut. de Penſion. cap. 68. per
tot. Garc. de Benef. part. 1. cap. 5. num.* 134. *Pariſ.
de Reſignat. lib. 4. quæſtion. 3. num. 33. Bonacin.
tom. 1. de Irregular. diſput. 7. quæſt. 1. punct. 4.
num. 6. Campanil. rubric. 11. cap. 11. num. 5. Ven-
trigl. tom. 2. adnotat. 10. §. 1. num. 20. Barboſ.
de Jur. Eccleſ. lib. 3. cap. 11. num.* 46. & alii
communiter in ſtylo Curiæ ſe fundantes. Nihilo
minus Sacra Congregatio Concilii contrariam ſe- 134
quuta eſt Sententiam, ex toties allegata ratione,
quod in pœnalibus Penſio non comprehenditur ap-
pellatione *Beneficii*. Cum enim ſub ſan. mem. *Gre-
gorio XIII.* quæſtio incidiſſet, an Homicida vo-
luntarius, qui ex diſpoſitione Concilii Tridentini 135
Seſſ. 14. cap. 7. eſt incapax Beneficii, ſit etiam
incapax Penſionis? Negative fuit reſolutum, &
reſolutionem approbavit Pontifex, qui ad praxim
Cancellariæ reſpondit id per eam fieri ad majo-
rem Cautelam, ut refert *Pignatell. conſult.* 73.
num. 4. tom. 6. Card. de Luc. de Penſion. diſcurſ.
81. *num. 74. Garc. de Benefic. dict. part. 5. cap. 5.
num. 134. Suarez tom. 5. diſputat. 44. num. 34.
Tondut. dict. cap. 68. num.* 22. Quod ſi procedit
in irregularitate ex homicidio voluntario, potiori 136
ſane jure locum ſibi vindicat in aliis, quæ faci-
lius diſpenſantur, ut ponderant *Suarez*, & *Gar-
cia*, ubi ſupra. Hancque reſolutionem pluries 137
comprobavit poſtea eadem S. Congregatio, ut in
Ferrarien. 13. Februarii 1639. *& in Narnien.* 24.
Aprilis 1655. Et quamvis hujuſmodi Reſolutio-
nes non loquantur de irregularitate nativa, nihilo 138
minus, ut ſupra animadverſum fuit, ratio eſt ea-
dem, & idem eſt effectus.

Atque ex dictis tollebatur etiam altera oppoſi-
tio depromta ex Indulto transferendi Penſiones,
quo gaudebat clar. mem. Cardinalis *Petruccius*
concepto his verbis -- *Clericali Charactere ſaltem
inſignitis, aut alias Penſionum hujuſmodi capa-*

citibus

Digitized by Google

eibus -- Quoniam verba illa *Clericali Charactere*
ſaltem inſignitis potius *Blaſio* ſavebant, cum enim
ipſe abſque ullo penitus dubitandi principio Cha-
139 racterem Clericalem receperit, quamvis eſſet ir-
regularis, & minime diſpenſatus, utique erat ca-
pax Penſionis translatæ, ad quam conſequendam,
ſolus Character ſufficit. Aliaque ſubſequentia ver-
140 ba -- *aut alias Penſionum capacibus* -- nec officie-
bant *Blaſio*, qui, quomodocumque conſideretur,
erat illarum capax, ſolumque in iis verbis voluit
Summus Pontifex includere laicos, qui ex Mi-
litia Lauretana, aut alia, ſunt Penſionum ca-
paces, *Rot. deciſ.* 22. *num.* 25. *& ſeqq. & num.*36.
coram Othobon.

Hæc omnia, quamvis ſuaderent, quod *Blaſius*
non indigeret diſpenſatione, ſeu revalidatione
Penſionis, juxta primum dubium; exuberabant
ſaltem ad effectum, quod ei indulgenda eſſet ejuſ-
dem Penſionis revalidatio ex Gratia; Non enim
141 negari poterat, quod articuli eſſent valde dubii,
proindeque allegare non poterat Epiſcopus ſibi
fuiſſe jus certo quæſitum, & radicatum. Potiſſi-
mum, quia non deerant quamplurima exempla ſi-
milium Revalidationum Penſionum, de quibus
meminimus ſupra *num.* 83. *& ſeqq. & num.* 106.
& ſeqq. & ceteroquin fructus Menſæ Epiſcopalis
Æſinæ erant valde pingues, Penſio vero, de qua
agebatur, non excedebat ſcuta quinquaginta, &
Penſionarius pauper erat, & conſtitutus in ætate,
quæ ad ſenium vergebat.

Hæc latius ponderabam in dicta Cauſa *Æſina*
favore *Blaſii*, contra quem, & pro Epiſcopo ſcrip-
ſit bon. mem. *Piton.* ut ex ejus *Diſcept.* 30. *tom.* 1.
Ceterum, ubi certo conſtaret, Penſionem fuiſſe
142 nulliter translatam, vel in Laicum, vel in eum,
qui incapax eſt abſque Apoſtolica diſpenſatione il-
lam retinendi, tunc magis rigide procedendum
eſſet in indulgenda Sanatoria, quam procedi ſo-
let in ſananda Penſione nulliter ab initio reſervata,
143 quia, cum translatio ipſa Penſionis ſit exorbitans,
& odioſa, quippe, quæ prorogat ſervitutem Ec-
cleſiarum, & Beneficiorum, eamque perpetuat
poſt obitum Penſionarii, quaſi per ſpeciem hære-
ditariæ ſucceſſionis, ut contra hujuſmodi transla-
tiones exclamant *Card de Luc. de Penſion. diſcurſ.*
31. *num* 11. *diſcurſ.* 58. *num* 5. *& diſc.* 66. *num.*
8. *Tondut. de Penſion. cap.* 42 *num.* 23. *Gratian.*
diſcept. 55. *num.* 34. *Pariſ. de Reſign. quæſt.* 4. *num.*
16. *Lotter. de Re Benefic. lib.* 1. *quæſt.* 36. *num.*
113. *& ſeqq. Adden. ad deciſ* 156. *num.* 57. *part.*
4. *tom.* 3. *Recent. Rot. deciſ.* 554. *num.* 8. *coram*
Pena deciſ. 148. *num.* 6. *coram Cavalerio*, *& in*
Romana ſeu Mortuana Penſionis 9. *Aprilis* 1731.
§. *Etenim, coram Reverendiſſ. Caleagnino*, non ita
144 facile admitti debent exempla Sanationum, quia
eſſet multiplicare odia, quando ex omnium ju-
rium dictamine ea debent reſtringi, & quantum
fieri poteſt, amputari, ad *Text. in leg. Cum quidam*
ff. de Liber. & Poſthum. Cap. Odia de Regul. Jur.
in 6. *Cap. Renovantes* 22. *diſt. Spad. conſ.* 117. *n.* 2.
tom. 2. *conſ.* 79. *n.* 6. *&* 7. *tom.* 3. *Rot. deciſ.* 103. *n.*
9. *part.* 2. *cor. Verall. dec.* 100. *n.* 2. *part.* 3. *Rec.*
Pariſ. de Reſign. lib. 6. *cap.* 4. *num.* 29. *in fine.*

Servatur hujus Regulæ diſpoſitio etiam apud
145 Gallos, apud quos reſervatio Penſionis invalida
eſt, ſi non accedat conſenſus Titularis, ut referen-
do illius verba, firmat *Richard. des Penſions Roya-*
les pag. mihi 94. Redditur ab ipſo ratio præfati
146 conſenſus his verbis -- *Et ce conſentement eſt fondé*
ſur cette ancienne Règle de l'Egliſe, ut Eccleſiaſtica
Beneficia ſine diminutione conferantur -- Quæ ta-
men ratio eſt minus habens, vel quia conſenſus
Titularis non poteſt reddere validam collationem
Beneficii diminute factam; vel quis ſupponit,
per Penſionis conſtitutionem, Beneficium diminui, 147
quod erroneum eſt, ut præ ceteris tradit *Lotter.*
de Re Beneficiar. lib. 1. *quæſt.* 36. *num.* 47. Mate-
rialis enim cauſa Penſionis eſt certa quantitas pe- 148
cuniæ annuatim ſolvenda in ſubſidium Penſiona-
rii, & fructus Beneficii, ſuper quibus illa impo-
nitur, ſtant in ſimplici obligatione, non autem
in ſolutione, quemadmodum dixit idem *Lotter.*
quæſt 35. *num.* 51. *verſic. Cauſa materialis cum*
ſeqq. Atque uſus Sedis Apoſtolicæ eſt reſervare 149
Penſiones in certa quantitate pecuniæ, non autem
in quota fructuum; Imo etiamſi per hunc mo-
dum procederet, adhuc non poſſet dici Benefi-
cium ſcindi, ut apud *Bouchel. in Biblioth. Canon.* 150
verbo Penſions pag. mihi 199. ibi -- *Encore que la*
Penſion ſoit conſtituée per modum quotæ, toute
fois il ſemble que pour cela non debet dici Bene-
ficium dividi; Id enim proprie ſcindi dicitur cum
ex uno duo efficiuntur dicto Cap. Majoribus. Pen-
ſio autem Beneficium non eſt Cap. Quamvis, de
Præbend. in 6. *Moriturque Penſionario uſusfructus*
exemplo perimitur &c. Proindeque neceſſitas con-
ſenſus Titularis in Penſionis reſervatione radica- 151
tur in voluntate Papæ, & uſu; Papa enim dum
providet Beneficium de jure, & de facto vacans,
ſub una, eademque Supplicatione, & Data, uni
confert Beneficium, & alteri Penſionem, & in ea
parte, in qua petitur Reſervatio Penſionis, adjici-
tur clauſula, *cujus*, ſcilicet Titularis, *accedit aſſen-*
ſus, quæ poſtmodum in Literis repetitur, quo fit,
ut ſemper Papa ſupponit, & velit Conſenſum hunc
cauſalem, *Lotter. de Re Beneficiar. dict. lib.* 1. *quæſt.*
35. *ſub num.* 72. *&* 73.

Receptum tamen eſt in Gallia, quod Penſio-
num reſervationes, accedente etiam conſenſu Ti- 152
tularis, non admittuntur, niſi ex tribus cauſis,
cauſa nempe tranſactionis pro bono pacis, quando
lis exiſtit ſuper Beneficio, juxta Decretalem *In-*
nocentii III. in cap. Niſi eſſent 21. *de Præben.* Per-
mutationis, ad coæquandos inæquales reditus Be-
neficiorum, quæ invicem permutantur, ad trami-
tes Reſcripti *Clementis III. in Cap. Ad quæſtio-*
nes 6. *de Rerum permutat.* Et Reſignationis, ne
Reſignans nimium diſpendium patiatur, ex nota-
tis in *Cap. Super hoc* 5. *de Renunciat.* ut obſervant
Rebuff. de Pacific. Poſſeſſ. num. 110. *& in Prax. de*
Benef. par. 1. *tit. de Reſervat. Paponius Arreſt.*
lib. 3. *tit.* 5. *in Proœm. verſ. Nihilo minus*, *Duaren.*
de Sacris Eccleſ. Miniſt. lib. 6. *cap.* 4. *Cabaſut. in*
Prax. & Theor. Jur. Canon. lib. 2. *cap.* 14. *num.*
3. *Adrian. Jaſquelot. in Compendioſ. Benefic. expo-*
ſit. impreſſ. poſt Pragmat. Sanct. n. 15. *Loüet en ſon*
Recueil litt. P. cap. 30. *Gigas conſ.* 155. *num.* 1.
Azor. Inſtit. moral. part. 2. *lib.* 8. *cap.* 5. *part.* 7.
Tondut. Reſolut. Benef. par. 2. *cap.* 1. §. 14. *n.* 80. 81.
Et *Ludovicus XIV.* Galliarum Rex anno 1670. de 153
Menſe Octobris ad multos reſecandos abuſus,
quoad Penſiones ſuper Præbendis Eccleſiarum Ca-
thedralium, aut etiam Collegiatarum, aut Paro-
chialium, ſeu ſuper Beneficiis Curatis, hæc tria
edixit: Primum, ne liceat Reſignanti ſibi reſer-
vare Penſionem, niſi poſtquam integris quindecim
annis Beneficio deſervierit, aut ſaltem infirmitate
laboret, quamvis breviori tempore deſervierit, ob
quam nequeat ulterius deſervire. Secundo, ne Pen-
ſio ulla tertiam fructuum partem poſſit excedere.
Tertio, ut deducta Penſione, adhuc ſuperſit Pro-
viſo integer trecentarum librarum proventus, non
computatis in hoc emolumentis caſualibus, & de-
ductis cunctis Beneficii oneribus.

Animadvertendum tamen eſt cum *Ludovic.*
Bello conſ. 206. in prima *Concluſione*, quod in
Gallia, etiam extra tres cauſas ſupra dictas, Pen-
154 ſiones ſuper Beneficiis ad Regiam nominationem
ſpectantibus, impoſitæ, accedentibus aſſenſu Re-
gis, & approbatione Summi Pontificis, validæ,
& efficaces ſunt. Ait enim: *quamvis Penſiones*
ſuper Beneficiis in Gallia, nonniſi ex tribus cau-
ſis imponantur (quas recenſet *num.* 1.) *tamen*
extra eas cauſas in Archiepiſcopatibus, Epiſcopa-
tibus, Abbatiis, & Beneficiis ad nominationem
Regis pertinentibus, ſolet Rex in favorem eorum,
qui de ſe, & Corona bene meriti ſunt, Penſiones
aſſignare, quæ, ſi a Summo Pontifice approben-
tur, & conſtituantur, ſuum ſortiuntur effectum,
nec in dubium revocantur. Dixi, ſi in Curia Ro-
mana conſtituantur, *nam niſi Romæ confirmentur,*
ſunt invalidæ. Et Arreſto Pariſienſi ita definitum
fuit prima Decembris, referente Joanne Chenu in
addit. ad Papon. dict. tit. 5. in Proœm. circa finem;
& , cum in noviſſimis Comitiis Cleri ſupplicatum
155 *fuiſſet Regi, ne Penſiones ſuper Archiepiſcopati-*
bus, & Epiſcopatibus aſſignaret, dum locus va-
cationi adeſſet, reſpondit, ſe abſtenturum ab im-
poſitione Penſionum ſuper Archiepiſcopatibus &c.
ſi tamen id faceret ob benemerita aliquorum ex
ſuis Subditis, aut ob magnam aliquam conſidera-
tionem, ſe nolle, ut Titularis Beneficii ad eam
teneatur, niſi ea admiſſa, & approbata fuerit,
156 *per Sſſmum D. N. Papam. Quod ſi opponatur, per*
Arreſta Senatus Pariſienſis de anno 1563. *&* 11.
Aprilis 1564. *aliquas Penſiones ſuper Epiſcopati-*
bus de Noyon, & de Troye impoſitas, tanquam
abuſivas, fuiſſe caſſatas, & infirmatas: Reſpon-
detur, hoc accidiſſe, quia conſenſus Regis non ad-
fuerat; ſed Rege eam aſſignante, & Summo Ponti-
fice approbante, & imponente, certiſſimum eſt,
impoſitionem dictarum Penſionum validam eſſe,
& efficacem, ut Adden. ad Paponium cap. 6. *at-*
teſtatur, & experientia rerum Magiſtra hoc docet.
Paſſim videmus, extra illas tres cauſas, Penſiones
in Epiſcopatuum, & Archiepiſcopatuum proviſione
imponi Regis aſſenſu, & Summi Pontificis appro-
batione concurrentibus. Quod etiam innuit *Rena-*
tus Koppinus de Sacr. Polit. lib. 13. *tit.* 2. *num.* 15.
& 17. *prope finem, verſ Deinceps.*

Requiritur igitur in reſervatione Penſionis ſuper
Beneficiis Conſiſtorialibus, quæ ad Regis Chri-
ſtianiſſimi, & aliorum Regum, & Principum no-
157 minationem, ſeu præſentationem pertinent, du-
plex conſenſus, Titularium nempe, & eorun-
dem Principum, ſine quo nec Hiſpaniarum, nec
Galliarum, aliorumque Regnorum Beneficia Con-
ſiſtorialia conſueverunt Pontifices Penſionibus gra-
vare, *Richard. des Penſions Royales pag. mihi* 85.
& 95. *Bouchel. in Biblioth. verb. Penſiones pag.*
mihi 204. *num.* 5. Alter Gallus Auctor Libri,
cui titulus -- *Les Definitions du Droit Canon. im-*
preſſ. Pariſiis Anno 1679. *verb. des Penſions num.*
19. *pag. mihi* 565. *Valenzuel. conſ.* 51. *num.* 30.
Tondut. de Penſion. cap. 25. *num.* 14. 27. *&* 29.
Mandoſ. conſ. 55. *Anton. Fabric. in Introduct. ad*
Theor. & prax. Beneſ. tit. de Penſ. num. 38. *Fraſſo*
de Regio Patr. Indiar. tom. 1. *cap.* 15. *num.* 51. *&*
55. Et *Rota coram Buratt. dec.* 343. *num.* 1. ait,
quod Summo Pontifici exprimendum eſt, agi de
Jurepatronatus Regio, quia difficilius Papa ſolet
hujuſmodi Beneficia Penſionibus gravare, *Card.*
de Luc. de Penſ. diſc. 94. *num.* 8. *& diſc.* 58. Ideo-
que ſtylus eſt reſervandi Penſiones in materiis
158 Conſiſtorialibus pro Perſonis Regi gratis, & ac-
ceptis, & deinde in Literis Apoſtolicis dicitur --
Tibi, qui dicto Regi gratus, & acceptus exiſtis
&c. De jure tamen non requiri Regis conſenſum 159
in reſervatione Penſionum ſuper Beneficiis Re-
gio Patronatui ſubjectis, ex ratione, de qua ſu-
pra *num.* 12. tradunt *Frances var. reſolut. cap* 16.
num. 58. *&* 108. *Mandoſ. conſ.* 55. *ſub num.* 22. *&*
ſeqq. & num. 28. *in fine.*

Et nedum in reſervatione Penſionis, dum Be-
neficium de Jurepatronatus Regio confertur, Re- 160
gis conſenſus requiri conſuevit, verum etiam in
caſu, quo, Beneficio pleno, de conſenſu Titu-
laris Penſio ſuper eo imponitur, prout vidi plures
ad praxim deductum, & prælertim in novem
Penſionibus de conſenſu Epiſcopi reſervatis ſu-
per fructibus Eccleſiæ *Tiraſonen.* de Jurepatro-
natus Regis Hiſpaniarum anno 1718. *Nono Ka-*
lend. Junii, Pontificatus ſan. mem. Clementis XI,
anno 18. Legebatur enim in Literis Apoſtolicis
ſuper Reſervatione dictarum Penſionum clauſula --
per Blaſium Epiſcopum, cujus, & Philippi Regis
ad hoc expreſſus accedit aſſenſus.

Inſuper requiri Regis conſenſum, etiam in trans-
latione Penſionis impoſitæ ſuper Beneficio Con- 161
ſiſtoriali, ad ejuſdem Regis nominationem, ſeu
præſentationem ſpectantis, contendit *Richard.* in
libro, Gallico Idiomate ſcripto *des Penſions Roya-*
les pag. 97. ibi -- *Mais le Pape n'accorda la ſigna-*
ture de Translation, que ſur le conſentement du
Roy; cela paroit dans l'Arrêt du Conſeil du 11.
Decembre 1623. *confirmatiſ de cette translation,*
qui en fait mention expreſſe, dans les qualités --
Et confert exemplum ſub *Innocentio X.* Nam
die 22. *Septembris* 1657. *Joannes Antonius de*
Herbas obtinuit a Sancta Sede facultatem trans-
ferendi Penſionem 93. *Ducat. &* 12. *Regalium*
ſuper Menſa Epiſcopali *Oſcen.* ſibi reſervatam,
ad favorem *Ignatii* ejus Fratris abſque conſenſu
Titularis, de conſenſu tamen Regis Catholici.

Verum, nec hoc caſu Regis conſenſus neceſ-
ſarius videtur; Siquidem, ut diximus ſupra *num.*
58. translatio Penſionis non eſt nova ſervitus, 162
quæ Eccleſiæ, ſeu Beneficio imponitur, ſed pro-
rogatio ſervitutis jam impoſitæ, cum Penſio trans-
lata, ſit eadem Penſio, quæ antea reſervata fue-
rat, adeo ut Eccleſia per tranſlationem Penſionis
novo onere non gravetur, *Rocc. diſput. Jur. ſe-*
lect. tom. 2. *cap.* 192. *num.* 16. *& ſeq.* & in eadem
Cauſa pro veritate conſultus, reſpondit *Card. de*
Luca de Penſionibus diſc. 58. *num.* 4. *Rota dec.*
307. *num.* 1. *circa med. part.* 3. *Recent.* Et ſic
ſervatum fuit ſub *Clemente VIII.* Nam clar. mem. 163
Cardinalis *Columna* Penſionem, quam obtinebat
ſuper fructibus Eccleſiæ Archiepiſcopalis *Saler-*
nitan. ad nominationem Regis Neapolitani ſpe-
ctantis, tranſtulit, nullo intercedente Regis con-
ſenſu, ut refert *Aponte in Tract. MS. de Regio*
Exequatur Cap. 17.

Quemadmodum nec Regis conſenſus requiri-
tur in Indulto retinendi Penſionem in ſtatu Con- 164
jugali per Penſionarium a Sede Apoſtolica ob-
tento, quia Papa per hujuſmodi diſpenſationem
non reſervat novam Penſionem, ſed removet ob-
ſtaculum illud, quod operatur, ne Penſionarius
poſt contractum Matrimonium retinere poſſit Pen-
ſionem, quæ obſtaculi remotio ante extinctio-
nem, non dicitur nova Gratia in præjudicium Pa-
troni, *Roc. dicta diſput.* 192. *num.* 25. *Card. de*
Luc. dicto diſc. 58. *num.* 8. *Rot dec.* 307. *num.* 1.
part. 3. *Recent.* Multoque minus requiritur Regis 165
conſenſus pro Gratia reſervationis Penſionis in ulta
promoto ad Epiſcopatum, ut late probat *Valen-*
zuel. conſil. 51. *à num.* 21. *cum pluribus ſeqq.*

Addit

Addit idem *Richard. dicta pag. 95. a num.*
15. quod in Penſionibus, quæ ad Regis Chriſtia-
niſſimi inſtantiam ſuper Beneficiis ad ejus nomi-
nationem ſpectantibus, a Papa reſervantur, Ti-
tularis conſenſus duplici modo præſtatur: *Il y*
166 *conſent en deux manieres, par l'acceptation qu'il*
fait de ſon Brevet de Nomination, qui ne lui eſt
accordé qu'a ee la charge expreſſe de la Penſion;
& par la Procuration qu'il eſt enſuite obligé de
paſſer pour conſentir devant le Pape à ce qu'elle
167 *ſoit reſervée.* At in Beneficiis inferioribus, cum
ſub una, eademque Supplicatione, & *Data* fiat
proviſio Beneficii, & reſervatio Penſionis, con-
ſenſus cauſalis Titularis eo ipſo juſtificatur, quod
ipſe velit, nolit, cogitur ſub eadem Supplicatio-
ne literas expedire, cum in individuis, veluti
168 eſt Reſcriptum Principis, non poteſt dari pro
parte conſenſus, & pro parte diſſenſus, & multo
magis ex uſu ejuſdem Supplicationis inducitur
approbatio, *Lotter. de Re Benefic. dict. lib. 1. quaſt.*
35. ſub num. 73. & ſeqq.

169 Regis autem conſenſum in reſervatione Penſio-
nis ſuper Beneficin ad illius nominationem per-
tinente, intercesſiſſe, ſatis probatur ex illis verbis
Literarum Apoſtolicarum, videlicet quod *expreſ-*
ſus Regis acceſſit aſſenſus. Summo enim Pontifici
aſſerenti, & ita principaliter diſponenti, ac ſu-
per hoc conſenſu Regio ſe fundanti, creden-
dum utique eſt, vel ſaltem Literæ hujuſmodi ve-
hementem faciunt præſumtionem contra tertium,
etiam non ſubditum; nec præſumendum eſt, Of-
ficiales ad id deputatos admiſiſſe illam clauſu-
lam, *quod expreſſus Regis acceſſit aſſenſus*, niſi
de eo illis conſtitiſſet, *Mandoſ. conſ. 55. num.*
26. & 27. Card. de Luca de Penſ. diſc. 94. num.
170 8. *§. Tertio.* Et de aliis modis, quibus probatur,
Patroni conſenſum intercesſiſſe, conſule *Tondut.*
de Penſ. cap. 25. num. 15. Card. de Luca dict.
diſc. 94. a num. 8.

Concludit tandem dictus *Richard*, eodem
171 *Tract. des Penſions Royales pag. 99. & ſeqq.* quod
reluctante etiam Titulari, quandoque Literæ Apo-
ſtolicæ ſuper nominatione Regia ad Penſiones
expediuntur, ibi -- *S'il s'eſt quelque fois trouvé*
des Titulaires, qui n'ayent pas voulu donner leur
conſentement à ces ſortes de Penſions, le Conſeil
n'a pas laiſſé que de paſſer outre, & de confirmer
les Bulles, & Brevets du Roi. Nous en avons
de nos jours un fameux exemple, dans la perſon-
ne de feu Madame Jeanne Baptiſte de Bourbon
Abbeſſe de Fontevrault: le Roi lui aſſigna une
Penſion de 400. livres ſur l'Abbaye de Releeq.
a la charge d'obtenir un Brevet du Pape, qu'il
fit lui même demander; Jamais Diſpenſe ne fut
attaquée avec plus de force: le Titulaire de l'Ab-
baye refuſa ſon conſentement pour la création de
cette Penſion. Cela n'empêcha pas qu'elle ne fut
créée malgré lui; Comme il vit, qu'il n'avoit
plus de moyen pour s'empêcher de la payer, il en
porta ſes plaintes dans l'Aſſemblée générale du
Clergé, qui ſe tenoit alors. L'affaire fut miſe
en délibération, & l'intervention du Clergé fut
arretée par le ſuffrage commun de tous les Prélats;
les Etats de Bretagne où eſt l'Abbaye, qui repre-
ſentoient pour ainſi dire tout le peuple, formérent
auſſi leur intervention; Mais le Conſeil n'y eut
point d'egard: il confirma cette Penſion, & mit
hors de Cour ſur l'appel comme d'abus interjetté par
le Titulaire par les Agens Généraux du Clergé de
France, & par les Etats de Bretagne.

Verum paulisper ſubſiſtendum circa dicti Au-
172 ctoris aſſertiones; Habeo hac in re plures ſcripturas
tam Pariſiis, quam Romæ diſtributas, ut oque
enim in loco fuit diu, multumque negotium diſ-
cuſſum, nec in controverſiam venit Titularis con-
ſenſus, ſed de ſola capacitate Perſonæ, cui Pen-
ſio reſervanda erat, diſceptatum eſt; Nominavit
Rex ad Penſionem ſuper Abbatia N. N. Abbatiſ-
ſam, ac inſuper Superiorisſam Generalem totius
Ordinis *Fontis Ebraldi* in Gallia, eodem tempo-
re, quo ad eandem Abbatiam nominavit Abba-
tem *de Fuqueres.* Acceptavit is nominationem ita
qualificatam, & ex hac ſola acceptatione ejus con-
ſenſus *cauſalis* pro reſervatione Penſionis orie-
batur, ut diximus; Conſenſum vero *formalem* ad
effectum, ut Literæ Penſionis expediri poſſent,
per biennium denegavit, tandem coactus illum
præſtare, non abnuit, ſed novum obicem in-
jecit. Incapacem eſſe Fœminam, quantumvis
Religioſam, & Abbatiſſam, conſequendi Pen-
ſionem ſuper Beneficio Clerico Seculari in Com-
mendam aſſignatam, profeſſus eſt. Res diu diſ-
cuſſa in Magno Regio Conſilio; Sed ejus *Arreſto*
controverſia omnis, Papæ arbitrio commiſſa fuit
decidenda.

Diſtulit Gratiam *Innocentius X.* mandavitque
exempla exquiri; Sed eo interim mortuo, reaſ-
ſumta eſt diſputatio ſub *Alexandro VII.* ſuper
dictæ Abbatiſſæ capacitate, vel incapacitate. Con-
ſtituebat illa fundamentum ſuper Regis nominatio-
ne, ſuper conſenſu reſervationi Penſionis præſtito
ab Abbate *de Fuqueres*, & ſuper exemplis, quæ
aderant de ſimilibus Penſionum reſervationibus 173
favore Fœminarum, tam in Regno Franciæ,
quam in Portugallia; Siquidem Abbatiſſa Mo-
naſterii S. Petri Civitatis *Rhemenſis* Penſionem
obtinuit ſcutorum millium ſuper fructibus non-
nullorum Monaſteriorum, quæ in Commendam
obtinebat Cardinalis *Guiſius* Archiepiſcopus *Rhe-*
menſis. Anno 1622. ad Regis Chriſtianiſſimi no-
minationem Penſio Auctoritate Apoſtolica reſer-
vata fuit Abbatiſſæ *de Barte* ſuper fructibus Men-
ſæ Epiſcopalis *Cadurcen.* Et anno 1648. *Martha*
de Havvert, Monialis Profeſſa Monaſterii S. Cla-
ræ, accedente Regis conſenſu, obtinuit ad ſui
favorem reſervari Penſionem Librarum 600. ſuper
Prioratu de *Monte*, quem *Nicolaus de Liras*, Mo-
nachus profeſſus Ordinis *Ciſtercienſis* reſignaverat
ſub expreſſa conditione reſervationis Penſionis
præfatæ.

In Portugallia itidem ſan. mem. *Paulus V.*
anno 1620. Penſionem ducatorum 300. ſuper fru- 174
ctibus Parochialis Eccleſiæ *de Aſumar Portale-*
gren. Diœceſis, reſervavit favore *Ludovicæ*, &
Beatricis de Alencaſtre. Ab *Innocentio X.* per
Breve ſub *Annulo Piſcatoris die 21. Aprilis 1654.*
reſervata fuit annua Penſio biſcentum millium
Rey Monetæ Portugalliæ ſuper Præceptoria S. Ma-
riæ *de Redinha Colimbrien.* Diœceſis, favore *Ma-*
riæ de Noronha, & Caſtro. Idemque Pontifex in-
dulſit *Franciſca Mariæ de Souſa* Puellæ nobili
Ulixbonenſi, ut ſua vita durante frui poſſet fructi-
bus, reditibus, & proventibus S. Mariæ de *Tano*
Egitanen. necnon *S. Joannis de Mazagar*, &
aliarum Commendarum Militiæ *Jeſu Chriſti*, ut
ex Brevi ſub *Annulo Piſcatoris 7. Maii 1654.*

Et demum propriam capacitatem obtinendi
Penſiones, ex eo præſertim ſuadere conabatur Ab- 175
batiſſa, quod ubi Penſio reſervatur ob merita Per-
ſonæ, Mulier etiam laica meritis pollens, capax
eſt Penſionis, *Gambar. de Offic. Legat. lib. 6. ſub*
num. 180. *& ſeqq.* ibi -- *Quæritur, an Mulieres*
ſint capaces Penſionis: ſolve: Illius, quæ datur
propter merita ſunt capaces, aliàs non --; Penſio

176 enim, quæ non aſſignatur in titulum, ut eo ſit
loco Beneficii Eccleſiaſtici inſtar poſſeſſionum, quæ
olim concedebantur Clericis bene meritis, ad *text.*
in Cap. Poſſeſſiones 16. *quæſt.* 5. ex indole propria,
eſt quid mere temporale, nil ſpiritualitatis ha-
bens, illiuſque capax eſt Laicus, quemadmodum
in Cap. Quamvis 4. *de Præben. in* 6. dixerunt *Ar-*
chidiac. num. 2. *poſt med.* ibi -- *Nam Penſionem po-*
teſt etiam Laicus habere, ut ex illo Cap. manife-
ſte colligitur -- Jo. Andr. in addit. ad Gloſſ. verb.
in Penſion. Geminian. n. 2. *in fine, & Franc. num.*
2. *in* 20. *notabil. ac in Cap. Ad audientiam* 31 *de*
Appellat. Bald. num. 3 ibi -- *Penſio de ſui natura*
non cenſetur Eccleſiaſticum Beneficium, cum Lai-
co aſſignari poſſit -- Abb. num. 2. *verſ. Sed non*
eſt, Felin. num. 5. *verſ. Et dicit Bald. hic, Card.*
in Clem. 2. *quæſt.* 9. *num.* 7. *verſ. Unde Laicis de*
Offic. Ordinar. Imol. in Clement. 1. *num.* 18. *verſ.*
Sed de fructibus de Reb. Eccleſ. non alienan. Rebuff.
de Pacific. poſſeſſ. num. 132. *Gigas de Penſ. quæſt.* 4.
ante num. 1. *conſ.* 113. *num.* 4. *conſ.* 120. *num.* 5.
conſ. 139. *num.* 2. *& conſ.* 145. *num.* 4. *verſ. Tamen,*
Duaren. de Sacr. Eccl. Miniſt. ac Beneſ. lib. 6. *cap.*
4. *verſ. Annua hujuſmodi.*

A fortiori igitur capax erit hujuſmodi Penſio-
177 nis Generalis Antiſtita Ordinis approbati a Sede
Apoſtolica, quæ non ſolum dicitur Perſona Ec-
cleſiaſtica, verum etiam capax Beneficiorum, quæ
non conferuntur ob Miniſterium adnexum Ordi-
ni Clericali, ex quo *Azor. Inſtit. moral. part.* 2.
lib. 6. *cap.* 2. *quæſt.* 1. *& Pax Jord. tom.* 1. *de Be-*
nef. lib. 6. *tit.* 15. *num.* 1. *& infra*, deſumunt inca-
pacitatem Mulierum ad obtinendum ipſa Beneficia
Eccleſiaſtica, quæ conferuntur ob gradum, &
Ordinem Clericalem.

Nec, uti ſubjungebatur, ulla in reſervatione
178 Penſionis, de qua agitur, conſiderari poterat ir-
rationabilitas, quæ prorſus eliſa remanebat ex eo
quod reſervatio petebatur ex juſtiſſima cauſa ſup-
petias ferendi Antiſtitæ *Capitis Ordinis*, & ſangui-
nis Regii, non valenti ex redititibus ſuorum Mo-
naſteriorum valde diminutis ob bellicas calamita-
tes ferre onera eis incumbentia, ſtatumque ſuum
condecenter ſuſtinere; Cumque Sedes Apoſtolica
179 approbaverit Inſtitutum Ordinis præfati, *Baron.*
Annal. tom. 12. *ann.* 1117. *pag. mihi* 121. *Aubert.*
Miræus de Stat. Relig. Chriſtian. lib. 1. *cap.* 61.
ac de Origin. Monaſt. lib. 2. *cap.* 10. *Claud. Robert.*
in Gall. Chriſtiana tit. de Abbat. lit. F. verb. Fons
Eberaldi, Tambur. de Jur. Abbat. tom. 2. *diſp.*
24. *quæſt.* 5. *num.* 20. congruit etiam, ut neceſſi-
tatibus illius aliunde ſuppetias ferat de Theſauro
Eccleſiæ.

Contra vero Abbas, & totus Clerus interce-
180 debat pro Gratiæ hujus denegatione; Cleri no-
mine ad Cardinalem *Corradum* Pro-Datorium
Epiſcopus *Montiſpeſſulanus* literas dedit die 30.
Junii 1656. rogabatque, ne hoc perniciosum
exemplum induceretur in præjudicium Cleri, qui
omnem lapidem movebat, ut Laicis aſſignatæ
Penſiones tollerentur; quod Gratia uni conceſſa,
pro aliis etiam notæ inferioris poſſet trahi in exem-
plum; quod a quadraginta annis nunquam tam
exorbitans conceſſa Gratia; quod adducta exem-
pla aut ſubreptitia erant, aut abuſiva; nec ex-
pedire dicebatur, ut inter Acta Cleri Gallicani
ad perpetuam Poſterorum memoriam regiſtrare-
tur, quod, non obſtantibus precibus, requiſitio-
nibus, inſtantiis, ac exceptionibus a Clero oppo-
ſitis, Summus Pontifex fecerit *una coſa nuova,*
così ſtrana, e così perniciosa a tutta la Chieſa.

Itaque, ut in re tanti momenti, & inter Col-
litigantes adeo qualificatos (agebatur enim de 181
Gratia petita ab Abbatiſſa filia *Henrici* Magni,
& Amita Regis, Rege, & Regina protegenti-
bus ex una, & de tam inſigni Clero contradi-
ctore parte ex alia) cum ea, qua decebat, ma-
turitate procederetur; deputata fuit in Urbe Con-
gregatio particularis Virorum doctrina, & virtute
præſtantium, ipſius ſcilicet Cardinalis *Corradi*
Pro Datarii, nec non Prælatorum *Farneſii, Picco-*
lominei, Fagnani, de Rubeis, & Armindi Riccii
Sub-Datarii, qui *die* 19. *Septembris* 1656. poſt
exactam meritorum diſcuſſionem cenſuerunt, D.
Abbatiſſam *de Bourbon* Generaliſſam Monaſterii, 182
ſive Ordinis *Fontis Eberaldi*, tanquam Mulierem,
non eſſe incapacem Penſionis ſuper fructibus Mo-
naſterii Virorum, ad cujus Commendam a Rege
Chriſtianiſſimo fuerat nominatus Abbas *de Fugue-*
ret. Verum non expedire, quod reſerventur Pen- 183
ſiones ad favorem Fœminarum in Gallia, præſer-
tim contradicente Clero, ſed poſſe reſervari ad
favorem Monaſterii Monialium, durante vita ali-
cujus ex eis, etiam ſuper Monaſteriis commen-
datis, ſeu eorum fructibus, & tutius eſſe, quod
reſerventur ad favorem Monaſterii ad certum
tempus, nulla facta mentione Monialis contem-
platæ, quodque Supplicatio in *Leonen.* jam ſigna-
ta pro Monaſterio, *durante vita Abbatiſſæ*, re-
laxetur. Supplicatio autem ſic erat concepta --
Leonen. Penſio quatuor mille Librarum ſuper Mo-
naſterio in Commendam per Franciſcum conſentien-
tem obtento, pro Monaſterio Fontis Eberaldi, cui
præeſt Joanna Baptiſta de Bourbon, ad ejus vitam
duratura ad ſubveniendum neceſſitatibus ſecundi di-
cti Monaſterii de conſenſu Regis die 30. *Decem-*
bris 1655.

Atque in hunc ſenſum reſcripſit ad Epiſcopum
Montiſpeſſulani Cardinalis *Corradus*, datis Literis 184
21. Octobris 1656. quarum minutam ejus propria
manu correctam, vidi his verbis conceptam --
Ho differito di riſpondere alla lettera di V. S.
Illuſtriſſima, per avviſarle nell' iſteſſo tempo la ri-
ſoluzione, che Noſtro Signore, ſentite le ragioni
di ciaſcuna parte, aveſſe fatta, prima della quale
ha voluto Sua Santità intendere anco il parere d'u-
na Congregazione de' primi, e più intendenti Pre-
lati di queſta Corte, li quali nelle correnti influ-
enze non ſi ſono potuti radunare prima di Giovedì
proſſimo paſſato; E con eſatta diſcuſſione della ma-
teria, fu concordemente riſoluto, ch' eſſendo la Gra-
zia della Penſione, di cui ſi tratta, riſervata ſopra
li frutti, o rendite delli Monaſterj commendati a
Preti Secolari, conceſſa al Monaſtero, e Monaſte-
rj, delli quali Madama di Bourbon è Abbadeſſa
Generale, per ſovvenimento de' biſogni, ne' quali
ſi trovano per il tempo della vita d'eſſa, non è
contraria alli Sagri Canoni, nè induttiva d'eſem-
pio pernicioſo, anzi più toſto pia, e caritativo,
mentre parte di quelle entrate ſi convertono ad tem-
pus in elemoſine, e ſovvenzione di Perſone Reli-
gioſe, conſegrate a Dio, e per conſeguenza ceſſano
li motivi oppoſti; onde ſpero, che coteſti Signori, li
quali ſono non ſolamente ſtimati, ma ſingolarmente
amati dalla Santità Sua, ne reſteranno ſodisfatti.

Hic fuit exitus Cauſæ exemplaris, magna ani-
morum contentione per quinquennium, & ultra
diſceptatæ; ex qua patet, conſenſum tum cauſa- 185
lem, tum formalem Abbatis in diſputationem
non veniſſe, ſed utrumque præſuppoſitum fuiſſe;
difficultate dumtaxat ante expeditionem Litera-
rum vertente ſuper capacitate Perſonæ, cui reſer-
vata fuerat Penſio, quæque Cauſa cum ſolido, ac
prudentiali temperamento finita eſt.

Innixum

Innixum fuit hujuſmodi temperamentum nonnullis exemplis Penſionum a ſan. mem. *Sixto V.*
186 & *Paulo V.* reſervatarum favore Monaſteriorum ad vitam Monialium contemplatarum. San. me. *Sixtus V.* die 26. Aprilis 1589. in Proviſione Eccleſiæ *Jadren.* decrevit, ut ſequitur -- *Et inſuper eadem Sanctitas Sua Motu proprio voluit, & decrevit, quod dictus Marcus Antonius electus teneatur ſolvere ſingulis annis centum quadraginta quatuor ſcuta monetæ de juliis decem pro ſcuto in duabus ſolutionibus, pro una videlicet in B. Joannis Baptiſta, & altera medietatibus dictorum 144. ſcutorum in D. N. J. C. Nativitatis Feſtivitatibus Monaſterio Monialium S. Luciæ in Silice nuncupat. de Urbe, ad vitam honeſtarum Puellarum, Lucretiæ, Lauræ, & Columbinæ filiarum Jacobi Strambuli Laici, ex Regno Cypri oriundi, & donec ipſæ Puellæ, & earum qualibet in eodem Monaſterio permanſerint, pro ipſarum Puellarum alimentis, & quoad voluntatem, & Decretum, eadem Sanctitas Sua ſola præſentis Contra cedulæ ſignatura &c.* -- Similiter *Paulus V.* ſub die 19. Martii 1612. in proviſione Eccleſiæ *Bracharen.* reſervavit Penſionem 500. ſcutorum Monaſterio Monialium Smi Sacramenti *Ulixbonen.* Ordinis *Prædicatorum* ad viginti annos dumtaxat, & elapſis viginti annis hujuſmodi, ſi *Philippa* Monialis dicti Monaſterii tunc ſupervixerit, ad vitam ejuſdem *Philippæ* duraturam, pro illius religioſis, & honeſtis uſibus.

CONSTITUTIO

Sanctiſſimi Domini Noſtri

BENEDICTI

PAPÆ XIV.

Qua prohibentur Reſignationes Beneficiorum cum Reſervatione Penſionis, & pacto eam caſſandi.

BENEDICTUS

EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

IN ſublimi Beati Petri Cathedra, Divina diſpenſatione, licet immerentes, collocati, gravi dolore conſtringimur, quoties conſiderationis noſtræ oculos convertimus ad præſtantiorem Dominici Gregis partem, hoc eſt ad Eccleſiaſticum Cœtum, eumque conſpicimus vel pravis moribus, vel indecoris actibus dehoneſtari; Non enim ignari ſumus, quanta ſit inde in Populis corruptionis timenda pernicies, ſi ſal, unde cetera condiri debent, evanuerit.

Pervenit quidem ad aures ſollicitudinis noſtræ, non raro contingere ſolere, ut quidam Clerici in minoribus, vel majoribus Ordinibus conſtituti, aut ſola Eccleſiaſtica Tonſura decorati, Beneficia, ſeu Officia ſimplicia, vel cum onere reſidentiæ poſſidentes, aliis reſignent, annua ſibi Penſione ſub Apoſtolico Beneplacito reſervata, inito eodem tempore pacto cum Reſignatario caſſandi, & abolendi dictam Penſionem repræſentata pecunia, nempe factis quibuſdam anticipatis ſolutionibus pecuniarum ad eam ſummam, quæ ad abolitionem, & extinctionem prædictæ Penſionis, vel potius ad palliatam ipſius Beneficii venditionem nefarie perficiendam, expreſſa inter Partes conventione, ſtabilita fuit. Et quoniam profani iſti Beneficiorum diſtractores non ignorant, ſi hujuſmodi improba pacta Datariæ Apoſtolicæ noſtræ Miniſtris, aut Nobis, vel Pro-Datario noſtro, vel a Nobis, aliiſque Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus admitterentur, ut circumſpectam eorundem Datariæ Apoſtolicæ Officialium, & Noſtram, aliorumque Pontificum vigilantiam fallerent, callida malorum hominum improbitas hanc perditionis viam, & rationem excogitavit: Arcano, & clandeſtino pacto inter Reſignantem, & Reſignatarium ad penſionem caſſandam, & extinguendam, conventa pecuniæ quantitate, eaque quandoque etiam depoſita apud publicum Mercatorem, ſeu menſam argentariam, unitim, ac ſimul expediri curant Bullam Reſignationis Beneficii, & alteram Penſionis reſervatæ ſuper eodem Beneficio favore Reſignantis; ita tamen, ut prope eodem, vel non multo poſt tempore, quo Supplicationi pro reſervatione Penſionis ſolita Data apponitur, alia Supplicatio ſubſcribatur, ſeu ſignetur pro caſſatione, atque extinctione ejuſdem Penſionis per anticipatas, ſeu anticipandas ſolutiones facienda, nulla mentione facta de præcedenti abominanda conventione, & ſimoniacam labem redolente pacto, quo Beneficii Reſignatio in occultam ipſius Beneficii venditionem execrabili transformatione commutatur.

Cum autem hujus generis pacta improba, reprobata, damnata ſint, & Gratiæ hujuſmodi caſſationis, ſeu extinctionis Penſionis, tanquam ſubreptitiæ, & doloſa calliditate obtentæ, & quæ, rei veritate, & totius negocii ſerie expreſſa, nunquam a Sede Apoſtolica conceſſæ fuiſſent, nullæ, irritæ, ac inanes ſint, & in maximum Animarum eas fraudulenter impetrantium damnum, ac detrimentum tendant, & præterea ſcandalo ſimplicibus, & bonis abominationi, & pluribus æterno exitio ſint: Siquidem Gratiarum hujuſmodi impetratores, qui Eccleſiaſtica Beneficia tali infami mercatu negotiantur

potius,

potius, quam reſignant, non ſolum graviſſimo peccato, quod præ oculis habere deberent, animas ſuas illaqueant, ſed inſuper palam apud omnes in Populo non ſine infamia Eccleſiaſtici Ordinis execrantur, & contemnuntur; Et ſi pro aliis Beneficiis obtinendis ad Datariam Apoſtolicam accedere auſi fuerint, tanquam Beneficiorum venditores male audiunt, & publice redarguuntur; cum ſtatim ipſis ab eorum competitoribus opponatur Reſignatio facta cum caſſatione Penſionis per anticipatas, ſeu anticipandas ſolutiones, hoc eſt, indigna Beneficii jam antea obtenti negotiatio, & clandeſtina ſub ambagibus, & fraudulentis conventionibus deteſtanda venditio.

Nos igitur hoc execrabile malum, quo non leve Eccleſiaſtico Ordini dedecus, & infamiæ nota inuritur, prout neceſſitas, & paſtorale munus poſtulat, coercere in futurum volentes, & longe a Sanctuario Dei profanam hujuſmodi abominationem removere, Motu proprio, ac certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſtatuimus, & declaramus, omnia hujuſmodi pacta, & conventiones pro caſſatione, ſeu abolitione Penſionum, per anticipatas, vel anticipandas ſolutiones contemporanee ad Reſignationes Beneficiorum cum reſervatione Penſionis per quaſcumque Perſonas quavis dignitate, honore, ac præeminentia inſignitas inita, tanquam a Sacris Canonibus, & Apoſtolicis Conſtitutionibus improbata, & ſimoniacam labem redolentia, nulla, caſſa, ac irrita eſſe; & omnes caſſationes, abolitiones, & extinctiones Penſionum hujuſmodi, quas in poſterum intra ſex menſes a die captæ poſſeſſionis Beneficii per Reſignatarium computandos, fieri contigerit, etiamſi nullum præcedens pactum interveniſſe inter Partes probari poſſit, & caſſatio prædicta ſecuta ſit vigore Supplicationis manu noſtra, vel Romani Pontificis pro tempore ſignatæ, quam nullatenus, tanquam per ſubreptionem, & fraudes obtentam, neque in judicio, neque extra ad ullum effectum eis ſuffragari volumus, irritas, nullas, & inanes eſſe, ac omnibus viribus, ac effectu vacuas, & quatenus opus ſit, motu, ſcientia, & deliberatione ſimili, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore præſentium damnamus, revocamus, annullamus, caſſamus, & abolemus, & inſuper tam Reſignantem, quam Reſignatarium ab omni jure Beneficii decidiſſe, eoſque ipſo facto abſque alia declaratione, vel Judicis ſententia privatos, & ad alia obtinenda inhabiles eſſe, ac fore, & a quocumque Beneficium hujuſmodi, tanquam de jure, & de facto vacans, impetrari poſſe; Et præterea Reſignantem ad reſtituendas pecunias pro caſſatione Penſionis hujuſmodi indebite, & ſimoniace perceptas, quæ arbitrio Ordinarii erunt piis locis applicandæ, vel pauperibus Perſonis diſtribuendæ, ſub peccato gravi teneri, & Eccleſiaſticis remediis, ac pœnis, ſi renuat, ipſo jure, abſque alia ſententia, & declaratione cogi poſſe, motu, ſcientia, & poteſtate pari decernimus, & declaramus.

Et quoniam multa malitia hominum eſt in terra, ut omnis aditus fraudibus, & dolis, quos perverſa nonnullorum calliditas, & in exitium ſui ingenioſa excogitare conſuevit, quoad fieri poteſt, intercludatur, volumus, præcipimus, & declaramus ſub hac noſtra voluntate, conſtitutione, & diſpoſitione comprehendi omnes, & ſingulas ceſſiones, ſeu translationes in ipſum Reſignatarium, aut in aliam Perſonam commodi, ſeu utilitatis percipiendi fructus Penſionum hujuſmodi, nec non alias quaſcumque ceſſiones, translationes, reſignationes, extinctiones, abolitiones quovis modo, titulo, nomine, colore, & auctoritate per anticipatas ſolutiones, ſeu repræſentata pecunia, factas intra dictum tempus ſex menſium, & etiam ultra id temporis ſpatium, dummodo reprobum illud, & deteſtabile pactum præceſſiſſe conſtiterit.

Mandamus præterea, & jubemus, eaſdem præſentes literas perpetuo firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, & nullo unquam tempore ſub quovis colore, & prætextu, etiam defectus noſtræ intentionis, impugnari poſſe: Sicque & non alias in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac prædictæ S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Apoſtolicæ præfatæ Nuncios, alioſque quoslibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obſtantibus Reſignantium, ſeu Cedentium voluntatibus, conditionibus, proteſtationibus, & clauſulis in ipſiſmet Reſignationibus, & Ceſſionibus, ſeu Procuratorum conſtitutionibus, & Mandatis, ac alias etiam ad præſervationem ſuorum jurium, & ſignificationem, quod non aliter, nec alio modo reſignant, ſeu cedunt appoſitis, & quacumque verborum vi, formula, & multiplicatione, & amplitudine expreſſis; nec non quibuſvis Indultis, Privilegiis, & Gratiis Apoſtolicis tam generalibus, quam particularibus, quantumvis ſpeciali mentione, & nota dignis, quibuſcumque Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Superioribus, & inferioribus Eccleſiarum Prælatis, etiam S. R. E. Cardinalibus, ac eorum, & noſtris Familiaribus continuis Commenſalibus, nec non Literarum Apoſtolicarum Scriptoribus, Abbreviatoribus, ceteriſque Romanæ Curiæ Officialibus conceſſis, & confirmatis, ceteriſque contrariis quibuſcunque.

Ceterum, ut facilius præſentes Literæ omnibus innoteſcant, & nemo prætextu illarum ignorantiæ excuſari poſſit, jubemus, eaſdem ad valvas Eccleſiæ Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque generalis in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, aliiſque locis ſolitis, & conſuetis, ut moris eſt, publicari, earumque exempla affigi: Volumuſque, eas ſic publicatas, omnes, & ſingulos perinde afficere, & obligare, acſi illis ipſis fuiſſent ſingulariter intimatæ. Exemplis quoque prædictis, etiam impreſſis, manuque Notarii publici, & ſigillo Prælati Eccleſiaſtici, vel ejus Curiæ obſignatis, eandem prorſus fidem adhiberi, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtri Decreti, Conſtitutionis, declarationis, annullationis, infirmationis, prohibitionis, interdicti, ac voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo primo, quarto Kalendas Septembris, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

CON-

CONSTITUTIO

Sanctiſſimi Domini Noſtri

BENEDICTI

PAPÆ XIV.

Qua ceſſiones commodi exigendi fructus Beneficiorum prohibentur.

BENEDICTUS

EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

UNIVERSALIS Eccleſiæ cura, quam inſcrutabilis Divinæ Sapientiæ, atque bonitatis altitudo humilitati noſtræ committere dignata eſt, inter ceteras ſollicitudines exigit etiam, ac poſtulat, ut diligenter invigilemus, oe Clerici Eccleſiaſticis Beneficiis, quæ e liberali Eccleſiæ manu acceperunt, abutentes, eorum reditus non ſine aliorum Fidelium ſcandalo inconſulta prodigalitate diſperdant, ſed tanquam boni diſpenſatores ita adminiſtrent, ut & vitæ ſuæ neceſſaria provideant, & pauperum inopiæ, & Eccleſiarum neceſſitatibus ſuccurrant.

Relatum eſt ad aures noſtras, quoſdam Clericos Eccleſiaſticis Beneficiis cum onere, vel ſine onere reſidentiæ proviſos turpibus, ut plurimum ex cauſis impulſos, annuos eorumdem Beneficiorum redditus, quos, donec viverent, percipere poſſent, unico actu alienare ſub nomine cedendi commodum, ſeu utilitatem percipiendi fructus eorumdem Beneficiorum, quos alteri, quoad vixerint, vendunt, recepta pecunia ad eam ſummam, & quantitatem, quam ipſi, habita ratione eorum ætatis, & corporis valetudinis, durante vita, veriſimiliter conſequi potuiſſent. Cum autem iſti improvidi Clerici inſtar illius prodigi filiifamilias, de quo io Evangelio ſcriptum eſt: cum ſubſtantiam ſuam a Patre recepiſſet, totam ſtatim conſumſiſſe luxurioſe vivendo, & deinde, facta ſame valida, coactum eſſe vivere de ſiliquis immundorum animalium; pia Eccleſiæ ſubſidia, & Eccleſiaſticos proventus in ſuas explendas cupiditates improbo hujuſmodi contractu profundant; multa hinc, & gravia mala, ut experientia ipſa compertum eſt, evenire ſolent. Nam primum non leve dedecus Eccleſiaſtico Ordini inuritur, & grave reliquis Fidelibus ſcandalum generatur, dum vident, Eccleſiaſticas pecunias, quæ ſunt vota Fidelium, booa pauperum, patrimonium Chriſti, in pravos uſus inſumi, vel provida profuſione diſſipari, quæ ab Eccleſiaſticis, tanquam probis diſpenſatoribus, in ſolamen pauperum, & Eccleſiarum reſtaurationem impendi deberent. Propterea ſæpe hujuſmodi Clerici ad ſummam rediguntur egeſtatem, ut ſe ſuſtentare poſſint, vel indecore non ſine infamia Clericalis gradus mendicant, vel indignis quæſtibus, & negociis operam præbent; Eccleſiam autem, & Eccleſiaſticas res quodam modo averſantur, quaſi fraudati mercede, vel ſtipendiis ſuis, quæ nullius culpa, ſed ſolum vitio, & flagitiis ſuis amiſerunt; Ideo Eccleſiaſtica munera, vel nunquam, vel negligenter obeunt, Divinam pſalmodiam, ſi ad eam in publicis Eccleſiis ratione ſuorum Beneficiorum teneantur, frequenter omittunt, vel oſcitanter perſolvunt, Eccleſiaſticos cœtus non frequentant, animarum ſalutem non curant, Divina faſtidiunt, mundana ſectantur.

Vnlentes igitur hanc improbam conſuetudinem, & non ferendam pravitatem, qua non mediocriter Clericalis Ordinis ſama minuitur, & honor conculcatur, Eccleſiæ autem debito ſervitio, pauperes opportunis ſubſidiis, & Sacræ Ædes neceſſariis reparationibus, & ornamentis fraudantur, penitus abolere, Motu proprio, ac certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudioe omnibus Clericis quacumque dignitate, præeminentia, honore, & privilegio inſignitis interdicimus, & prohibemus, ne in poſterum audeant ſub nomine alienandi utilitatem, & commodum percipiendi fructus, vel alio quovis titulo, prætextu, & colore vendere, ac diſtrahere ſuorum reſpective Beneficiorum reditus, & proventus, vel ad vitam, vel in longum tempus recepta ab Emptore per unam, vel pluries ſolutiones pecuniarum quantitate, quam ipſi Beneficiati per ejuſdem temporis, vel vitæ ſpatium probabiliter conſequi potuiſſent, ſub pœna excommunicationis, & nullitatis actus, ſeu contractus, & omnium inde cooſecutorum, aliiſque pœnis inflictis, præſcripeis, & ſtatutis contra alienantes bona Eccleſiæ, quas rurſus hic contra eoſdem Clericos ſic contrahentes renovare, ac ſtatuere intendimus, & volumus. Et ioſuper ad uberiorem cautelam, & quateous opus ſit, omnes hujuſmodi contractus, quos in futurum fieri contigerit, motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtate ſimili damnamus, reprobamus, caſſamus, irritamus, & annullamus, eoſque nullos, caſſos, ac irritos decernimus, & declaramus, illoſque ſuis auctoribus, tanquam invalidos, caſſos, irritos, atque inanes, viribuſque, & effectu ab initio vacuos, neque in judicio, neque extra ad ullum effectum ſuffragari debere, neminemque ad eorum obſervantiam obligari, etiam ſi pluries juramento firmati, &

vallati

Digitized by Google

vallati ſint, ſed nullum inde jus cuicumque, aut actionem, vel titulum etiam coloratum poſſidendi, aut præſcribendi per quodvis longiſſimum temporis ſpatium acquiri unquam poſſe, pariter præcipimus, & jubemus.

Decernentes, eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque nullo unquam tempore impugnari, & retractari poſſe, ſed ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, inviolabiliter obſervari: Sicque, & non aliter in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac prædictæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis Apoſtolicæ præfatæ Nuncios, alioſve quoslibet, quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obſtantibus quibuſcumque privilegiis, indultis, conceſſionibus, & gratiis Apoſtolicis tam generalibus, quam particularibus, quantumvis ſpeciali mentione, & nota dignis, quibuſcumque Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis ſuperioribus, & inferioribus Eccleſiarum Prælatis, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, ac eorum, & noſtris familiaribus continuis commenſalibus, nec non Literarum Apoſtolicarum Scriptoribus, Abbreviatoribus, ceteriſque Romanæ Curiæ Officialibus conceſſis, & confirmatis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Ut autem facilius præſentes Literæ omnibus innoteſcant, & nemo prætextu illarum ignorantiæ excuſari poſſit, jubemus, eaſdem ad valvas Eccleſiæ Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum, nec non Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque Generalis in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe, aliiſque locis ſolitis, & conſuetis, ut moris eſt, publicari, earumque exempla affigi: Volumuſque, eas publicatas omnes, & ſingulos perinde afficere, & obligare, ac ſi illis ipſis fuiſſent ſingulariter intimatæ: Exemplis quoque prædictis etiam impreſſis, manuque Notarii publici, & ſigillo Prælati Eccleſiaſtici, vel ejus Curiæ obſignatis eamdem prorſus fidem adhiberi, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtri decreti, conſtitutionis, declarationis, annullationis, infirmationis, prohibitionis, interdicti, ac voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo primo, quarto Kalendas Septembris, Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

REGULA XLVI.

De Ingreſſu Religionis.

ITem non dentur Literæ ſuper Beneficiis vacaturis per ingreſſum Religionis, niſi Profeſſio præceſſerit Datam deſuper petitionis.

ARGUMENTUM.

REgula hæc edita tempore, quo vigebant expectarivæ ad Beneficia, eſt hodie ſuperflua, unde deleri ab ipſa deberent verba illa -- *Super Beneficiis vacaturis per ingreſſum Religionis* -- earumque loco adiici -- *Super Beneficiis illorum, qui Religionem ingrediuntur* -- cum Beneficia præfata, hodie non impetrentur, niſi ſub narrativa ſequutæ Profeſſionis, quia de jure, poſt illam, & non antea vacant, & quomodo ad effectum hujuſmodi vacationis probetur, Profeſſionem fuiſſe ſequutam? Expleta per Novitium Beneficii reſignatione in manibus Ordinarii, hic ab illius collatione abſtinere debet, donec ſequuta fuerit Profeſſio; Quin imo reſignatio Beneficii etiam ante ingreſſum in Religionem, ſed illius intuitu, & contemplatione facta, evaneſcit, ſi Profeſſio non ſequatur; Requirit itidem Reſignatio Beneficii, quæ a Novitio expletur ſolemnitates a Concilio Tridentino *Seſſ. 25. cap. 16. de Regularib.* præſcriptas. Per ingreſſum Coadjuti in Religionem non fit favore Coadjutoris ſucceſſioni locus, niſi ſequuta illius Profeſſione, quemadmodum, nec ante eam per ſolum ingreſſum Coadjutoris in Religionem ceſſat ejuſdem Officium. Durante vero Probationis anno, Novitius, illos Beneficii fructus ſuos facit, quos in abſentia percipere poteſt Beneficiatus, & ſi Canonicatum obtineat, an vocandus ſit ad electionem? Profeſſio tamen, niſi valida ſit, Beneficii vacationem non inducit, prout nec eam præ ſe fert Profeſſio emiſſa in articulo morris, quæ pro Indulgentiis, aliiſque Gratiis ſpiritualibus tantummodo ſuffragatur, unde ſi Novitius convaluerit, Religionis votis non

remanet

remanet obſtrictus, niſi Novitiatum confecerit, novamque emiſerit Profeſſionem. Beneficia obtenta ab Alumnis Societatis Jeſu, an vacent per ſola vota ſimplicia, quæ ab ipſis emittuntur completo probationis biennio, ſeu potius per ſolemnem profeſſionem, aut, poſtquam in gradum Coadjutorum admittuntur? Et quid dicendum de Beneficiis obtentis a Militibus Ordinum Militarium Calatravæ, Sancti Jacobi &c. necnon Sancti Joannis Hieroſolymitani, an eorum vacatio oriatur per Profeſſionem, quæ ab iiſdem in dictis Ordinibus emittitur?

SUMMARIUM.

1 *Regula quid diſponit?*
2 *Et quomodo priſcis temporibus concepta erat?*
3 *Prodiit ante Concilium Tridentinum, tempore, quo concedebantur Expectativæ ad Beneficia.*
4 *Hinc hodie non videtur eſſe amplius in uſu.*
5 *Proindeque deleri deberent a Regula verba illa--* ſuper Beneficiis vacaturis per ingreſſum Religionis.
Earumque loco apponi-- ſuper Beneficiis illorum, qui Religionem ingrediuntur. *ibid.*
7 *Provisus a Papa de Beneficio, tanquam vacante per ingreſſum Religionis, quid in Supplicatione narrare debeat?*
8 *Et quomodo illa concipiatur?*
9 *Beneficium non vacat per ingreſſum Beneficiarii in Religionem, ſed per Profeſſionem expreſſam, vel tacitam ab eo emiſſam* & n. 6.
10 *Diſpenſatus ad obtinendas Penſiones*; poſtquam habitum Regularem ſuſceperit, *an cogi poſſit in Literis expediendis addere*, & expreſſam Profeſſionem emiſerit, *ſi expreſſio hæc in Supplicatione non legitur?*
11 *Beneficia non vacant per ingreſſum Religionis, etiam Novitiis ipſis volentibus.*
12 *Et facta a Novitiis renunciatione Beneficiorum, ſuſpendenda eſt eorum collatio, donec ſequatur Profeſſio.*
13 *Expleta ante Profeſſionem Beneficiorum collatione, hæc nulla eſt, nec per ſubſequentem Profeſſionem convalidatur.*
14 *Renunciatio Beneficii facta ante ingreſſum in Religionem, ſed illius intuitu, & contemplatione, evaneſcit, ſi Profeſſio non ſequatur.*
15 *Et quomodo dicatur facta Beneficii reſignatio intuitu, & contemplatione ingreſſus præfati?*
16 *Reſignatio Beneficii a Novitio facta non ſubſtinetur, niſi ſervata fuerit forma præſcripta a Tridentino* Seſſ. 25. cap. 16. de Regularib.
17 *Amplia, etiam ſi mandatum ad reſignandum dederit nondum Religionem ingreſſus, dummodo tempore præſtiti per Procuratorem conſenſus, in Novitiatu degat. Et de ratione.*
18 *Coadjuto Religionem ingreſſo, non fit favore Coadjutoris ſucceſſioni locus, niſi poſt Profeſſionem ab eo emiſſam.*
19 *Coadjutor, ſi durante probationis anno habitum Regularem dimittat, admittendus eſt ad Coadjutoriam, ut prius.*
Et ſi interim mortuus fuerit Coadjutus, ſuccedit in Beneficio. ibid.
20 *Durante probationis anno, Novitius ſuos facit illos Beneficii fructus, quos Beneficiatus in abſentia percipere poteſt.*
21 *Canonicus effectus Novitius, an ſit vocandus ad electionem faciendam a Capitulo.* Remiſſive.
22 *Ante Profeſſionem non vacant Beneficia, etiam ſi prorogetur ultra probationis annum.*
23 *Beneficia non vacant per Profeſſionem, niſi hæc valida ſit.*
Et detecta nullitate Profeſſionis, Beneficium ſuum recuperat Beneficiarius.
24 *Profeſſione nulliter emiſſa, & poſt aliquot Menſes ratificata, Beneficium vacat a die Profeſſionis, non ratificationis.*
25 *Per Profeſſionem in articulo mortis a Novitio emiſſam Beneficia non vacant.*
Et ita reſolutum a Sac. Congregatione Concilii. num. 29.
26 *Profeſſio dicto tempore emiſſa proficua ſolum eſt pro Indulgentiis, aliiſque Gratiis ſpiritualibus lucrandis.*
27 *Sed quoad alios effectus valida non eſt.*
28 *Qui in articulo mortis Profeſſionem emiſit, ſi convaleſcat, non obſtringitur Votis Religionis, niſi Novitiatum conficiat, novamque emittat Profeſſionem.*
30 *Beneficia obtenta a Profeſſis Societatis Jeſu non vacant per ſola Vota ab ipſis emiſſa expleto biennio Probationis, ſed poſt ſolemnem Profeſſionem, aut poſtquam in gradum Coadjutorum admiſſi fuerunt.*
Ex præſcripto tamen Societatis, completo probationis biennio, antequam Vota ſimplicia emittant, tenentur Beneficia, quæ obtinent reſignare. n. 32.
31 *De tribus Claſſibus Religioſorum, qui dantur in Societate Jeſu.*
33 *Milites Militiæ Calatravæ S. Jacobi &c. non ſunt veri Religioſi.*
Et ſecluſo ſtylo Datariæ ſunt capaces Beneficiorum ſecularium, abſque Apoſtolica Diſpenſatione.
34 *Per Profeſſionem in dictis Militiis emiſſam, Beneficia non vacant.*
35 *Vacant tamen per Profeſſionem emiſſam in Militari Ordine S. Joannis Hieroſolymitani.*
36 *Militibus Sancti Joannis Hieroſolymitani indulgere quandoque ſolet Sedes Apoſtolica, ut Beneficia ſecularia obtinere poſſint.*
37 *Et de Decreto, quod apponi ſolet in hujuſmodi Indultis.*
38 *Officia vacabilia Romanæ Curiæ non vacant per profeſſionem Regularem.*
39 *Profeſſio ad effectum Regulæ, ex quibus probetur?* & n. 40. ſeqq.

DIſponit hæc Regula, quod non dentur Li- 1
teræ ſuper Beneficiis vacaturis per ingreſ-
ſum Religioni, niſi Profeſſio præceſſerit Datam
petitionis; Et antiquitus concepta erat his verbis,
niſi ille ideſt ingreſſus, *præceſſerit Datam petitio-* 2
nis, ut adnotavit *Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 15. n.
46. Lotter. de Re Benefic. lib. 3. quæſt. 36. n. 27.*
Emanavit Regula ante Concilium Tridentinum
tempore, quo dabantur *Expectativæ* ad Beneficia, 3
& ideo concedebantur paſſim Gratiæ ſuper Benefi-
ciis vacaturis per ingreſſum Religionis, quæ tunc
non vacabant, ſed ſupponebantur vacatura Profeſ-
ſione ſequuta; Proptereaque non eſt amplius in uſu 4
poſt Concilium, quod ſuſtulit conceſſiones ad Be-
neficia vacatura *Lotter. loco citat.* & hac ratione
exiſtimarem, delenda eſſe a Regula verba illa--*ſu-* 5
per Beneficiis vacaturis per ingreſſum Religionis--
earumque loco dicerem--*ſuper Beneficiis illorum,*

6 *qui Religionem ingrediuntur* -- quod magis convenit
Literæ, *Text. in Cap. Beneficium, de Regular. in 6.*
ubi Sedes hujus materiæ.
7 Itaque, cum quis providetur à Papa de Benefi-
cio, tanquam de vacante ex hoc capite, narratur
in Supplicatione non ſolum ingreſſus in Religio-
nem, ſed etiam, quod Beneficii poſſeſſor Profeſ-
ſionem emiſerit, *Lotter. dict. libr. 3. quaſt. 26. nu.*
8 29. & concipitur Supplicatio hoc modo videli-
cet -- *Ex eo quod dictus N. Ordinem S. Franciſci
&c. ingreſſus anno probationis elapſo, in eo Pro-
feſſionem emiſit Regularem, per emiſſionem Profeſ-
ſionis hujuſmodi, aut alias certo alio modo vacet*
9 *&c.* -- Et in hoc Regula concordat cum jure com-
muni, ad cujus tramites Beneficium non vacat
per ingreſſum in Monaſterium, aut ſuſceptionem
habitus, ſed per Profeſſionem expreſſam, aut ſal-
tem tacitam, ut habetur in *dict. Cap. Beneficium,
de Regular. in 6.* eique inhærendo firmant commu-
niter *Lotter. dict. lib. 3. quaſt. 26. n. 8. & plurib.
ſeqq.* ubi, quod vacat ipſo jure, *Gonzal. ad Regul.
8. Cancellar. gloſſ. 15. num. 4. Adden. ad Gregor.
deciſ. 382. Wagnarec. in Jus Canon. tit. de Præ-
bend. & Regul. Cancellar. in Exegeſ. in hanc Regul.
Garc. de Beneſ. part. 11. cap. 9. n. 1. & ſeqq. Ko-
chier hic n. 6. Barboſ. de Jur. Eccleſ. univerſ. lib.
3. cap. 14. n. 3. Caſtropal. Oper. moral. tom. 2. tract.
13. diſputat. 6. punct. 286. & ſeqq. pag. mihi* 436.
Ventrigl. in Prax. tom. 2. adnot. 3. §. 1. a n. 6. cum
aliis, quos plene congerit *Murga de Beneſic. quaſt.
9. n. 35.*
Sed in fraternizantibus terminis ſingularis caſus
10 contigit olim in Rota diſputandus. Fuerat *Marti-
nus* a Sede Apoſtolica diſpenſatus ad obtinendas
Penſiones, *poſtquam habitum per fratres Milites
Calatravæ ſuſceperit*, ut legebatur in Supplicatio-
ne: Contendebat altera pars, ut in Literis expe-
diendis adderetur -- *Et in eadem expreſſam Profeſ-
ſionem emiſerit* -- cenſuit *Rota cor. Penia deciſ.* 487.
hæc ultima verba addenda non eſſe. Tum quia in
Supplicatione non continebantur. Tum ex *Nota-
bili Cancellaria*, in quo notabatur, in Proviſioni-
bus Apoſtolicis non eſſe neceſſarium exprimere illa
verba *expreſſe profeſſum*, niſi ſtylus aliter ſuaderet,
aut niſi ageretur de Gratia, in qua, ut ſortiretur
effectum, neceſſarium eſſet, quod Regularis eſſet
expreſſe profeſſus, ſecus vero in Gratia, in qua
diſpenſabatur cum Milite non profeſſo, qui lato ſo-
lum vocabulo dici poterat Religioſus, ut latius in
dict. Deciſ. cor. Penia, in cujus §. *finali* reſervatur
decidendus articulus, an Papa intellexerit de Mili-
te profeſſo, quia expeditio Literarum ſub prædicta
forma non impediebat, quin indagaretur, qualis
fuerit Papæ intentio.
Ex dictis autem in præcedenti §. plura dedu-
11 cuntur. Et primo, quod Novitii Beneficia non
vacant per ſolam habitus ſuſceptionem, etiam ip-
ſo volente, & reſignante, itaut ſi reſignatio fue-
rit admiſſa per Ordinarium, collatio Beneficii erit
12 ſuſpendenda, donec ſequuta fuerit Profeſſio, ut,
quidquid in contrarium dixerit *Garc. de Beneſ.
part. 11. cap. 9. n. 24. & ſeqq.* bene tradit *Fagnan.
in Cap. Statuimus num. 15. & ſeqq. de Regular.*
ubi quod hæc eſt opinio quæ non ſolum eſt ve-
rior, ſed æquior, *Kochier in hanc Regul. nu. 13.
Lotter. de Re Beneficiar. dict. quaſt. 26. num. 45.
Ventrigl. dict. tom. 2. adnotat. 3. §. 9. Barboſ. dict.
cap. 14. num 3.* cum aliis apud *Paſſerin. de Stat.
Homin. tom. 5. quaſt. 189. artic. 10. inſpect. 5. nu.
70. pag. mihi 583. Rot. deciſ. 543. ſub n. 4. part. 2.*
13 *Recent.* Et ſi Beneficium alteri conferatur, colla-
tio eſt nulla, nec convalidatur per ſubſequentem
Profeſſionem, ut proſequitur *Paſſerin. loco citat.
num.* 80.
Quæ concluſio locum ſibi vindicat, nedum in
Novitio reſignante, ſed etiam in eo, qui intuitu,
& contemplatione ingreſſus in Religionem, ante- 14
quam eam ingrediatur, & nulla de tali ingreſſu
facta mentione, Beneficium alterius favore in ma-
nibus Pontificis reſignet. Si enim Profeſſio non ſe-
quatur, evaneſcit reſignatio, & Reſignans reinte-
grari debet ad Beneficium reſignatum, ut latiſſi-
me probat *Rot. in Ferrarien. Canonicatus 1. Julii
1697. fere per tot. coram Pio*, ubi etiam examina-
tur, an, & quando dicatur facta Beneficii reſigna- 15
tio intuitu, & contemplatione ingreſſus in Religio-
nem, & in ejus confirmatoria 5. *Martii* 1698. *co-
ram eodem, & 3. Aprilis* 1699. *coram clar. mem.
Card. la Tremoille*, & in eadem Cauſa ſcribens,
Piton. Diſcept. 6. per tot.
Quinimo reſignatio Beneficii per Novitium fa-
cta non ſuſtinetur, niſi ſervata fuerit forma a Con- 16
cilio Tridentino præſcripta *Seſſion. 25. cap. 16. de
Regular.* quam locum ſibi vindicare, etiam in
renunciationibus Beneficiorum, reprobato *Gar-
cia* firmant *Fagnan. in dicto Cap. Statuimus num.
18. de Regular. Kochier hic numer. 11. & ſeqq.
Pariſ. de Reſignat. lib. 3. quaſt. 13. a numer. 4.
Piton. Diſcept. 6. numer. 13. & ſeqq. Ventrigl.
in Prax. part. 1. adnot. 46. §. Unico num. 8. Ricc.
in Prax. part. 3. reſolut. 365. numer. 3. Sanchez
de Præcept. Decalog. libr. 7. cap. 5. numer.* 38.
cum aliis penes *Rotam in dicta Ferrarien. Cano-
nicatus 1. Julii §. Abſque eo coram Pio, & 5. Mar-
tii §. Abſque eo quod obſtare, coram eodem, & 3.
Aprilis §. Nec denique, coram clar. mem. Card. de
la Tremoille.*
Id, quod procedit, quamvis tempore exarati 17
Mandati ad reſignandum, Reſignans nondum ha-
bitum Regularem ſuſceperit, ſed tamen eſſet in
Novitiatu tempore conſenſus præſtiti per Procu-
ratorem, quia, cum conſenſus Reſignationem per-
ficiat, iſte ſi præſtetur tempore Novitiatus, ſervan-
dæ erunt ſolemnitates a Concilio præſcriptæ, *Pi-
ton. dicta diſcept. 6. num. 26. Rot. in dicta Ferra-
rien. Canonicatus 1. Julii 1697. §. finali*, 10. *Ja-
nuarii* 1698. *§. Potiſſimum, & 5. Martii* 1698. *cor.
eodem.*
Quod diximus de Reſignatione procedit etiam 18
in Coadjutoria, quæ durante Novitiatu non ceſſat;
Hinc, quemadmodum non fit ſucceſſioni locus fa-
vore Coadjutoris, niſi poſtquam Coadjutus Pro-
feſſionem emiſerit. Ita ſi Religionem ingrediatur
Coadjutor, & durante probationis anno ab ea egre-
diatur, admittendus erit, ut prius ad Coadjutoris 19
munus exercendum, & ſi interim mortuus ſit Co-
adjutus, ad plenam Beneficii poſſeſſionem, *Giova-
gnon. conſil. 88. per totum.*
Durante vero probationis anno ſuos facit Novi-
tius Beneficii fructus, illos nempe, qui a Benefi- 20
ciatiis percipi poſſunt in abſentia, ut communiter
tradunt Canoniſtæ in *Cap. Beneficium, de Regu-
lar. in 6.* ubi *Franc. num. 2. Archidiacon. nu. 4.
Murga de Beneſic. quaſt. 3. num.* 1068. *Kochier
hic num.* 10. *Garc. de Beneſic. part. 11. cap. 9.
num. 28. Ventrigl. in Prax. tom. 2. adnot. 3. §.
Primo num. 9. in fine*, cum aliis penes *Paſſerin.
de Stat. homin. dict. quaſt. 189. artic. 10. inſpect.
5. num. 75. & ſeqq.* in quibus dat nonnullas am-
pliationes, & limitationes, *Caſtropal. Oper. mo-
ral. tom. 2. tractat. 13. diſput. 6. punct. 2. §. 7.
num. 5.* ubi diſputat de jure Electionis, an nempe,
ſi Canonicus fiat Novitius, vocandus ſit, & admit- 21
tendus ad electionem, ſeu collationem faciendam
per

Google

per Capitulum, cum electio, & nominatio nume-
rentur inter fructus Beneficii; quod etiam expendit
Murg. de Beneſic. quæſt. 3. n. 1068.

22 Secundo deducitur, quod ſi Novitiatus proroge-
tur ultra annum, & profeſſio differatur, adhuc Be-
neficia non vacant, niſi poſtquam ſequuta fuerit
Profeſſio, *Caſtropal. dict. tract. 13. diſput. 6. punct.
2. n. 3. & 4. Paſſerin. ubi ſupra n. 72.*

Tertio, ut Beneficia vacent per Profeſſionem,
23 hæc debet eſſe valida, adeout ſi Beneficiatus ſit
nulliter profeſſus, ſive ex defectu ætatis, ſive me-
tus, ſive interruptionis anni Novitiatus, poſtquam
Profeſſio eſt declarata nulla, recuperabit ſuum Be-
neficium, *Lotter. de Re Beneſic. dict. cap. 26. n. 32.
& ſeqq. Ventrigl. dict. §. 1. n. 8.* ubi ſubdit, quod ſi
24 quis Profeſſionem nulliter emiſerit, & poſt aliquot
Menſes illam ratificaverit, Beneficium non cenſe-
tur vacaſſe tempore ratificationis, ſed Profeſſionis,
quæ tanquam principium trahit in ſe finem, itaut
ratificatio retrotrahatur.

25 Sic etiam non vacant Beneficia per Profeſſionem
in articulo mortis emiſſam, cum talis Profeſſio non
26 ſit proficua, niſi pro Indulgentiis conſequendis, &
pro Gratiis ſpiritualibus, ideoque ſimiles Profeſſio-
27 nes non eſſe validas, nec Monaſterium in bonis
ſic profeſſi ſuccedere, reſolutum fuit a S. Congre-
gatione Concilii in *Carpentoraten. 14. Junii 1642.*
& in una *Ordinis S. Franciſci Minorum Obſer-
vantiæ 20. Maii 1649.* & in *Neapolitana 14. Mar-
tii 1705.* & firmant *Fagnan. in Cap. Sicut ſub nu.
33. de Regular. Barboſ. de Epiſcop. part. 3. alleg.
101. n. 34. de Marin. variar. reſolut. 138. nu. 9.
& 10. Card. de Luc. de Dot. diſcurſ. 167. nu. 40.
& de Regular. diſcurſ. 40. n. 13. Sperell. dec. 16.
n. 24. Pignatell. conſult. 357. per tot. tom. 1. Mo-
nacell. in Formular. tom. 2. pag. 92. nu. 13. Paſſe-
rin. de Stat. Homin. tom. 3. quæſt. 189. n. 172. Tam-
dut. Reſolut. Beneſic. cap. 64. nu. 1. Ricc. in Prax.
part. 2. reſolut. 493. per tot.* Receptumque eſt,
28 quod ſi ille, qui ſic profeſſus eſt, convaluerit, non
obligatur votis Religioſis, niſi Novitiatum confe-
cerit, novamque emiſerit Profeſſionem, ut late in
dicta Cauſa *Neapolitana* ſcribens *D. Urſaya in li-
bello de livellis Monial. cap. 3. §. Unico pag. 111.
& ſeqq. Bordon. de Profeſſ. Regular. cap. 6. quæſt.
18. n. 52. Sperell. deciſ. 16. n. 24.* & in terminis
29 vacationis Canonicatus reſolutum fuit ab eadem
Sacr. Congregatione Concilii in *Toletana 12. Maii*
1685. his verbis -- *Dubium vacationis Canonicatus.
Auguſtinus de Vitta Vincentio Canonicus Toletanus
in extremis laborans devotionis ergo ſolemniter
profeſſus eſt Religionem Carmelitarum in manibus
Prioris Conventus Toletani ejuſdem Ordinis, & poſt
aliquot dies defunctus, ac in Eccleſia dicti Conven-
tus more aliorum Religioſorum ſepultus fuit, hinc
audito Reverendiſſimo Sub-Datario, & infraſcrip-
tum Dubium ab hac Sacra Congregatione reſolvi
aſſerente quæritur* -- An Canonicatus vacaverit, &
vacare dicatur per Profeſſionem? -- *Sacra &c.* Reſ-
pondit *Negative.*

Quarto, in terminis Profeſſorum Societatis Je-
30 ſu, per ſola Vota ſimplicia Scholaſticorum ab ip-
ſis emiſſa expleto probationis biennio, non va-
cant Beneficia, neque Penſiones, ſed requiritur,
quod emittant ſolemnem Profeſſionem, aut quod
in gradum Coadjutorum admittantur, *Caſtropal.
dict. punct. 2. §. 7. n. 7. pagin. 437. & eodem tract.
13. diſputat. 1. §. 10. ſub num. 8. Ricciull. de Ju-
re Perſon. extra Grem. Eccleſ. exiſten. lib. 8. cap.
9. num. 2. Bertachin. Vot. deciſ. 52. num. 6. Pani-
moll. deciſ. 53. adnot. 4. n. 29.* cum aliis apud *Pi-
31 ton.* poſt hæc ſcripta editum *diſcept. 126. n. 11. &*

præcedenti *numer. 7.* diſtinguit tres Claſſes Reli-
gioſorum, qui dantur in Societate Jeſu, *Novar.
in Summ. Bullar. part. 2. Comment. 75. num. 3. &
ſeqq. Barboſ. in Cap. Beneficium n. 3. de Regular.
in 6. & de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 41. nu. 193. &
lib. 3. cap. 14. num. 5. Capon. diſcept. 152. n. 20.
& ſeqq. de Luc. de Penſion. cap. 13. num. 8. & ſeqq.
Ventrigl. in Prax. tom. 2. adnot. 3. §. 1. n. 10. Paſ-
ſerin. ubi ſupra num. 73. Adden. ad Buratt. deciſ.
39. n. 10. & ſeqq. Rot. deciſ. 78. per tot. cor. Mar-
tin. Andr.* Verum tamen eſt, quod ex præſcripto
Societatis in Congregatione *Generali 5. Can. 59.* 32
completo probationis biennio, priuſquam Vota
ſimplicia præfata emittant, tenentur illius Alumni
Beneficia, quæ prius habebant, reſignare, unde
vacant ex vi ſupradictæ Reſignationis, & non aliun-
de, *Caſtropal. d. n. 7. in fine, Capon.* ubi ſupra *Paſſe-
rin. dict. n. 73. Adden. ad Burat. dict. dec. 39. litt. D.
in fine, Sanchez ad Præcept. Decalog. lib. 7. cap. 4.
n. 7. in fine, Pellizar. in Manual. tom. 1. tract. 3. cap.
4. nu. 50. in fine, Piton. dict. diſcept. 126. n. 12.*

Quinto, cum Milites Calatravæ S. Jacobi &c. 33
non ſint veri Religioſi, & præciſo ſtylo Datariæ
capaces exiſtant Beneficiorum ſecularium, ut de-
claravit *Sacra Congregatio Concilii de anno 1600.
& 23. Auguſti 1636.* & firmant *Garc. de Benef.
part. 1. cap. 4. n. 16. Barboſ. de Epiſcop. part. 2.
allegat. 12. num. 46. Alter de Cenſur. tom. 1. lib.
5. diſput. 16. cap. 1. Dian. Tract. 2. de dub. Regu-
lar. Reſolut. 64. verſic. Adde,* & diximus in *Com-
ment. in Regul. XLIII. de Commend.* Hinc per
Profeſſionem emiſſam in Ordinibus præfatis Bene- 34
ficia non vacant. Licet aliter ſit dicendum, quoad
Equites Hieroſolymitanos, qui ſolemnem emit- 35
tunt Profeſſionem, *Caſtropal. ubi ſupra dicto §. 3.
n. 2. Barboſ. de Jur. Eccleſ. univerſal. lib. 3. cap.
14. ſub n. 3.* Pluries tamen elargitum vidi a Sede
Apoſtolica Equitibus præfatis Hieroſolymitanis 36
Indultum retinendi Beneficia ſecularia, non obſtan-
te Profeſſione ſolemni per eos emiſſa. Apponitur
tamen in dicto Indulto Decretum præſervativum 37
ſtatus ſecularis Beneficii, quod nempe ante emiſ-
ſionem profeſſionis per Inſtrumentum publicum
declaretur, Beneficia præfata non eſſe Regularia,
ſed vere ſecularia, nullumque jus competere dictæ
Militiæ, alias Gratia nulla ſit, quodque in caſu
vacationis illa omnino Clerico ſeculari, ut prius,
conferri debeant, & diximus etiam in *Comment. in
Regul. XLIII.*

Sexto, Regula tantummodo locum ſibi vindicat
in Beneficiis vere Eccleſiaſticis, quæ propter in-
compatibilitatem cum ſtatu Regulari vacant ipſo
jure, ſecus vero quoad Officia Romanæ Curiæ,
quæ non vacant per Profeſſionem Regularem, ut 38
late reſolutum fuit in *deciſ. 818. cor. Coccin.* repetit.
deciſ. 543. part. 2. Rec. & tradit *Cardin. de Luca
de Offic. Vacabil. diſcurſ. 13. n. 8. & de Regularib.
diſcurſ. 2.*

Sed quomodo ad effectum hujus Regulæ probe-
tur Profeſſio? Dic, ſufficere ſemiplenam probatio- 39
nem per famam, quando Profeſſus ipſe non con-
tradicit, cum de nullo, aut ſaltem modico præju-
dicio agatur. *Lotter. dict. quæſt. 26. n. 30. & ſeqq.*
& ſupponitur *in deciſ. 382. coram Gregorio.* Se-
cus eſt, quando Profeſſio deducitur per modum 40
objecti contra eum, qui reperitur in ſtatu ſecula-
ri, tunc enim requiritur perfecta, & concludens
probatio, *Card. de Luc. de Beneſic. diſcurſ. 75. n.
21.* & late ad materiam, *Maſcard. de Probat. vo-
lum. 3. concluſ. 1244. n. 28. & ſeqq. Rot. deciſ. 195.
part. 4. tom. 2. Recent.* ubi quomodo probari de-
beat hæc profeſſio, ſive tacita, ſive expreſſa. & 41

quod non ſufficit ingreſſus in Religionem, cum ex eo non inferatur ad Profeſſionem.
42 Et ad effectum hujuſmodi probationis admitti-
tur Liber Monaſterii, in quo adnotatur ſuſceptio
habitus cum admiſſione ad Novitiatum, ac ſuc-
ceſſive ſolemnis Profeſſio, ex quibus reſultat e-
tiam probatio intermedii ſpatii neceſſarii ad an-
43 num probatioois. Sed eo Libro deficiente, Pro-
feſſio probari etiam poteſt per Teſtes, qui tamen
debent concludenter evincere ſolemnem Profeſſio-
nem coram legitimo Superiore, ac etiam præce-
dentem annum in formali Novitiatu, *Card. de*
Luc. dict. diſcurſ. 75. n. 22. de Benefic. hæc enim
probatio Novitiatus eſt in his terminis neceſſaria 44
ad inducendam vacationem Beneficii, quidquid
ſit, quando juxta *Regulam LIX.* Papa jubet, ali-
quem recipi in Religionem non expectato proba-
tionis tempore, ut ponderat *Latter. dict. quæſt. 26.*
n. 36. & 37.

REGULA XLVII.

Non valet impetratio facta per modum in Cancellaria exprimendum.

ITem voluit, quod ſi petatur aliquod Beneficium vacans per modum in Cancellaria Apoſtolica exprimendum, talis impetratio non valeat, nec Literæ deſuper expediantur.

ARGUMENTUM.

EXpreſſio certi vacationis modi, quæ in Beneficiorum impetratione de jure non requiritur, neceſſaria eſt vigore hujus Regulæ, etiam in Gratia *ſi Neutri*; & ex Edicto clar. mem. Carnalis *Panciatici* neceſſaria quoque eſt expreſſio Nominis ultimi Beneficii Poſſeſſoris. Regulæ diſpoſitio, quæ in impetratione Beneficiorum Galliæ ſolum obſervari cœpit a tempore ſan. mem. *Clementis X.* non comprehendit præſentationem ad Beneficia de Jurepatronatus, quæ ex uno vacationis modo expleta, ſuſtinetur ex alio, dummodo Patronus priorem proſequatur præſentationem; minuſque locum ſibi vindicat, quando Papa ei derogavit, quæ tamen derogatio difficile conceditur, quemadmodum, nec procedit in Proviſionibus Beneficiorum, quæ explentur ab Ordinario, potiſſimum, ſi munitæ ſint illæ clauſula --*Sive præmiſſo, ſive quovis modo &c.*-- Inſuper Cenſuræ Regulæ non ſubjacent Beneficiorum Proviſiones, quas peragit Papa jure devoluto, nec illæ, quæ poſt narratum certum vacationis modum præſeferunt clauſulam --*Sive præmiſſo, ſive alio quovis modo vacet &c*-- cujus vigore ſuſtinetur Beneficii impetratio, etiam ſi alio modo, quam expreſſo vacaverit, dummodo tamen modus vacationis principaliter narratus, ſaltem *de facto* verificetur, quod tamen pluribus modis exemplificatur. Verum clauſula præfata nil operatur, ſi Beneficii vacatio ſequuta fuerit ex alterius Perſona, niſi adſit major illius extenſio, nempe -- *Sive præmiſſo &c. aut ex alterius cujuſcumque Perſona &c.*-- aut ſi Beneficium vacaverit per obitum Beneficiarii *apud Sedem*, vel ob non factam Publicationem Literarum Reſignationis intra tempus a Conſtitutione *Gregorii XIII.* præſcriptum, ſive ex quo Reſignans deceſſerit intra viginti dies a die factæ Reſignationis ad tramites Regulæ XIX. Et quid' dicendum, ſi quis Beneficium Sedi Apoſtolicæ devolutum, impetraverit uti reſervatum ex familiaritate Cardinalitia, aut ſi illud impetraverit, uti devolutum, & ſit reſervatum, an ſuſtineatur impetratio ope clauſulæ -- *Sive præmiſſo, ſive quovis alio modo &c.* -- Nullius pariter momenti eſt clauſula præfata, quando Gratia in Literis Apoſtolicis diſpoſitive reſtricta reperitur ad certum aliquem vacandi modum, quemadmodum, nec comprehendit novum vacationis modum, qui ſupervenit poſt Gratiam impetrationis jam datatam; minuſque ſupplet vitium intrinſecum non ſervatæ formæ præſcripræ in aliqua Regula Cancellariæ, & ponitur exemplum. Poſtremo examinatur quæſtio, an vigore dictæ clauſulæ -- *Sive præmiſſo &c.*-- ſuſtineatur anterior proviſio Beneficii a Papa expleta ſub expreſſione illius vacationis per obitum, quando revera vacaverat per dimiſſionem, in præjudicium poſterioris impetrantis ex vero vacationis modo?

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Qui Beneficium uti vacans, impetrat, de jure non tenetur certum vacationis modum exprimere, ſed ſufficit, quod Beneficium revera vacet.* & n. 67.

Reprobatur Mandoſ. *qui contrarium exiſtimat. Et reſpondetur Decretali* in Cap. Suſceptum, de Reſcript. in 6. n. 2.

4 *Certum tamen vacationis modum exprimere tenetur vigore Regulæ, cujus ratio aſſignatur.* & n. 68.

Regula eſt de antiquis Regulis Curiæ jam edita temporibus Joanois XXIII. & Martini V. n. 3.

5 *Illiuſque diſpoſitio procedit, etiam in impetratione Gratiæ* Si Neutri. *Et redditur ratio.*

6 *Ex Edicto clar. mem. Card.* Panciatici *ultra certum vacationis modum, exprimi debet in Supplicatione etiam Nomen ultimi Poſſeſſoris Beneficii.*

7 *Nec amplius admittenda eſt expreſſio, olim in Supplicationibus admitti ſolita* -- per obitum illius ultimi Poſſeſſoris, cujus Nomen, & Cognomen in Literis, ſi videbitur, exprimi poſſit.

8 *Refertur motivum, quod hujuſmodi Edicto cauſam edidit.*

9 *Regulæ diſpoſitio, olim locum ſibi non vindicabat in impetrationibus Beneficiorum Galliæ.*

10 *Et admittebatur expreſſio* -- certo, & in Literis, ſi videbitur, exprimendo modo.

11 *Sed ſub* Clemente X. *exploſa fuit hæc clauſula, & quare?*

12 *In impetrationibus Beneficiorum Galliæ ex cauſis objectivis, exprimi debet certus, & ſpecificus vacationis modus.*

Quod uniforme eſt ordinationibus Ludovici XIV. *Galliarum Regis.*

13 *In novis Proviſionibus, & novis Commendis, quas proviſi ab Indultariis petere tenentur intra certum tempus a Sede Apoſtolica, admitti non debet clauſula* - certo tunc expreſſo modo vacan. *Et qua ratione?*

15 *Regulæ diſpoſitio non procedit, ſi Papa ei derogaverit.*

16 *Derogatio tamen debet eſſe expreſſa, & ſpecifica, nec ſufficit clauſula*-- pro expreſſis &c. & n. 68.

17 *Sed hodie difficile eſt derogationem hanc obtinere.*

18 *Regula, licet ſit contra jus, eſt tamen favorabilis, & ob quam rationem?*

19 *Ordinarii non tenentur in conferendis Beneficiis exprimere certum vacationis modum, ſed quomodolibet conferant, ſuſtinetur collatio.* & n. 20.

21 *Et collatio Beneficii ab ipſis expleta ſub uno expreſſo vacationis modo, ſuſtinetur, etiam ſi ille verus non ſit.*

22 *Diſpoſitio* Cap. Suſceptum, de Reſcript. in 6. *decernentis, ut uno modo vacationis expreſſo, alius non veniat, non procedit in collatione Beneficiorum, quæ fit ab Ordinariis.*

24 *Contrarium.*

25 *Sed a priori Sententia non recedendum.*

26 *Potiſſimum, ſi in Proviſione Ordinarii adſit clauſula*-- ſive præmiſſo, ſive quovis alio modo &c. *Et reprobatur* Rebuffus, *qui exiſtimat, permiſſum non eſſe Ordinariis clauſulam præfatam in Proviſionibus Beneficiorum adjicere.* ibidem.

27 *Præſentatio ad Beneficium de Jurepatronatus a Patronis ex uno vacationis modo, nempe ob privationem Beneficiarii, ſuſtinetur ex alio, vacationis nempe Beneficii per obitum.*

28 *Intellige, ſi primam proſequantur præſentationem, ſecus ſi ab ea recedentes ad aliam devenerint.*

29 *In impetratione Beneficii jure devoluto, neceſſe non eſt, quod ad tramites Regulæ exprimatur certus vacandi modus.* & n. 31.

30 *Beneficia diſpoſitioni Pontificis reſervata, vel affecta, devolutioni non ſubjacent.*

32 *Regulæ diſpoſitio ceſſat, quando narrato certo vacationis modo additur clauſula*-- ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo &c.

33 *Hinc, ſi in impetratione Beneficii exprimatur, illud vacare per Reſignationem, venit ope dictæ clauſulæ etiam vacatio ob non Promotionem.*

34 *Quemadmodum impetratio ob non delationem habitus, comprehendit illius vigore vacationem Beneficii ob Matrimonium.*

35 *Et impetratio jure devoluto ob non factum Concurſum tempore a Conſtitutione Piana præſcriptum, ſuſtinetur, ſi Parochialis ſit ex alio capite reſervata.*

36 *Aut ſi facta fuit ex capite reſervationis vigore Menſis, & Beneficium ſit reſervatum ob illius reſignationem expletam intra tempus vacationis, & promotionis ad aliud incompatibile.*

Vel ex quo collatum fuit ab Ordinario Conſanguineo Reſignantis. ibidem.

37 *De quampluribus limitationibus tradi ſolitis regulæ, quod clauſula* - ſive præmiſſo &c. *comprehendat alium vacandi modum præter expreſſum.*

38 *Clauſula* -- ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo &c. *non extenditur ad vacationem Beneficii ex alterius Perſona, niſi adſit major illius extenſio cum expreſſione* -- vel alterius cujuſcumque Perſonæ &c.

39 *Et neceſſe eſt, quod Clauſulæ præfatæ legantur in Literis, nec ſufficit, quod adſint in Supplicatione.*

40 *Clauſula* -- ſive præmiſſo, ſive quovis alio modo &c. *an comprehendat etiam vacationem Beneficii per obitum Beneficiarii apud Sedem?* & n. 41. & 42.

43 *Clauſula præfata, ut ſuum operetur effectum, expoſcit, quod modus vacandi diſpoſitive narratus verificetur ſaltem* de facto. *Et de ratione.* num. 70.

44 *Hinc, ſi modus expreſſus ſit omnino falſus, Gratia ex clauſula præfata non ſuſtinetur, & re?* & n. 45. & 71.

46 *Proviſio Beneficii reportata jure devoluto, ob non factam a Patronis præſentationem ſuſtineri non poteſt ex alio capite, quam expreſſo. Præſertim, ubi agitur de impetratione Beneficii certo modo facta, & ponitur exemplum.* n. 47. & 48.

49 *Nec ſubſiſtit ope dictæ clauſulæ proviſio Parochialis expleta ob id, quod fuit quis in Concurſu ab Examinatoribus Synodalibus ad formam Concilii approbatus, ſi poſtea conſtet interveniſſe unum, qui fuit in Synodo deputatus.*

50 *Suſtinetur tamen, ſi intervenerint Examinatores Synodales, licet examen minus rite expletum fuerit.*

51 *Aut, ſi doceretur, Examinatores, qui examini interfuerunt ab omnibus, uti tales reputatos fuiſſe, licet in jure diſputari poſſet ſuper eorum legitima deputatione.*

52 *Modus vacationis principaliter expreſſus, ſtante clauſula,* ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo, *nec verificatione* de facto *indiget, quando Gratia fuit* Motu proprio *conceſſa.*

53 *Verificatio narrativæ* de facto, *nec ſufficit, quando jus, & titulus Beneficii reperitur tenet alterum translatus vigore anterioris Proviſionis Apoſtolicæ. Et de ratione.*

Maxime, ſi Beneficii poſſeſſionem fuerit ille adeptus. ibidem.

54 *Clauſula*-- ſive præmiſſo, ſive quovis alio modo &c. -- *nil operatur, ſi Gratia in Literis Apoſtolicis ſit diſpoſitive reſtricta ad certum aliquem vacationis modum.*

55 *Hinc impetratio reſtricta ad vacationem Beneficii in Menſe Apoſtolico, non comprehendit vacationem ſequutam in Menſe Ordinarii.*

56 *Nec qui Beneficium Sedi Apoſtolica devolutum impetravit, uti reſervatum ex familiaritate Cardinalitia, illud capere poteſt vigore clauſula præfata.*

57 *Limita, ſi ampliaribus ſit illa concepta verbis, nempe* -- ſive præmiſſo &c. etiamſi devolutum exiſtat &c.

58 *Reſtricta vacationis modo principaliter ad devolutionem, ea non ſubſiſtente, nequit proviſio vigore clauſulæ* -- ſive præmiſſo &c. -- *ſuſtineri, ſi Beneficium ſit reſervatum.*

59 *Clauſula* -- ſive præmiſſo &c. -- *non amplectitur vacationem Beneficii ſequutam in Menſe reſervato.*

Redditur ratio, quia de Menſe, in qua vacavit Beneficium, diſpoſitive mentio fieri debet vigore Regula IX. ibidem.

60 *Minuſque vacationem Beneficii ob non factam publicationem Literarum Reſignationis, vel Permutationis, ad tramites Conſtitutionis* Gregorii XIII. & n. 61.

62 *Nec vacationem Beneficii per obitum Reſignatarii, qui deceſſit intra viginti dies a die per ipſum præſtiti Reſignationi conſenſus.*

63 *Aut vacationem aliam ſuperventam poſt Gratiam Impetrationis datam.*

64 *Clauſula præfata non ſupplet vitium Impetrationis Gratiæ, proveniens ob non ſervatam formam præſcriptam in aliqua Regula Cancellariæ.*

65 *Et traditur exemplum.*

69 *Expreſſo in Supplicatione certo vacationis modo, ſi clauſulæ generales* -- ſive præmiſſo, ſive quovis alio modo &c. -- *deficiant, modus ille verificari debet tam de jure, quam de facto.*

72 *Si plures vacationis modi ſint per alternativam æque principaliter expreſſi, ſufficit pro validitate Gratiæ, quod alter ex illis verificetur.* & n. 78. & 80.

Sed aliter dicendum, ſi alternativa non deſumitur ex parte principali diſpoſitiva, ſed ex clauſulis generalibus, & acceſſoriis, & quare? n. 78. 79. 81. & 83.

Et explicatur Rot. in Bononien. Canonicatus *apud* Marchelan. *n.* 82.

74 *Hinc expreſſo per Impetrantem certo vacationis modo, nempe per obitum, cum clauſula* -- ſive præmiſſo, ſive alio &c. -- *& poſt illam addita altera vacationis modo per alternativam, nempe* -- ſive per liberam Reſignationem &c. -- *ſi Beneficium non per obitum, ſed per ceſſionem vacet, Gratia non ſuſtinetur.* & n. 66. & 76.

Referuntur Auctores, qui contrariam ſententiam tuentur. n. 73.

Amplia priorem ſententiam, quamvis Papa Gratiam conceſſurus eſſet, ſi ſcivisſet, Beneficium vacare per dimiſſionem, & non per obitum. n. 84.

75 *In quibuſcumque Diſpoſitionibus id potiſſimum attenditur, quod principaliter agitur.*

77 *Vacationis modus in Supplicatione expreſſus, dicitur principaliter narratus, quando in ea modus alius expreſſus non legitur.*

DE Jure communi in Beneficiorum impe- 1
tratione neceſſe non eſt certum vacatio-
nis modum exprimere, ſed ſufficit, quod Bene-
ficium ipſum vacet, *Lap. Allegat. 6. nu. 5. Ga-
briel. conſ.* 188. *verſ. Et quia pro Regula lib.* 1.
Lotter. de Re Beneficiar. libr. 3. quæſt. 8. *numer.* 9.
*& ſeqq. Kochier. ad hanc Regul. num. 6. & ibidem
Quæſad. in princip. Tondut. quæſt. Benefic. part.
3. quæſt.* 230. *num.* 13. *& quæſt.* 138. *num.* 8. *Rot.
dec.* 139. *num.* 3. *cor. Coccin.* Et licet contrarium
exiſtimet *Mandoſ. in Tractat. de Signat. Grat. tit.
Certo modo §. Vel quia Concluſio*, innixus cen-
ſuræ Textus in *Cap. Suſceptum, de Reſcript.
in 6.* nihilominus Decretalis præfatæ diſpoſitio 2
non facit ad rem, quia ſolum decernit, quod
narrato uno modo vacationis, alius non veniat,
ex quo non bene infertur, quod ſit neceſſarium
exprimere certum modum vacationis, ut bene pon-
derat *Rota cor. Coccin. dec.* 139. *n.* 4. quam, repro-
bato *Mandoſio*, ſequitur *Lotter. dict. lib. 3. quæſt.*
8. *n.* 10.

Hæc tamen Regula, quæ de antiquis Regulis
Curiæ eſt, & inſerta legitur inter illas a *Joanne* 3
XXIII. & *Martino V.* editas, & exſcriptas apud
*Hermanum Wonderhart in Hiſt. Conc. Conſtan-
tin. to. 1. par. 21. pag. 962. & 976.* Hæc, inquam,
Regula, recedendo a diſpoſitione juris commu-
nis, mandat, quod certus vacationis modus ex-
primatur in Supplicatione impetrationis Benefi- 4
cii, nec ſufficit, quod dicatur *certo in Literis ex-
primendo modo*; idque ad occurrendum fraudi-
bus, cum poſſit quis ante Beneficiarii obitum Be-
neficium impetrare, expectare obitum, & tempo-
re expeditionis Literarum exprimere in Cancella-
ria modum iſtius vacationis, ex quo oriretur præ-
judicium tertii, qui per modum certum, & ex-
preſſum in Supplicatione idem Beneficium a Pon-
tifice impetravit, *Quæſad. hic in §. Licet, Kochier.
ſub num.* 8. *Lotter. dict. lib. 3. quæſt.* 8. *num.* 11.
*& ſeqq. Wagnarec. in Jus Canon. lib. 3. tit. 5. de
Præben. & Regul. Cancellar. in Exegeſi ad hanc
Regul.*

Locumque ſibi vindicat Regulæ diſpoſitio, etiam
in Gratia *ſi Neutri.* Et ratio eſt, quia cum Gra- 5
tia præfata ſit nova Gratia, debent in Supplicatio-
ne illius exprimi ea omnia, quæ poſſent Papam
reddere difficiliorem ad concedendum, ideoque
requiritur eorum omnium expreſſio, quæ neceſſaria
ſunt, ſi de novo Beneficium impetraretur, *Felin.
in Cap. In noſtra n.* 16. *de Reſcript. Menoch. de ar-
bitr. caſ.* 201. *n.* 101. *Tondut. part. 2. dict. cap.* 30.
n. 16. & bene explicat *Rot. cor. Coccin. dict. dec.* 139.
n. 6. & 7. ubi quod nulla adeſt ratio ſpecialitatis in
Gratia *ſi Neutri.*

Et ad occurrendum fraudibus, quæ in Benefi-
ciorum impetratione quandoque committebantur, 6
mandavit clar. mem. Card. *Panciatius* ſan. mem.
Innocentii XII. Pro-Datarius, quod in Benefi-
cii Supplicatione ultra certum vacationis mo-
dum, exprimi debeat etiam *Nomen* ultimi Poſ-
ſeſſoris, deleta clauſula, quæ in eadem Supplica- 7
tione apponi conſueverat -- *per obitum illius Poſſeſ-
ſoris, cujus nomen, & cognomen in Literis, ſi vi-
debitur, exprimi poſſit.* Sub hoc enim involucro
verborum, expiſcavit N. N. Beneficium ſatis 8
pingue per obitum Cardinalis vacans, ſub falſa ex-
preſſione, quod illius valor non excedebat ducatos
vigio-

viginti quatuor, quodque a triginta annis adhuc vacabat, poſteaque ſupplicavit pro Gratia *Perinde valere*, reticito ſemper Nomine ultimi Poſſeſſoris; Merito proinde demandatum fuit, quod amplius admittenda non eſſet expreſſio præfata, ſed certum Poſſeſſoris Nomen in Supplicatione exprimi deberet, ad effectum, ut Pontifex melius deliberare poſſit, an petenti Gratiam concedere debeat, vel denegare?

Hujus Regulæ diſpoſitionem non ſervari io Im-
9 petratinnibus Beneficiorum Galliæ, ſed earum reſpectu ſufficere, ad tramites juris communis expreſſionem in genere, quod Beneficium vacet, teſtatur *Tondut. Reſolut. Benefic. dicto Cap.* 130. *num.* 13. *&* *Cap.* 138. *num.* 8. *& ſeqq.* Et de fa-
10 cto priſcis temporibus a Datariæ Officialibus in Supplicationibus Impetrationis Beneficiorum ejuſdem Regni admittebatur expreſſio -- *certo, & in Literis, ſi videbitur, exprimendo modo* -- Verum ſub *Clemente X.* ex juſtis cauſis exploſa fuit hæc
11 formula, cum experientia compertum fuerit, plures innocentes, ac juſtos Beneficiorum Poſſeſſores calumnioſis ſuppoſitionibus ſub hoc indiſtincto modo vacandi ſuis Beneficiis privatos, ſeu in eis perturbatos fuiſſe. Et ideo tam ſub dict. Pontificatu, quam in aliis obſervatum eſt, deleri clauſulam præfatam; Quemadmodum, ubi agitur de impe-
12 tratione Beneficii materiam objectivam, mandatum fuit exprimi certum, & ſpecificum vacationis modum, oec admitti generalem expreſſionem *ob crimina, propter quæ quis de jure privandus venit &c. ob ſimoniam, ſeu alias certo alio modo &c. ſive præmiſſo, ſive alio &c. aut ex alterius cujuſcunque Perſona &c.* ſed loco illarum apponi clauſulam -- *ut præfertur* -- , quæ relationem habet ad verum vacationis modum ſuperius narratum. Ac rurſus ſub ſan. mem. *Innocentio XI.* decre-
13 tum fuit, quod in novis Proviſionibus, & novis Commendis petitis ab iis, qui in Gallia proviſi fuerunt ab Indultariis, cum Decreto capiendi a Sede Apoſtolica novam proviſionem intra certum tempus, non permittatur clauſula -- *certo tunc expreſſo modo vacan.* ne detur proviſis ab Indultariis amplior facultas, quam permittitur aliis impetrantibus in Dataria, ubi requiritur expreſſio veri, & canonici modi vacandi, ac etiam expreſſio cauſæ in novis Proviſionibus, & novis Commendis.

Et ſtylus exprimendi certum, & ſpecificum va-
14 cationis modum in Impetrationibus objectivis eſt etiam conformis Ordinationibus *Ludovici XIV.* Galliarum Regis, inſertis in ſuo *Codice*, qui vulgo nuncupatur *le Code Louis titul.* 15. de modo procedendi ſuper poſſeſſorio *Art.* 2. ubi Actori mandatur, quod exprimat titulum proviſionis, & genus vacationis, ex quo ipſe proviſus fuit. Et *Artic.* 6. præcipitur, ut in Reorum defenſionibus explicetur titulus proviſionis, & genus vacationis, ibi -- *Le titre de la proviſion, & le genre de la vacance ſur laquelle il a été pourveu.*

At vero plures ſunt caſus, in quibus cenſura
15 Regulæ non procedit. Et *primo* locum ſibi non vindicat, quando Papa expreſſe illi derogavit, ut in caſu *Deciſionis* 139. *num.* 3. *coram Coccin.* ubi *n.* 8. redditur ratio, quod, Pontifice annuente, impetrari poteſt etiam Beneficium, quod non vacat, *Lotter. de Re Benef. dict. lib.* 3. *quæſt.* 8.
16 *num.* 14. *&* 15. ubi quod requiritur expreſſa, & ſpecifica derogatio, nec ſufficeret clauſula -- *pro*
17 *expreſſis &c.* -- Verum hodie ſatis difficile erit, derogationem hanc obtinere, quia Regula, li-
18 cet ſit contra jus commune, eſt tamen favorabilis, cum edita ſit, ut occurratur malitiæ eorum, qui per fas, & nefas Beneficiorum proviſiones extorquere cupiunt, ad quam ſane malitiam compeſcendam, licet quamplures emanaverint Regulæ, Ordinationes, & Apoſtolica Decreta, atque Datariæ Officiales maximopere invigilent in proprio munere adimplendo, vix tamen præcaveri poſſunt fraudes omnes, cum ſub involucro verborum, Clauſularum, & Dictionum, ſic aliquando Supplicationes concipiantur, ut quilibet, etiam oculatus, & diligentiſſimus Officialis, quandoque decipiatur.

Secundo limitatur in Ordinariis, qui non tenen-
tur in conferendis Beneficiis exprimere certum 19
vacationis modum, ſed quomodolibet conſerant, ſemper legitime conferunt, *Gabriel. conſ.* 188. *n.* 1. *lib.* 1. *Rot. coram Puteo deciſ.* 33. *lib.* 2. ubi
quod Ordinarius ſcire tenetur vacationem, ſed non 20
vacationis modum, & *dec.* 395. *lib.* 3. *cor. Carillo, dec.* 74. *n.* 5. *& in Alerien. Parochialis cor. bon. mem. Emerix dec.* 1030. *n.* 7. *& dec.* 1046. *nu.* 9. *&* 10. *&* 28. *Novembris* 1692. *§. Nihil refragante, cor. bon. mem. Muto, &* 23. *Februarii* 1693. *§. Neque relevat, cor. Molines, inter impreſſ. dec.* 250.

Quinimn, expreſſo uno vacationis modo, eo-
que inſubſiſtenti detecto, ſemper tamen collatio 21
Ordinarii ſuſtinetur ex cauſa univerſali, ex qua magis ab illo facta præſumitur collatio, quam ex titulo alicujus vacationis, *Geminian. conſ.* 52. ubi quod diſpoſitio *Cap. Suſceptum, de Reſcript. in* 6.
non habet locum in proviſione Ordinarii, *Garc.* 22
de Benef. part. 11. *cap.* 1. *num.* 77. *& ſeqq. Rot. dict. dec.* 74. *n.* 6. *coram Carillo*, & in dictis *Alerien. Parochialis*, in quarum themate Ordinarius,
providendo, Sede Apoſtolica vacante Parochia- 23
lem, quæ vacaverat ob omiſſam publicationem Permutationis, ad tramites Conſtitutionis LXXXV. ſan. mem. *Gregorii XIII.* de ea diſpoſuit, uti vacante per obitum, & in *Urbanen. Canonicatus* 29. *Maii* 1693. *§. Hinc idem Epiſcopus, cor. Muto.*

Sed quamvis de hac Concluſione dubitaverit
Gabriel. conſ. 188. *n.* 1. *verſ. Quod quamvis.* Et 24
Rot. cor. Puteo dec. 50. *lib.* 2. expreſſe reprobando *Conſil.* 52. *Geminiani* fuerit in ſenſu, Decretalem in *Cap. Suſceptum, de Reſcript. in* 6. qua decernitur, ut uno modo vacationis expreſſo, alius non veniat, habere locum etiam in Ordinario, ita quidem, ut ſi ipſe provideat per obitum *Gulielmi*, non valeat proviſio, ſi vacatio ſequuta fuerit per ceſſationem Commendæ ex Perſona dicti *Gulielmi*, quod etiam firmavit *Coccin. dec.* 1041. *n.* 1. *&* 2. ubi, quod nulla eſt proviſio Ordinarii facta per obitum *Fauſti*, ſi Beneficium vere vacavit per obitum *Saraceni.*

Nihilominus recedendum non eſt a priori ſenten-
tia, quæ placuit Rotæ modernæ, quæque eo ma- 25
gis amplectenda venit, ſi adſit in proviſione Ordinarii clauſula -- *ſive præmiſſo, ſive quovis alio mo-*
do vacet. Quamvis enim *Rebuff. in Prax. tit. Re-* 26
quiſita in Literis Collationum n. 6. cenſeat, Pontifici ſolum permiſſum eſſe, clauſulam præfatam in ſuarum Proviſionum Literis inſerere, ea tameo uti poſſe etiam Ordinarios, cum id nullo jure ſit ipſis prohibitum, tradunt *Franch. in dicto Cap. Suſceptum n.* 10. *& in Cap.* 2. *n.* 4. *de Elect. in* 6. & reprobato *Rebuff.* late *Gabriel dicto conſ.* 188. *lib.* 1. cum aliis apud *Garc. de Benef. part.* 11. *cap.* 1. *num.* 75. & ſupponitur in *dec.* 1041. *cor. Coccin.*

Tertio, locum ſibi non vindicat Regulæ diſpoſitio

27 ſitio in Præſentatione facta a Patrono ad Benefi-
cium de Jurepotronatus, ea enim expleta ex uno
vocationis modo, nempe ex capite privationis, ſu-
ſtinetur ex alio, puto vacationis per obitum, dum-
modo tamen Patronus priorem proſequatur præ-
28 ſentationem, ſecus ſi ab ea recedendo, ad aliam
novam præſentationem deveniat, *Lotter. de Re
Beneſ. lib. 2. quæſt. 6. n. 19. & 20. Rota dec. 532.
num. 16. parte 19. Recentiorum, & deciſ. 265. n.
4. coram Millino, & in Romana Cappellaniæ 3.
Februarii* 1708. *§. Et tamen, cor. elar. mem. Car-
dinali Scotto.*

29 *Quarto*, ceſſat Regulæ cenſura, nec odeſt ne-
ceſſitas exprimendi certum vocationis modum, ubi
Beneficii proviſio fit o Papa jure devoluto. Cum
enim devolutio ſupponat Beneficii vocationem ex-
tra Curiam, & implicet negativam cujuſvis Re-
ſervationis, & offectionis; Non enim Beneficio
reſervato, vel affecto dici poſſunt obnoxio devo-
30 lutioni favore Pontificis, cum devolutio fiat ab
inferiori ad ſuperiorem, non o Papa od ipſum Pa-
pam, *Garc. de Beneſ. part.* 10. *cap.* 3. *num.* 18.
Gonzal. in Regul. 8. *Gloſſ.* 24. *num.* 77. *& Gloſſ.* 53.
num. 30. *& ſeqq. Rota dec.* 336. *num.* 4. *part.* 15.
Recent. & in Barchinonen. Beneficii 16. *Maii* 1688.
*§. His omnibus, cor. Urſino, & in Ferrarien. Ca-
nonicatus* 22. *Februarii* 1693. *§. Devolutio, co-
ram claræ memoriæ Cardinali Caccia.* Hinc ſe-
31 quitur, quod ceſſat hoc caſu ratio Regulæ, quia
Papa eo ipſo, quod poſitive ſibi narratur devo-
lutio, intelligit, Beneficium vacare de jure, in
qua quidem ſola vacatione radicatur juſtitia Gra-
tiæ; modus autem vacandi, in quo poſſet latere
præjudicium ipſius Papæ reſpectu reſervotionis,
vel affectionis, non mutatur per ipſam devo-
lutionem, ut totidem verbia ſubtiliter ponderat
Lotter. de Re Beneſ. lib. 3. *quæſt.* 8. *num.* 143. *&
ſeqq.*

Quinto demum Regula non procedit, quan-
32 do, narrato certo modo vacationis, additur clau-
ſula -- *ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo vacet
&c.* --, cujus ea eſt virtus, ut Pontificis intentio
non reſtringatur ad modum expreſſum, ſed quem-
cumque alium vacationis modum comprehendot,
ut antiquioribus relatis, tradunt *Lotter. lib.* 3.
quæſt. 8. *num.* 61. *Pariſ. de Reſignat. lib.* 8. *quæſt.*
7. *num.* 64. *& ſeqq. Paſſerin. in Cap. Suſceptum
numer.* 41. *de Reſcript. in* 6. *Garc. de Beneſ. part.*
11. *cap.* 1. *numer.* 21. *& ſeqq. & numer.* 22. *&
ſeqq.* ubi exemplificat in diverſis vacationibus
Roſ. de Execut. part. 1. *cap.* 5. *numer.* 27. *&* 28.
Tondut. part. 3. *cap.* 130. *numer.* 10. *&* 18. *&
quæſtion.* 138 *num.* 6. *& ſeqq. Rot. dec.* 1. *de Re-
ſcript. in novis*, ubi quod expreſſa vacatione per
33 Reſignationem, veniat etiam vacatio ob non
promotionem, & *cor. Bichio dec.* 388. *numer.* 6.
34 ubi de eo, qui impetraverat Beneficium ob di-
miſſionem habitus, cum vere vacaret ob Matri-
monium, *& in Compoſtellana Parochialis* 27. *No-
vembris* 1690. *coram Caccia*, ubi deciſum fuit,
35 impetrationem Parochialis factam uti de devo-
luto ob non factum concurſum in tempore a
Conſtitutione *S. Pii* præſcriptum, ſuſtineri ex
clauſula -- *ſive præmiſſo &c.* -- ſi Parochialis ſit re-
ſervata ex alio modo vacationis, nempe vigore
Regulæ II. & in *Burgi, ſeu Civitatis S. Sepul-
chri Canonicatus* 4. *Decembr.* 1705. *§. Hinc cum
ſeqq. cor. Anſald.* ubi quod ſub expreſſione vacatio-
36 nis Beneficii in Menſe Apoſtolico veniat etiam va-
catio ob reſignationem factam intra tempus voca-
tionis, & proviſionis alterius Beneficii incompatibi-
lis, ſeu ob collatum ab Ordinario Beneficium Con-
ſanguineo Reſignantis, & in *Monaſterien. Canoni-
catus* 5. *Junii* 1716. *§. Præmiſſis, coram bon. mem.
Gamaches, &* 28. *Aprilis* 1718. *coram bon. mem.
Foſcaro.*

Plures tamen per DD. adaptantur huic Regulæ
generali limitationes, quas congerunt *Paſſerin. in* 37
dicto Cap. Suſceptum a n. 43. *uſque ad finem de Reſ-
cript. in* 6. *Garc. part.* 11. *cap.* 1. *num.* 24. *& ſeqq.
Roſ. part.* 1. *cap.* 5. *a n.* 30. *& in addit. a n.* 16. *&
ſeqq.* Nos nonnullas magis receptas recenſebimus.
Et primo, clauſula -- *& alias quovis modo* -- non
extenditur ad Beneficii vocationem ex alterius Per- 38
ſona, niſi ulterius adſit major exteoſio cum expreſ-
ſione verborum, *vel ex alterius cujuſcumque Per-
ſona*, tunc enim capit vocationem ex Perſona non
expreſſa, *Tondut. dicto cap.* 130. *n.* 17. *Paſſerin. in
dicto Cap. Suſceptum n.* 44. *& ſeqq. Garc. par.* 1.
cap. 1. *n.* 22. *Roſ. de Execut. dict. cap.* 5. *nu.* 35.
& 36. *Lotter. de Re Beneſ. lib.* 3. *quæſt.* 8. *num.*
74. *&* 75. *Rota coram Coccin. deciſ.* 1041. *num.*
3. *& ſeqq. & coram Carillo deciſ.* 74. *n.* 7. *&* 8.
ubi quod ſufficiat, clauſulas prædictas adeſſe tan- 39
tum in Supplicatione, licet non legantur in Li-
teris.

Item clauſula prædicta -- *ſive quovis modo &c.* --
etſi in nonnullorum ſententia includat etiam va- 40
cationem Beneficii per obitum illius poſſeſſoris
apud Sedem, cum contineat verba prægnantia,
& generalia, apta comprehendere majora ex-
preſſis, *Pariſ. de Reſignat. lib.* 8. *quæſt.* 7. *num.*
131. *& ſeqq. Mandoſ. ad Reg. de Infirm. quæſt.* 17.
num. 7. *&* 8. *Paſſerin. in dicto Cap. Suſceptum
num.* 41. *pag. mihi* 230. & ibi *Barboſ. num.* 8. *&*
9. *& clauſ.* 172. *numer.* 3. *&* 4. Magis commu- 41
niter tamen receptum eſt, tantam illi non ineſ-
ſe efficaciam, ut complecti valeat reſervationem
in corpore Juris clauſam ex dicta vocatione *a-
pud Sedem* reſultantem, niſi addatur altera clau-
ſula -- *veruſque dictæ vacationis modus, etiamſi ge-* 42
*neralis reſervatio, & in corpore Juris clauſa re-
ſultet &c.* -- ut firmant *Garc. de Beneſ. lib.* 11. *cap.*
1. *n.* 28. ubi, quod in his terminis loquitur *Ro-
ta dec.* 266. *part.* 3. *lib.* 2. *diverſ. & deciſ.* 341.
eadem part. 3. *lib.* 3. *Roſ. de Execut. part.* 1. *cap.*
5. *n.* 38. *Lotter. de Re Beneſ. lib* 3. *quæſt.* 8. *nu.*
76. *& libr.* 3. *quæſt.* 9. *numer.* 27. *Rota in Bar-
chinonen. Beneficii* 26. *Aprilis* 1694 *§. Accedit,
&* 19. *Novembris ejuſdem Anni §. Poſtremo, cor.
Urſino, & in Corduben. Beneficii* 10. *Martii* 1697.
§. Similiter, & 15. *Aprilis* 1698. *§. Quinimo,
coram Pio.* Et diximus in *Commentar. in Regulam
I. §. I.*

Rurſus clauſula præfata nihil operatur, ſi non
verificentur ſaltem *de facto* ea, quæ Pontifici 43
narrata ſunt, itaut, ſi modus vacandi diſpoſitive
expoſitus, ſit falſus, non poſſit proviſio ſuſtine-
ri ex dicta clauſula, quæ adinventa fuit ad co- 44
adjuvandam probabilem Impetrantium credulita-
tem, non ad confovendas eorum fraudes, & ma-
litias; Et, ubi vacatio narrata, non apparet ve-
rificata ſaltem *de facto*, Gratia redditur ſubrep-
titia, & fruſtra recurritur ad clauſulas in Literis 45
inſertas, quæ cum ipſa Gratia principali corruunt,
Lotter. de Re Beneſ. lib. 3. *quæſt.* 8. *num.* 63. *&*
66. *cum ſeqq. Card. de Luca de Beneſ. diſc.* 36.
num. 21. *Paſſerin. in dicto Cap. Suſceptum nu-
mer.* 42. *Piton. Diſcept.* 119. *num.* 24. *Corrad. in
Prax. Beneſ. lib.* 5. *cap.* 1. *ante num.* 1. *Roſ. de
Execut. part.* 1. *cap.* 5. *numer.* 33. *Garc. part.* 11.
cap. 1. *num.* 33. *& ſeqq. Rot. deciſ.* 195. *numer.* 27.
part. 17. *coram Priolo, dec.* 154. *num.* 5. *& deciſ.*
216. *num.* 1. *& coram Dunozet. dec.* 971. *num.* 11.

&

Google

46 & 12. ubi de eo, qui impetraverat Beneficium,
uti devolutum ob non præſentationem Patrono-
rum, quo caſu datur devolutio diſpoſitive in Li-
teris, & in eiſdem terminis *Rot. dec.* 2129. *num.*
4. & *ſeqq. cor. Caccin. & dec.* 152. *num.* 51. &
47 *ſeqq. part.* 12. Præterim, ſi agatur de Impetra-
tione Beneficii *certo modo* facta. Hinc, ſi quis
narraverit, vacaſſe Beneficium ob retentionem
cum altero incompatibili, obſtringitur ſaltem *de*
facto verificare retentionem, nec ſufficit vigore
48 clauſulæ -- *ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo*
&c. probatio ſolius incompatibilitatis de jure,
Rota in Aquiſgranen. Canonicatus 2. *Ju-*
lii 1703. §. *Minuſque, & ſequentib. coram Kau-*
nitz.

Atque ex laudato principio deſcendit, quod ſi
49 Papæ narratum fuerit, Impetrantem fuiſſe appro-
batum in Concurſu ab Examinatoribus Synodali-
bus ad formam Concilii, & conſtet poſtmodum
interveniſſe unum, qui non erat in Synodo depu-
tatus, ſuſtineri non poterit proviſio ope clauſulæ
-- *ſive præmiſſo &c.* --, nam cum diſpoſitive ſit
narratum; fuiſſe approbatum in Concurſu ad for-
mam Concilii, non poteſt capi reſervatio diver-
ſa, imo contraria, ob non ſervatam formam Con-
curſus, *Caſtropal. Oper. moral. tom.* 2. *tractat.* 13.
de Benefic. diſputat. 3. *punct.* 2. §. *Sub num.* 5. *Ro-*
ta deciſ. 297. *num.* 15. *part.* 17. & *deciſ.* 561. *nu.*
34. *coram Bichio, & deciſ.* 732. *num.* 5. *coram*
Ubaldo.

Diceretur tamen de facto juſtificata hæc nar-
50 rativa, ſi probaretur, adfuiſſe Examinatores in nu-
mero ſufficienti, & quod de facto ab ipſis fuiſ-
ſet Impetrans examinatus, licet non rite, &
recte, ut proſequitur *Rota dict. deciſ.* 732. *num.* 6.
51 *cor. Ubaldo.* Vel ſi doceatur, eos, qui examini in-
tervenerunt, fuiſſe de facto deputatos Examina-
tores in Synodo, & uti tales ab omnibus repu-
tari, quamvis in dubium revocari poſſet, an eorum
deputatio fuerit rite, & legitime facta, quia nem-
pe ſub nomine Dignitatis eſſent deputati, cum id
dependeat a quæſtione Juris, quod nihil commu-
ne habet cum juſtificatione narrativæ *de facto*, ut
reſolutum fuit per *Rotam in Hartana Parochialis*
4. *Maii* 1693. *coram Molines, inter impreſſ. deciſ.*
267. *bonæ memoriæ Anſald. in addit. ad dec.* 64.
num. 24.

Sed, quod dicitur, opus eſſe, ut ſaltem *de facto*
52 juſtificetur modus vacandi expreſſus, locum ſibi
vindicat, quando Gratia fit ad ſupplicationem
Partis, ſecus, ſi a Papa *Motu proprio* expleatur.
Cum enim verificatio narrativæ, ſaltem *de facto*
fundata in ſubreptione Partis, ceſſat hæc ſurrep-
tio ſemel ac Gratia *Motu proprio* facta dignoſci-
tur, *Rota dec.* 1041. *nu.* 8. & *ſeqq. coram Coccino,*
ubi etiam advertitur, quod non poteſt dari de in-
tentionis defectu.

Sed illud prætereundum non eſt, quod, ſtan-
53 te clauſula -- *ſive præmiſſo, ſive quovis alio modo*
&c. -- nec verificatio narrativæ *de facto* ſufficit,
quando jus, & titulus Beneficii reperitur penes al-
terum tranſlatus vigore anterioris proviſionis Apo-
ſtolicæ; Nam, quemadmodum hoc caſu poſte-
rior Apoſtolica Proviſio, etiamſi expreſſe expleta
fuiſſet ex vero vacationis modo, apta non eſ-
ſet jus quæſitum priori proviſo tollere, ita mul-
to minus illud tollere poteſt vigore ſupradictæ
clauſulæ generalis, ut bene obſervant *Gonzal. in*
Regul. 8. *Gloſſ.* 15. §. 1. *num.* 63. & *ſeqq. Man-*
doſ. in Regulam 3. *Cancellar. quæſt.* 13. *num.* 6.
Rot. deciſ. 588. *num.* 6. *cor. Pamphil.* & *dec.* 128.
num. 10. & 11. *cor. Cerra, & deciſ.* 64. *num.* 4.

& 5. *cor. clar. mem. Card. Caprara*, ubi, quod id
eo magis locum ſibi vindicat, ſi anterior Proviſus
Apoſtolicus in Beneficii poſſeſſionem immiſſus fuiſ-
ſet, cum tali caſu ceſſaverit, & conſumta reman-
ſerit etiam vacatio *de facto*, & *deciſ.* 8. *num.* 7. &
deciſ. 9. *num.* 4. & 5. *coram clara memoria Card.*
Falconerio, tit. de Reſcript. tom. 3.

Item nil clauſula -- *ſive præmiſſo &c.* -- opera-
tur, ſi in Literis Apoſtolicis Gratia ſit diſpoſitive 54
restricta ad unum aliquem certum modum vacan-
di. Cum enim limitata ſit proviſio Beneficii, ſub
ea non comprehenditur alius vacandi modus, *Lot-*
ter. de Re Benefic. dicta quæſtion. 8. *num.* 64. *lib.*
3. *Roſa de Execut. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 30. *Maſ-*
ſobr. in Prax. haben. concurſ. Prælud. 6. *dub.* 35.
ſub num. 9. *Rota deciſ.* 711. *num.* 12. *cor. Dunoz.*
Hinc, ſi proviſio ſit reſtricta poſitive ad reſerva- 55
tionem ratione Menſis Apoſtolici, non poteſt ca-
pi Beneficium, quod vacavit in Menſe Ordinarii,
Rota in Virdunen. penes Garciam part. 5. *cap.* 3.
num. 44.

Inſuper, ſiquis Beneficium Sedi Apoſtolicæ de-
volutum, impetravit, uti reſervatum ob ſamiliarita- 56
tem Cardinalitiam, detecta erronea, & falſa hu-
juſmodi narrativa Pontifici expreſſa, proviſio ſu-
ſtineri non poteſt ex cauſa devolutionis vigore
clauſulæ -- *ſive præmiſſo, ſive quovis alio modo*
&c. -- ut firmavit *Rota in Toletana Præſtimonii ſu-*
per Negocio principali 30. *Aprilis* 1703. §. *Nec in*
jure, coram bon. mem. Muto. Niſi clauſula præfa-
ta ſit amplioribus verbis extenſa, nempe -- *quo-* 57
vis alio modo &c. etiamſi devolutum, affectum
&c. -- tunc enim cenſetur, Papam Proviſionis Gra-
tiam concedere voluiſſe, etiamſi Beneficium eſ-
ſet devolutum, cum ſaltem in genere cogitare po-
tuerit de devolutione, *Rota in Romana Cappella-*
niæ 25. *Novembris* 1707. *in fine cor. clar. mem.*
Card. Scotti.

Sic etiam, reſtricto principaliter vacationis mo-
do ad devolutionem, ea non ſubſiſtente, nequit 58
proviſio Beneficii ſuſtineri ratione reſervationis,
quia Papa voluit providere, tanquam de devolu-
to, non tanquam de reſervato, *Corrad. in Prax.*
Benef. lib. 5. *cap.* 1. *nu.* 65. *Rota deciſ.* 260. *num.*
1. *cor. Mantic. & in Colonien. Scolaſtriæ* 9. *Junii*
1664. §. *Nec debet, coram Ottolara, & in Ge-*
runden. Beneficii 12. *Junii* 1687. §. *Pondera-*
bant Domini, & 7. *Maii* 1688. §. *Minuſque ob-*
ſtare, coram Hervault, & in Colonien. Decana-
tus 9. *Junii* 1692. §. *Defictu, &* §. *Prout, coram*
clar. mem. Cardinali Priolo, & in Cracovien. Pa-
rochialis 9. *Februarii* 1705. §. *finali cor. Caffa-*
rello.

Præterea clauſula præfata non ſe protendit ad
comprehendendum vacationem Beneficii in Menſe 59
reſervato, cum ex præſcripto Regulæ IX. in hujuſ-
modi generis vacationibus non ſuſtinetur proviſio,
niſi diſpoſitive fiat expreſſa mentio Menſis reſerva-
ti, *Garc. de Benef. dicta parte* 11. *cap.* 1. *num.*
35. *Roſ. de Execut. Literar. Apoſtolic. part.* 1.
cap. 5. *num.* 39. & 40. *Rot. dec.* 468. *num.* 16. &
17. & *dec.* 522. *num.* 4. *part.* 19. *tom.* 2. *Recent.*
Prout etiam non comprehendit vacationem ob 60
non factam publicationem Literarum Reſignatio-
nis, ad tramites Conſtitutionis LXXXV. ſan. me.
Gregorii XIII. cum requirat illa ſpecialem expreſ- 61
ſionem, nec ſub clauſulis generalibus contineа-
tur, *Lotter. de Re Benef. lib.* 2. *quæſt.* 54. *num.*
154. *Roſ. de Execut. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 41. *Gonzal.*
in Regul. 8. *Gloſſ.* 15. *num.* 67. *Rota dec.* 252. *n.* 11.
par. 8. *Rec. dec.* 347. *n.* 2. *cor. Mantic. dec.* 80. *nu.*
7. *cor. Royas.* Quemadmodum, decernente Regula 62

XIX. quod ſi Reſignans decedat intra viginti dies
a die per ipſum præſtiti Reſignationi conſenſus,
Beneficium vacet per obitum, & non per Reſigna-
tionem, ſequuto intra dictum tempus Reſignantis
obitu, nequit Reſignatarius vigore clauſulæ -- *ſive
præmiſſo, ſive quovis alio modo &c.* -- Beneficium
adipiſci, tanquam vacans per obitum, *Barboſ. in
Cap. Suſceptum num. 15. de Reſcript. in 6. Pariſ.
de Reſignat. lib. 12. quæſt. 14. num. 23. & ſeqq.
Raſ. de Execut. lib. 1. cap. 5. num. 42.* Nec iti-
63 dem ſe extendit clauſula præfata ad aliam vaca-
tionem ſupervenientem poſt Gratiam datatam, ſed
ad eam dumtaxat, quæ tempore Datæ aderat,
*Barboſ. dicto cap. Suſceptum num. 15. Pariſ. de Re-
ſignat. lib. 8. quæſt. 7. n. 131. & ſeqq. Raſ. dict. cap.
5. num. 43. Corrad. in Prax. Beneſ. lib. 3. cap. 7.
num. 36.*

Demum non ſupplet ſæpedicta clauſula -- *ſive
64 præmiſſo &c.* -- vitium intrinſecum non ſervatæ for-
mæ præſcriptæ in aliqua Regula Cancellariæ;
Cum enim clauſula præfata in omnibus Beneficio-
rum proviſionibus adjici ſoleat, actum eſſet de Re-
gulis Cancellariæ, ſi ita de facili ſuppleri poſſet vi-
tium intrinſecum Regulæ non ſervatæ. Exem-
65 plum ſit in Regula XLV. diſponente, quod Re-
ſignans abſens debeat præſtare conſenſum per Pro-
curatorem, & jurare, ut moris eſt. Si enim Regu-
la præfata non ſervetur, & per conſequens nulla
ſit Reſignatio, non poteſt ex hac clauſula provi-
ſio ſuſtineri, *Piton. diſcept. 29. num. 23. Rota in
Saliſburgen. Canonicatus 8. Februarii 1694. §. finali
cor. Priolo*, & late diximus in *Comment.* ad dictam
Regulam XLV.

Atque ex his, in terminis hujus Regulæ dubita-
ri contingit de ſequenti facti ſpecie. Vacaverat ob
dimiſſionem liberam Beneficium de Jurepatronatus
66 Laicorum; fuerunt ad illud duo præſentati, quo-
rum A. obtinuit Apoſtolicam derogationem medie-
tati vocum, & in Data erat anterior B. Sed ille
primus expreſſerat in diſpoſitiva, Beneficium vaca-
re per obitum, quando revera vacaverat per di-
miſſionem, aderat tamen in ejus Literis clauſula --
*ſive præmiſſo &c. ſeu per liberam Reſignationem
&c.* -- Unde quæſitum eſt, quis ex eis eſſet præ-
ferendus, an poſterior in Data, qui jure expreſ-
ſerat Beneficium vacare per dimiſſionem, ſeu pri-
67 mus, qui narraverat, vacare per obitum? Et reſ-
ponſum fuit, primam Gratiam non ſuſtineri. Li-
cet enim de jure communi non eſſet neceſſarium,
quod fieret expreſſio certi modi vacandi, tamen
ex hac Regula inducta fuit neceſſitas exprimendi
certum, & ſpecialem modum vacationis, adeout
68 non ſufficiat generalis derogatio Regulæ, ſed de-
beat eſſe expreſſa, & individualis, juxta *Lotter.* &
alios ſupra allegatos.

Ad dignoſcendum vero, an, & quando impetra-
tio Beneficii cum expreſſione certi modi, reddatur
nulla, ſi modus narratus non verificetur, plures
conſiderabantur caſus. Primus, cum in Supplica-
tione certus modus ſimpliciter exprimitur abſque
69 ulla adjectione clauſularum generalium; Et hoc
caſu modus ille, tam *de facto*, quam de jure veri-
ficari debet, ad *text. in Cap. Suſceptum de Reſ-
cript. in 6. Abbas in cap. Significante, de Reſcript.
n. 6. & 7. Lotter. de Re Beneſ. lib. 3. quæſt. 8. nu.
21. Gonzal. ad Reg. 8. Gloſſ. 15. §. 1. num. 9. Ton-
dut. Reſol. Beneficial. part. 3. cap. 188. num. 1. &
12. Roſa de Execut. cap. 4. num. 26. & 228. Rota
dec. 162. nu. 3. cor. Burat. & dec. 288. num. 5. cor.
Bichio.*

Secundus caſus eſt, cum in Supplicatione expri-
mitur quidem certus modus vacationis, ſed addi-
tur clauſula -- *ſive præmiſſo &c.* -- & in hoc ſecun-
do caſu iterum venit diſtinguendum; Aut enim 70
modus expreſſus verificatur *de facto*, & tunc, quia
narrativa quoad ſubſtantiam non eſt falſa, licet
quoad circumſtantias vacationis non ſubſiſtat,
ſufficit, quod illa *de facto* probetur, ut exinde
vigore clauſularum generalium -- *ſive præmiſſo, ſi-
ve quovis alio modo &c.* modus vacationis ex alio
etiam capite non expreſſo, ad ſuſtinendam Gra-
tiam deſumi valeat, adeout ſenſus Supplicatio-
nis in hoc caſu ſit, quod Poſſeſſor Beneficii mor-
tuus fuerit, & conſequenter quod Beneficium
per talem obitum *de facto* vacet, licet de jure
talis modus vacationis non ſubſiſtat, quia vel poſ-
ſeſſio defuncti non eſſet legitima, vel præcedenter
ab eodem Beneficio, aut ob renunciationem, vel
privationem, ſive alio quocumque modo excluſus
remanſerit, *Lap. Allegat. 6. num. 2. Lotter. de Re
Beneſ. lib. 3. quæſt. 8. num. 61. Roſa de Execut. dict.
cap. 4. num. 27. & 229. Rota cor. Caſſador. dec. 5.
ſub tit. de Præben. & deciſ. 1. num. 1. de Reſervat.
in novis, & coram Manzaned. deciſ. 752. num. 4.
& in Recent. deciſ. 120. num. 8. part. 4. tom. 1.
& dec. 297. num. 12. part. 17. & dec. 411. nu. 5.
part. 18.*

Aut vero modus in Supplicatione expreſſus
nullo modo, nec etiam *de facto* verificatur, & 71
tunc, cum narrativa ſit omnino falſa, Gratia non
ſubſtinetur ex clauſulis generalibus, quæ ſupplere
non poſſunt defectum expreſſionis certi vacationis
modi per Regulam voliti, ſed ipſæ, tanquam ac-
ceſſoriæ Gratiæ nullæ, nullius remanet efficaciæ,
*Barboſ. in Cap. Suſceptum n. 11. de Reſcript. Marta
de Clauſ. 173. num. 15 Lotter. de Re Beneſic. lib.
3. quæſt. 8. num. 71. Roſ. dict. cap. 4. num. 33. ver-
ſic. ideo oportet, Rota coram Caſſador. deciſ. 5.
num. 1. & ſeqq. de Præbend. & coram Manza-
ned. deciſ. 753. num. 7. coram Seraphin. deciſ.
1309. num. 1. & in Recent. deciſ. 120. num. 8.
part. 4. dec. 297. num. 12. part. 17. & in Anglo-
nen. Archipresbyteratus 24. Aprilis 1651. §. Hinc
nullius, coram Albergata, & in Toletana Præſti-
monii 30. Aprilis 1703. §. Nec in Jure, coram
Muto.*

Tertius caſus eſt, quando in Supplicatione
certus modus vacationis non exprimitur, ſed im- 72
petrans plures Cauſas alternative æque principali-
ter exponit, & tunc ſufficit, quod alter ex modis
alternative expreſſis verificetur, ut tradunt *Lotter.*
aliique ſupra citati, quod forte procedit, quando
Regulæ eſt derogatum, ut advertit idem *Lotter.
dict. lib. 3. quæſt. 8. num. 15. Rot. deciſ. 139. n. 5.
& 6. cor. Coccina.*

Quartus eſt caſus, quando Impetrans narra-
vit certum vacationis verum modum, & addidit 73
clauſulas generales de ſtylo apponi ſolitas, poſt il-
las ſubdit alios modos vacationis, nempe *ſive per
liberam Reſignationem &c.* & in his terminis,
quamvis *Rot. in Bononien. Canonicatus coram
Pamphilio Senior.* impreſſa poſt *Marcheſ. de Com-
miſſ. part. 1. pag. mihi 357.* firmare videatur,
quod impetrans pro validitate Gratiæ uti valeat
modo poſt clauſulas generales expreſſo, & ſe-
quitur eadem *Rot. coram Priolo deciſ. 33. num.
54.* Nihilominus verior eſt contraria Sententia, 74
quam præ ceteris ſequuntur *Corrad. in Prax.
Beneſ. lib. 5. cap. 1. n. 5. §. Hic tamen juncta nu.
52. §. Seu per ſimilem, Rot. deciſ. 267. in princip.
& num. 6. verſic. non obſtat lib. 3. coram Puteo,
& deciſ. 154. num. 6. coram Priolo, & in dicta An-
glonen. Archipresbyteratus §. Hinc nullius*, & pro-
bant *Auctoritates* ſupra allegatæ §. *At vero*, quæ
loquun-

loquuntur in terminis Supplicationis porrectæ juxta ſolitam formulam exſcriptam a *Rebuff. in Prax. Tit. Forma Signaturæ ſimplicis §. Seu per liberam Reſignationem.*

Atque hujus Sententiæ præcipua ratio eſt,
75 quod in omnibus diſpoſitionibus id potiſſimum venit attendendum, quod principaliter agitur *leg. Si quis nec Cauſam ff. Si certum petat.* Unde,
76 cum in præſenti caſu Gratia fuerit principaliter impetrata per obitum ultimi Poſſeſſoris, ſequitur, quod alius modus narratus ſuffragari non valeat, *Lotter. dict. lib. 3. quæſtion. 8. num. 31. Rot. decif. 390. num. 1. lib. 1. & decif. 267. in princip. lib. 3. coram Puteo, decif. 154. num. 8. coram Priolo.* Quodque modus principaliter narratus ſit ille vacationis Beneficii per obitum, reſul-
77 tat ex narrativa Supplicationis, in qua alius modus expreſſus non legitur, itaut impoſſibile videatur, quod Summus Pontifex voluerit concedere Gratiam de Beneficio, tanquam vacante per dimiſſionem poſt dictas clauſulas generales enunciatam, de qua nullam notitiam habebat; Non enim fuerunt expreſſi duo modi vacandi principaliter, ſed
78 poſt clauſulas generales, *ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo &c.* additum fuit, *ſeu per liberam Reſignationem &c.* quæ non alternatur cum vacatione principaliter expreſſa, ſed cum illis verbis *ſive alio quovis modo*, ut ponderant *Rebuff. ubi ſupra verb. ſeu per liberam*; *Rot. decif. 154. n. 6. coram Priolo*;
79 Alias ſi hujuſmodi clauſulæ generales ſufficerent ad excuſandam reſtrictionem ad certum vacationis modum, ſequeretur, quod reſtrictio præfata nunquam locum haberet.

Atque hinc non obſtat, quod in Beneficiorum impetrationibus ſufficit verificatio alterius ex mo-
80 dis alternative narratis; Theorica enim hæc locum ſibi vindicat, quoties uterque modus ſit æque principaliter expoſitus, & alternetur cum principali narrativa, proindeque non applicatur caſui, in quo vacatio per *dimiſſionem* enunciata fuit poſt 81
clauſulas generales - - *ſive alio quovis modo, aut ex alterius cujuſcumque Perſona, ſive per liberam Reſignationem* - - itaut non ſtet principaliter, ſed potius expoſitive ad clauſulam generalem, *ſive alio quovis modo*, ut bene explicat *Rot. dict. dec. 154. n. 6. & ſeq. cor. Priolo*, & admittit etiam *Rot. in dict. Bononien. Canonicatus coram Pamphilio Sen.* penes *Marchesan. dict. pag. 357.* Unde impoſſibile eſt, quod præſeferat alium modum, quam importet eadem clauſula generalis, ſub qua comprehenditur, & cujus pars reputari debet.

Et licet Deciſio præfata in *Bononien. Canonica-* 82
tus loqui videatur in terminis, in quibus alter modus vacandi expreſſus fuerit poſt clauſulas generales; Attamen ad illam ſuſtinendum, aut dicendum eſt, quod intelligi debeat in terminis veræ, & propriæ alternativæ relatæ ad modum vacationis æque principaliter expreſſum, *Rot. decif.*
154. *num. 7. coram Priolo.* Aut, quatenus in di- 83
verſis terminis loqueretur, eſſet contraria juris Regulis, aliiſque poſterioribus Rotæ Reſolutionibus. Deciſiones *pariter 33. & 54. coram Priolo*, fuerunt revocatæ *coram eodem*, ut ex *Deciſionibus* 154. & 216. ex quibus ulterius apparet, quod hæc opinio non fuit in dubium revocata ab ipſa Parte, quæ in altero motivo Defenſionis fundamentum conſtituit.

Non refragante, quod Papa Gratiam proviſionis Beneficii eſſet conceſſurus, etiam ſi ſciviſſet, quod
vacaſſet per dimiſſionem. Quia, cum ex cenſura Re- 84
gulæ verus modus vacandi exprimendus ſit, eo ipſo, quod lex, & forma ab eadem præſcripta non ſervatur, Gratia indiſtincte nulla redditur, etiamſi Papa eſſet conceſſurus, *Amayden. de Stylo Datar. cap. 33. num. 28. §. Ex hac, Roſ. de Exequutor. cap. 5. num. 83. & ſeqq. & num. 89.*

R E G U L A XLVIII.

De Executione facienda.

ITem voluit, ſtatuit, & ordinavit, quod quotieſcumque per Signaturam ſuam, vel de ejus mandato factam ſuper exequendis aliquibus, cum adjectione proprii nominis, vel Dignitatis cujuſvis, Judex datur, Literæ deſuper expediantur cum expreſſione, quod idem Judex executionem faciat per ſe ipſum.

A R G U M E N T U M.

REgula quid diſponit? & quomodo dentur Exequutores tam in Literis Apoſtolicis, quæ in forma Dignum, ſeu Commiſſaria, quam in aliis, quæ in forma Gratioſa expediuntur? Juxta modernum ſtylum, quamvis in Literis in forma Dignum expeditis, non fiat expreſſio, quod Exequutor *per ſe ipſum exequutionem faciat*, tacite tamen ſubintelligitur ad tramites Regulæ, vel adjecta cenſetur per æquipollens per verba il-

la,

la, quæ leguntur in iiſdem Literis- - *Si per diligentem examinationem &c.*-- Exequutor vero a Papa datus cum expreſſione, quod *per ſeipſum exequutionem faciat*, alterum ſubdelegare non poteſt, licet, ſecluſa Clauſula præfata, ſubdelegatus a Principe ſubdelegare non prohibeatur, dummodo electa non ſit induſtria Perſonæ, & an Perſonalis induſtriæ electionem præſeferat clauſula -- *Præcipimus, & mandamus* -- ſeu altera -- *Conſcientiam tuam oneramus &c.*-- Auditor Cameræ exequi non poteſt Literas Apoſtolicas expeditas in forma Dignum antiqua, ſeu in forma commiſſaria, in quibus datus eſt certus, & particularis Exequutor, præſertim ſi datus ſit cum expreſſione, *quod per ſeipſum procedat*; non prohibetur tamen exequi Literas expeditas in forma gratioſa, dummodo non ſinr in iis deputati Exequutores in partibus *ultra duas Dietas*. Examinarur itidem, an certus Exequutor a Papa datus poſſit per Signaturam Juſtitiæ, vel per Cancellariam mutari, & an Literæ Apoſtolicæ Vicario Epiſcopi directæ, poſſint ab ipſomet Epiſcopo exequutioni demandari? Poſtremo oſtenditur, Exequutores Apoſtolicos libere, & independenter omnino ab Ordinariis gaudere ſuæ Juriſdictionis exercitio, nec poſſe ab illis compelli, ut Literas Apoſtolicas ante earum exequutionem in Cancellaria Epiſcopali exhibeant.

SUMMARIUM.

1 *Si in Supplicatione manu Pontificis, vel de illius mandato ſignata datur Judex pro negocio aliquo exequendo, in Literis deſuper expediendis fieri debet expreſſio, quod idem Judex* exequutionem faciat per ſeipſum.

2 *Certus Judex datur a Papa in Supplicatione, quando Literæ Apoſtolicæ expediri debent in forma Dignum, ſeu in forma Commiſſaria.* & num. 34.

3 *Secus ubi in forma gratioſa.*
Et quomodo iſtarum reſpectu dentur Exequutores? ibidem. & num. 24. & 34.

4 *Regula locum ſibi non vindicat in Literis expeditis in forma gratioſa; ſed ſolum in illis, quæ expediuntur in forma Dignum.*

5 *Juxta modernum ſtylum clauſula* -- perſeipſum procedat -- *nec in Literis in forma Dignum expeditis apponitur.*

6 *Cenſetur tamen adjecta per æquipollens, & quomodo?*
Vel debent Literæ præfatæ interpretari ad formam Regulæ. ibidem.

7 *Bonum tamen eſſet, quod Clauſula præfata in iiſdem Literis exprimeretur.*

8 *Exequutor in Literis in forma Dignum datus cum expreſſione, quod* perſeipſum procedat, *non poteſt alterum ſubdelegare.* & n. 19. & 20. *Contrarium.* num. 13. & 15.

9 *Delegatus a Principe ſubdelegare non poteſt, quando eſt electa induſtria Perſonæ.* & numer. 16.

10 *Per verba* -- præcipimus, & mandamus -- *quæ in Literis in forma Dignum leguntur, prohibetur Delegato ſubdelegandi facultas.* & num. 11.

12 *Quemadmodum, & per clauſulam in iiſdem Literis adjici ſolitam* -- Donſcientiam tuam oneramus.

14 *Contrarium, quod Clauſula præfata ſonet potius in monitionem, quam in electionem induſtriæ Perſonæ, nec ſubdelegationem impediat.* & num. 18.

17 *Induſtria Perſonæ, an & quomodo cenſeatur electa?* Remiſſive.

21 *In Regulis Cancellariæ omne verbum ſtat cum miſterio, & aliquid operari debet.*

22 *Auditor Cameræ exequi non poteſt Literas Apoſtolicas in forma Dignum antiqua, ſeu in forma Commiſſaria expeditas, in quibus datur a Papa certus Exequutor.*
Ac ita declaravit Alexander VII. *cujus declaratio exſcribitur.* num. 26. 27. & 28.
Et reprobantur Rot. coram Royas, *& nonnulli Auctores, qui contrarium exiſtimant.* num. 25.

23 *Literas tamen præfatas exequi poſſunt Sacræ Rotæ Auditores.*

29 *Auditor Cameræ non prohibetur Literas in forma gratioſa expeditas, cumulative exequi cum Exequutoribus, qui ad inſtantiam Proviſi a Cancellaria dantur.*

30 *Contrarium, & de ratione.*

31 *Sed non recedendum a priori Sententia pro qua alias a Congregatione Reformationis Tribunalium, reſolutum de anno* 1697.

32 *Expenduntur fundamenta ejuſdem Reſolutionis.* & num. 33. 38. & ſeqq.

34 *Et reſpondetur contrariis rationibus.* & num. 35. & ſeqq.

40 *Proviſus in forma gratioſa poteſt non uti Literis, in quibus dantur Exequutores, & ſolum producere Literas principales, earumque exequutionem petere* ab A. C.

41 *Auditor Cameræ ſolum exequi poteſt Literas Apoſtolicas in forma Gratioſa, quando earum exequutio commiſſa eſt Prælato in Curia, ſecus ſi Exequutoribus in Partibus ultra duas Dietas. Et explicatur* Deciſio 251. cor. Remboldo. num. 43.
Redditur ratio. num. 42.

45 *Auditor Cameræ, etiam in iis, circa quæ illius facultates non ſe protendunt, valide procedit, ſi partes in eum conſentiant.*

46 *Redditur ratio, quia eſt deputatus ad Univerſitatem Cauſarum, ſicque poteſt illius Juriſdictio prorogari.*

47 *Auditor Cameræ in Cauſis illis, in quibus procedere poteſt, non prohibetur appoſitionem, Sequeſtri etiam demandare.*

48 *Signatura Juſtitiæ mutare poteſt Exequutores datos in Literis in forma Gratioſa expeditis.* & num. 51.

Et

Et nedum ad inſtantiam Proviſi Apoſtolici, ſed etiam Colligantis. num. 50.

Maxime, ſi Literæ Exequutori præſentatæ non fuerint. num. 52.

49 *Exequutores præfati mutari poſſunt in Cancellaria per Reſcriptum* Corrige.

53 *Signatura Juſtitiæ Exequutores a Papa datos in Literis expeditis in forma Dignum, ſive antiqua, ſive noviſſima, mutare non poteſt. Et quare?* & num. 54.

55 *Certus Exequutor, puta Ordinarius vicinior a Papa in Supplicatione datus, nequit a Cancellaria mutari.*

56 *Juriſdictio delegata non extenditur de Perſona ad Perſonam.*

57 *Inferiorem non decet, ut in iis ſe ingerat, in quibus Superior manum appoſuit.* & num. 53.

58 *Exequutores in Literis Apoſtolicis jam datos difficillime Pontifices mutare ſolent.*

60 *Et de caſibus, in quibus concedi ſoleat eorum mutatio.* Remiſſive.

61 *Literæ Apoſtolicæ Vicario Epiſcopi directæ, poſſunt ab Epiſcopo exequutioni demandari. Hinc Diſpenſationem Matrimonialem Vicario commiſſam, exequi poſſe ab Epiſcopo reſpondit Sacra Congregatio Concilii.* numer. 63.

Contrarium, quod nempe Epiſcopus exequi nequeat Apoſtolicas Literas ſuo Vicario directas. num. 51.

Et hanc Sententiam ſequuta fuit Dataria anno 1697. num. 66.

62 *Epiſcopus, & Vicarius unicum conſtituunt Tribunal.*

64 *Intellige in Cauſis ordinariis, ſecus in Delegatis, in quibus Tribunal Vicarii diverſum eſt ab illo Epiſcopi.*

66 *Exequutores Apoſtolici, ſive Judices delegati tenentur ab Epiſcopo requiſiti Literas Apoſtolicas ante earum exequutionem in Cancellaria Epiſcopali exhibere.*

Et redduntur rationes. num. 67. & ſeqq.

71 *Sed contrarium reſolutum fuit a Sacra Congregatione Concilii.*

Maxime, ſi Literæ Apoſtolicæ ſint expeditæ in forma Gratioſa. num. 77.

72 *Exponuntur fundamenta hujus poſterioris Sententiæ.* & num. 76.

Reſpondetur contrariis Juribus. num. 78. 79. 80. & 81.

74 *Et referuntur quamplurimæ Pontificum Conſtitutiones, quibus ſancitum fuit, Exequutores Literarum Apoſtolicarum abſque Reſcripto* vidimus, *ſeu* placet, *ac etiam licentia, ſeu aſſenſu quorumcumque Prælatorum, libere eaſdem Literas exequi poſſe, & debere.* & num. 75.

1 DIſponitur in hac Regula, quod quotieſcumque in Supplicatione manu Pontificis, vel de ejus mandato ſignata, datur Judex pro exequendis aliquibus negotiis, Literæ deſuper expediantur cum expreſſione, quod idem Judex *exequutionem faciat per ſeipſum.*

2 Certus Judex, ſeu Exequutor datur a Papa in Supplicatione, quando Literæ Apoſtolicæ expediuntur *in forma Dignum*, ſeu in forma Commiſſaria; tunc enim in Supplicatione dicitur, *& com-*

mittatur Ordinario. Quando vero Literæ expedi-
ri debent in *forma gratioſa*, tunc Pontifex non 3
dat certos Judices in Supplicatione, ſed expe-
diuntur duæ Bullæ, quarum prima dirigitur ipſi Pro-
viſo, altera vero, quæ *Exequutorialis* nuncupa-
tur, dirigitur tribus Exequutoribus ad petitionem
ipſius Proviſi cum facultate per ſe, vel per alium,
ſeu alios immittendi illum in poſſeſſionem, *Roſ.
de Exequtor. Liter. Apoſtolic. cap. 2. num. 70. &
ſeqq. & cap. 3. num. 9. Amayden. de Stylo Datar.
lib. 1. cap. 5. num. 36. Garcias de Benefic. part.
6. cap. 2. num. 2. Card. de Luc. de Benefic. diſc.*
37. *num.* 12.

Hæc igitur Regula non procedit in Literis ex-
peditis in *forma gratioſa*, in quibus ipſe Papa pro- 4
videt, Literas dirigendo ipſimet Proviſo, ſed ſo-
lum comprehendit Literas in *forma Dignum*, ſeu
in forma Commiſſaria, in quibus Judex a Papa,
ſeu ejus mandato datus, per ſeipſum procedere de-
bet, juxta hujus Regulæ diſpoſitionem.

Et licet juxta modernum ſtylum, nec etiam in 5
Literis in *forma Dignum*, & in forma Commiſ-
ſaria expeditis, apponatur hæc clauſula, *quod per
ſeipſum procedat*; nihilominus, ut exiſtimant
nonnulli Doctores, adjecta cenſetur per æquipol-
lens, per verba nempe perſonalitatem importan- 6
tia, quæ in iiſdem Literis leguntur, videlicet-- *ſi
per diligentem examinationem idoneum eſſe repe-
reris, ſuper quo Conſcientiam tuam oneramus,
Canonicatum authoritate noſtra conferas &c.*--
Et in omnem caſum, cum Regula jubeat, ex-
pediri Literas cum expreſſione, quod Exequu-
tor *per ſeipſum exequatur*, ad formam hujus Le-
gis, Literæ cenſentur expeditæ, & interpretari
debent. Sed melius eſſet in Literis id exprimere, 7
cum mox relata verba non tollant difficultatem, ut
infra patebit.

Quamplures in terminis hujus Regulæ occur-
runt examinandæ Quæſtiones. Et primo, an Exe- 8
quutor datus cum expreſſione, *per ſeipſum procedat*,
poſſit alterum ſubdelegare. Negant *Sotus* Gloſſa-
tor antiquus ad eandem Regulam, quæ apud ip-
ſum eſt in ordine *la* 46. *num.* 1. *&* 2. *Kochier num.*
5. *& Rebuff. ibidem*, expreſſe firmantes, per hanc
Regulam derogari juribus, quæ diſponunt, ut de- 9
legatus a Principe poſſit ſubdelegare: Videtur
enim per expreſſionem ſupradictam electa indu-
ſtria Perſonæ; ac per conſequens impedita ſub-
delegatio, ex relatis per *Altimar. de Nullitat.
rubric.* 10. *quæſt.* 4. *num.* 23. *Vant. de Nullit.
tit. de Nullitat. ex defectu Juriſdict. delegat. ſub
num.* 21. *Antonell. de Regimin. Eccleſ. lib.* 5. *cap.*
9. *num.* 7. *Capyc. deciſ.* 151. *num.* 6. *Ricc. deciſ.*
270. *part.* 1. Prout impediri ſubdelegationem 10
ex clauſula *præcipimus, & mandamus*, & ex altera
clauſula *Conſcientiam tuam oneramus* poni ſoliris in
Literis expeditis in *forma Dignum*, tradunt in ter-
minis primæ clauſulæ *Gloſſ. in leg. Sæpe audivi ff.* 11
*de Offic. Præſid. Alexand. in leg. Et quia ff. de Ju-
riſdict. omnium Judic. Scaccia de Judic. lib.* 2. *cap.*
9. *num.* 723. *Altimar. dict. Quæſt.* 4. *num.* 12. &
in terminis alterius Clauſulæ, *Mart. de Clauſ.* 12
253. *num.* 1. *Marcheſ. de Commiſſ. part.* 1. *pag.*
256. *num.* 89. *Leo in Theſaur. For. Eccleſ. part.* 1.
cap. 15. *nu.* 49. *& part.* 2. *cap.* 2. *n.* 16. *Ricc. part.* 1.
reſolut. 106. cum aliis penes *Altimar. dict. Quæſt.*
4. *num.* 21.

Contrarium vero, quod per clauſulam hanc--
per ſeipſum cognoſcat-- ſuper qua hæc Regula ema- 13
navit, non cenſeatur impedita ſubdelegatio,

cum importet tantum ſimplicem monitionem,
tradunt *Rot. deciſ.* 611. *num.* 11. *coram Cerro*, re-
petit. *in Recentior. deciſ.* 104. *part.* 13. quam refert
Roſ. de Exequutor. lib. 1. *cap.* 10. *num.* 5. *in addit.*
& in part. 2. *cap.* 5. *num.* 13. 23. *&* 25. *Monet.*
de Commut. ultim. volunt. cap. 5. *n.* 531. Quemad-
14 modum nec per aliam clauſulam -- *Conſcientiam*
tuam oneramus -- cenſeri impeditam ſubdelegatio-
nem, late firmat *Garc. de Benef. par.* 6. *c.* 2. *nu.*
100. *& ſeqq.* ubi, quod clauſula præfata ſonat
potius in monitionem, quam in electionem in-
duſtriæ Perſonæ, & ampliat id procedere, etiam ſi
15 in Literis dicatur per *Te*, *Gratian. deciſ. March.*
175. *num.* 6. *& ſeqq. & ibi adden. Amayden. de*
Stylo Datariæ lib. 1. *cap.* 5. *quæſtion.* 4. *num.* 102.
Rot. in Legionen. Canonicatus coram Aldobrandino
impreſſ. penes *Amayden. de Styl. Datariæ cap.* 5.
num. 103. *circa finem*, cum aliis *in deciſ.* 104.
numer. 11. *part.* 13. *Recentior.*

In hac Quæſtione certum eſt, quod ubi conſtat,
16 electam eſſe induſtriam Perſonæ, Delegatus, etiam
a Principe ſubdelegare non poteſt *cap. fin. de Offic.*
deleg. Cap. Is, cui eodem tit. in 6. & ibidem *Paſſe-*
rin. num. 1. *&* 10. cum aliis penes *Altimar.* ubi
ſupra, *& Roſ. de Exequutor. part.* 2. *cap.* 5. *num.*
10. Unde Reſolutio pendet ex eo, an per rela-
ta verba Regulæ cenſeatur electa induſtria Per-
17 ſonæ Exequutoris. Et licet DD. varie loquuti ſint
ſuper eo, an, & quando cenſeatur induſtria hu-
juſmodi electa, ut videre eſt penes *Altim. Roſ.*
Paſſerin. & alios, nihilominus Ego ſum in ſenſu
18 per ſolam clauſulam -- *Conſcientiam tuam onera-*
mus -- non eſſe electam Perſonæ induſtriam, adeo-
que poſſe a tali Exequutore ſubdelegari. Convenio
tamen cum *Soto*, *Rebuffo*, *& Kochier*, quod ſi jux-
19 ta terminos hujus Regulæ Papa det certum Exe-
quutorem cum expreſſione, *quod per ſeipſum proce-*
dat, iſte non poſſit ſubdelegare, ut reprobando
Garc. tradit *Roſ. de Execut. Lit. Apoſt. lib.* 1. *cap.* 10.
20 *num.* 41. cum alioquin inanis eſſet diſpoſitio hujus
Regulæ, quæ emanavit ad finem evitandi ſub-
delegationem, nec quidquam poſſet operari, &
21 tamen, ut diximus in Procemio Regularum, non
ſolum quælibet Regula, ſed quodlibet verbum in
Regulis ſtat cum miſterio, & aliquid operari debet.
22 Secundo. Quæro, an cum Papa deputat cer-
tum, & particularem Exequutorem, præſertim
cum clauſula, *quod per ſeipſum procedat*, poſſit Au-
ditor Cameræ, qui eſt Exequutor omnium Litera-
rum Apoſtolicarum cumulative ad exequutionem
procedere? (de Auditore enim Rotæ, nullum vi-
23 detur eſſe dubium, juxta *Clem. Auditor de Reſ-*
cript. de qua *Rot. in Legionen coram Aldobrandi-*
no impreſſ. apud *Amayden. dict. cap.* 5. *num.* 103.
cum aliis plene cumulatis per *Eminentiſſ. Petr.*
tom. 4. *pag.* 416. *num.* 12. *& ſeqq.*) In hoc articulo
24 diſtinguendum eſt inter Literas in *forma Dignum*
antiqua, ſeu in forma Commiſſaria expeditas, in
quibus datur a Papa certus Exequutor, & inter
eas, quæ expediuntur in *forma gratioſa*, in qui-
bus ad petitionem partis dantur in Bulla ſeparata,
vulgo, ut diximus, nuncupata *Exequutoriali*, tres
Exequutores.
25 Primo caſu certum eſt, Auditorem Cameræ nul-
lo modo ſe ingerere poſſe: Licet enim *Rot. coram*
Royas deciſ. 315. *num.* 5. 6. *&* 7. quam, aliis rela-
tis, ſequitur *Eminentiſſ. Petr. dict. tom.* 4. *pag.* 416.
num. 11. exiſtimaverit, Auditorem Cameræ poſſe
exequi Literas Apoſtolicas in *forma Dignum* expe-
26 ditas, & teſtetur de obſervantia. Nihilominus ſub
ſan. mem. *Alexandro VII.* de anno 1655. emanavit
Declaratio regiſtrata inter notabilia Datariæ, &
penes Officialem nuncupatum *del Miſſis* aſſervata,
tenoris ſequentis videlicet.

Chriſti Nomine &c. Anno ab ejuſdem Nativi-
tate 1655. *Indictione octava die vero* 24. *No-*
vembris.

Sanctiſſimus Dominus Noſter Alexander Papa 27
VII. declaravit, quod ubi agitur de Literis Apo-
ſtolicis expeditis ſuper Reſignationibus, Coadjuto-
riis, ac Proviſionibus Dignitatum, & Canonica-
tuum in Cathedralibus, & Principalium, etiam
Dignitatum in Collegiatis, ſeu Eccleſiarum Paro-
chialium, vel aliorum Beneficiorum Curam Ani-
marum habentium, quarum executio juſſu Sancti-
tatis Suæ committitur Ordinariis locorum in for-
ma Dignum antiqua, ac etiam in ceteris omni-
bus caſibus, in quibus Apoſtolicæ Literæ expediun-
tur in forma Commiſſaria eiſdem Ordinariis dire-
cta cum clauſula quod per ſeipſos procedant, *Au-*
ditor Cameræ, ac ejus Officiales, ac Notarii nul-
lo pacto ſe ingerant, ſed omnino ſe abſtineant a
quibuſcumque Proceſſibus, Inhibitionibus, Actis,
atque Decretis, & hujuſmodi Cauſæ ad ipſos Or-
dinarios in prima inſtantia ſpectent, & remittan-
tur; Et ita ſervari juſſit, atque mandavit omni
meliori modo &c.

Alexander Papa VII.

Die Mercurii 5. *Januarii de mane anno* 28
1656. *Ego J. Cardinalis Pro-Datarius conſignavi*
hoc Decretum, ſeu alterum ejus exemplar manu
propria Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ ſubſcrip-
tum Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino Vec-
chiarello Cameræ Apoſtolicæ Auditori, ad effe-
ctum, ut illud ejus Notariis intimari, publicari,
& obſervari faciat, atque ad perpetuam rei me-
moriam in Actis publicis regiſtrari, & conſerva-
ri curet &c. In quorum fidem Ego idem ſcripſi,
& ſubſcripſi.

J. Card. Pro-Datarius.

Secundo vero caſu, ubi agitur de Literis expe- 29
ditis in forma gratioſa, in quibus Papa non dat
certum Exequutorem, qui per ſe ipſum procedat,
ſed Literas dirigit Proviſo, & ad ejuſdem in-
ſtantiam Cancellaria dat tres Exequutores, qui
per ſe, vel per alios immittant proviſum in poſ-
ſeſſionem, tenendum eſt, A. C. poſſe cum dictis
Exequutoribus cumulative procedere, adeout lo-
cus ſit præventioni pro hujuſmodi Literarum exe-
quutione facienda ex traditis per *Tondut. de Præ-*
vent. lib. 2. *cap.* 45. *num.* 1. Licet enim A. C. 30
nullam habere auctoritatem, quando eſt datus
certus Exequutor, cenſeant *Saluſtius Tiber. in*
Prax. libr. 3. *cap.* 1. *ſub num.* 4. referens cautos
Curiales, tunc ſolitos fuiſſe adire Signaturam,
ut impetrarent facultatem, quod A. C. procede-
ret, *Marcheſ. de Commiſſ. part.* 1. *pag.* 889. *nu.* 21.
Amayden. de Styl. Datar. lib. 1. *cap.* 5. *quæſt.* 5.
num. 106. *Rot. deciſ.* 1195 *in princip. coram Coc-*
cino, *& deciſ.* 909. *num* 1. *in fine & num.* 2.
coram Buratt. & deciſ. 511. *num.* 16 *coram Rem-*
bold. repetit. apud *Poſth. de Manut. deciſ.* 11. Id-
que tum ex ratione generali Decretalis in *Cap.*
Studuiſti, de Offic. delegat. tum etiam vigore *Con-*
ſtitutionis CXIII. §. *XIV. Sancti Pii V.* & Refor-
mationis Tribunalium Urbis editæ a *Paulo V.* de
anno

anno 1611. regiſtratæ in *Conſtitutione LXXI. §. XXI. Bullar. novo tom.* 3. in quibus demandatur, *quod Literas Apoſtolicas, quibus certus, qui per ſeipſum procedat, Exequutor præſcriptus eſt, nullo modo Auditor prædictus exequatur.*
31 Attamen hujuſmodi controverſia in judicium
deducta, & per Congregationem Reformatio-
nis Tribunalium Urbis examinata, Decretum pro-
diit ſub *die 26. Septembris 1697. -- A. C. compete-*
re cumulativam in exequendis hujuſmodi Lite-
32 *ris in forma gratioſa expeditis* -- Præcipuum fun-
damentum conſtitutum fuit, tum in Bulla fa-
cultatum conceſſa *Gregorio Nario* A. C. depu-
tato a ſan. mem. *Urbano VIII.* ſub datum 12.
Kalendas Januarii anno 1625. in qua ei tribui-
tur ampliſſima facultas exequendi Literas Apo-
ſtolicas quaſcumque, in quibus alii deputati erunt
Exequutores, cumulative cum illis, quæ Bulla
33 fuit in præfata Congregatione originaliter exhi-
bita. Tum in aliis antiquis Conſtitutionibus id ip-
ſum ſtatuentibus, nempe *Pauli IV. in ordine*
la 34. Bullar. veter. circa med. Pii IV. Bullar.
nova la 33. §. 12. & Pauli V. in ordine la 28. alias
20. §. 14.
34 Et quamvis opponeretur Reformatio ejuſdem
Pauli V. emanata de anno 1611. Reſponſum fuit, pri-
mo, quod præfata Reformatio loquitur, ubi in Li-
teris datus eſt certus Exequutor, qui *per ſeipſum*
procedat, & ſic comprehendit ſolum Literas in
forma Dignum, ſeu Commiſſaria expeditas, in
quibus datur Exequutor in Supplicatione manu
Papæ ſignata, qui ad præſcriptum hujus Regulæ
debet *per ſeipſum procedere*, non autem procedit
in Literis expeditis in *forma gratioſa*, in qui-
bus dantur ad nominationem Proviſi tres Exequu-
tores, qui per ſe, vel alium, ſeu alios eundem in
poſſeſſionem inducant. Secundo, quod eadem *Pau-*
35 *lina* Reformatio cenſetur ſublata per ſubſequentes
facultates conceſſas A. C. anno 1625. Et demum
declarata fuit per *Alexandrum VII.* anno 1655.
qui dum voluit A. C. nullo pacto ſe poſſe ingerere
in Literis expeditis in *forma Dignum* antiqua, &
in forma Commiſſaria directis Ordinariis cum clau-
ſula, quod *per ſeipſos procedant*, utique videtur
præſervaſſe facultates exequendi ceteras Literas in
forma gratioſa expeditas.
36 Addebatur obſervantia, de qua teſtatur *Ad-*
den. ad Burat. deciſ. 909. ubi quod ita reſcripſit
Signatura tempore *Urbani VIII. Ridolphin. in*
Prax. part. 1. cap. 1. nu. 48. & ſeqq. Card. de Luc.
in relat. Curiæ diſc. 34. *num.* 8. ubi pariter mentio-
nem facit de dictis facultatibus Urbani VIII.
& *de Benefic. diſcurſ. 92. num. 5. & 6. Ton-*
dut. de Prævent. part. 2. cap. 5. num. 4. Ubert.
de Citat. cap. 2. num. 9. Capuccin. in Prax. part.
1. cap. 2. num. 20. Alden. ad Pamphil. deciſ. 508.
num. 8. Rot. deciſ. 169. num. 5. coram Coccino,
& deciſ. 315. nu. —. coram Royas, & in Gerunden.
Beneficii 10. Maii 1680. §. Neque obſtat, cor. Vice-
Comite.
37 *Amayden.* vero de Stylo Datariæ, qui in con-
trarium adducebatur, teſtatur, non potuiſſe obti-
nere ab A. C. *Buratta* pro ſua opinione, & tam ip-
ſe, quam *Rota cor. Buratt. deciſ.* 909. *& coram*
Remboldo 521. non meminerunt de novis faculta-
tibus A. C. impertitis, & impreſſis apud *Ridol-*
phin. loco citat. & Tyber. Saluſt. in Praxi A. C.
pag. 226. §. 14. quibus ſtantibus poteſt cumula-
tive procedere ad exequutionem Literarum Apo-
ſtolicarum, ut advertitur in quadam Adnotatione
poſita in fine Deciſionis *Remboldi*, & notant *Fe-*
rentill. ad Burat. dict. deciſ. 909. num. 6. Eminen-
tiſſ. Petr. dicto tom. 4. pag. 416. num. 11.
Sed præter hæc in dicta Congregatione addu- 38
cta, obſervo, quod, ubi non eſt datus certus Exe-
quutor, poteſt A. C. ſolus procedere juxta Con-
ſtitutiones ſupra laudatas; Sed ubi Literæ expediun-
tur in *forma gratioſa* non datur in Bulla principali 39
certus Exequutor, ſed dirigitur ipſimet Proviſo,
ergo A. C. poteſt etiam, ſi non ſit nominatus
dictas Literas exequi. Et licet tres Exequutores 40
dentur per Cancellariam, tamen id fit in Bulla
ſeparata ad nominationem Proviſi, qui utique po-
teſt illa non uti, & producendo ſolam Bullam
principalem, obtinere ab A. C. exequutionem.
Alterum, quod diximus, A. C. poſſe exequi Lite-
ras Apoſtolicas in *forma gratioſa*, non procedit, 41
ubi ſunt deputati Exequutores in partibus ultra
duas Dietas, ſed tantum ubi exequutio committitur
Prælato in Curia, cum de cetero Auditor Cameræ
in partibus ultra duas Dietas nullam habeat Juriſ-
dictionem exequendi Literas Apoſtolicas, niſi ſit 42
ſpecialiter deputatus, vel Cauſa committatur Præla-
to in Curia, *Ridolphin. in Prax. part.* 1. *cap.* 1.
num. 51. & 56. Ubert. de Citat. cap. 2. num. 10.
Rot. deciſ. 250. num. 2. & 7. cor. Buratto, & in his
terminis procedit *Deciſio. 521. coram Rembold.* ſu- 43
pra allegata, cum enim ibi fuiſſent deputati duo
Exequutores in partibus ultra duas Dietas, non
poterat A. C. ultra ſuas ordinarias facultates
illas Literas exequi. Quamvis etiam ultra duas
Dietas, poſſe facultates A. C. extendi tenent, 44
Rot. in Gerunden. Beneficii 10. Maii 1680. §. Re-
plicatio, coram Vice-Comite, ex ratione quia Con-
ſtitutioni *Bonifacii VIII.* fuit expreſſe derogatum
in Literis facultatis A. C.
Sed in caſibus, in quibus A. C. procedere non po-
teſt, ſive quia in Literis datus ſit certus executor,
& agatur de Gratia in *forma dignum*, & Commiſ-
ſaria, ſive quia agatur de Beneficio ultra duas
dietas, adhuc ſi Partes in eum conſenſerint, va- 45
lide procedit; Cum enim ſit deputatus ad Uni-
verſitatem Cauſarum, poteſt illius Juriſdictio pro- 46
rogari, ut in his terminis reſolvit *Rota cor. Coccin.*
dec. 1195. num. 2. & ſeqq. & in dicta Gerunden. Be-
neficii 10. Maii 1680. §. Replicatio, cor. Vicecomite,
in qua ulterius fuit dictum, quod in Cauſis, in 47
quibus A. C. procedere poteſt, non prohibetur e-
tiam ſequeſtri appoſitionem demandare.
Tertio quæro, an ubi datur certus Exequutor,
poſſit mutari per Signaturam Juſtitiæ? Et pariter 48
in hac quæſtione diſtinguendum eſt inter Exequu-
tores datos in Literis in *forma gratioſa* expedi-
tis, & inter eos, qui dantur in Literis expeditis
in *forma dignum*. In primo caſu per Signaturam mu-
tari poſſe, cenſet *Amayden. de Stylo Datar. lib.* 1.
cap. 5. quæſt. 1. n. 40. Cum enim tunc Exequuto-
res dentur a Cancellaria ad inſtantiam Proviſi, &
alios dediſſet, ſi petiti fuiſſent, utique nulli infer-
tur præjudicium, nec aſſignari poteſt ratio, cur
Signatura dare non poſſit alium Exequutorem, qui
poteſt mutari per *Corrige* in Cancellaria, ſequitur 49
Roſ. de Execut. part. 1. cap. 11. num. 27.
Et poteſt Signatura Juſtitiæ Exequutorem mu-
tare, nedum ad inſtantiam Proviſi Apoſtolici, 50
ſed etiam Collitigantis. Et cum hoc ſenſu pro-
ceſſit eadem Signatura in *Colonien. 6. Martii*
1698. proponente *bon. mem. Foſcaro*: Cum e-
nim per Proviſum Apoſtolicum expeditæ fuiſſent
Literæ in *forma gratioſa*, alter Collitigans in

vim remedii *Leg. Diffamari ff. de Ingrn. manum.*
Jactationis judicium in *Rota* introduxit, & cum
ille prætenderet, negotium eſſe diſcutiendum co-
ram Exequutoribus a Papa datis, Signatura remi-
51 ſit omnia ad Rotam, cum fundamento, quod po-
teſt mutara Exaquutores datos in Literis Apo-
ſtolicis in *forma gratioſa* expeditis, ſicuti poſſet eos
mutara, ſi ab altera parte declararentur ſuſpe-
cti; eoque magis, quia eo caſu Literæ Apoſto-
licæ coram Exequutore præſentatæ non fuerant, &
52 ſic cum res aſſet integra, nemini inferebatur præju-
dicium.

Exequutor vero datus a Papa in Literis expedi-
53 tis in *forma Dignum*, ſiva antiqua, ſiva noviſſi-
ma, non poterit a Signatura mutari, an regula,
quod non decet, ut inferior ſe ingarat, ubi major
mauum appoſuit, ut prætar *Amayden.* mox alla-
gatum, dictum fuit in *Urbevetana Parochialis cor.*
Peregrin. apud *Marcheſ. part. 1. pag. 464. num. 1.*
& 3. & comprobat alia deciſio *Melevitana Penſio-*
nis coram Litta apud eundem *Marrbrſanum part.*
1. pag. 528. numer. 6. verſ. Quad Cancellaria,
Paſqualig. Quaſt. moral. Juridic. 6. num. 9. ubi
allegat *Felin. in cap. Super Literis num. 12. verſ.*
Amplia, de Reſervat. idem Roſ. de Execut. par.
1. cap. 2. num. 113. in fine, Rebuff. in prax.
par. 2. Signat. num. 59. Rota dec. 46. in fin. co-
ram Bellamer. & dec. 394. num. 5. uſque ad fi-
nem part. 19. Recent. ubi ex dicta deciſione *Pere-*
grini refertur, quod cum ipſe eſſet Referenda-
54 rius, Signatura noluit mutare Exequutores, e-
tiam ex juſta cauſa, ſed inſtantes remiſit ad San-
ctiſſimum. Et admittitur in *Tuden. Parochialis 29.*
Maii 1693. §. Nec pariter, coram clar. mem.
Card. Caprara, & 25. Junii 1694. §. Abſque ea,
cor. Molines, inter impreſſ. *dec. 337.* ubi tamen
Rota ex integro, tanquam in prima, vigore
Clementinæ Auditor decrevit axequutionem Li-
terarum Apoſtolicarum, ex quo Exequutor a
Nuncio deputatus loco illius dati a Papa, nulli-
ter proceſſerat.

Et ex eadem ratione, neque Cancellaria muta-
55 ra poteſt Exequutorem datum a Papa, itaut ſi in
Supplicatione manu Sanctiſſimi ſignata, commit-
tatur exequutio Ordinario viciniori, non ſubſtine-
tur Commiſſio per Cancellariam facta alteri, qui
non ſit *vicinior*, non modo, quia Juriſdictio
56 delegata non extenditur de Perſona ad Perſo-
nam, *Cap. P. & G. de Offic. & Poteſt. Jud. dele-*
gat. ſed etiam quia, ut diximus, inferior abſti-
57 nere debet, ubi ſuperior manum appoſuit, *Paſ-*
qualig. dicta quaſt. moral. Juridic. 6. num. 9.
58 Imo nec Cancellaria mutare valle declarat, dum
in Literis monet Exequutorem, ſe illum ad
partium aſſertionem deputaſſa, uti *viciniorem.*
ibi -- *Qui, ut aſſeritur, Ordinarius vicinior exi-*
ſtit -- monens tacita illum, ut ſi talis non ſit, ab-
ſtineat; Unda non videtur abroganda voluntas, &
ordinatio Pontificis. Ita *Armindus Riccius* in ſua
Allegat. ms. cui titulus -- *Romana Commiſſionis*
viciniori -- *Paſqualig. dicta quaſtion. 6. numer. 8.*
& 9.

Recurrendum itaqua tali caſu ad Summum Pon-
59 tificem, a quo tamen difficillime mutantur Exequu-
tores in Literis Apoſtolicis dati, *Rota dicta dec.*
60 *394. num. 9. part. 19. Recens.* & caſus, in quibus
dari ſolet mutatio Judicis, vide apud *Corrad. in*
Prax. diſpenſat. libr. 7. cap. 4. num. 25. & ſeqq.

61 Quarto quæro, an Literæ Apoſtolicæ directæ
Vicario Epiſcopi, poſſint ab ipſomet Epiſcopo exe-
quutioni demandari? Et videtur affirmative reſpon- 62
dendum, quia idem eſt Tribunal, & ideo Con-
gregatio Concilii reſolvit, Diſpanſationem Matrimo-
nialem Vicario commiſſam, poſſa ab Epiſcopo 63
exequi, ut apud *Nicol. in Floſcul. verb. Diſpenſa-*
tio num. 16. & verb. Exequutio num. 5. verſ. Quia
tamen, & lucubrat. Canon. lib. 1. tit. 38. de Offic. Vi-
car. n. 42. pag. mihi 54.

Verum contraria verior aſt, & magis recepta ſen- 64
tentia ea ratione, quod in Cauſis delegatis Tribu-
nal Vicarii eſt diverſum a Tribunali Epiſcopi, ideo- 65
que, remoto, abſente, mortuo, vel nullo axiſtente
Vicario, non potaſt Epiſcopus per ſe exequi Lite-
ras Apoſtolicas Vicario directas, *Gratian. diſ-*
cept. 92. num. 6. & 7. Ricc. in Prax. reſolut. 425.
per tot. Monet. de Commut. ultim. volunt. cap. 8.
num. 1. Sbroz. de Offic. Vicar. cap. 2. num. 136.
Nicol. in Floſc. verſ. Executor num. 5. ubi re-
fert reſolutionem Sacræ Congregationis Conci-
lii, *Piaſec. in Prax. part. 2. cap. 4. num. 26.*
verſ. Neque e contra, Garc. de Beneſ. part. 6.
cap. 2. num. 20. & ſeqq. Roſa de Executor. part.
1. cap. 3. num. 24. & part. 2. cap. 3. num. 11.
Ripoll. var. reſolut. cap. 1. num. 445. & ſeqq.
Barboſ. de Epiſcop. part. 3. alleg. 54. nu. 136. in
fine, Corrad. in Prax. diſpenſ. libr. 7. cap. 4. num.
38. & ſeqq. Tondut. quaſt. Beneſ. par. 2. cap. 4. §.
2. num. 12. Sanchez de Matrim. lib. 8. diſput. 27.
num. 8. de Juſtis Diſpenſ. Matrim. lib. 1. cap. 5.
n. 54. & ſeqq. Et in contingentia facti hanc ſequuta 66
eſt opinionem Dataria, nam cum Epiſcopus in
Regno Neapolitano Vicario carana, ſupplicaſſet de
de anno 1697. ſan. mem. *Innocentio XII.* pro
facultata exequendi per ſa ipſum Literas Apoſto-
licas Vicario directas, fuit ei denegata, & re-
ſcriptum, quod deputaret Vicarium, ſeu Pro-
Vicarium Generalem. Nullæ tamen ſuper hoc da-
tæ fuerunt Literæ, quia ſupervenit notitia, fuiſſe
jam ab illo deputatum Vicarium, prout ajus A-
genti inſinuaveram.

Poſtremo quæro, an Exequutores Apoſtolici
teneantur, locorum Ordinariis requirentibus, Lite- 67
ras Apoſtolicas, ipſis, val in Cancellaria Epiſco-
pali, antaquam exequantur, exhibera? Et vide-
tur affirmativa reſpondendum per *text. in Cap.*
Cum in Jureperitus 31. de Offic. Delegat. quo de-
cernitur, teneri Judicem delegatum exhibere co-
ram Ordinario Literas ſuæ Commiſſionis, &
plures laudando Doctores, *Gonzal. ibidem num.*
1. & 2. ubi id generaliter ampliat ad omnes 68
Delegatos, & Exequutores tam meros, quam
mixtos, & ſicuti tenentur propriam Commiſſio-
nem exhibera Parti, ita Ordinarius poteſt ex
officio ſuo petere, quod ſibi Reſcriptum ſuæ 69
Delagationis, ſeu Mandatum Apoſtolicum exhi-
beatur, *Innocent. in dicto Cap. Cum in jure nu. 1.*
ibique *Fagnan. num. 31. Roſa de Execut. Liter. A-*
poſtolic. part. 2. cap. 3. in fine, verſ. Sufficit, & cap.
6. num. 1. ubi quod debet Literas Ordinario oſten-
dere. Et confert diſpoſitio Concilii Tridentini *Seſſ.* 70
22. cap. 5. de Reform. qua decernitur, ut Diſpen-
ſationes, etiam in *forma gratioſa* conceſſæ, de-
beant præſentari Ordinariis, ut axtrajudicialiter
cognoſcant de veritate expoſitorum.

Sed contrarium reſolvit Sacra Congregatio Con- 71
cilii in *Turritana 15. Novembris 1704.* Propo-
ſitis enim Dubiis -- II. *An Exequutores deputati*
in Literis Apoſtolicis, procedere valeant abſque
illarum exhibitione in Cancellaria Epiſcopali;
& quatenus Negative. III. *An Archiepiſcopus*
pro-

procedere poſſit in caſu contraventionis? IV. *An
Reſcripta Apoſtolica emanata contra Archiepiſco-
pum, ejuſque Officiales, certis Exequutoribus di-
recta, ſint exhibenda in ejus Cancellaria?* reſpon-
ſum fuit: Ad II. *Affirmative.* Ad III. & IV. *Nega-
tive*, ut ex *libro* 54. *Decret. pag.* 415.

Et merito. Siquidem Apoſtolici Exequutores,
72 ſeu Judices delegati Papam delegantem repræſen-
tant, & non ſuam, ſed Apoſtolicam exercent
Juriſdictionem, *Cap. Sane il* 2. ibi -- *Vices no-
ſtras &c.* -- *de Offic. Delegat. Faguan. in dict. Cap.
Cum in Jurepetitus num.* 2. & 3. *Rot. dec.* 934.
num. 11. *coram Coccin.* & *deciſ.* 1222. *cor. Sera-
phin.* Unde quemadmodum in Cauſa delegata ma-
jores ſunt Epiſcopis, *Cap. Studuiſti de Offic. Le-
gat. Cap. Paſtoralis §. Propterea, de Offic. Dele-
gat. Gloſſ. in dicto Cap. Sane.* Ita valde abſonum
eſſet, quod eorum juriſdictionem exercere non
poſſent, niſi abſque licentia, conſenſu, ſive
73 ſcientia Ordinariorum; Non enim poteſtas Pa-
pæ, qua Exequutores ipſi utuntur, eſt poteſtas
in alieno Territorio, itaut exerceri non poſſit ſi-
ne placito Ordinarii, ſed eſt poteſtas Territorialis
nullis finibus circumſcripta, & in toto Orbe
exercita, ſemper exercita dicitur in proprio Terri-
torio, *Cardin. de Luca in Relat. Curiæ diſc.* 2.
num. 34. *§. Item*, & *§. Jus*, ubi quod contraria
ſententia fuit damnata, *Ric. in Praxi Epiſcopali
part.* 1. *verſic. Sed tertia*, *Roſ. de Execut. lib.* 2.
cap. 3. *num.* 19. *Genuenſis in Prax. Cap.* 71. Et
in terminis, quod Literæ Apoſtolicæ non ſint in-
feriori exhibendæ, *Rota dec.* 196. *num.* 3. & *ſeqq.
part.* 9. *Recens.*

Scimus, quod *Urbanus* dictus in ſua Obedien-
74 tia *Sextus*, indulſit nonnullis Prælatis, quod ipſis
inconſultis, quinimo non approbantibus, Apoſto-
lica Mandata exequi non poſſent; Sed illius Con-
ſtitutionem nedum revocavit *Bonifacius* Papa *No-
nus*, etiam in ſua Obedientia nuncupatus, man-
dando, quod Exequutores in Literis Apoſtolicis
deputati, poſſent illas exequi *ſine licentia, vel
conſenſu quorumcumque Prælatorum, vel Superio-
rum, aut Officialium eorundem*, ut ex Conſti-
tutione ſub *Datum XI. Kalend. Januarii Anno
XIV.* quam refert *Ughell. Ital. Sacr. Tom. VII.
in Archiepiſc. Sypontin. pag.* 1155. *§. Item cum
fel. rec. Urbanus.*

Verum, cum poſt Schiſma in celebri *Conſtantien-
ſi* Concilio extinctum, iidem Prælati improbum
adhuc abuſum impediendi exequutionem Litera-
rum Apoſtolicarum foverent, & Provincialibus,
ac Synodalibus Statutis decernerent, ne illæ exe-
quutioni demandari poſſent, niſi poſtquam per
ſuas Literas, quas *Vidimus*, ſeu *Placet*, nuncupa-
75 bant, aſſenſum præſtitiſſent; Hinc ſan. mem. *Mar-
tinus V.* Sacro approbante *Conſtantienſi* Concilio,
Conſtitutionem edidit ſub Datum *Conſtantiæ II.
Kalendas Maii* 1418. inter impreſſas *Bullar. vet.
la* 2. qua *Urbani* Indultum expreſſe caſſando, &
annullando, diſpoſuit, & decrevit, quod Exe-
quutores Literarum Apoſtolicarum abſque Literis
Vidimus, ſeu *Placet*, ac etiam licentia, vel aſ-
ſenſu *quorumcumque Prælatorum &c. libere hu-
juſmodi Literas exequi deberent.* Idemque ſtatuit
ſan. mem. *Leo X.* Et poſtremo ſa. me. *Clemens VII.*
in ſua *Conſtit.* edita *Anno* 1533. *Quarto Kalendas
Januarii* Pontificatus Anno undecimo, inter im-
preſſas *la* 39. *Bullar. tom.* 1. *Martini*, & *Leonis*
Conſtitutiones confirmando, caſſavit *Conſtitutio-
nes Synodales de non exequendo Literas Apoſto-
licas, niſi ipſæ Literæ ſint prius per eoſdem Or-
dinarios, ſeu eorum Officiales viſæ, & admiſſæ*,
ut legitur in §. 9. Et in §. 10. ſtatuit, quod Exe-
quutores Literarum Apoſtolicarum ipſas *Literas
Apoſtolicas libere, & ſine alicujus Perſonæ Ec-
cleſiaſticæ licentia, vel conſenſu exequi poſſint,
& debeant*; prohibendo ſub pœna excommunica-
tionis Ordinariis, ne quovis modo impedire præ-
ſumant hujuſmodi Exequutores, *quominus Li-
teras Apoſtolicas libere, & abſque eorum placito, li-
centia, & conſenſu exequantur.* Et in §. 12. com-
mittit Pontifex Auditori Cameræ, ut procedat con-
tra Ordinarios, eorumque Officiales, quoquomodo
impedientes Exequutores, *quominus exequantur
eaſdem Literas Apoſtolicas libere, & abſque eorum
placito, viſione, vel admiſſione.*

Si itaque Literarum Apoſtolicarum Exequuto-
res debent *libere* abſque *viſione*, vel *admiſſione*, 76
licentia, & *conſenſu* Ordinariorum eaſdem Lite-
ras exequi, jam exinde evincitur, quod non tenen-
tur, antequam procedant, eas exhibere in Can-
cellaria Epiſcopali. Verbum enim *libere* excludit
hanc ſervitutem; & eſſet exequi Literas cum *vi-
ſione*, & *licentia*, ſaltem tacita Ordinariorum,
qui, retinendo Literas Apoſtolicas, poſſent hoc
modo illarum exequutionem impedire, & paula-
tim prætendere, quod adnotetur a tergo Litera-
rum -- *viſa*, ſeu *exhibita* --, quod cuique neceſſa-
rium eſſet ad effectum juſtificandi earum exhibi-
tionem in Cancellaria, unde in praxi oriri poſ-
ſent quamplurima inconvenienna, & non parum
detractum remaneret decori Sedis Apoſtolicæ, cui
jam multa præjudicia illata ſunt a Principibus
laicis in hac materia exhibitionis Literarum Apo-
ſtolicarum in eorum Tribunalibus, antequam exe-
quutioni tradaotur.

Eoque minus hæc exhibitio facienda erit de iis
Literis Apoſtolicis, quæ in *forma gratioſa* ſunt ex- 77
peditæ, & in quibus Exequutores extrajudiciali-
ter procedunt abſque figura, & ſtrepitu Judicii,
nam in his materiis nullum fit præjudicium Juriſ-
dictioni Epiſcupali.

Non obſtat Decretalis in *Cap. Cum in Jurepe-
ritus, de Offic. Delegat.* quia ea ſolum decernit, 78
quod delegatus a Papa non poſſit pro ſententiæ ſuæ
exequutione requirere Ordinarium de veritate ſuæ
Delegationis hæſitantem, niſi poſt factam ei fi-
dem Literarum Delegationis, ibi -- *Si Tibi ſu-
per Mandata Apoſtolico heſitanti, ab aliquo non
ſit facta fides, an Mandatum hujuſmodi exequi
tenearis? Super quo Tibi hujuſmodi damus reſ-
ponſum, quod, niſi de Mandato Sedis Apoſtolicæ
certus extiteris, exequi non cogeris quod manda-
tur* -- Hæc vero laudati *Textus* cenſura nil com- 79
mune habet cum eo, quod Exequutor Apoſto-
licus procedere nequeat ad Literarum exequutio-
nem, niſi poſtquam, exhibitis Literis in Can-
cellaria, Epiſcopi annuerint pro earum relaxatio-
ne, hoc enim ab omni ratione abhorret, cum ſtatim
ac Delegato exhibeantur Literæ Apoſtolicæ, radi-
catur in ipſo liberum Juriſdictionis exercitium no-
mine Papæ exercendæ, quæ facto inferiorum nul-
lo modo retardari poteſt, *Martha de Juriſdict. part.*
3. *cap.* 4. *n.* 28. & *ſeqq. Eminentiſſ. Petra in Conſti-
tut. Apoſtol. tom.* 4. *pag.* 16. *num.* 8.

Diſpoſitio vero Concilii Tridentini *Seſſ.* 25. *cap.*
5. *de Reformat.* ex pluribus non applicatur. Pri- 80
mo, quia loquitur de ſolis Diſpenſationibus Apo-
ſtolicis. Secundo, quia procedit ubi non dantur
certi

certi Exequutores. Tertio demum, quia illius Decreti tenor raro hodie ad praxim deducitur, cum Diſpenſationes omnes ſive in Matrimonialibus, ſive in materia Irregularitatis], Ordinariis dirigantur.

Demum Doctores ſupra laudati nil in contra-
81 rium decernunt. Siquidem *Gonzalez* non loquitur de Exequutoribus Literarum Apoſtolicarum. *Innocentius* vero, & *Fagnanus* ſimpliciter aiunt, quod Epiſcopo ex officio petenti, ſint exhibenda Reſcripta Apoſtolica, quod utique in caſibus particularibus permiſſum eſt; Si enim Epiſcopus in aliquo particulari caſu videat aliquem juriſdictionem contentioſam exercere, utique non prohibetur aſſertum Judicem requirere, ut titulum ſuarum facultatum oſtendat, non retardata interim exequutione Literarum; At hoc nil commune habet cum generali prohibitione, ne Apoſtolici Exequutores Literas exequi poſſint, niſi prius in Cancellaria eas exhibeant ex rationibus ſupra expoſitis.

FINIS TOMI TERTII.

ANT 1316773

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google